BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
7 Q
13

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
55
10 D
4
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12
1.
8
4

71.6.29

PETRI ANDREÆ

CANONHERII

PATRITII ROMANI

PHILOSOPHIÆ MEDICINÆ

AC SACRÆ

THEOLOGIÆ DOCTORIS

In ſeptem Aphoriſmorum Hippocratis libros, Medicæ, Politicæ, Morales, ac Theologicæ Interpretationes.

Volumen Secundum

Materias morales ac Theologicas, & multas etiam Politicas complectens.

AD PERILLVSTREM VIRVM

BALTHASAREM ANDREA.

ANTVERPIÆ
Apud PETRVM & IOANNEM Belleros
cIↃ. IↃC. XVIII.

BIBLIOTECA

PERILLVSTRI VIRO

BALTHASARI ANDREA

DOMINO IN HALLE, &c.

PETRVS ANDREAS CANONHERIVS

S. P. D.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV

SVPERIORIBVS annis, ornatiſſime Vir, à viris de republica literaria bene meritis, Diuini Hippocratis Aphoriſmos politicè explicandi onus humeris meis impoſitum pro viribus ſuſtinui; eoſque abſolutos ob bibliopolæ importunitatem omnium oculis præproperè ſubieci. Verumenimvero cùm deinceps corpori animam eſſe alligatam, eius temperaturam ſequi, corpuſque ſine ea curari non poſſe mecum ipſe cogitaſſem, eoſdem moraliter ac theologicè interpretandos ſuſcepi, atque ſub inclyti nominis tui auctoritate in lucem dare conſtitui; vt ab ijs defendi poſſent, qui inuido deriſu, ignaro contemptu, maligno morſu, infami calumnia, impudenti latratu, pertinaci malignitate, ac inſolenti mendacio in omnium exiſtimationem paſſim de-

bacchantur, atque auctorum patientiã laceſſunt: & in literaria palæſtra, inſidioſa arte alios ſemper ſupplantare conantur. Nam cũ religioſæ conſcientiæ tuæ candor, ſumma in omnes benignitas, verę nobilitatis ſplendor, innocentię integritas, prudẽtiſſima liberalitas, expediti conſilij vigor, incomparabilis magnificentia, rerum eximiarum experientia, celſiſſimi animi magnitudo, præcellentis ingenij indoles, ſumma perfectæ mentis bonitas, ſinceræ pietatis & religionis fama, multiplex doctrina, morum elegantiſſimorum ſuauitas, ſingulariaque nobiliſſimarum virtutum ornamenta omnes in tui admirationem trahant, mihi perſuadeo, ſi hoſce meos conatus æquiſſimis oculis inſpexeris, & patrocinij tui ſcuto protexeris, Zoylos omnes, & Momos, aut literis honorem, virtutiq́ue debitum locum eſſe conceſſuros; aut in fœtidas cloacas virus acerbitatis ſuæ euomituros; aut ſuismetipſis malignitatibus fore caſtigandos. Hoc ergo qualecumque opus, in iuſti obſequij & deditiſſimæ voluntatis ſignum ſerena fronte accipias, expoſco. Nam quamuis opus per ſe ipſum ob temporis breuitatem, qua exaratum fuit, tenue atque abortiuum, nec tale, quale virum tam clarum ac conſpicuum decet, fortaſſe videatur; à ſummo tamen tuarum eminentiſſimarum virtutum ſplendore, vt Luna à Sole, lucem mutuabit, in omniumq́ue

vſum

vſum elucebit; & à ſingulari, ac incredibili beneficentia tua, qua ſola vim & naturam Dei immortalis mortales attingũt, perhumaniter acceptum, te non indignum eſſe poſteri iudicabunt. Vale literarum patrone, ac vindex; Deuſque Optimus Maximus faciat, vt quamdiutiſſimè, & quamproſperrimè incolumis ſerueris. Antuerpiæ x. Kal. Aprilis Anno CIↃ. IↃC. XVIII.

CENSORIS APPROBATIO.

INterpretationes hæ in ſeptem libros Aphoriſmorum Hippocratis, à doctrinæ varietate, quæ inſparguntur: lectione etiam multiplici, quæ in ijſdem relucet: & amœnitate, in quantum vtilia dulcibus miſcentur, & lectorem alliciunt, mihi infraſcripto commendabiles viſæ ſunt, & dignæ quæ euulgentur. Ita teſtor 3. Kal. *Ianuarij M. DC. XVII.*

LAVRENT. BEYERLINCK
Archipresbyter Antuerpienſis, &
Cenſor librorum.

PRIVILEGII
Sententia.

ALBERTI ET ISABELLÆ, Sereniſſimorum Belgij Principum Priuilegio cautum eſt, ne quis Typographus aut Bibliopola, alius ab eo, cui PETRVS ANDREAS CANONHERIVS id commiſit, ſexcennio proximo imprimat librum, cui titulus eſt: *In ſeptem Aphoriſmorum Hippocratis libros, Medicæ, Politicæ, Morales ac Theologicæ Interpretationes*, &c. Alibíue impreſſum in haſce Belgij Prouincias venalem inuehat; ſub pœnis dicto Priuilegio latius comprehenſis. Bruxellæ 9. Ianuarij 1617.

Signat.
I. Fourdin.

Elenchus auctorum, quibus in hoc ſecundo Volumine vſi ſumus.

Theologorum.

A

ALphonſus Qugaco
Ægidius Romanus
Antonius de Rampegolis
Andreas Vega
Auguſtinus
Alexander de Ales
Adamus Saſbaut
Ambroſius
Auctor libelli orbis afflicti
Albertus Magnus
Andreas Maſius
Abrahamus Bzouius
Antoninus Archiep. Florent.
Archangelus de Burgonouo
Alphonſus Salmeron
Adrianus Mangotius
Antonius de Gueuarra
Athanaſius
Antonius Monachus
Antonius Gallonius
Auguſtinus Barctti

B

BAſilius
Beda
Bernardus Clareuallenſis
Bonauentura
Benedictus Aria Montanus
Bernardinus Senenſis
Bernardinus de Buſto
Boetius
Bartholomæus de Piſis
Bernardinus Roſignolus
Biblia ſacra

C

CLemens Alexandrinus
Clemens Papa
Cæſar Calderari
Cæſarius Arelatenſis
Caliſtus Placentinus
Claudius Eſpanceus
Caietanus
Claudius de Sainctes
Cyprianus
Cornelius Muſſus
Chryſoſtomus
Cornelius Cornelij
Caſſiodorus
Claudius Guilliandus
Chriſtophorus Mundius
Climachus

D

DAuid de Auguſta
Diadochus
Dorotheus Archimandrita
Dionyſius Areopagita
Drugon Hoſtienſis
Didacus ſtella
Dugo Philominus
Damaſcenus
Dominicus Bannes

E

Ephrem Diaconus
Euthymius Monachus
Euſebius Emiſſenus
Epiphanius
Emanuel Rodericus
Emanuel Sa
F. Petrus à S. Audemaro
Euagrius

F

FVlgentius
Franciſcus Ribera
Franciſcus Feuerdentius
Franciſcus Bozzius
Franciſcus Riora
Fridericus Barſcius
Franciſcus Panigarola
Franciſcus Toletus
Ferdinandus Vaſquez
Franciſcus à Meſſana
Franciſcus Titelmannus
Franciſcus Borgia
Franciſcus Loriot.

G

GAbriel
Gaſpar Contarenus
Gaſpar Loyart
Gullielmus Reginaldus
Guerricius Abbas

Gabriel

Gabriel Biel
Gregorius Nyſſenus
Gregorius Papa
Gregorius Nazianzenus
Gulielmus Pepin
Gaſpar Sanchez
Gerardus VVreuſt
Gregorius de Valentia
Gregorius Ninus
Gillertus Genebrandus
Gaſpar Caſſ...ius

H

Hieronymus
Hieronymus Mergus
Hieronymus à Polito
Hugo de S. Victore
Henricus Suſo
Henricus Henriquez
Henricus Lanceloitus
Henricus Sedulius
Hilarius
Hector Pintus
Hermes Lethatius

I

Ioannes Nider
Ioannes Bouequetius
Ioannes Eckius
Iacobus de Graphiis
Incognitus
Iacobus Suarez
Ioannes Raulin
Iuſtinus Philoſophus Martyr
Ioannes Andreas copeſternius
Ioannes Crombecius
Ioannes Oſorius
Iacobus Aluarez
Ioannes Dauid
Ioannes Fridericus Lumnius
Ioannes Pelecyus
Ioannes Hoffmeiſterus
Ioannes Royardus
Iulius Maſſarinus
Ioannes Lorinus
Ioannes de Carthegena
Ioannes à S. Geminiano
Iacobus de Valentia
Ioannes Viringus
Iacobus Bayus
Iacobus Pamelius
Ioannes Heſſels
Illephonſus Giron
Iacobus de Varagine
Iacobus Kellerius
Ioannes Quintinus
Ioannes Gerſon
Ioannes Baptiſta Foleng us
Ioannes Ferus
Iacobus Gretſerus
Iſidorus Clarius
Iſidorus Hiſpalenſis
Ioannes Herolt
Ioſeph Stephanus
Innocentius
Ioannes Caſſianus
Ioannes Vitalis
Ioannes Lenſæus
Ioannes Clerea
Ioannes Polancus
Idiotæ contemplationes &c.
Ikinæus

L

Ludouicus Lopez
Leonardus de Vtino
Ludouicus de Ponte
Ludolphus Chartus
Laurentius Beyerlinck
Leonardus Leſſius
Laurentius Iuſtinianus
Ludouicus Granatenſis
Laurentius a Villa Vincentio
Leo Papa
Lactantius
Ludouicus Carbo à Coſtaciario

M

Macarius
Michael Menotus
Mauritius Hylaret
Martinus de Arles
Martinus del Rio
Margarita Confeſſorum
Metina
Matthias Bredenbachius
Martinus Beccanus
Marcus Vigerius Cardinalis

N

Nicolaus Serarius
Natalis Tallepied
Nicolaus Montmorency
Nauarrus
Nicus
Nilus Abbas

O

Otho Cardinali
Origenes
Oliuerius Maillardus

Oſuuiſt

PETRI ANDREÆ CANONHERII IN SEPTEM HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBROS PROLEGOMENA.

ANTEQVAM moralem ac Theologicam Aphoriſmorum interpretationem aggrediamur, operæ pretium erit, fere eadem de anima, deque rebus ad myſticum corpus ſpectantibus, demonſtrare, quæ de corpore humano ac Politico in primo volumine commonſtrauimus: tum quia anima corporis temperaturam ſequitur, & quatenus eſt eidem corpori alligata, eius conditionem imitatur; tum quia: *ſicut oculos ſine capite curare non decet, neque ſine reliquo corpore caput: ita neq; ſine anima, corpus.* Plutarchus in Charmide.

De corpore humano ac de Anima.

Diadochus de perfec. ſpir. c. 45.

VT corpus multo cibo onuſtum, languidam & ſegnem efficit mentem. Sic nimia continentia victus debilitatem facit, vt ea pars animæ, quæ in contemplatione verſatur, in mæſtitia ſit, & in faſtidio ſermonis. Nec enim infirmo corpore eſſe debet, qui certat, ſed ita firmo vt ſuſtinendo certamini par eſſe poßit.

Seneca lib. 2. de ira ca. 31.

Vt omnia inter ſe membra conſentiunt, quia ſingula ſeruari totius intereſt. Ita homines ſingulis parcent, quia ad cœtum geniti ſumus.

Plutar. in moral.

Vt in corpore ex humidi, frigidi, calidi, ſicci temperatura optima fit conſtitutio: ſic ex fratrum concordia maxime floret genus.

Clemens Alex lib. 2. pædagogi.

Quemadmodum bene nutrita corpora, ſi nuda ſint, vires ac vigorem apertius indicant: Ita pulchritudo morum ſi ineptiis nugis non inuoluatur, magis indicat animi magnitudinem.

Lipſius in var. lect. lib. 3. cap. 6.

Vt in membris noſtris ſæpe aliquid ruptum aut conuulſum eſt, quod tamen ita artificioſe calamus, vt niſi à conſcijs difficile ſit vitium animaduerti: ita in veterum nonnunquam ſcriptis occulta quadam vitia & deprauationes inſunt, quæ ſine grammaticorum aut librorum veterum iudicio, noſtra ſponte difficulter poßimus deprehendere.

Ex Manud. hiſ. lib. 2. diſſert. c. 2.

Sicut manuum, pedum, & membrorum vſus in aperto eſt, & ſenſibus incurrit: in abdito cor & ſpiritus illi ſunt, qui motum & impetum hunc donant: ſic de præceptis dicere poßis, palam iuuare, latenter.

Chryſoſt. ſerm. contra diſ et ſuperb.

Quemadmodum corpus commenſurata complexione amiſſa, intemperatumque factum, quibuſuis paßionibus eſt obnoxium: ita animus poſteaquam humilitatem prudentiamq; perdiderit, habitum quemdam nactus diuerſum, infirmus, tumidus temerarius ac ſtultus redditur; ſeque ipſum deinceps ignorabit: qui autem ſeipſum ignorat, quomodo quæ ſupra ſe ſunt, cognoſcet?

Plutar. in moral.

Vbi corpus vitioſis inflatum humoribus, ibi adſunt bubones: ſic vbi iraſcitur, amat, odit animus: Id premit adulator.

Idem.

Sicut ſi corpus aſſueſit; ne conniueant, aut lacrymentur oculi nec palpitet cor: Ita multo magis animus ne phantaſijs commoueatur.

Idem.

Vt corpus non eſt capax voluptatum, niſi bene temperatum: Ita animus non capit veram voluptatem, niſi liber metu, ac cæteris affectibus.

Diadochus de perfec. ſpir. cap. 42.

Sicut quocunque membro hominis, vel minutißimo adempto, totum corpus; quamuis ſit pauca pars, quæ deſit toti figuræ, informe efficitur: ſic qui vel vnam virtutem neglexerit, vniuerſum continentiæ decorem diſſoluit ac delet.

Philo. lib. 1. alleg. legiſ.

Quemadmodum caput prima ſummaque pars eſt in animali, ſecunda pectus, inguen tertia: rurſumque in anima prima pars rationalis, ſecunda iraſcibilis, tertia concupiſcibilis: Ita & virtutum omnium prima eſt, quæ circa præcipuum animæ, quod eſt rationale, verſatur, & circa ſummum caput habitat prudentia: ſecunda fortitudo, quia circa ſecundam partem animæ quidem iram, corporis verò pectus ſtabulatur. Tertia temperantia, quia circa inguen, tertiam regionem corporis, & circa vim concupiſcibilem, quæ tertium locum habet in anima, occupatur.

Ioan. à S. Gem. li. 10.

Sicut corpus ſine exercitio diutius ſanum durare non poteſt; ſic anima ſine

ſine aliqua vexatione vel aliqua tribulatione eſſe nequit.

Quemadmodum voluptatum corporearum pruritus ſine acerbiſſimo dolore: ſic voluptatum prurigines quas animus percipit, non ſine maximo damno vel ingenti clade eueniunt.

Sicut ſi caput hominis ſit extra aquam, & totum corpus ſit in aqua non ſubmergitur: ſic ſi homo ſit in diuitijs multis, & cor non ſit ibi, non nocet, ſed ſi cor ſit ibi perit. Ioan. à S. Gemi. lib. 10

Vt nullum corpus adeò rectè conſtitutum & bene compactum inuenitur, quod aliquando in morbos non incidat, quamuis omnibus viribus eos euitare conetur: *ſic cenſendum eſt neminem eſſe tam circumſpectum, cuius non diligentia ſibi ipſi excidat: neminem tam maturum, cuius non grauitatem in aliquod feruidius factum caſus impingat. Neminem tam timidum offenſarum, qui non in illas, dum vitat incidat.* Seneca.

Sicut corpus morbo oppreſſum, qui mortem minabatur, pulchrius ac robuſtius aliquãdo reſurgit: *ſic plerumque fit in piorum ærumnis, quæ ſæpe interitum eis minantur, vt repente rurſum placida ſerenitas emineat.* Quidam.

Quemadmodum ſana corpora ſi modò pane victitent, pinguia, vegeta ſunt tamen, morbida verò etiam ſumptuoſa, variaque menſa, imbecilliora redduntur: ſic euenire in animis hominum ſolet, puſillanimes, ne ſi diademate quidem & immenſis honoribus potiantur, redire ad ſe poſſunt: philoſophi vero etiam in vinculis, in catenis, voluptate mera fruuntur. Chryſ. hom. 38. in 1. Cor.

Vt corpora melancholici, & mali humoris, quicquid cibi ſumpſerint, illud in choleram conuertunt; & quodammodo perimunt, licet fuerit cibus optimus, nec à cibo cauſa eſt, ſed à corpore, quod diſtemperatum contraria ad digeſtionem operatur, & ciborum naturam immutat. Sic anima mala diſpoſita vnaquæque res quamuis bona & vtilis, ſuo vitio nocet. Finge mellis vaſculum ante nos poſitum eſſe, ſi quis in illud modicum quid abſynthij iaceat, non ne vas totum corrumpit, & mel amarum facit? Idem nos facere videmus, cum pugillo amaritudinis noſtræ totum proximi bonum corrumpimus, iudicantes illum pro ſtatu mentis noſtræ & transformantes, quodammodo ipſum ex mala diſpoſitione quæ in nobis eſt. Nam qui bene animo diſpoſiti fuerunt, tales ſunt erga omnes quales qui corpus temperatiſſimum habent, qui quicquid nocens comederint, omne conuertunt in nutrimentum. Cuius rei ratio eſt, vt dixi, corporis temperamentum ſanitas, & bona habitudo, quæ omnia faciunt, vt quicquid comederint, bene vertant, benè digerant benè concoquant. Quod vt manifeſtius pateat, ſubijciam exemplum. Sus corpus habet ſanè temperatum & ſuccidum, cuius cibus & nutrimentum, corna, glandes, palmarum oſſa & lutum eſſe ſolent vt plurimum, quæ omnia ex corpore bene diſpoſito non omnino concoquit & digerit. Ità nos cum bene diſpoſiti erimus, poterimus à quauis re etiam nocente vtilitatem capere. Dorotheus doct. 16.

Vt caro quæ callo obduruit, non auertit vibices plagarum: ita animus, à conſuetudine peccandi non commouetur, correptione licet acri. Senec.

Vt membrum ſcabioſum ſemper opus habet frictu: ita cupiditas animi nunquam ſatiatur. Plut. in moral.

Vt manus eadem in varios diſſecta digitos: ſic multorum charitas eos vnum reddit, diſcretos tamen. Ibidem.

Vt omnia inter ſe membra conſentiunt, quia ſingula ſeruari totius intereſt: ita ho- Seneca lib. 2 de ira ca. 15.

mines ſingulis partibus, quia ad cœtum geniti ſumus.

Plut. in moral. *Vt corpus nihil poteſt abſque animo, nec animus rectè viget, & operatur in corpore, niſi corpore incolumi: ſic inter vxorem, & maritum omnia ſunt communia.*

Seneca. *Vt oculi diutino morbo difficiles facti, quouis ſolis radio offenduntur: ſic vitia multa & aſſidua contracta temulentia durant, & ſobrijs.*

Idem. *Vt in corporum cura, alia de tuenda valetudine, alia de reſtituenda præcepta ſunt: ita aliter iram debemus repellere, aliter compeſcere, vt vincamus.*

Plutarc. *Vt aſſidua tuſſi concutitur & quaſſatur corpus, atque exulceratur: ita crebra ira animum exulcerat.*

Idem. *Vt pars corporis vitiata attrahit etiam à vicinis vitioſos humores: ſic garruli lingua ſemper ardens, & inflammata ſecretorum aliquid vndique colligit ad ſe ſe.*

Idem. *Vt axillarum titillatio riſum gignit, ſed inſuauem, & ſpaſmo ſimilem: ita voluptates iniucundæ, quas corpus ab animo extimulatum non ſponte capit.*

Philo lib. 1. Allegor. legit *Quemadmodum oculus alia quidem videt, ſe ipſum autem videre nequit: ſic mens intelligit alia, ſe ipſam autem non comprehendit.*

Cic. lib. 2. Tuſcu. quæſt. *Quemadmodum oculus turbatus non eſt probè affectus ad ſuum munus fungendum, & reliquæ partes reliquumque corpus cum à ſtatu motum officio ſuo ac munere deeſt: ſic conturbatus animus non eſt aptus ad exequendum munus ſuum. Munus enim animi eſt ratione vti.*

Cypr. de 12. Abuſ. *Quemadmodum ijdem oculi cælum, & terram pariter nequaquam aſpiciunt: ita mundi amor & Dei pariter in vno corde habitare non poſſunt.*

Plut. in moral. *Sicut non ſatis eſt habere corpus ſanum, verum & bonæ habitudinis ac robuſtum ſit oportet: ſic ratio non ſolum pura debet eſſe & à vitijs immunis, niſi ſit & robuſta.*

Cicero. *Vt membrum turgidum ac tumidum vitioſe ſe habet; Ita inflatus animus & tumens in vitio eſt.*

Iob 34. Ioan. à S. Gemin. in ſumma de exemp. lib. 9. *Quemadmodum non poteſt corpus ſaucium ſanari, quandiu ferrum manet in vulnere: ſic quandiu peccatum retinetur in conſcientia, anima non ſanatur: educitur autem de conſcientia peccatum per confeſſionis iudicium, vnde dicitur Iob. nunquid qui non amat iudicium, ſanari poteſt.*

Chryſ. hom. 22. ad Hebræos. *Quemadmodum corpora benè curata non in bonam tantum valetudinem, ſed in bonum quamprimùm habitum reſtituuntur: itidem animas Deus non à vitijs ſolum purgauit, ſed ad ipſum mox virtutis cacumen extulit.*

Auguſt. lib. 2 contra literas Petiliæ. *Sicut eadem luce, & ſani oculi perfunduntur & ſaucij, iſtis adiumentum eſt, illis tormentum. Idem cibus alias valetudines alit, alias lædit. Item medicamentum hos curat, illos debilitat. Eadem arma alios muniunt alios impediunt. Eadem veſtis alijs tegumento eſt alijs implicamento: ſic & baptiſmus alijs valet, ad regnum alijs ad iudicium.*

Chryſoſt. lib. 1. de cõpunct. *Sicut in corporibus & fiſtulis niſi prius quis humorem influentem ſiſtat, & vulnus terrentem, quotquot impoſuerit medicamina mali fonte non obſtructo incaſſum omnia facit: Ita nos niſi occaſionem quaſi mali fontem cauerimus.*

Beda in pſal. 52. comm. *Sicut in capite conſtant oculi omnium, ita etiam in Chriſto, qui eſt caput corporis Eccleſiæ, conſiſtere debet omnis intentio fidelium. Vnde Salomon dicit: Sapientis oculi in capite eius: quaſi diceret: Fidelis cuiuſlibet intentio debet eſſe in capite ſuo, id eſt in Chriſto.*

Idem. *Sicut corpus corporali cibo, ita ſpiritus ſpirituali reficiendus eſt: id eſt ieiuniis, vigiliis, virtuti-*

virtutibuſque cæteris. Vnde Dominus noſter in Euangelio dicit. Non in ſolo pane viuet homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita & nos vnum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra.

Sicut corpus mortuum eſt ſine anima, ita anima mortua eſt ſine Deo.

Beda in Pſal. 61. comm.

Vt vnum membrum non mentitur alteri, non decipit alterum, ſed quodque alteri fidele eſt, illudque ſincerè adiuuat, quantum poteſt v.g. manus non decipit pedem, non obijcit, ei ſcopulum, in quem impingat, & cadat, ſed potius admonet, curatq; ne pes fallatur: ita & Chriſtiani ſinguli qui ſumus inuicem membra, neminem decipere, ſed omnibus fideles eſſe, omneſque fideliter & ſincere adiuuare debemus.

Cornelius Cornelij in aliquas D. Pauli Epiſt.

Sicut oculus circumfertur in obiectum, ſeipſum interim non aſpiciens; ſic & multi in alios aciem oculorum dirigunt, ipſimet in ſua cauſa excutientes.

Thomas Beauxamis in comment. in Euangelicam Harmoniam tom. 2.

Humani corporis quicunque prudenter voluerit conſiderare miniſterium, maximum ſpiritualis eruditionis poterit reperire arcanum, quo mediante fraterna charitatis diſcet ſeruare vnitatem. Nam & ſi in creaturis viſibilibus; quamuis in voluminibus ſacris plurima de proximi dilectione ſint documenta ſublimia, peramplius tamen hoc in humano claret corpuſculo. Membra ſiquidem cum in eo ſint multa, variumque inter ſe ſortiantur effectum, atque formæ inæqualitas in ipſo agnoſcatur eſſe maxima, quadam tamen diſpoſitione mirabili, omnia vnum vnitatis & pacis deducuntur ad finem. Sunt plane in ipſis humani corporis membris quædam, quæ ignobilia & contemptibilia eſſe videntur, quædam aut mediocris æſtimationis, nonnulla vero nobiliora præ cæteris. Nanquid pes, qui deſpicabilior eſſe reliquis apparet, quia adhæret terræ, & ſine reluctatione aliqua verſatur in luto, totiuſque corporis pondus ſuſtinet, ab aliis deſpicitur, ſeu contemptui habetur? Similiter & manus quamuis non præemineat in corpore, tametſi in cunctis penè miniſteriis corpori neceſſariis occupetur, num à cæteris minus diligitur membris? Prorſus minime. Quin potius teſte Apoſtolo, quæ videntur eſſe corporis membra ignobiliora & contemptibiliora, his abundantiorem honorem circumdamus. Nam quæ honeſta ſunt nullius egent. Quamobrem oculus, qui aliis membris videtur præclarior eſſe atque ſuperior, vigilat & pericula prævidet, vt in offendiculum aliquod non impingat pes, vt non ſe ſauciet, totumque pauimento proſternatur corpus. Stat quoque auris in ſublimi, & diligentiſſime obſeruat, ſi forte quid audiat, quod cæteris membris poſſit eſſe obnoxium. Nullum profecto membrum ab hac intentione reperitur alienum. Pes quippe cæterorum membrorum abſque reclamatione vlla incommoda ferens, ambulandi peragit miniſterium. Manus autem pro reliquorum bono intendit operi. Oculus viſui. Et auris auditui. Omnia ſiquidem vnanimiter mutuoque conſenſu, naturali confœderata ſunt vinculo charitatis. Se quidem in iis, quæ aduerſari videntur illis pariter tuentur, ſe diligunt, ſibi viciſſim deſeruiunt. Singula quoque vniuerſorum bonum cupiunt, malum verò declinant, nec non de communi commodo tanquam de proprio collætantur. Non enim labore attrita, non infirmitate laſſata, neque confecta ſenio mutuæ affectionis intermittunt opus. Siue igitur vnum gaudeat membrum, congaudere noſcuntur & cætera, ſiue aliquod horum patiatur, & compatiuntur & ſingula. Connectunt vtique ſe, fouent ſe inuicem, & ſuper omnia vnitatis ſeparationem nimium perhorreſcunt. Quamobrem ſi accidat, vt naturaliter, vel ex caſu

Laurentius Iuſtinianus de inſtitut. & regimine prælatorum cap. 1.

fortuito ipſorum vnum infirmetur, repentè videas adeſſe & reliqua, & vt ſic dicam, illud inter ea cenſetur fore beatius quo mediante remedium adhibeatur ægroto. In illis nullum inuenitur, quod recuſet laborem, quod renuat ſe exponere, quod patienti membro negligat famulari. Cuique etſi deſit poſſibilitas, ineſt nihilominus voluntas promptiſſima miniſtrandi. Magnum profectò eſt myſterium, & digniſſimum veneratione ſpectaculum, intueri videlicet in hoc terreno figmento tot membra in officiis diuerſa, diſſimillima in forma, atque omnino à ratione aliena, tam ſedulò, tamque ſibi inuicem miniſtrare; tantaque ſe diligere caritate. Verum hoc quare? Vel hoc vnde? Nunquid propter ſeipſa, aut à ſeipſis perficiunt iſtud?. Prorſus minime. Eſt plane ſpiritus inuiſibilis & rationalis, qui humanum viuificat corpus, & illi tanquam Dominus præſidet, cuius vtique imperio vniuerſa corporis membra famulantur, ac cunctum miniſterij ſui peragunt curſum, quo procul dubio abſente omnia iacent, atque ad opus aliquod inſenſibilia inualidaq; redduntur, vtpote directore ac ductore carentia, &c.

Antonius de Rampegolis In figur. Biblis: verb. amiſiſſe.

Quod ſanguis multum amicatur naturæ cuius exemplum eſt: quia vbi ſanguis percipit eſſe neceſſitatem, ibi ſtatim ſuccurrit. Vnde videmus dum homo erubeſcit ſanguis vadit ad faciem, eo quod facies patitur. Dum autem homo mori timet, facies eius palleſcit: quia cor patitur, & ſanguis relinquens faciem vadit ad cor, vt ipſum confortet. Spiritualiter Chriſtus multum amicatur humanæ naturæ: quia vbi videt neceſſitatem incumbere: ſtatim & præſto eſt ſubuenire. Videns enim humanum genus morti ſuccumbere, nec colligens ſe ad illud: totum ſuum effudit ſanguinem, priuſque permitteret eum mori, ſcilicet hominem.

Idem.

Capilli naſcuntur ex ſuperfluo, non enim ſunt propria ſubſtãtia hominis. Ideo incidũtur. & naſcuntur. Faciunt enim ad ornatũ corporis, quando debitã quantitatẽ non excedunt, ideo ne nimirum creſcant reſecandi ſunt. Spiritualiter per capillos exaudi diuitias, quæ non ſunt noſtra, ſed mundi: Iob 1. nudus egreſſus ſum ex vtero &c. nudus reuertar illuc &c. Nam ſicut ſecundum corporis ſanitatem capilli raduntur quando nimis creſcunt: ſic diuitiæ ſecundum animæ ſalutem quando nimis augentur, pauperibus erogentur, quia tempore neceſſitatis auctæ recipiuntur. Vnum hortatur Aug. in quadam Epiſtola. Si vis eſſe mercator optimus, fænerator egregius, da quid non potes retinere, vt recipias quod non poteris amittere, da modicum, vt recipias centuplum, da temporalem, vt recipias æternam hæreditatem: ſed multi ſunt, qui interim crines ſuos multiplicari permittunt, ſeu creſcere, negligentes pauperes Chriſti, quia & ipſi nimis expectant diuinam iuſtitiam contra ſe. Ait enim Dominus, veſtri capilli omnes numerati ſunt, ac ſi dicat, ſcio quibus indigeatis, & ſcio quid poſſidetis. Et ſcio quid proximis denegatis. Ber. Clamant pauperes quid facit aurum in fræno, noſtrum eſt ô diuites quicquid ſuperfluè expenditis. Sed capillorum grauedine ſuperfluè implicati, incidunt diuinam ſententiam, & eorum pecunia ſit in perditionem cum illis.

Auguſtinus.

Bernardus.

Idem figr. Bib. verb. Charitas.

Non comedetis ex eo crudum quid: Exod. 12. Nota quod cibus quantumcumq; delicatus ſi crudus comedatur, comedentem lædit & offendit ſi aptus erat coqui, coctus vero delectabilis eſt & bonus, vt patet de pullis, piſcibus & aliis multis. Spiritualiter nulla virtus poteſt bonum nutrimentum dare animæ, niſi igne charitatis coquatur. Nam ſicut cruda digeri non valent ab humano calore niſi prius digerantur igne; ſic nulla actio poteſt progredi ab humana natura, quæ quicquam valeat ad cibum meritorium animæ, niſi prius ignis S. Spiritus eam decoxerit. Vnde Apo. 1. Chor. 13. numerans fere omnia optimo-

rum

rum genera ſubdit. Charitatem autem non habuero, nihil ſum. Figura Exo. 16. cum filij Iſrael receperunt Manna in deſerto tentauerunt illud crudum comedere: ſed guſtatum deliquerunt tanquam inſipidum, & tunc præcepit Moyſes illud decoqui igne, quo facto comederunt illud ſapidum & bonum. Into ſecundum aliquos omnem bonum ſaporem erat continens. Spiritualiter per manna cælicum datum notantur opera noſtra quæ facimus, quæ ſi bona ſunt deſuper ſunt donata cum ſecundum Apoſt. 2. Cor. 3. non ſumus ſufficientes quicquam ex nobis boni cogitare, necdum facere. Igitur hæc bona quæ largiente Domino facimus, ſi in nobis inueniant ignem charitatis optima ſunt & ſapida ad nutrimentum vitæ æternæ; ſi vero fiant à nobis non exiſtentibus in charitate magis lædunt quam nutriunt. Vt patet de ſcientia quæ inſtar & hominem ducit ad elationem & ſic de aliis. Et ideo Ber. Cibus indigeſtus corpus corrumpit: inflatum & hydropicum reddit. Si autem digeſtus fuerit, nutrit: ſic omnis virtus in ſtomacho animæ indigeſta generat malos humores, mali inquam humores ſunt mali mores.

Sicut ſi pes luxetur, & à iunctura abeat, totum corpus infirmatur: ita nulla firmitas quamuis promiſſa, piorum animis ſperanda vel expectanda, ſi quis gradu aut munere relicto aliud inuadat, & ab illa ſe ſegregat ſocietate, quæ per ſedes Apoſtolorum, & ſucceſſiones Epiſcoporum, certa per orbem propagatione diffunditur. *Laurentius Beyerlinck in libello cui tit. Profectionis M. Ant. De Dominis quondã Archiep. Spalatenſis conſilium examinat.*

Omnis iuſtitia eius ſimilis eſt humano corpori, caput non habenti, in quo tametſi membra omnia & locis ſuis conſtent, & figura & habitudine, inde quoniam deeſt id quod eſt omnium principale, & vita & omni ſenſu caret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent, vſum non habent, tam ſcilicet quam caput ſine corpore cui ſimilis eſt, qui cum Deo non ignoret, viuit iniuſte. Id enim ſolum habet, quod eſt ſummum ſed fruſtra, quoniam virtutibus tanquam membris caret. Itaque vt ſit viuum ac ſenſibile corpus & agnitio Dei neceſſaria eſt quaſi caput, & omnes virtutes quaſi corpus: ita fiet homo perfectus ac viuus, ſed tamen ſumma omnis in capite eſt, quod quamuis conſtare non poſſit, ſine omnibus ſine quibuſdam tamẽ poteſt, & erit quoddam vitioſum ac debile, ſed non viuet. Sicut & is qui Deum nouit, & in aliqua re peccat. Dat enim veniam peccatis Deus: itaque ſine membris aliquibus viui poteſt, ſine capite nullo modo. *Lact. lib. 6. cap. 9.*

Quemadmodũ corpus hoc noſtrũ, ſi non adſit anima, profecto mortuum eſt ac fœtidũ: ſic anima niſi ſe ipſam incitet ad orandum, mortua eſt ac miſera, & grauiter olens. *Refert Simon Verpem in Catholico precat: ſelect. Enchiridio.*

Sicut cadauer tale appellatur, quia ſpiritum viuificantem non habet: ſic *& peccator cadauer quia iuſtitiæ ſpiritum non habet rectè appellatur. Omnis qui in peccati mortem reciderit non inconuenienter poterit cadauer vocari, quaſi exanimis namque iacet, qui iuſtitiæ viuificantem ſpiritum non habet.* *Sant. Pagninus in Iſagoge ad myſt. ſacræ ſcrip. ſenſus c. 23.*

Vt vitalis ſpiritus à cerebro in reliquum corpus per neruos diffunditur & membris ſenſum & motum ſuppeditat: Sic Spiritus Chriſti à capite in membra illi connexa per commiſſuras & compagines fertur, vitamque & motum ſubminiſtrat, atque ita auget ſeſe corpus augmento Dei: Sic Theophylactus. Poteſt & hic eſſe ſenſus, ex quo totum corpus per nexus & iuncturas dependens, per mutuas membrorum adminiſtrationes, creſcit in augmentum Dei. Dum enim quiſque credentium ſuam partem ſuppeditat, & quodammodo ſuum ſymbolum adfert, vt dum Epiſcopus diligenter concionatur, Monachus iugiter orat, Laicus humiliter obtemperat & diſcit à ſuperioribus, & ſic in cæteris vnumquodque, quod ſui eſt officij, ſubminiſtrat, corpus Chriſti augetur & perficitur, locus hic conferendus cum eo, qui eſt in Epiſtola ad Epheſios capite quarto. Ex quo totum corpus *Adamus Saſbout in Epiſt. Pauli ad Coloſſ. c. 2*

compa-

compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis.

Antonius de Rampegolis verb. d. vitæ.

Dicunt medici quod habens ſtomachum frigidum multum appetit & modicum digerit, ideo ſi interdum nimis ſumit illud cum anguſtia euomit. Spiritualiter hominu affectum ad diuitias. Frigidam habet digeſtiuam ad bene faciendum pauperibus. Nam ſicut cibus indigeſtus non diffunditur per membra: ſic cupidi pecunia non deſpergitur per pauperes, qui dicuntur membra Chriſti. Sed nec etiam ſibi proſunt, ſicut nec cibus in ſtomacho frigido, quia diſponit ad hydropſim. ſen. auarus nulli eſt bonus, ſibi autem peßimus. Non comedet ergo quæ ſibi comparauit, quia morte irruente deuorabunt alieni laborem ſuum.

Idem verb. eccleſiæ.

Omne corpus eſt trina dimenſionis ſecundum ſuam quantitatem, habet enim longitudinem, latitudinem & profunditatem, hac videmus eſſe etiam in corporibus naturalibus, & in corporibus artificialibus. Spiritualiter. Eccleſia fidelium eſt quoddam corpus cuius Chriſtus caput eſt, noſque eius membra. Habet enim quandam longitudinem, id eſt, quadam ſeruanda in longitudine vitæ præſentis, habet etiam latitudinem, id eſt latitudinem, ſui gremij, vt filiorum capax efficiatur, habet etiam altitudinem, ad quam alieni vel extranei nequeant peruenire.

Idem.

Sicut corpus 4. mutationis ſpecies ſubit: ſic & moraliter mundus. *Nota quod quadruplex eſt mutationis ſpecies, ſcilicet ad ſubſtantiam, ad qualitatem, ad quantitatem, & ad vbi: Ad ſubſtantiam dicitur generatio & corruptio, ad qualitatem dicitur alteratio, ad quantitatem augmentum, ad vbi dicitur ſurſum & deorſum, antrorſum & retrorſum, dextrorſum & ſiniſtrorſum. Spiritualiter, has mutationes continuè mundus iſte facit. Nam prima mutatio eſt ad ſubſtantiam, quando de natiuitate ad mortem, quod dicitur generatio & corruptio, ſcilicet naſci & mori. Iob: homo natus de muliere &c. Secunda eſt alteratio, quando alteratur homo mille modis. Bern. in meditationibus. In hac valle lacbrymarum & vita laborioſa, vita corruptibilis, vita amaritudinum plena; hanc humores tumidant; dolores exterminant; ardores exſiccant; aerea morbidant; eſca inflant; ieiunium macerat; ioci ſoluunt; triſtitia conſumunt; ſollicitudo coarctat, ſecuritas hebetat; ſenectus incuruat; infirmitas frangit, mœror deprimit. Hæc Bern. Alia eſt mutatio ad quantitatem, & hac reſpicit diuitias mundi, quæ augmentantur & diminuuntur ſæpe ſecundum Dominium, & reuolutiones fortunæ, vnde quidam Philoſophus, ſi bene inquit volumus dicere veritatem, non propria ſed mutuata vocare poſſumus quæ habemus: quia cum omnes in rota volubilis fortunæ militemus, ſæpe de diuitiis in paupertatem mergimur improuisè. Quarta eſt ad vbi mutatio, ſurſum & deorſum &c. Hac mutatio reſpicit Dominia & potentes; nam videmus quod qui primatum tenebãt in mundo, ſubito deueniunt ad miſeriam; & qui in dextra florebant per potentiam, cadunt per triſtitiam ad ſiniſtram, & tantò fortius conquaſſantur quantò locus eorum erat eminentior. Chryſ. ſuper 2. Can. Matth. Spei grandis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt: ſicut enim ramum arboris in excelſo poſitum etiam ſi leuis aura flauit, monet; ſic & ſublimes in culmine dignitatum exiſtentes, leues nunt ij fama conturbat, humiles ſicut in conualle plerumque in tranquilitate conſiſtunt: his ergo mutationibus pulſatur miſer homo in hoc mundo, qui propter has penitus fugiendus eſſet. Fig. Gen. 31. cum Iacob ſeruiſſet Laban per Rachel ſeptem annis accepit Lyam, videns igitur quamplurimas deceptiones, in ipſo dixit ei: mutaſti mihi mercedem meam decem vicibus, & tollens quid ſuum erat, Iacob poſtquam multo tempore moratus eſt: & poſt multas deceptiones receptas reuerſus eſt ad*

terram

terram natiuitatis ſuæ. Spiritualiter per Labã qui dealbatio interpretatur ſubaudi mundum, qui ſemper extrinſecus proſpera præbet, & intus amarior eſt felle, mutat igitur nobis mercedẽ decẽ vicibus, & cum credimus Rachel recipere, quæ pulchra & delectabilis eſt, dat nobis Lyam, quæ dicitur laborioſa. Reuertendum eſt ad terram natiuitatis noſtræ, ſcilicet ad æternam vitam, propter quam regenerati ſumus in Chriſto, vbi perfectam requiem inuenimus, qui etiam ſuperat omne bonum terrenum, vnde Aug. in lib. de moribus Eccle. Tanta eſt pulchritudo iuſtitiæ, tanta eſt iucunditas lucis æternæ, hoc eſt inconmutabilis veritatis & ſapientiæ, vt etiam ſi non liceret in ea amplius hærere niſi vnius diei hora, propter hanc huius ſeculi innumerabiles anni vitæ pleni delitijs & confluentia bonorum temporalium rectè meritoque contemnerentur.

Sicut pes libenter ſeruit oculo, quaſi ſibi ſeruienti: ſciens quia niſi oculus ſuo miniſterio fuerit vſus, nec ipſe ſuo poterit vti: ſic ſancti ſibi inuicem debent eſſe ſubiecti, vt minori maior non inuideat, quaſi maiori, ſed libenter ei obſequatur quaſi ſeruienti. Chryſo. hom. 73. oper. imperfect.

Sicut in corpore alio quidem membro corrupto, non magnum eſt damnum, oculis vero læſis vel capite contrito, totum corpus inutile redditur: ſic in ſanctis & magna emeritis dicendum eſt. Quando illi extincti fuerint, cum maculam quampiam admiſerint, totum & reliquum corpus intolerabile detrimentum patietur. Idem hom 1. ad popul. Antioch.

Sicut in corpore principatum natura dedit capiti, cui ſummum locum tanquam regiam attribuit reliquis membris omnibus, quæ à ceruice vſque ad imos pedes pertinent, ei pro baſi ſuppoſitis: ita inter cæteros ſenſus imperium penes oculos eſſe voluit: ideo hos quoque in ſublimi collocauit, vt principes, & quidem varijs modis honoratos ſed præcipue loco tam inſigni ac conſpicuo. Philo. lib. de particularibus legibus.

Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema Vnctio, Ordo Matrimonium. Quorum prima quinque ordinantur ad perfectionem vnius hominis in ſe ipſo; alia duo ſcilicet, Ordo & Matrimonium ordinantur ad perfectionem, & multiplicationem totius Eccleſiæ. Vita enim ſpiritalis conformatur vitæ corporali, in vita autem corporali perficitur homo, primo per generationem, quia naſcitur in hoc mundo. ſecundo per augmentum quo perducitur ad quantitatem, & virtutem perfectam. Tertio per cibum, quo ſuſtentatur vita hominis, & virtus. Et hæc quidem ſufficerent, ſi nunquam eum infirmari contingeret, ſed quia frequenter homo infirmatur quarto indiget ſanatione: ſic eſt vt in vita ſpirituali. Primo enim indiget homo regeneratione, quæ fit per baptiſmum; ſecundum illud. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poterit introire in regnum Dei. Secundo oportet, quod homo accipiat perfectam virtutem, quaſi quoddam ſpirituale augmentum, ſcilicet per Sacramentum confirmationis ad ſimilitudinem Apoſtolorum, quos ſpiritus ſanctus adueniens confirmauit. Tertio oportet, quod homo ſpiritualiter nutriatur, per Euchariſtiæ Sacramentum, ſecundum illud: niſi manducaueritis carnem filij hominis &c. Quarto oportet quod homo ſanetur ſpiritualiter, per Sacramentũ Pœnitentiæ, ſecundum illud Pſalmi: ſana animã meã quia peccaui tibi. Quinto ſpiritualiter ſimul & corporaliter per Sacramentum extremæ vnctionis; ſanatur ſecundum illud: infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros & orent ſuper eum. Quantum autem ad communem Eccleſiæ vtilitatem, ordinantur duo Sacramenta, ſcilicet ordo & matrimonium. Nam per ordinem Eccleſia gubernatur, & multiplicatur ſpiritualiter & per matrimonium multiplicatur corporaliter. D. Thomas opuſculo de Eccle. Sacra.

Sicut corpus humanum habet oculos, nares, guttur, os, capùt, dentes, *Archang de Burgo nouo in dog Cabalaſt..*

brachium, cor, dorſum, faciem, & eiuſmodi membra: ſic Deus eadem habet ideſt Sacra Scriptura Deo, modo humano membra tribuit; *dexteram habet Pſal. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: de ſiniſtra Pater: ad quam collocabuntur mali in nouiſſimo examine: de ſeſſione Iſai. cœlum mihi ſedes eſt: & terra ſcabellum pedum meorum: de ambulatione Geneſ. dicitur quod ambulabit ad meridiem: & 50. Pſal. viderunt ingreſſus tuos Deus: de oculis & auribus Pſal. palpebræ eius interrogant filios hominum. De naribus Exod. Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis. De ore Iſai. os Domini loquutum eſt de gutturre Cant. Guttur tuum ſicut vinum optimum. de capite Cant. caput tuum ſicut Chermel. De manibus. Pſal. & Iob: manus tuæ fecerunt me. de digitis pſal. videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: De dentibus Cant. Dignum eſt vinum dilecto meo ad potandum, & cibus labijs & dentibus eius: de humeris Iſai. factus eſt principatus ſuper humerum eius. De brachijs Iſai. brachium Domini, cui reuelatum eſt. De Corde: primo. Reg. inueni hominem ſecundum cor meum. De dorſo Iere. Dorſum, & non faciem oſtendam eis, in die perditionis eorum. De pedibus pſal. Et caligo ſub pedibus eius.*

Leo Hebræus de amore dialogo 2.

Sicut corpus humanum: ſic & mundus vniuerſus in tres diſtinguitur partes: quarum prima infimam: ſecunda mediam: tertia ſupremam ſedem occupauit. Prima à membrana ſiue panniculo quodã, qui medium corpus noſtrum ex tranſuerſo diuidit & diaphragma appellatur, principium ſumens vſque ad crura protenditur. Secunda ſuper primam collocata à diaphragmate incipiens ſurſum vſque ad caput aſcendit. Tertia omnium ſuprema caput ipſum exiſtit. Primam ſedem omnia ea incolunt membra, quæ alimento & generationi deſeruiunt: quemadmodum ventriculus, iecur, fel, lien, meſenterium, inteſtina, renes, teſtes & penis. Hæc autem pars humani corporis cum mundo inferiori generationi obnoxio poteſt conferri. Sicut enim in eo ex prima materia quatuor generantur elementa, ignis, aer, aqua, & terra: ita in hac infima parte ex cibo, qui omnium quatuor humorum materia prima vocari poteſt; ipſi quatuor gignuntur humores: bilis calida ſicca atque ſubtilis, igni perſimilis: ſanguis calidus humidus, ac optimè temperatus cum aere conueniens: pituita frigida, & humida aquam repræſentans: melancholicus humor, frigidus & ſiccus terræ reſpondens. Et ſicut ex quatuor Elementis animalia conficiuntur, quæ præterquam quod nutriuntur atque augentur, ſenſum quoque motumq́, participant: nec non ſiunt plantæ quæ & ſenſu & motu deſtitutæ aluntur ſolum atque augentur: aliaque inanimatorum mixtorum genera in lucem prodeunt: quæ & ſenſus & motus: & nutrientis, atque augentis expertia facultatis elementorum feces merito poſſunt vocari: vt lapides fungi, ſal & metalla. Ita quoque ex quatuor humoribus in hac prima & infima ſede procreatis inumbra quadam ſunt, quæ aluntur, augentur, ſentiunt, atque mouentur vt nerui, panniculi, muſculi, atque lacerti: alia autem gignuntur, quæ & ſenſu & motu ſuapte natura ſunt deſtituta: nutriuntur tamen ac augentur, vt oſſa Cartilagines, & venæ. Ex cibo inſuper, & quatuor humoribus alia generantur; quæ nec ſenſum, nec motum illum participant nec nutriuntur, nec aguentur, ſed feces ac cibi humorumq; ſuperfluitates exiſtunt: vt ſtercus, lotium, ſudor, narium purgamenta: & aurium ſordes. Et quemadmodum in inferiori mundo animantia quædam ex putredine generantur, quarum plurima veneno ſunt infecta: ſic etiam ex corruptis humoribus multa morborum ſpecies proficiſcuntur, quarum nonnulla veneni inſtar hominem ipſum conficiunt; & ſicut denique in mundo inferiori, cæleſti antecedente virtute naſcitur animal illud inſigne ac

gne ac ſpiritale, quod homo nuncupatur; ita & magis probato ac tenuiori humorum vapore tenues purique ſpiritus generantur, ad eorum procreationem ſpirituum vitalium in corde reſidentium virtute quoque concurrente, qui ad ſecundam partem corporis humani cœlo proportione quadam, vt poſtea dicemus, reſpondentem reducuntur. So. *Conuenientiam partis vniuſcuiuſque noſtrum inferioris cum ſublunari mundo atque caduco optime intellexi. Nunc ad cœleſtem tranſeamus.* PH. *Altera humani corporis ſedes, quæ ſupra ſeptum tranſuerſum collocatur, et ad guttur vſque pertingit membris ſpiritalibus fuit aſsignata cordi, & ambobus pulmonibus dextro atque ſiniſtro: In dextro tres, & in ſiniſtro duæ pulmonum particulæ diuiſa atque diſtincta conſpiciuntur. Hæc ſecunda corporis noſtri portio cœleſti mundo reſpondere videtur. Cor octaua ſphæra eſt perſimile, innumerabilibus fere ſtellis refulgenti, & ei totius cæli portioni quæ ſuper ipſam exiſtit, ac primum mobile vocatur: quod cæteris omnibus æqualem, regularem, atque orbicularem motum largitur, ſuaque perpetua ac indeficiente motione omnia corpora conſeruat vniuerſi: & quilibet alius vel planetarum, vel elementorum motus, dummodo continuus exiſtat, ab eo originem deducit. Eadem quoque ratione humanum cor ſemper in circulum & æquabiliter mouetur: nec vnquam quieſcit, & ſua continua atque æquali motione, vniuerſo corpori vitam ſubminiſtrat: & indeficientis pulmonum anhelitus atque aſſidui omnium arteriarum pulſus. Prima eſt origo in corde omnes ſpiritus, omneſque humanæ reſident vires, non ſecus ac octauo orbe, coruſcantium ſtellarum: quarum quædam magnæ, non nullæ mediocres & aliquæ paruæ exiſtunt, nec non cœleſtium formarum tanta conſpicitur multitudo. Sydereo orbi & primo mobili ſeptem erratici planetæ, ſtatim ſuccedunt, ea ratione ita vocati: quia in motu errare videntur, cum modo recte incedere, modo recurrere alias celeriter, alias tarde moueri, exiſtimentur: omnes tamen mobile primum conſequuntur: ſimiliter quoque pulmones ſunt cordis velut ſatellites quidam atque miniſtri, & frequenti aſſiduaque ipſorum motione eius commodis inſeruiunt: qui quidem cum velut ſpongiæ quædam noſtri corporis exiſtant, quandoque dilatantur & quandoque contrahuntur: modo feſtina, modo tarda vtentes reſpiratione, nimirum hac ratione errantium ſyderum inæquabilem motum imitantes: & quemadmodum ſeptem planetarum præcipui vniuerſitatis cura propoſiti duo clariſſima mundi lumina eſſe dicuntur. Sol & Luna, & in ſublimiori regione tres planeta vna cum ſolo ſuper eum tamen collocantur Mars, Iupiter, atque Saturnus: in inferiori autem ſimul cum Luna ſuper ipſam quidem, reliqui duo ſtatuuntur Venus ac Mercurius: ita dexter ac principalis pulmo Solem repræſentat, & ideo in tres particulas diſtinguitur, quæ ab eo vt partes à toto continentur: ſiniſter autem Lunam referens, vt quoddam totum in duas diuiditur portiones, quæ quidem omnia ſimul collecta, ſeptenarium numerum abſoluunt. Præterea ſicut cœleſtis mundus inferiorem lumine, motu ſuo continuo regit, atque conſeruat, vitalem calorem, Spiritum & motum rariorem interuentu cum eo communicando; ita cor ima ambobus pulmonibus vniuerſorum corpus tuetur, atque gubernat calorem ſpirituſque vitales, & continuam ſuam motionem arterijs intercedentibus, cum eo participando: Quapropter ſimilitudo inter cœlum, & ſecundam humani corporis ſedem perfecta & conueniens vndique eſſe videtur* So. *Conuenientia inter cor membraque ſpiritalia, & cœleſtem mundum diuinam ſuam virtutem inferiorem mirabili quadam ratione influentem, à te non minus diſertè, quam eruditè expoſita mihi admodum probatur. Hunc mundi ſpiritalis cum humano corpore proportionem videamus:* PH. *Caput hominis quæ*

 ſuprema

ſuprema pars ipſius exiſtit, eſt mundi ſpiritalis imago, qui ex diuini Platonis ſententia, nec Ariſtotele diſſentiente in tres diſtinguitur ordines, animam, intellectum, atque diuinitatẽ: anima eſt illa, à qua cœli peruenit motus: et quæ inferioris mundi naturam ſicut materiã primam ipſa natura, cuſtodit atque gubernat. Hanc humanum cerebrum vna cum duabus ipſius facultatibus ſenſum motumque voluntarium ſubminiſtrantibus repræſentat, quæ ambæ anima noſtra ſentiente anima mundi quam ſimillima corpora gubernanti atque moueuti continentur. Poſtea in homine intellectus poteſtatis collocatur: qui poſtrema eius eſt forma, proportione quadam intellectui reſpondet, vniuerſi in quo omnes angelicæ mentes reperiuntur. Poſtremò in ipſo homine agens quoque reſidet intellectus, cum quo ſi quando intellectus coniungitur poteſtatis ſtatim actualis & perfectiſſimus, Deóque plenus & cum ſacro ſancta diuinitate copulatus euadit. Hic nempe actualis intellectus, cum in homine reperitur diuino principio quadam ex parte poteſt aſſimilari, à quo omnia originem ſuam deducunt, & ad quem vniuerſa tanquam ad vltimum finem diriguntur, in eoque tandem quieſcunt. Quæ hactenus de hominis conuenientia cum ipſo toto ac vniuerſo familiariter inter nos fuimus collocuti, ratione inſuper adiuncta, cur ab antiquis microcoſmos fuit appellatus, ſatis tibi Sophia eſſe videatur. Aliæ quoque nonnullæ intercurrunt ſimilitudines: quas omnes enarrare, nimis prolixum foret: à ſuperiori propoſito alienum. Quæ modo dicimus maxime nobis erunt vſui, cum de ortu atque origine amoris verba facimus; tunc enim intelliges quomodo res omnes quæ in mundo conſpiciuntur; non temere ſeſe mutuo proſequuntur amore, tum ſumma ima tum inferiora ſuperiora, propterea quod omnia ſimul tanquam partes corpus quoddam integrum, atque perfectum componendum concurrunt. So. orationis ſeries & connexus eo vſque nos prouexiſſe videtur, vt non nihil à propoſito noſtro digreſſi fuerimus.

Quemadmodum in corpore humano membra dum ordinem ac Symetriam ſeruant, rectè ac per pulchrè cohærent: quando vero ab ordine recedunt vnitatemq; continui ſoluunt, facillime diſſoluuntur: idem de corpore eccleſiaſtico ac ſeculari eſt aſſerendum: nam *& in corpore ciuili republica tam eccleſiaſtica quam ſecularis, ſeruato diſtincto officiorum ordine, recte tam imperandi quam parendi leges cuſtodiuntur. Nam & ſunt qui imperant, & qui imperantium poteſtati ſubiecti ſunt, & hæc quidem inter ſe à Deo ordinata ſunt, dicente Apoſtolo; omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit, & in primis talis ordo in eccleſijs etiam à Deo diffinitus eſt, vt idem Gregorius Nazianzenus eleganter deducit, ordo, inquit & in eccleſijs diffiniuit, vt eſſet grex quidam & eſſent paſtores: eſſet quod regeret, & quod regeretur: & quod quidem quaſi caput, illud vero manus, aliud autem pedes, aliud item oculus, aliud denique aliud quoddam corporis membrum ſiue præſtans, ſiue minus: præſtans ad vſum elegantemque porportionem totius: & ſicut in corporibus membra inter ſe non ſunt diuulſa, ſed totum ex diuerſis cohærentibus vnum eſt corpus, neque eadem omnium operatio etiamſi eadem, ſit cum mutua opera ad neceſſitatem vti beneuole comprobant, & annuunt. Et neque oculus ambulat, ſed iter monſtrat & ducatum præbet: neque pes proſpectat, ſed tranſit & transfert: neque lingua vocem excipit, neque aures loquuntur quod linguæ eſt, hoc non aurium eſt: & nares olfactus ſenſoria ſunt. guttur vero cibos guſtat, ait Iob: manus autem dandi recipiendique inſtrumentum eſt. Cæterum mens dux omnium à qua ſentiendi vis, & ad quam*

Conradus Brunus de ſeditionibus lib. 6. cap. 5.

Ordo in Eccleſijs.

quam ſenſatio proficiſcitur; ſic & apud nos qui ſumus in Chriſto: ſingulatim vero Chriſti & inter nos membra: & cum alterum principatum obtineat, & præſideat, alterum dirigitur & ducitur. Et licet non idem ſit regere, & regi: ſunt tamen vtraque vnum ab eodem Spiritu in Chriſtum coaptata, & compoſita etiamſi ſubditi quantocunque interſtitio deſiſtent; & Duces quantacunque eminentia antecellant eruditione, vſu & ætate. Hunc igitur ordinem ſi recte cuſtodierimus, id eſt, ſi id egerimus vt membra corporis Reipublicæ tam eccleſiaſticæ, quam ſecularis quantum libet diſsimilia ſua quoque recte officia præſtent; nec dominum ſe faciat, qui eſt ſeruus: nec nobilem, qui eſt plebeius, nec exercitum ducat, qui eſt inter milites ordinatus, nec paſtorem agat, qui eſt ouis: nec Epiſcopum qui eſt presbyter: nec presbyterum qui eſt Diaconus. Tum enim omnis deordinatio ceſſabit & cunctis in ſuum genuinum ordinem redactis vera concordia coaleſcet.

Vt corpus diuerſa membra habet diuerſis officijs diſtincta, de vno tamen ſpiritu & virtute participantia: ſic Eccleſia & ipſa corpus eſt, cuius membra ſunt fideles multa quidem & inter ſe diuerſa ſed mutua charitatis & vnius ſpiritus compage, ita coniuncta, & vnita vt in idipſum pro inuicem ſolicita ſint: etſi quid compatitur vnum membrum compatiantur & alia: ſi glorietur vnum, glorientur & alia, vt Apoſtolus Paulus docet. Nec vnitas diuerſis modis ſcindetur.

Quemadmodum vnitas corporis humani à plagis, abſceſſibus, vulneribus, percuſſionibus ſcinditur atque diſſoluitur: à mediciſque continui ſolutio appellatur: ſic corporis eccleſiaſtici vnitas à diuerſis cauſis ſcinditur atque perturbatur & ipſi ſciſſioni ſchiſmatis nomen Theologi indiderunt. *Conrad. Brunus de ſedi. lib. 1. cap. 3.* *Primum propter diuerſam fidei profeſſionem vel diuerſam in actibus eccleſiaſticis ſententiam, cum diſceſſione ab Epiſcopali, & eccleſiaſtica obedientia coniunctam: iuxtà illud prophetæ: Sciſſuras ciuitatis videlit quia multiplicata ſunt. Et in hac ſignificatione, ſciſma ab Auguſtino diffinitur, vt ſit recens congregationis ex aliqua ſententiarum diſſentio. Ad quem modum omnes hæretici ſchiſmatici appellantur, atque huius generis tot fere ſchiſmata ſunt quot hæreſes. Nam vt hæreſis vnquam fuit, quæ præter hoc quod eius aſſertores à Catholicis diſſentientes, ſe ipſos ab eccleſia ſeparauerunt, ſubinde etiam inter Chriſti fideles non aliquam diuiſionem, & multorum Epiſcoporum ſuorum ab obedientia defectionem peperit. Cuius rei innumera ferè exempla à me referri poſſent: de quibus poſt hac nonnihil dicemus, cum ſeditionibus ex hæreſibus deſcendentibus tractabimus. Secundo cum Epiſcopi, alijque inferioris etiam conditionis homines Rom. Pontificis tanquam eccleſiæ capitis pertinaciter & cum quadam rebellione debitam obedientiam, ſubtrahunt, de quibus B. Cyprianus, ad Cornelium Papam ad hunc modum ſcribit. Nec enim hæreſes aliunde ortæ ſunt, aut nata ſchiſmata quam inde quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in eccleſia ad tempus ſacerdos & ad tempus iudex Chriſti vice cogitant: cui ſi ſecundum miniſteria diuina obtemperet faternitas vniuerſa, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiſcoporum conſenſum, iudicem non ſe iam Epiſcopi, ſed Dei facere: nemo diſsidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet. Idem ad Florentinum Papianum inde inquit ſciſmata oriuntur dum Epiſcopus, qui vnus eſt & præeſt, ſuperbe quorundam præſumptione contemnitur & homo dignatione, Dei honoratus indignus hominibus iudicatur.*

Idem.

Eſaiæ 22.

lib. 2. contra Creſcent. Gram.

Ac talis quidem ſeditio fuit chore, Datan, & Abyron, cum eorum aſſeclis; Hi nimi-

rum,

rum, ab obedientia ſummi ſacerdotis ſeſe ſubtrahentes, adeoque profani ipſi eorum officia vſurpantes, ac contra Moyſen & Aaron ſtantes dixerunt. Sufficiat nobis, quia omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus, cur eleuamini ſuper populum Domini? deinde vocati à Moyſe dixerunt. Non veniemus, nunquid parum eſt tibi quod eduxiſti nos de terra Ægypti, quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deſerto niſi & dominatus fueris noſtri? an & oculos noſtros vis eruere? non veniemus &c. In nouo vero teſtamento, inſtituto iam vere Euangelico ſacerdotio, veteres hos ſchiſmaticos imitati ſunt Nouatus, Vniclepb, Hus, & innumeri alij ſchiſmatici. Et noſtris temporibus Lutherus Zuinglius cum eorum, & diaboli ſatellitibus, infinita prope Lutheranorum & Zuinglianorum cohorte, qui & idem ſummo in eccleſia ſacerdoti ſummo Pontifici, alyſque Epiſcopis reſiſtentes, nihil ſcribunt & docent, quam omnes Chriſtiani ſunt, ex æquo ſacerdotes, & Epiſcopi, omnis multitudo ſanctorum, & in ipſis eſt ſpiritus Dei, quid eleuamini ſuper ipſos, cum & ipſi omnia munia ſacerdotis implere poſſint, quid vobis conſecrandi munus arrogatis, cum & mulieres conſecrare, & corpus Chriſti conficere poſſint? Quid tibi primatum in Eccleſia vſurpas, Romane Pontifex: cum omnes tecum ſacerdotes per vniuerſam eccleſiam, parem poteſtatem, & iuriſdictionem habeant? Quid præſumitis Epiſcopi cum omne officium & iuriſdictio, quam hactenus in Eccleſia exercuiſtis, totum ad magiſtratus ſeculares pertineat. Deinde admoniti à ſummo Pontifice, reliquiſque Epiſcopis: Eccleſiæ prælatos, vt miniſtros debita veneratione, & obedientia proſequantur: miris modis in plebe vociferantur, iniuſto ſe Domino premi, & neſcio quod lac & mel, verbi Dei, & communicationis in vtraque ſpecie, multo tempore eis fuiſſe ſubtractum, & innumera eiuſdem generis ſimilia: quorum omnium plena eorū ſcripta reperiuntur, & templa eorum boatu complentur. Tertio diuiditur vnitas Eccleſiæ duobus pluribuſue de Pontificatu, ſiue ſummo, ſiue inferiori contendentibus. Nam qui hoc modo ſe pro pontificibus gerunt, nolentes ceſſionem, remunerationem alioſue legitimos, modos, vt vnus Eccleſiæ Epiſcopus legitime præficiatur conſentire, pro ſchiſmaticis habendi ſunt: vt qui Eccleſiaſticam vnitatem ſcindunt, non quidem eius auctoritati detrahentes: ſed obedientiam potius Chriſto, qui eſt verum & primarium caput Eccleſiæ, ſubtrahentes, huius generis viginti nouem ſchiſmata in Romana Eccleſia numerantur.

Dion. Chryſoſt. orat. 17. de auaritia. *Vt corporum partes inflammatæ ſane non ſtatim cedunt ad primam aſperſionem, ſed ſi quis continenter faciat, molliuntur, & melius habent: ſimiliter ergo & illam in multorum animis inflammationem, ſi quis mitigare queat aſſiduis vſus ſermonibus, rem gratam fecerit. Dico vero & de Auaritia quod omnes quidem ſciant, eam non eſſe vtilem, neque honeſtam, ſed multorum malorum cauſam: haud tamen abſtineant ab ea neque quiſquam velit hominem æquali cum proximo contentus eſſe re. Atqui ſegniciem & incontinentiam, vniuerſaque breuiter alia vicia inuenias quidem ipſis habentibus noxia: & in re qui horum aliquo tenentur admonitis ſubiacent, & condemnationi: non tamen ſunt inuiſi, neque vt communes omnium hoſtes reputantur.*

Rodericus à Caſtro de offic. medico polit. lib. 4. cap. 5. Sicut corpus eo modo quo in hanc lucem ingreditur: ſic eodem, anima ex hac vita migrat & in illam clariorem lucem tendit, vt ex quorundā ſententia Rodericus à Caſtro ponit. *Quoniam autem ſermo hactenus fuit de ſimilitudine rerum humanarum cum cæleſtibus, iuuat hic eruditam ſapientum inſerere ſententiam. Cenſent hi non aliter hominem in hanc vitam ad immortalitatem diſponi, quam in vtero fuerat ad hanc vitam efformatus. Quemadmodum enim in vtero matris quia viuebat*

Pulchra ſententia ac ſimilitudo de hominu generatione ac morte.

nebat vita planta, in anguſto continebatur loco ſufficienti tamen ad vita genus, editus vero in lucem quo ſenſibus viuit, lucem conſequitur ampliorem & ad ſenſuum operationes obeundas conuenientem: Ita poſtquam, ex hac vita migrauit ad contemplationem rerum à ſenſibus ſemotarum, & ad illam mentis nobiliſſimam actionem, quam Græci Τοτειον vocarunt tranſit, in alteram lucem, tanto maiorem & excellentiorem, quanto intellectus operatio ſenſuum actiones antecellit. Egrediens infans ſecundinas exuit, per quas in vtero vegetabat: egrediens ex hac vita anima corpus deponit, moriuntur in ortu tres illæ membranæ: deficiunt in morte tres præcipuæ corporis facultates; naturalis, vitalis & animalis. Naſcitur infans dolore, vi & querelis: diſcedit anima à dilectiſſimo corpore iiſdem affectibus, ſed enim vt optima conſtitutio corpori pendet à prima ſeminis in vtero conformatione: ita profecto animæ conditio in altera vita ſequitur huius vitæ opera. Talis enim anima ibi procul dubio erit, qualis hic fuerat efformata, miſera nimirum & abiecta, ſi ſocium habuit corpus vitiis inquinatum: felix & glorioſa, ſi virtutibus & præclaris cogitationibus in corpore aſſueuerit. Denique editus in lucem infans vtitur alia viuendi ratione multo diuerſa à priori, cernit lucem Solis & formas ac figuras, quæ ſibi antea fuerant incognitæ: ita anima à corpore ſeparata diuerſo fruitur vitæ genere, diuinam contemplatur lucē, & mirabiles rerum facies quas corpore incluſa nunquā viderat.

Chryſoſt. hom. 21. in Matth.

Quod oculus, hoc intellectus animæ, vt enim nequaquam optes auro ornari, veſte ſerica conſpici, ſi ſit oculis tibi curandum, ſed horum proculdubio ſanitatem deſiderabiliorem rebus omnibus iudicares: quæ ſi tibi certe depereat, nihil & iam tota vita delectat: quanto hoc magis pro oculis mentis debes efficere? ſicut enim poſtquam corporalium oculorum lumen extinctū eſt, omnia iam membra in miſeria verſantur, ac tenebris: ita etiā mente cæcata innumeris prorſus malis vita hominū cumulatur. Quemadmodū igitur in corpore hoc maxime prouidemus, vt oculos habeamus incolumes: ſic etiam in anima intellectus ſeruemus ſalutē. Sicut enim qui caput ipſum fontis obſtruxit, totū ſimul exſiccauit & fluuium: ſic etiam qui oculū mentis tenebris obduxit, omnes quoque vitæ iſtius actus vna confuſione cæcauit. Si enim lumen quod in te eſt tenebræ ſunt, tenebræ quantæ erunt? Quando cum lucerna extinguitur, quando gubernator mergitur, quando dux ipſe capitur, quæ tandem obedientibus ſupererit ſpes ſalutis? intellectum dedit nobis Deus vt ignorantiam fugemus è mentibus vt rectum teneamus iuſtumque iudicium, atque ad alia eiuſmodi dirigamur, vt contra diuerſarum impugnationum varios impetus, hoc quaſi ſcuto vſi ac lumine maneamus innocui, atque muniti. Nos vero tantum hoc Dei donum temere prodimus, propter ſuperflua ac vana prorſus. Quid enim prodeſt auratis armis milites refulgere, cum ducitur rex ipſe captiuus. Quid lucrum eſt ornata depictaque nauis, cum ipſius mergitur gubernator? Quæ nam illa eſt bene compoſiti corporis pulchritudo, cum facies oculos amiſit? Quemadmodum ergo medicum ipſum in ægritudinem mittas, & inde aurato cubiculo lectuloque argenteo iacere præcipias, nihil proficiet omnino languentibus; ita etiam ſi mentis principale corrumpens, quo ſcilicet ingruentibus potes vitiis repugnare theſauro feceris, eſſ dere nihil omnino profeceris. Sed totam prorſus animam læſeris.

Idem hom. 22. ad Hebreos.

Vt corporis oculos cum in fumo forte remorantur, lachrymas ſemper effundere, ſi vero potiantur aere purgato, & florētibus pratis & hortis virentibus, & fontibus inter amœna fluentibus & ſaniores eſſe multoq; maiore aciei fulgore rutilare intelligimus: Ita mentis quoq; oculus ſi in pratis ſpiritalis paſcatur eloquij, erit totus ſine dubio purus ac lucidus, & acutius cuncta perluſtratur: ſi vero in fumum ſecularium negotiorum fuerit ingreſſus, ad innumera mala lachrymabit.

Vt

Idem hom. 36. oper. imperfect.

Vt corpus ſanum aliquoties percutitur, & non facile vulneratur, corpus autem debile ab intus tacitam habet læſuram, etiamſi modice tactum fuerit, citius diſsipatur. Sic animal liberum & integrum non facile offenditur, animal vero inuidia vulneratum, non ſolum cauſa idonea, ſed etiam leuis occaſio incitat in dolorem.

Ioan. à S. Geminiano in concion. funeb. conc. 7 diſtinct. 4. Idem conc. diſtinct. 2.

Sicut corpus cum vehementer appetit cibum nec habere poteſt, dicitur fame conſumi. Sic anima in gehenna tormentis exiſtentes, & refrigerium pœnæ vehementer expetentes, dicuntur fame conſumi.

Quemadmodum vita corporis, à vita animæ procedit, ita & mors corporis ipſi vitæ oppoſita à morte animæ prouenit: Moritur autem non quoad vitam naturæ, ſed gratiæ & ſpiritualis per peccatum Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Vt oculi quod iuſto propius admotum eſt, non vident, ſed opus habent moderata quadam interuallari diſtantia: Itidem animas minus gratas videmus ſenſu attingi prærepta gratia dum priuatos ſe intelligunt prærogatiua bonorum. Acceptis enim vitæ iſtius commodis erga benignum datorem, ingrati ne vnam quidem agnoſcunt gratiam, vbi quid intercipi vident, id demum quod interceptum eſt deprædicant.

Baſilius in Iullitam martyrem.

Chryſoſt. hom. 30. oper. imperfect.

Sicut laborantibus & morbo affectis hominibus etiam ſalubres cibi ſunt, iniucundi, & amici & conſanguinei graues, vt ſæpenumero non modo non cognoſcantur ſed, videantur eſſe moleſti. Haud aliter his quorum animæ perierunt, euenire ſolet, ſiquidem quæ ad ſalutem conferunt ignorant, & qui ſui curam ſuſcipiunt, moleſtos arbitrantur: Quod non rerum natura ſit ſed illorum morbi. Et quemadmodum inſanientes amicorum cura, & admonitionibus offenduntur: itidem infideles, ſed veluti qui læduntur ab illis non contra ipſi lædant, ſed tunc maxime lachrymis & miſericordia eos proſequuntur; cum inde vehementioris morbi coniecturam faciunt, ſi amiciſsimos ignorant: itidem & nos erga Ethnicos faciamus, & eos muliebri, & maiori etiam vlulatu deploremus, quoniam communem ſalutem non intelligunt.

Idem hom. 46.

Sicut membrum à corpore præciſum viuere non poteſt, neque ramus arboris viridis eſſe: ſic & omnes hæretici præciſi à corpore vnius Eccleſiæ nec vitam Chriſti in ſe habere poſſunt, nec viriditatem gratiæ ſpiritualis, ſed Eccleſia eorum deſeria.

Idem hom. 5. in 1. Cor.

Quemadmodum in corpore recens mortuo eſt videre oculos, manus, pedes ceruicem, & caput, ſed nullum membrum facit, quod debet: ita & hic omnes fideles præſentes, ſed non eſt efficax fides.

Idem hom. de Dauid & ſol.

Sicut quoties diuturna quædam ac dura inflatio corporibus inhæſit, tum & longo tempore multoq; labore, & multa ſapientia in admouendis remedijs eſt opus, vt collectus humor, abſque vitæ periculo diſſoluatur. Idem videre eſt in anima; quoties enim aliquis morbum, qui iam radices egit in anima, multoque tempore concretus ſit, radicitus euellere voluerit, non ſatis eſt ad correctionem vnius diei duorumve admonitio. Verum oportet frequenter ac diebus compluribus in hac cura verſari, ſi modo non ad ambitionem, ac voluptatem, ſed ad fructum munus hoc geſturi ſumus.

Idem hom. 35. in 1. Cor.

Sicut oculorum acies pura & lucida, acute omnia intuetur, neque etiam in tenuiſſimis deprehendendis corporibus laborat. Verum ſi quis malus à capite humor vel caligo aliqua, ad oculum aſcendit, denſa quidem ante pupillam nebula obijcitur, quæ nec craſſiora quidem corpora videre ſinit. Ita animæ vſu venit cum omnia perturbatio, quæ offenderat, purgata eſt, intente opportuna omnia proſpicit. Verum cum plurimis turbatur affectibus, vim omnem illam amittit vel nihil altum valet intueri. Sed quamprimum

nebula

nebula abiecta, & ſomno atque ſegnitia, quæ ad virtutem & vitam vtilia ſunt, nulla in his capeſcendis alacritate contemnit.

Quemadmodum oculus turbatus, aliud pro alio cernit: ita mens prauarum cogitationum confuſione perturbata, idem pati conſueuit. Itidem & qui laborant inſania alius pro alijs rerum ſpecies ſe videre credunt. Verum hæc inſania quam illa periculoſior eſt, quæ noxam affert non in rebus ſenſibilibus, ſed intelligibilibus, non in pupilla corporalium oculorum, ſed in oculis animi diſtortionem gignens. Idem in ca. 2 ad Galat.

Sicut vires corporis moriuntur, & omnem ſenſum amittunt: ita & anima cum multis detinetur affectibus, virtuti moritur, & ſi quid attuleris, non ſentit, ſed ſiue ſupplicium ſiue quodcunque aliud minaberis, nullo ſane ſenſu mouetur. Idem 54. in Ioan.

Quemadmodum bona habitudinis corpora membris omnibus agilia, ſecuros pædotribas faciunt exhibendo illis, vel niſi negotij, vel minimum, itidemq́ agricolis generoſæ plantæ per ſe proficientes in bonas arbores: ſic anima bene nata præceptis, ſeſe obuiam offerens, à ſe ipſa magis, quàm magiſtris adiuuatur, arreptisq́ rudimentis cuiuſcunque ſcientiæ, equus (iuxta prouerbium) fertur in planitiem. Philo. de vita Moſis.

Quemadmodum corpora illuſtria, pellucidaque contactu radij Solis fiunt, & ipſa ſupra modum ſplendida, & alium fulgorem ex ſe profundunt: ſic anima ſpiritu afflata ac illuſtrata fiunt, & ipſæ ſpirituales & in alios gratiam emittunt. Hinc futurorum præſcientia, arcanorum intelligentia, occultorum comprehenſio, donorum diſtributiones cæleſtis conuerſatio, cum angelis chorea, hinc gaudium numquam finiendum, hinc in Deo perſeuerantia, hinc ſimilitudo cum Deo, & quo nihil melius expeti poteſt, hinc eſt vt Deus fiat. Baſilius de Spiritu ſancto.

Sicut corpora depreſſa & contracta ſunt tumidis meliora: ſic idem de anima eſt dicendum: *in corporibus dic mihi quæ nam valere dicimus, vtrum valde tumida ac multo intus referta flatu, & aqua? an depreſſa & contractam habentia ſuperficiem? ſine dubio hæc: ergo & in anima idem euenit? quæ tumet, grauiorem hydrope morbum habet, quæ vero depreſſa eſt, omni caret perturbatione.* Chryſoſt. hom. 7. in ep. Pauli ad Philippenſes.

Quemadmodum corpus hoc noſtrum ſi non adſit animo, profecto mortuum eſt, ac fœtidum: ſic anima niſi ipſam incitet ad orandum mortua eſt, ac miſera ac grauiter olens. Idem lib. 1. de orando Deum.

Sicut vires corporis moriuntur & omnem ſenſum amittunt: ita anima cum multis detinetur affectibus virtuti moritur: & ſi quid attuleris non ſentit, ſed ſiue ſupplicium, ſiue quodcunque aliud minaberis, nullo ſane ſenſu mouetur. Idem hom. 55. in Ioannem.

Vt corpus ægrum chirurgia, dieta & medicamento: ſic anima iiſdem indiget: eſt reprehenſio veluti quædam chirurgia animæ: Medicamentorum autem potioni, aut applicationi eſt ſimilis probri inſimulatio, quæ reſoluit affectiones quæ iam occalluerunt, impudicaq́ & libidinoſæ vitæ ſordes expurgat, faſtusq́ ac ſuperbiæ carnes quæ excreuerunt, exiccat. Iam vero admonitio eſt veluti quædam dieta ægrotantis animæ, quæ ſunt ſumenda conſulit & quæ non ſunt prohibet. Clemens Alexand. 1. pædog. cap. 5.

Quemadmodum corporis oculi modo obſcurè, modo clarè vident: ſimiliter etiam animæ oculus aliquando confuſiores, & certas, aliquando claras, manifeſtasq́ rerum proprietates concipit. Philo. lib. de cogn. quær. erud. gratia.

Sicut oculus euulſus à corpore, ac ſeparatus, nihil poteſt videre: Ita & anima ſeparata nihil ſentire quia, & ipſa pars eſt corporis. Falſum hoc et diſſimile eſt, anima enim Lactantius lib. 7. cap. 12 de præmio diuino.

non pars corporis, ſed in corpore eſt, ſicut id quod vaſe continetur, vaſis pars non eſt, nec ea quæ in domo ſunt, partes domus eſſe dicuntur. Ita nec anima pars eſt corporis, quia corpus vel vas animæ eſt vel receptaculum.

Chryſoſt. hom. 38. oper. imperfecti.

Sicut ſtomacho miniſtrante, vnumquodque membrum ſuſcipit nutrimentum, & conuertit ipſum in ſe ſecundum ſuam naturam, vt puta quod ſuſcipit iecur totum, fit ſanguis, quod autem ſuſcipit fel, bilis efficitur totum, quod vero in pulmonem phlegmata fiunt, quod autem in mammillas, totum efficitur lac. Sic ſacerdotibus in Eccleſiam loquentibus verbum; omnes recipiunt, vnuſquiſque autem conuertit illud ſecundum ſuum cor, ita & vnum idipſum verbum in cordibus, quidem rectis procedat, ad vitam, in cordibus autem peruerſis ſuſcitet iracundiam, quaſi bilis in alijs autem operetur dilectionem dulciſſimam, quaſi lac, in alijs autem odium, quaſi phlegma nociuum & expuendum.

Macarius hom. 43.

Sicut pupilla oculi, cùm ſit exigua, tamen eſt vas ingens, quoniam intuetur vna cælum, aſtra, Solem, lunam, vrbes, & alias creaturas: & eodem modo quæ conſpiciuntur in illa parua pupilla oculi ſimul, & eodem modo formantur & effinguntur: Hoc pacto ſe mens habet in corde, ipſumque cor eſt vas quoddam exiguum, ibi nihilominus dracones, ibi leones, ibi beſtiæ venenoſæ, ibi vitiorum cuncti theſauri, aſperæ & ſulebroſæ viæ, ibi præcipitia: itidem è contra ibi Deus, ibi etiam Angeli, ibi vita & regnum: ibi tamen & Apoſtoli, ibi cæleſtes vrbes, ibi theſauri gratiæ, ibi ſunt omnia.

Mambrinus Roſæus de inſtit. Princ. Chriſt. ca. 18.

Vt ex anima & corpore homo eſt compoſitus, & quemadmodum ad ſuſtentationem indiuidui huius, ut cibus corpori ſubminiſtretur neceſſe eſt: ita quoque intellectus nobiliſſima & ſuprema animæ pars, paſcendus eſt: paſci vero, & ali non niſi ingenuarum artium cognitione poteſt.

Macarius hom. 1.

Quemadmodum oculi ſunt lumẽ corporis, qui ſi ſani fuerint, totum corpus lucidũ eſt: ſi vero quidpiam incidat, vt obtenebreſcant, vniuerſum corpus tenebroſum eſt: ſic & Apoſtoli conſtituti ſunt, velut oculi, & lumen totius mundi: denunciabat igitur Dominus illis dicens: ſi vos qui lumen eſtis mundi perſeuerauerítis nec deflectatis, ecce corpus vniuerſum mundi lucidum erit. Quod ſi vos qui lux eſtis obtenebreſcatis, quantæ futuræ ſunt tenebræ mundi.

Chryſoſt. in cap. 1. ad Galat.

Quemadmodum in corporibus qui vulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones ac mortem denique: itidem in animis, qui puſilla diſſimulant, maiora inuitant.

Gregorius Niſſus oratione 1. De beatitudinibus.

Quemadmodum in præſtanti corporis forma, principalis quidem ac primaria pulchritudo in viuenti, vereque ſubſiſtenti facie eſt. Secundum vero locum ab hac obtinet id quod ad imitationem eius in imagine, atque ſimulacro oſtenditur: ita natura quoque humana, quæ eſt effigies, & imago ſupernæ beatitudinis etiam ipſa bona pulchritudine deſignantur, cum in ſeſe beatorum oſtenderit inſignium ſignificationes, & repræſentationes, ſed quia peccati ſordes pulchritudinem imaginis labefactarunt, & inutilem reddiderunt: venit is qui nos elueret ſua aqua viuenti, pariter ac ſalienti in vitam æternam, vt depoſita turpitudine, ex peccato contracta ad beatam formam renouaremur.

Chryſoſt. hom. 10. oper. imperf.

Sicut qui graues oculos habet, ſi ponas eum in aliquo obſcuro tenebroſoque loco, melius videt, ſi autem ponas eum in ſole, nihil videt, quia oculus eius non ſuffert lucis candorem: ſic homo carnalis qui oculum, id eſt mentem terrenis deſiderijs ſordidam habet, & turbulentam, ſi ponas eum in rebus mundialibus, ſapit & aſtutus eſt: ſi autem trahas eum

ad res

ad res ſpiritales, tenebreſcit, ac nihil ſapit, quia mens illius deſiderijs corrupta terrenis, iuſtitiæ bonum non ſentit.

Idem hom. vndecima ad Epheſ.

Quemadmodum ſpiritus ille ſenſibilis, qui ex cerebro per neruos in corpus deſcendit, non ſimpliciter omnibus omnia tradit, ſed iuxtà cuiuſque membri analogiam ipſius, illi quod plus & minus ei, quod minus capere poteſt: Ita & Chriſtus. Ipſius enim prouidentia chriſmatumque ſubminiſtratio, vniuſcuiuſque membri, animarum videlicet earum quæ velut membra quædam illi adaptata ſunt, iuxtà menſuram & analogiam incrementum facit.

Philo. lib. de Ioſeph.

Sicut bene compacta corpora exercitatione confirmantur, & acquirunt robuſtam inuictamque habitudinem. Sic ferox & immitis natura occupata ſuis ſimilibus ſtudijs duplò fit durior inacceſſa miſericordiæ, qui vnus affectus bonus & humanus.

Chryſoſt. hom. 25. oper. imperf.

Sicut vngues cum ſummitatem veſtiunt digitorum, quandiu præciduntur, dolorem faciunt corpori, cum vero præciſa fuerint, nullus ſenſus corporis inuenitur in eis, ſed ex ipſa natura altera noua procedunt, vt nullum videatur natura ſuſtinuiſſe diſpendium: ſic corpus donec caditur, ſentit anima: cum autem occiſum fuerit, nullus ſenſus aut dolor animæ inuenitur in corpore illo, ſed iterum ſuper animam in tempore opportuno, glorioſius illud reſexit corpus, vt nullum detrimentum videatur anima perpeſſa ſed augmentata.

Macarius hom. 1.

Quemadmodum corpus ex ſeipſo non viuit, ſed aliunde, hoc eſt, à terra, ita vt viuere non poſſit ſine externis: ſic & anima niſi regeneretur à modo in terram illam viuentium & inde ſpiritaliter nutriatur, & ſpiritali modo creſcat, proficiens Domino, induaturque à diuinitate indumentis arcanis cœleſtis pulchritudinis, impoſſibile eſt illam ſine ipſa viuere in gaudio.

Idem hom. 3.

Quemadmodum corpus oculum habet pro duce, & oculus ipſe viſu ſuo totum corpus in rectam viam dirigit: veluti ſi mihi ſtatuas quendam per loca nemoroſa ſpinis & luto plena tranſeunte, vbi reuerberet ignis gladijque ſint affixi, præcipitia & aqua non pauca: nihilominus acris illi & diligens, atque imperterritus habens oculum pro duce attente plane traſgredietur illa loca difficilia, ex omni parte continens veſtem ſuam manibus, pedibuſque ne inter nemora illa & ſpinas diſcerpatur, aut luto maculetur, aut diſcindatur à gladijs & oculus vniuerſum corpus diſcit, cum ſit lumen illius ne per præcipitia dilabatur, aut demergatur in aquis, aliquaue iniuria afficiatur alacris ille ſibi diligenter attendens, & cum ſumma ſobrietate tranſiens conſtricta veſte ſua, ab oculo recta directus ſeipſum etiam conſeruat illaſum, ſimiliter & veſtimentum ſuum non vſtum neque fractum: ſi vero quiſpiam, piger, remiſſus, ſocors, tardus & ignauus per talia loca gradiatur veſtis eius hinc & inde diſluens in nemora & ſpinas dilapſa diſſipatur, aut ab igne exuritur, quia non vndique viriliter illam tenet, aut & affixis enſibus ſcinditur, vel polluitur luto & vt ſemel dicam citiſſime perdit præclarum, & illum nouum veſtimentum propter negligentiam, ignauiam & inertiam ſuam. Imo etiam niſi recte atque diligenter oculum adhibeat, etiam ipſe in vallem præcipitabitur, aut aquis ſubmergetur ad eundem fere modum anima, quæ corpus geſtat; veluti quoddam præclarum veſtimentum prædicta facultate diſcernendi, dirigente totam animam cum corpore tranſeuntem per nemora & ſpinas vitæ, per lutum, ignem & præcipitia hoc eſt deſideria, & voluptates & reliqua ſeculi huius abſurda & omni parte debet cum ſobrietate, robore, ſtudio, & diligentia coercere & conſeruare ſe ipſum corporeumque indumentum, necubi diſſipetur ab huius mundi nemoribus & ſpinis ſollicitudinum

 negligen-

negligentiarum, & diſtractionum terrenarum, aut ab igne concupiſcentiæ exuratur, eam in quam velut induta oculum auertit, ne praua videat: ſimiliter & aurem ſubducit ne detractiones audiat & linguam, ne vana loquatur: manus & pedes ab omnibus malis operationibus.

Ibidem hom. 33. *Vt corpus cum operatur, quidpiam totum prorſus occupatum incumbit operi, cunctaq; ipſius membra ſe mutuo iuuant, eodem modo anima tota penitus deuoueatur domino, poſtulationi & charitati: quæ non vagetur, neque circumferatur cogitationibus, & ſpem in Chriſto collocatam habeat.*

Idem hom 2 in Matth. *Sicut corpus quod aeris puritate perfruitur, maiore ſanitatis gaudet vigore? ſic fit profecto etiam anima ſapientior, quæ Scripturarum meditatione nutritur: Nonne vides etiam corporis oculos cum in fumo forte remorantur, lachrymas ſemper effundere: ſi vero potantur aere purgato, & florentibus pratis & hortis virentibus & fontibus inter amœna fluentibus, & ſaniores eſſe multoq; maiori aciei fulgore rutilare. Talis profecto eſt mentis oculus, ſi in pratis ſpiritalis paſcatur eloquij, erit totus ſine dubio purus ac lucidus & acutius cuncta perluſtrans.*

Macarius hom. 3. *Quemadmodum corporis membra cum multa ſint, vnum ſunt corpus, & ſe mutuo iuuant ac vnumquodque proprio fungitur officio: verbi gratia oculus pro vniuerſo corpore videt, manus pro omnibus membris operatur, pes quocunque pergens ambulat, circunferens vniuerſa membra & nihilominus aliud membrum compatitur: ſic & fratres ſibi inuicem cedant, neque is qui precatur, operantem damnet, quod non precetur, neque qui operatur, orantem condemnet, inquiens: ille quieſcit; & ego operor, neque qui miniſtrat, alterum iudicet, ſed quiſque, cum agit quidpiam ad gloriam Dei faciat.*

Ambroſius lib. 4. in Lucam. *Sicut corpus febri tentatur, ſic anima febri quoque laborat: nam anima peccato laborat: & peccatum eſt febris eo quod ignita ſunt cupiditates, quod ignem in oſſibus animæ & corporis implicant mentem, animumq; pertentant. Vehementior eſt animi, quam corporis febris, & ideo pro animi voluntate corporis ſalus plerunque contemnitur, nec à periculis abſtinetur; vnde non alienum videtur repetere, quemadmodum Theotimus, cum graui oculorum incommodo laboraret, & amaret vxorem, interdicta ſibi à medico facultate coeundi, cupiditatis impatiens, atque impetu libidinis raptus, ſe moderari nequiuerit; ſciens enim prudenſq; quod oculos eſſet amiſſurus, ne priuſquam conueniret, vxori in ipſo æſtu feruentis cupiditatis, & conſuetudinis, apparatu vale inquit, amicum lumen. Sic fere libido flagrantior eſt grauiuſq; præcipitat, & inflammat. Si vbi quis reſipuerit, à furore, tunc conſcientia interioris viſus aperitur, factique ſuccedit pœnitentia, & pudenda ſui vnuſquiſque facinora erubeſcit. Etenim quaſi clauis quibuſdam ſuffigitur anima corporeis voluptatibus, & cum ſemel adhæſerit voluptatibus merſa, terrenis difficile in altum poteſt, vnde deſcendit ſine Dei fauore reuolare: Actum enim ſuorum vincla laqueis & delitiarum ſecularium illecebris obnoxia iam tuetur.*

Chryſoſt. hom 10. ep. ad Romanos. *Non ſic ipſum corpus tempore diſſoluitur, vt anima, peccatorum multitudine macreſcit, flacceſcit, ac de gradu deijcitur. Etenim ad ſummam iam ea educitur nugationem, verba nihil ſignificantia, enuncians, vt facere ſolent, qui ſenectute confecti delirant: eadem muco ac pituita referta, ſtupida interim atque obliuioſa, lippitudinem in oculis geſtans, hominibus abhominabilis, ac talis vt eam diabolus non multo negotio*

gotio capere queat, ſunt enim tales peccatoribus animæ: è diuerſo autem iuſtorum animæ iuueneſcunt, vigent in ipſo ætatis flore, ſemper conſiſtunt ad quamuis pugnam ac luctam, nullo non tempore comparatæ, cum interim peccatrices animæ vel ad paruam irruentis aſſe impreſſionem, ſtatim proſternuntur ac pereunt: id quod propheta declarans ait &c.

Sicut in corpore ſi aliquod membrum infirmatum fuerit, non omnino languet ſtomachus; ſi autem ſtomachus languerit, omnia membra inueniuntur infirma: ſic ſi aliquis infirmorum peccauerit, non omnino peccant ſacerdotes, ſi autem ſacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum.

Idem homil. 34 oper. imperf.

Sicut corpus tritum laboribus & ærumnis confectum amori non vult vacare, non indulgere ventri, ſed requieſcere, & quiete iacere: ſic anima plurimis obſita malis, ad requiem, & quietum ſtatum feſtinat. Et ſicut in aqua multa, leue quidpiam ſuperueniens concutitur: ſic in multam lapſa lætitiam anima.

Idem hom. 26. ad pop. Antioch.

Vide in corpore cum æſtuat, cum bene ſe habet celerrimam habet in ægritudinem ruinam; cum autem preſſum fuerit, non ita: Manifeſtiorem itaque vobis reddam ſermonem ſi corpus multum habens ſanguinis, & carnes multas, & vigens: hoc ex quacunque mutatione febrem pati poterit; ſi ſimpliciter orietur: ſi autem aliud cum fame potius pugnans, & afflictione, hoc eſt captu difficile, & ad infirmitatem inexpugnabile. Ita anima tribulationibus exercita, ſacerdos cordi comparatur: vt enim cor eſt fons omnium ſenſuum, ſic & ex antiſtite exire debent crebræ precationes, ſolula doctrina, inſignes virtutes. Et vt cor habet ſedem in medio corporis: ita ſacerdos debet eſſe in medio, omnibus communis & æqualis: Et vt cor eſt veluti medium inter animam, & corpus: ſic præſul medium eſſe debet inter Deum & homines.

Ibidem.

Hector Pintus in cap. 1. Iſaiæ.

Vt oculi noſtri ad externa contuenda, cum ſe totos effundant, ſe interim non vident, niſi forte quid vis ſolidum attingant, cuius quidem illius in ſe refractione quaſi è quopiam aquarum reduxo ipſi in ſe reſilientes, ac retracti ſe ſibi ſpectandos exhibeant, & viſendos: itidem & mens noſtra cætera cum videat, minime cernit ſeipſam, niſi acie fixius intenta ſcripturarum contemplationi.

Baſilius hom. 10. examerον.

Sicut ſæpe vidimus putrefactas & emortuas corporis carnes, à connexione viuentium membrorum ferro ſecante ſeparari: Tale aliquid eſt, quod agit veritatis agnitio, neceſſe eſt enim vt ſalutis cauſa, filius verbi gratia, qui ſermonem receperit veritatis, à parentibus ſeparetur incredulis.

Clemens lib. 6. recognito.

Quemadmodum in corporibus cum vnum aut duo membra male ſunt affecta, haud difficulter reliquis ſuccurritur, ſanitatiſq; bonum maioribus ſubuenit partibus, quo celeriter & illa conualeſcat: cum vero plura diffident, & male habent, nullo remedio ſubueniri poteſt, quin omnia ægrotent, periculumq; illud iam manifeſte ſe oſtendit: Ita morbi etiam qui ſingulis accidunt ſubditis, à communi populo qui melius habet, ſunt abſcindendi, cum vero maior pars corrupta eſt, tum vniuerſo imminet periculum. Nec mihi ſecus hoc tempore, his qui nos tam capitali odio nec non tanta Chriſtianorum retributioni euenifſe videtur.

Gregorius Nazianz. 1. in Iulianum.

Quemadmodum mammilla nutricis, inquit Chryſoſtomus, cum omne ſuum expleuit officium, puerumq; ad firmiorem ætatis modum adduxit: parentibus iam inutilis videtur, qui paruulo neceſſariam, prius iudicabant illamq; iam grandiuſculo, mille proſequuntur ludibrijs: nec verbis modo faciunt, horribilem, ſed amaris etiam ſuccis

Refert Albanus Spinaſa tus polit. lib. 1. cap. 6.

oblinunt, vt ineptum pueri deſiderium, quod ſermone compeſcere nequeant, ijs commentis extinguant: ita legem illam cærimoniarum euangelium obſcurare, ac reijcere videtur, quia iam ad lucem, & pulchritudinem doctrinæ ventum ſit, ad quam illa conducebat: non quidem quod illa mala ſit (nam & fatidica noſtræ religionis teſtimonia confirmat, incunabulorumque fidei memoriam replicat, & conſernat) ſed vt iam ratione adultos & ab illa abecedaria inanitate remotos ad ſolidam euangeliorum hieronomiam illiciat.

Quemadmodum in ipſo corpore alia præcipitur medicina, ne bona valetudo amittatur, alia vt amiſſa recuperetur: ſic in toto ſtatu hominis alia tunc præcepta data ſunt ne amitteret immortalitatē, alia nunc præcipiuntur, vt eam recuperet. Et ſicut in valetudine corporis ſi quis præceptis medici, quibus eadem bona valetudo cuſtodienda eſt, non obtemperando, in aliquem morbum inciderit, accipit alia præcepta vt ſanari poſſit: quæ ſæpè non ſufficiunt, ſi talis eſt morbus, niſi adhibeantur à medico quædam adiutoria plerumque aſpera, & dolores importantia, quæ tamen valent ad recipiendam ſalutem: vnde fit vt homo quamuis inobtemperans medico, patiatur tamen adhuc dolores, non ſolum de ipſo morbo, nondum ſanato; verum etiam de adiutorio medicinæ: ita homo per peccatum lapſus in huius vitæ morbidam, & calamitoſam mortalitatē, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo ſempiternam cuſtodiret ac teneret ſalutem, ſecunda præcepta æger accipit, quibus obtemperans, iam quidem non abſurdè dicitur iuſtè viuere, ſed tamen moleſtias quas patitur, vel de ipſo morbo nondum ſanato patitur, vel de adiumento medicinæ. *August. lib. 83. quæst. 82.*

Chryſo. hom. 9. ad Galat. Quemadmodum ſi manus fuerit à corpore diuulſa, ſpiritus è cerebro deſcendens, atque in illam ſeſe effundere quærens, ſi non inuenerit in corpore extra illud vtique nec exilit, nec perforato illo ad manum auulſam egreditur: ſed quam in corpore poſitam non inuenit, non contigit etiam: ita niſi charitate colligati fuerimus, ſpiritus ſubminiſtrationem non capiemus.

Hieremias Trimerus in varijs apophteg. Quemadmodum corporis noſtri concordia ex diſparibus elementis comparata eſt: ita & animus noſter, aut genius pugnantibus quodammodo principiis inter ſe coaluit.

Ibidem. Vt tantiſper corpus iniqua appetit, dum venter purgatus fuerit: ſic nec animus virtute capitur, niſi emaculatus.

Ibidem. Sicut corpora impura prinſquam recenti alimento perfruantur, debēnt putredinem priorem euomere: ſic & animum omnibus vitiis aſſeri oportet prinſquam virtutem poſſit ſuſcipere.

Ibidem. Vt corpus ineſcatur variis condimentis: ſic & animus intoxicatur ſcurrilibus iocis, laſciuis Cantilenis.

Ibidem. Sicut infamius eſt corpus obtortum quàm decoloratum: ſic & animum dedecorat minus inſcitia, quam peccatum.

Ibidem. Sicut pars quæ auarius alimentum alijs attrahere anticipat, in alterum duorum malorum neceſſum eſt incidat, tumorem ſcilicet contrahit aut atrophiam incurrit: ſic & auari qui immodicos ſibi theſauros reponunt, multas ſibi moleſtias comparant, ac ſubinde in cauſa eſt vt vel id quod modicum eſt, quodque retinere debeant, diſſipent.

Sicut

Sicut cor quando eſt malè affectum, ſemper palpitat: ſic conſcientia.

Iſtud habet damni vitium inter cætera quod mens Ludouicus Bigus.
Palpitat adſiduo flagitioſa metu.
Semper enim vel ſi non deprendatur in ipſo
Se ſe deprendi poſſe putat ſcelere.
Deque ſuo alterius quoties de crimine ſermo eſt
Cogitat, & credit ſe magis eſſe reum.
Inque dies timor hinc creſcit. De moribus ergo
Cura ſit: intrepidos nos bona cura facit.

Sicut non extremorum membrorum, ſed capitis affectus percellunt vniuerſum corpus: ſic & ob delicta Regum ſæpe perculſus eſt vniuerſus populus. Hieremias Triuerus in varijs apophtheg.

Quemadmodum nec ſanitas vno poteſt conſtare elemento: ſic & ſtatim inſoleſcit virtus, quæ nullo reprahenditur, aut inuidia aut fortuna detrimento. Ibidem.

Quemadmodum corpus inedia affatim, inopia vero cibi deficit paulatim: ita gentes verbi euangelij contemptu pereunt: Chriſtiani verò eiuſdem negligentia elangueſcunt. Ibidem.

Sicut nullum corpus tam vegetum, tam ſolidum, cuius robur, deſiderio noui alimenti non intercidat: nullum etiam ferè tam ineptum quod acceſſione non adoleſcit: Ita nulla mens tam refuſa quæ diligentia ac labore in melius nequeat proficere, nulla tam alacris quæ negligentia non obliteretur. Ibidem.

Sicut infelix venter qui cibum bonum didicit corrumpere: ſic laudatur qui paulo malигniorem poteſt caſtigare: & malè natus eſt, qui ambigua mauult interpretari moroſè quam amicè. Ibidem.

Sicut corpus laſſum poſt breuia quietis interualla ad motum alacrius redit, poſt multa deſes atque ignauum euadit: Ita & animus noſter longis ferijs torpeſcit, paucis efficitur promptior. Ibidem.

Vt nec corpus bene proficit, cuius nutritio intermittitur, nec animus feliciter promouet, vbi aut ſtudium diu interrumpitur, aut virtus ſua continuitate fallitur ac diſtrahitur. Ibidem.

Vt non periclitatur vita totius corporis, vbi vilior aliqua, ſed vbi omnes particulæ, aut primaria elanguent viſcera. Sic tum quoque primum vniuerſus mundus periclitatur, vbi primates ipſi incipiant defluere vitijs ac quodammodo obſtupeſcere. Nam ſi ſal ſemel fuerit infatuatum quod reliquum eſt, neceſſarium eſt putreſcere ac contabeſcere. Ibidem.

Vt corpus deformatur manifeſtis morbis: ſic & ſi quis videret, magis animus moralibus vitijs. Ibidem.

Vt cicatrix ipſa cute durior: ſic & ſæpe educatio fortior ipſa natura. Ibidem.

Vt peſſime agitur cum reliquo corpore, quando venter ſibi ſoli conſulit, pro ſua libidine: ſic & malè ad nodum adminiſtratur ciuitas quando magiſtratus ditatur & Reſpub. extenuatur. Ibidem.

Sicut contabeſcentibus extremis paulatim emoritur & ipſe venter: ſic nec diu poſſunt conſtare principes, vbi contabeſcit Reſpubl. Ibid. Polit.

Vt venter nimio ſæpe cibo grauatur: ſic & animus multis honoribus & diuitijs inflatur. Ibidem.

Vt ven-

Ibidem. *Vt venter, hepar priuatis particulis alimentum ſuppeditant : ſic & male agitur cum plebecula, quando è contrario ipſa debet alere primatum libidinem aut faſtum.*

Ibidem. *Vt magna eſt corporu imbecillitas, quod ab omni etiam leui cauſa læditur. ſic & ſatis magna ſuperque idonea animi clades, & calamitas eſt ad ſingulos fortunæ ſtrepitus animum demittere.*

Ibidem. *Vt vitiatum palatum dulcia iudicat, amara : ſic nec antea dictis licet habere fidem, quam cognoueris dicentis conditionem.*

Ibidem. *Vt pars inuſta cauterio nunquam ſenſum legitimum recipit : ſic & conſcientia obnoxia ſceleribus, malum bonum; bonum malum ſtatuit.*

Ibidem. *Vt pars cauterio inuſta licet & ſtupida, tamen facile à quibuſuis rebus leuiſſimis offenditur : ita homines quidam licet craſſæ religionis, licet maximis vitijs obnoxij, tamen anguntur ſubinde rebus paruis & indifferentibus.*

Ibidem. *Vt iucundiſſime quieſcit corpus poſt multum exercitium : ſic & bonorum virorum animus tranquilliſſime ſeſe habet, poſt multas tempeſtates, calumnias & iniurias.*

Ibidem. *Sicut corpora mollia rarius violantur, quam corpora dura : ita ſæpe melius habet qui cedit quam qui reſiſtit.*

Ibidem. *Vt caro vulnerata, vbi contraxerit callum, omni alia fere firmior eſt : ſic & ſubinde ibi poſtea abundat gratia, vbi prius dominatum eſt peccatum.*

Ioan. Bap. Porta in Phytognomonica lib. 1. ca. 2. *Sicut in animalium corporibus propria ſunt cuiuſque membri officia : ſic & in ſtirpium partibus propria munia; pedes ad greſſus, brachia ad complexus natura compoſuit; nil aures agere valent, quod eſt oculorum, nil oculi quod eſt aurium, nec generandi facultas data eſt manibus. Hac etiam ſtirpium genera figurauit, quibus eadem ipſa mater & parens primum radices, veluti fundamenta quadam iecit, vt iis quaſi pedibus inſiſteret; truncum deinde ſuperpoſuit, veluti quandam ſtaturam corporis, & habitus; mox ramis diffundit, quaſi brachijs, tunc caules, & ſurculos elicuit, veluti manus. Eſt in ſtipite lignum, vt oſſa in carne, os corpori officium, vel actionem non præſtat ſed ad eum tantum vſum, vt pali in tentorijs, ſic lignum in cortice, vt ſoliditatem præſtet & contra ventorum tempeſtates robur, & ad onus ramorum ſuſtinendum. Medulla in oſſibus, vt etiam in medio ligni reſidet; alitur lignum medulla vt oſſa animalium. Falſum enim Theophraſtus inquit, omne alimentum virtutis per medullam trunci veluti per Syphonem hauritur, vt probauimus in Agricultura, ſunt & animalium oſſa, vt leonis quæ medulla careant: ſunt & arbores, quæ exiguam habeant vt olea, buxus, vel quæ nullo modo habere videatur. Aphrodiſeus inquit ſtirpes iam ipſas frondibus natura pilorum, pennarumq; vice obduxit : quippe quæ prænorit, vel vt à nimio frigore, vel ab æſtu immodico offendi interireque poſſent. Nonnulla enim ſpinis tanquam ſpiculis contra animalium morſus armauit, quum alijs animãtibus cornua dederit, alijs aculeos, alijs vngues, aut quid tale quo ſeſe defendere ab ijs poſſint, quæ detrimentum inueherent : Ariſtoteles capillum in homine dicit ad neceſſitatem, & præſidij rationem: ad neceſſitatem quia cerebrum humidum & vbi plurimum humoris, & caloris, ibi & copioſus capillorum ortus: adiumentum; quia pili extimum expellunt frigus, & calorem. Eſt in eo emolumentum, vt diximus, egeſtis hoc modo noxijs è corpore vaporibus, vnde capillaris ortus. Sic per frondium poros plantæ indigeſta humiditas difflatur. Theophraſtus in cauſis frondes ampliſſimas & ad conſeruationem & ad perennitatem, & ad auctionem & ad fructuum generationem eſſe dicit : adiciunt auctores capillum ad ornatum eſſe : tolle humani corporis capillos, tota*

pulchri-

pulcritudo flacceſſit; tolle arboris comam, tota arbor ingrata eſt. Amittunt & animalia pilos, pennaſque; & plantæ ſuas frondes. Vt capilli ſummam homini partem comam exornant; ſic frondes crinium modo cacumina ramorum, & ſurculorum quum foliata ſunt. Genitalia membra ſurculi ſunt, opportuno loco nati concipiunt varijs diebus; pro ſua natura grauida alia protinus aut diutius partus gerunt. Flos præmonſtrat fructum, vt menſtruum, mulieris demonſtrat conceptionem; non prius eſt fructifera planta, quam florifera. Fructus arboris eſt ſemen in homine, ad quod ordinatur, animal ad ſpeciem propagandã: in planta cortice ſunt venæ, & nerui vitales partes, vt in homine, quibus attrahit, digerit & expellit. Oris officio funguntur radices; Meneſitheus dicit cau'is ventriculi. Nam ſicut in ore ſiccus affectus, non perfectus; ſic in caule perficitur concoctione, vt alimentum fructibus præſtet. Alij radicem cor plantæ dixerunt; quod primum viuat, vltima moriatur: Si radix tabet, continuo demoritur planta; ſed ſi rami ſiccefcunt, poterit rediuiua radix ſtolones proferre: videntur ergo radices vitæ primordia: ſunt in planta ſucci & humores, vt in homine, ob id non illepidè Platonici, hominem inuerſam plantam dixerunt & plantam inuerſum hominem, trahit enim planta alimentum ex inferiori parte; homo ex ſuperiori. Plato plantas animalia vocat, quod vitæ participes ſint. Aperitoriam vim & altricem eis tribuit, in quibus Ariſtoteles & Theophraſtus ſequuti ſunt. Galenus quatuor adſcribit vires, aperitoriæ animæ hominum communes attractricem, retentricem alteratricem, & expultricem: quibus cibum aſſumant; aſſumptum retinerent & in varias ſuæ eſſentiæ partes conuertant, & egerant exerementa: videbant enim eas quibus data manus videri poſſent, capreolis vel clauiculis captare fulturas & pedamenta, quorum ope ſui regerentur, prius enim nutare videbantur, quoad quippiam apprehenderent, dein vbi attigiſſent, inuadere, ac illico inuolui, & ſi quid interea alieni vel noxij ſentirent, euitare, ac retrahi maximo naturæ conſilio, ne quid, quod præſidij cauſa datum eſſet, noxium facerent: præterea alias animaduertebant ſolis, vel lunæ lumine gaudere, vt coma & floribus ſequi etiam nubilo die viderentur, alias etiam aquis immerſas ſurgere, & deſcendere flores; claudere, & aperire ad ſideris acceſſum, receſſumque. Hæc igitur & alia cum reſpiceret Anaxagoras, aſſerebat plantas animalia eſſe, & ſpirare etiam; immo cum Democrito aſſeuerauit doloris & voluptatis participes eſſe; caſu foliorum dolere: iiſdem viciſſim reſtitutis capere voluptatem: Empedocles putabat in ipſis eſſe commiſtum ſexum, alij & ſi in alijs non tam diſcretius in palmis ſexum eſſe ſeparatum maris, & fœminæ, immo maris fœmina ſimul colligata plantari, vt inde perfectiſſima exurgeret planta. Damageron, id quoque in piſtaceis euenire dixit; vtrumque ſexum coniungens, & maris Dorſum, ad Fauonium ſpectare debere. Idem Empedocles non ſolum naturales inclinationes, ſed etiam ſenſum illis tribuit. Exiſtimauerunt Pythagorici perfectiores plantas imperfectioribus animalibus propinquas eſſe: immo & quamplurimi ſunt q iq'iam plurimas plantas inter ſtirpium, aut inter animaliũ genus adnumerarent, ita intellectu vigere conſpexerunt, & medium inter vtrumque naturam videbantur ſortitæ: veteres Græci poſteritatis memoriæ mandarunt palmas ſe vehementi amore proſequi, adeoque eſt eis veneris intellectus, vt aliqram altera depereat, nec prius deſiderio leuari quam eam admotus mas conſoletur. Quando quidem ſuis comis pronam incumbere videre eſt, & quaſi viduam ſterileſcere ſed agricolæ & cuius amore deflagret, plane cognoſcant, plantas inibi obſitas manibus contrectantes, ad eam reuerſi, quæ amore tabet, manibus contingunt: tunc oſculo manum blande demulgens, amorem confitetur ſeſe illius de-

ſiderio

ſiderio ſtimulatam; huius veſania remedia affert, quo amor diluatur. Maris flores trunco erutos, amaſia capiti circumponit; tunc amans amoris pignore exhilarata, vberi fætura fœcundabitur. Senſibus arbores valere ſcribit Zoroaſtres in Geoponicis: nam ſi per multos annos arbor aliqua ſterilis fuerit, & venerit Agricola accinctus acuta bipenni ad arborẽ detruncandã, ſi amicus pro ea rogauerit & fideiuſſerit ſequenti anno fructum laturam, ac ille amici verbis perſuaſus abierit, quod arbor maximum feret fructum. Nec aliam ob cauſam maiores noſtros ſcripſiſſe putandum eſt homines quam plurimos in arbores mutatos, niſi ob magnam quam cum eis habent ſimilitudinem. Nec ob aliud dys multas dicatas legimus, Ioui fagum, & quercum, Apollini laurum, & lotum; Baccho haderam, ferelam & piceam Mineruæ oleam: Veneri, myrtum, roſas & philyiam: Diti cupreſſum? Cybele pinum; Herculi populum, Mercurio punicum, Harpocrati, perſeam: nec ob aliud arbores ipſas oracula reddidiſſe antiquorum religio docuit, & Gallorum Druidæ, nil magis viſco, & arbore, qua naſceretur ſacratius habuere, niſi quod ſuſpicabantur diuinam illis ineſſe naturam, & pluſquam humanam, Trogus & Philemon philoſophi animæ nutritiuæ opera ex plantis, ſignis colligi poſſe declararunt: vt cum vegetatiua virtus communis ſit, omnibus viuentibus, longæui ſigna colligebant ex plantis, vt quibus capilli longi & firmi eſſent longæui, ad plantas, referendo, quæ æterna pubent ſenia: vt pinus illex, & medica.

Ioan. à S. Geminiano. *Sicut corpus diuerſis imfirmitatibus, & febribus, & doloribus frequenter affligitur. etiam ipſa hac noſtri corporis, quæ ſalus vocatur, ægritudo eſt, vt dicit Greg. Nam ocio tabeſcit, opere deficit, inedia deficiens cibo reficitur, vt ſubſiſtat, refectione laſſeſcet, abſtinentia reuelatur, vt vrgeat, aqua perfunditur, linteis tergitur ne ipſa nimis perfuſione liquefiat, labore vegetatur, ne quiete torpeat, quiete refouetur, ne laboris exercitatione ſuccumbat, fatigata vigilys ſomno reparatur, oppreſſa ſomno, vigilys excutitur, ne ſua peius quieti laſſetur veſtibus, tegitur ne frigoris aduerſitate penetretur, quæ ſi æſtus ſit calore deficiens, aurarum flatu refouetur. Cum qui inde moleſtias inuenit, vnde vitare moleſtias quærit male ſauciata (vt ita dixerim) de ipſo ſuo medicamine langueſcit. Remotis ergo febribus, ceſſantibus doloribus, ipſa noſtra ſalus ægritudo eſt, cui curandi neceſſitas numquam deeſt. Quot enim ſolatia adiuuandi vſum quærimus, quaſi tot noſtræ ægritudini medicamentis obuiamus. Sed ipſum quoque medicamen, in vulnus vertitur, quia exquiſito remedio paulo diutius inhærentes, ex eo grauius deficimus, quod proni ad refectionem paramus. Sic nimirum debuit præſumptio corripi, ſic ſuperbia eliditur, quia enim elatum ſemel ſumpſimus ſpiritum, ecce defluens quotidie portamus lutum.*

Plut. in moral. *Vt corpus eſt inſtrumentum animæ: ſic anima eſt inſtrumentum Dei.*

Cicero lib. 3. de finib. *Sicut membra nobis ita data ſunt, vt ad quandam rationem viuendi data eſſe appareant: ſic appetitio animi non ad quoduis genus vitæ ſed ad quandam formam viuendi videtur data, itemque & ratio & perfecta ratio.*

Senec lib. 5. de benef. ca. 12. *Quemadmodum ſtomachus morbo viciatus & colligens bilem quoſcunque accepit cibos mutat, & omne alimentum in cauſam doloris trahit: ita animus cæcus quicquid illi commiſſeris, ad onus ſicura, perniciemque & occaſionem miſeriæ facis.*

Vt corpus ægrotum nec æſtum ferre poteſt, nec frigus: ita animus ægrotus proſperis atque aduerſis rebus iuxta offenditur.

Plut. in moral.

Sicut in corpore multi diuerſimodè, ſic multi in anima variè vulnerantur, quas Hugo de S. Victore recenſet.

Hugo de S. Victore in annot. elucidat: in quoſdam pſalmos Dauid c. 46.

Putruerunt (inquit) & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Diligentius conſideranti quatuor hic genera hominum occurrunt. Primum eſt eorum, qui nunquam vulnerati ſunt. Secundum eſt eorum, qui poſt vulnera perfectè ſunt ſanati. Tertium eſt eorum, quibus obducta quidem ſunt vulnera, & tamen adhuc permanſerunt cicatrices, id eſt vulnerum ſigna. Quartum eſt eorum in quibus ipſa adhuc vulnera hiantia ſunt, & necdũ obduci cœperunt. Si igitur per vulnera peccata intelligimus, ij qui in peccati deſiderio permanent, quaſi vulnera aperta habent. Qui vero peccatum deſerunt, & tamen adhuc à reatu peccati per ſatisfactionem plene purgati non ſunt; in his quaſi quædam ſigna vulnerum remanſerunt.

Qui autem poſt perpetrata ſcelera, & peccandi affectum deſerunt, & reatum peccati plena ſatisfactione obducunt, ab ijs etiam ipſa vulnerum veſtigia receſſerunt. Sic S. erat Paulus, qui poſt tanta mala dicebat. Nihil mihi conſcius ſum. Quia nimirum præteritorum vulnerum in ſe ne ſigna quidem inuenire poterat, quem de anteacta prauitate ne conſcientia quidem accuſabat. Hos ſequuntur ij, qui etſi vitam, ſine peccato ducere nequeant, nunquam tamen culpæ criminalis vulnus receperunt. Primum genus eſt peccantium; Secundum pœnitentium. Tertium eorum, qui per pœnitentiam ſunt correcti. Quartum eorum, qui per iniquitatem non ſunt corrupti. Primi ſunt ægri. Secundi ſunt ad ſanitatem conuerſi. Tertij ſunt ſanati. Quarti ſunt ſani.

Sicut membra dicuntur putrida, vel quia arida, vel quia ſaniem habentia, vel quia extra vulnerata: ita quidam hæretici aridi ſunt, non habentes humorem gratiæ quaſi ſteriles: vnde hoc; Dabo eis ſine liberis vuluam. Item quidem ſunt putrida membra, intus ſaniem, id eſt, ſuperbiam habentia, quaſi tumorem, vnde hoc: Poſuerunt in cœlum os ſuum. Quidam ſunt membra putrida, quia vulnerata vnde hoc: vt ſagittent in obſcuro rectos corde.

S. Bonauent. in expoſ. in pſalt. pſal. 10

Sicut membra in corpore multos vſus habent, multaque apud medicos ſignificant; ſic & apud theologos morali interpretatione non carent; vt de multis Richardus S. Victoris perbellè explicat.

Richardus S. Victoris de eruditione interioris hominis lib. 1 cap. 25.

Notandum ſane, quid de quibus membris dicitur, & qualia quæque deſcribantur. Deſcribatur aut caput aureum, pectus argenteum, brachia autem argentea, venter, & femora ærea, tibiæ ferreæ, pedes ferrei, vel teſtei pro parte. Capite totum corpus regitur, vnde per ipſum rectæ intentio deſignatur; quia per ipſam omne actionis noſtræ corpus, ſiue in bonum, ſiue in malum finem deducitur. Conſilium ad cor pertinet, & cor ſub pectore latet. Brachijs opera noſtra explicamus, cum aliquid à nobis fieri volumus. Venter tenerior pars corporis, & velamentum fœtoris, obſequium portendit compaſſionis. Femur pudendis ſubiicitur, & perfectam videri ſe vult humilitas, quæ ad vilia, & indigna inclinatur. Tibiæ cæteris membris oſſa longiora, & robuſtiora portant, vnde & rectè ſenectutis rigorem deſignant. Pedibus terram tangimus & cum erecti ſtamus, & quantumcunque mens ſe ad cæleſtia extendat, ſiue huius vitæ ſubſidiis neceſſitatem ſuam non ſubſtentat. Per caput itaque (vt dicitur)

citur) intelligitur intentio : per pectus deliberatio : per brachium exercitatio : per ventrem compaſſio . per famur humilitas : per tibiam ſeueritas : per pedem neceſſitas : per caput deſiderium intentionis : per pectus ſtudium deliberationis : per brachium exercitium actionis : per ventrem obſequium pietatis : per femur ſeruitium ſubiectionis : per tibiam flagellum ſeueritatis : per pedem ſubſidium neceſſitatis. Si ergo caput intentio, & aurum deuotio , quid aliud eſt aureum caput , niſi deuota intentio ? Si pectus deliberatio : brachium actio : argentum verò diſcretio ; quid aliud erit pectus , & brachia argentea, quam conſilia , & opera diſcreta ? in ventre compaſſio : in famore ſubiectio , & in ære ſimulatio. Quid igitur aliud eſt venter , & famora area, niſi pietas & humilitas ficta ? Si per tibiam ſeueritas : ſi per ferrum crudelitas : quid aliud intelligitur in tibijs ferreis , niſi ſeueritas crudelis ? Per neceſſitatem , teſta voluptatem : Planta ergo teſtea deſignat voluptuoſam ſuperfluitatem. Pes autem ex parte ferreus , & ex parte teſteus deſcribitur , quia delicata mens nunc in eorum odium obduratur, per quos forte à ſuis deſiderijs reſtringitur, nunc vero cum concupita ſuppetunt, in eorum luxu reſoluitur. Quid itaque eſt fulgor capitis aurei, niſi feruor cæleſtis deſiderij ? Claritas pectoris argentei, & brachij argentei, certitudo recti conſilij, & rectitudo operis recti. Honoritas arei ventris, & famoris , blandimentum falſæ pietatis, & fictæ humilitatis. Robur ferreæ tibiæ , rigor immoderatæ diſciplinæ, fragilitas teſtei pedis, effranatio ſuperfluitatis. Caput itaque aureum, ſancta deſideria faciunt, pectus , & brachium argenteum , conſilia & opera recta. Ventrem, & famur areum, obſequia, & ſeruitia ficta, tibias ferreas, flagella ſaua: plantam teſteam , ſubſidia delicata.

Quemadmodum in corpore noſtro, dum bona valetudo eſt, venarum quoque imperturbata mobilitas modum ſeruat, vbi aliquid aduerſi eſt, micat crebrius, & ſuſpiria atque anhelitus , laborantis ac feſſi ſigna ſunt : ita terra quoque dum illis poſitio naturalis eſt inconcuſſa manent, cum aliquid , peccatur , tunc velut ægri corporis motus eſt , ſpiritu illo qui modeſtius ſuperfluebat , icto vehementius , & quaſſante venas ſuas.

Seneca lib. 6. natur. quæſt.

Quemadmodum ſi praui ac pernicioſi humores, in præcordijs ac inteſtinis lateant, non accuſatur medicus , quod eos ipſe fecerit : ſi arte eos in cutem vt appareant traxerit , ſed effecit quidem illos inordinata dieta, traxit autem in manifeſtius non imperitus medicus: ſic cum dolores accruciatus hominibus à Deo factos audimus, intelligere decet à nobis ipſis initia, & cauſas earum vexationum fuiſſe.

Gregorius Nyſenus in myſtica Moſaicæ vitæ ennunciatione.

Sicut viduæ dicuntur, quæ viris carent : ſic vidua dicitur vrbs, quando imperio ſuo & frequentia ciuium priuatur Thren. 1. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo, facta eſt quaſi vidua domina gentium.

Franc. Ribera in Apocalypſim c. 18. nu. 19.

Cor apud Scripturam multa ſignificat ; aliquando pro ſingulari corporis membro accipitur : aliquando verò pro interiori illa rationis, atque intellectus parte, à qua regimur, iuxta illud: quare cogitationes aſcendunt in corda veſtra ? aliquando ſententiam ſignificat, & propoſitum : iuxta illud : cor autem eorum longè eſt à me. Aliquando beneplacitum & animi affectionem : iuxtà illud : Inueni Dauid virum ſecundum cor meum : & aliquando animam vt hîc: cor mundum crea in me Deus &c.

Euthymius Monachus in pſal. 50.

Falſum eſt ſingula membra corporis noſtri ſingulas habere leges: cum vna ſit omnium membrorum lex carnis , apud Paulum , alia ſpiritus : ſingula vero partes , ſingulas habent operationes, non leges ; cum ſub vna lege rationis gubernentur, neque etiam aer aliam

Ioſeph Stephanus de vnica religione.

habet

habet legem diſtinctam à terra, ſed omnium alimentorum eadem eſt gubernatio, cum omnes hæ vniuerſi partes ſub vnum prouidentiæ ordinem conſiſtant, & cœleſti regantur moderatione, neque alia diei noctiſque gubernatio: ſed eadem quidem eſt alimonia rerum, licet variorum temporum diuerſitate connexa.

Sicut ſtercoris corpora multitudinem gignit vermium: ita multitudo ciborum, lapſum & malorum cognitionem atque ſomniorum operatur multitudinem.

Climacus de diſcretione gradu 26.

Sicut venter cibo repletus eructat: ſic & venter pœnitentis (ſcilicet mens) cogitans gratiam à Deo ſibi factam, vt de errore ad virtutem ſit reductus ſpirituali lætitia repletus, laudes Dei eructare deſiderat.

Sicut lingua omnium membrorum in ſe recipit vocem, vt puta ſi pes læditur dicit, lædis me: licet lingua in ſe non lædatur, ſed propter vnitatem membrorum in corpore, lingua vocem omnium in ſe ſuſcipit membrorum. Sic etiam ſi manus percutitur; lingua dicit me percutis. Sic & Chriſtus propter vnitatem charitatis, quæ eſt inter ipſum caput & membra membrorum, verbo quandoque vtitur, non ſe diuidens à membris noſtris. Qui enim dignus eſt pro nobis homo fieri, & forma ſerui veſtri non dedignatur transfigurare nos in ſe &c.

Augustinus in Pſal. 118. 2244. Idem pſal. 30. 436.

Non decet ſub capite ſpinoſo membrum eſſe delicatum: ſpinis ergo circumdatus ſum non ſolum paſſionis meæ tempore, quo ſpineam coronam capiti meo impoſuerunt, at ſemper dum in hac mortali vita permanſi acerbiſſimis afflictus ſum cruciatibus, quare tu quoque ſponſa mea, ceu lilium es aut roſa inter ſpinas dum in hoc ſeculo manes vt per medias afflictionum ſpinas, per medios labores, & communicatus ad perennem cœleſtis beatitudinis requiem tuta peruenias ibique in lectulo vere florido ipſo D. O. M. S. Chriſto vnigenito ipſius filio in æuum fruaris.

Proſper Roſſellus in cantica canticorum lib. 80. Paſcaſius Iuſtus de curanda in pecuniam ludendi cupiditate lib. 2.

Duplex eſt, vt corporis, ita etiam animi tutandi ratio: vna in ſeruanda, tuendaque ſanitate poſita eſt: altera, in depellendis omnibus iis quæ deturbare illam, aut labefactare poſſint. Eſtque amborum ſimilis vtrobique ratio. Nam vt in corpore curando prima eſt cura & ſcientia, vt naturæ vim cibo potuque & cæteris conuenientibus ſibi rebus conſeruemus, & quàm maximè fieri poteſt prouehamus: deinde vt, quod ex eadem ratione naſcitur, morbum qui ſanitatem perturbat ac deſtruit, contrariis omnibus remediis propulſemus: Ita etiam animo tutando conſeruandoque idem diligenter obſeruandum, omnibuſque modis præſtandum. Primum, vt conuenientia, ſcientia & doctrina imbuatur ac nutriatur animus: deinde, vt irrumpentes perturbationes, quas Græci πάθη id eſt, morbos non malè vocant, eadem ratione depellantur. Itaque vt corporis morbum nemo rectè curare poteſt, niſi qui prius in quo ſanitas eius ſita ſit, norit: (aliter enim, ſine ratione, ſine vllo ſcopo aut fine, omnes ſuas actiones diſponet:) ita etiam qui ægrotum animum ad ſanitatem reducere velit, prius in quo animi ſanitas conſiſtat, noſſe debet: actum demum, quà vel deficiat, vel abundet, vel quouis modo aberret, inquirere.

Duplex animi tutandi ratio. Tuenda ſanitatis cognitio prior eſt quã reſtituenda. Animum & corpus curare qui volunt, prius quæ ſit vtriuſque ſanitas noſſe debent. Corporis ſanitas. Animi ſanitas.

Quemadmodum igitur corporis temperatio, cur ea congruunt inter ſe ex quibus conſtamus, ſanitas eſt, & quæ illam tutatur ars, Medicina dicitur: ita animi ſalus in recta ratione conſiſtit. Quæ cum adoleuit & perfecta eſt, nominatur ritè Sapientia: hanc quæ tuetur & conſeruat ars, Philoſophia nominatur. Sed ſicut corporis illam omnibus numeris partibuſque abſolutam & perfectam ſanitatem nemo conſecutus eſt vnquam: ita etiam animi illam perfectiſſimam ſalutem nemo eſt adeptus, neque enim abſolutè ſanus,

Corporis aut animi ſanitatem perfectiſſimam nemo vnquã adeptus.

Gal. Difficile eſt vt qui homo ſit non in multis hallucinetur. Valetudo optima quibus contingit.

aut perfectè & verè ſapiens fuit quiſpiam. Verùm eorum, quæ in noſtram intelligentiam cadunt, magna eſt, valde latitudo: in qua quo quiſque ad id quod vndequaque optimum eſt, accedit magis, ita valetudinem habet commodiorem: quò vero ab eodem recedit longius, imbecillam magis. Quinetiam, vt ſunt multa corporis partes, quæ illæſis tamen cæteris, ipſæ variè afficiuntur, & nunc dubia, nunc planè infirma ſunt valetudine: & dum magnitudine mali & doloris vel totum corpus, vel principalia membra ſimul grauiter non affligunt, totus tamen homo valere adhuc dicitur: ita etiam in animo multa ſimiliter eueniunt. Nam plurima, eaq; maximè neceſſaria & vtilia cum ſciamus, de aliquibus licet dubitemus, & multorum etiam quam vis prorſus ignari ſimus, dummodo præcipua illa aut communia non ſint, non tamen ob id ſtulti aut inſani ſumus. Poſtremò, vt corporis optima habitudo ipſius eſt ſummum bonum: ita etiam animi ſummum eſt bonum, perfecta ratio & ſcientia Vnde vt corpori nihil accidere pejus morbo, qui ipſum corrumpit, poteſt: ita etiam, ſecundum Philoſophorum ſententiam, nullum homini ignoratione maius malum contingere poteſt, non ſi vniuerſa quæ inueniuntur incommoda, in vnum incidant. Stultitia enim maius eſt malum, quàm omnia mala & fortunæ & corporis.

Corporis aut animi ſummum bonum. Corporis & animi malũ maximum.

Chryſo. hom. 36. in Math.

Sicut pax vera tunc præſtatur, cum quod tabe vel ſanie corruptum eſt, abſcinditur atque proijcitur, quando factioſa & improba pars repellitur, vel omnino deſtruitur: ſic certè cœlis terra coniungi poteſt, nam & medicus hoc modo reliquum corpus conſeruat facile, ſi quod reduci ad ſanitatem nequit, ceciderit & abiecerit: & militia Dux ad ſoluendam militum conſpirationem alterum, in alterum concitat: ſic illius quoque tempore turrim factam videmus, quando pernicioſa illa pax, per probatam diſcrepantiam diſſoluta tranquillam atque laudabilem reddidit: ſic Paulus qui contra ſe conſpirabant

Ioannes Polancus in methodo ad eos adiuuandos qui moriuntur ca. 2.

Sicut in corpore natura ſi debet morbos expellere medicamẽtis indiget: ſic *vt gratia ipſius ſanet animæ vulnera et morbos medicina ſacramẽtalis eſt neceſſaria.*

Quomodo pupilla oculi eſt ſubtiliſſima niſi impigrè ac ſollicitè cuſtodiatur à palpebris leuiſſimi ac tenuiſſimi pulueris tactu confunditur: ſic acies fidei niſi peruigilem ſemper habeat cuſtodiam, nihil citius conturbatur.

Drogo Hoſtienſis lib. de Sacra Dom. paßio. Vincentius Lirinenſis aduerſus prophanas hæreſes nouationes.

Imitetur animam religio, rationem corporum, quæ licet annorum proceſſu numeros ſuos euoluant & explicent, eadem tamen, quæ erant, permanent. Multum intereſt inter pueritiæ florem, & ſenectutis maturitatem; ſed iidem ipſi fiunt ſenes, qui fuerant adoleſcentes, vt quamuis vnius einſdemq; hominis ſtatus habituſque mutetur, vna tamen nihilominus eademque natura, vna eademque perſona ſit parua lactantium membra magna iuuenum eadem ipſa ſunt, tamen quos paruulorum artus tot virorum: & ſi qua illa ſunt quæ aui maturioris ætate pariuntur iam in ſeminis ratione profecta ſunt, vt nihil nouum poſtea proferatur in ſenibus, quod non in pueris, iam ante latitauerit. vnde non dubium eſt hanc eſſe legitimam & rectam proficiendi regulam, hunc ratum atque pulcherrimum creſcendi ordinem, ſi eas ſemper in grandioribus partes ac formas numerus detexat ætatis, quas in paruulis creatoris ſapientia præformauerat. Quod ſi humana ſpecies in aliquam deinceps non ſui generis vertatur effigiem, aut certe addatur quippiam membrorum numero, vel detrahatur, neceſſe eſt vt totum corpus, vel intercidat vel prodigioſum fiat, vel certe debilitetur. Ita etiam Chriſtiana religionis dogma ſequatur has decet profectuum leges vt annis ſcilicet cõſolidetur, dilatetur tempore, ſublimetur ætate, in corruptam tamen illibatumque permaneat, & vniuerſis par-

tium

tium ſuarum menſuris, cunctiſque quaſi membris ac ſenſibus proprijs plenum atque perfectum ſit, quod nihil prҫterea permutationis admittat, nulla proprietatis diſpendia, nullam definitionis ſuſtineat varietatem. Exempli gratia ſeruerunt maiores noſtri antiquitus in hac eccleſiaſtica ſegete triticea fidei ſemina, iniquum valde & incongruum eſt, vt & nos eorum poſteri pro germana veritate frumenti ſubdititium zizania eligamus errorem. Quin potius hoc rectũ & conſequens eſt, vt primis atque extremis ſibimet nequ diſcrepantibus, de incrementis triticea inſtitutionis triticei quoque dogmatis frugem demetamus vt cum aliquid ex illis ſeminum primordiis acceſſu temporis euoluatur & nunc lętetur, & excolatur. Nihil tamen de germinis proprietate mutetur, addatur, licet ſpecies, forma, diſtinctio, eadem tamen cuiuſque generis natura permaneat, abſit etenim vt roſea illa Catholici ſenſus plantaria in carduos ſpinaſque vertantur abſit, inquam vt in iſto ſpiritali paradiſo de cynanomi & balſami ſurculis, lolium repente atque aconita proueniant.

Corpus illud myſticum plurimum tum morbis, tum inſidijs quam noſtrum hoc naturale obnoxium eſt; celerius item corrumpitur, & ęgrius ſanatur. Humana arte corpora curantibus, diuerſa ſuppetunt medicamenta apparatus inſtrumentorum, varij cibi ęgrotantibus congrui & ſola plerumque aeris natura ſatis fuerit, ad ſanitatem laboranti reſtituendam, alias ſomnus opportune, obrepens medicum omni labore leuat liberatque. At hic tale comminiſci nihil licet, ſed vna quadam poſt operum prҫſtationem, ars ac curationis via tenenda ſequendaque, per euangelicum nempe ſermonem doctrina. Hoc demũ inſtrumentum eſt cibus, aeris temperamentum, optimum. Hoc medicamenti inſtar, ignis loco, ferri vice quo vel vrere vel ſecare opus viũ neceſſe eſt. Quod ſi nihil profuerit, reliqui quę ad anima conferunt incolumitatem euanida pereant oportet. — *Chryſoſt. lib. 6. de Sacerdotio.*

Quemadmodum noſtro corpore, vnius ex ſenſuum inſtrumentis operatio deducit conſenſum ad vniuerſum partium vnitum: ita etiam perinde ac ſi eſſet aliquod animal vniuerſa natura patris reſurrectio tranſit ad vniuerſum, vt pote quod natura ex parte toti diſtribuatur. — *Greg. Nyſſenus orat. Catecheſ.*

Vt anima in humano corpore non videtur inuiſibilis, exiſtens verum ex corporis motu cognoſcatur: ſic hec Deus humanis corporis oculis videri poteſt, cęterum ex prouidentia, qua ſigula ordinat, ſuiſque operibus aſpicitur, & apprehenditur. Quemadmodum ſi quis cernat, nauem ſuis armamentis inſtructam in are ſulcare, & in portum appellere, certe credit aliquem à quo gubernetur, in ea eſſe gubernatorem: ſic certe nemo adeo abiecti animi quin credat Deum eſſe gubernatorem omnium quamuis carnalibus oculis eum non aſſequamur: quia nullo modo à nobis percipi poteſt. Nam ſi in ſolem, qui ſanè minimum eſt elementum, homo oculos intendere nequit, propter caloris & potentia excellentiã, multo minus gloriam Dei quę ineffabilis eſt hominis, homo mortalis contueri poteſt. Et quemadmodum malum punicum cortice velatur, qui interiora continet: habet, & manſiones loculoſque complures pellibus interceptos & diſtinctos, qui plurima grana inter ſe complectuntur. Sic vniuerſa natura à Dei continetur ſpiritu ſpiritus qui vniuerſam naturam conſertim tenet, à Dei manu continetur quemadmodum granum mali punici quod cortice exteriori includitur. — *Theophilus Antioch. lib. 1. ad Antoli.*

Quemadmodum exercitationes & profuſę & remiſſę nimium lalefactant vires, & vt eſculenta & poculenta ſi modũ tranſeant, vel infra modum adhibeantur, labefactant corporis valetudinẽ: ita vitia animi in exceſſu, defectu poſita perniciem virtutibus, ac interitum minitantur: Adhibenter exempla timoris & audacię, quę tollunt temperantiam. — *Caſus Lib. 2. cap. 2.*

Si ra-

Si rationem quæras cur hoc fiat, reſpondeo: ſicut ordo & pulchritudo naturæ concidit, ſi errante natura monſtrum producatur: ita decus & præſtantia virtutis tollitur. Si (errante homine) vitium perpetretur.

Ibidem. *Nam vt monſtrum corporis fit; aliquando exceſſu vt in Gybboſo aliquando defectu, vt in vnoculo; ita monſtrum animi, quod eſt vitium exceſſu & defectu conſtituitur: linea ergo recta tuenda eſt, id eſt aurea virtutis regula, quam ſi in hanc vel in illam partem deflexeris, vitam recte inſtituere non videris: hinc enim fumi ſoffocant, illinc flammæ conſumunt omnia, vis ergo recte viuere? Eſt virtus placidis.*

Lib.2.cap.6. *Nam vt virtus oculi ipſi oculum probe ſuo munere defungi efficit, & vt virtus equi equum generoſum ad currendum ſtadium, ad vehendum equitem, ad expectandum hoſtem aptum reddit & idoneum: ita profecto virtus animi hominem ad bene beateque viuendum, docilem, adeoque ad omne præclarum facinus aggrediendum alacrem, & paratum facit: conſuetudine enim non ſolum facilis, ad ſupra quam dici aut fingi poteſt delectabilis virtutum actio motuſque redditur.*

Ibidem. *Vt ſagax natura alijs plus pituitæ, alijs plus ſanguinis, alijs plus melancholicæ, alijs plus bilis tribuit, cum tamen in omnibus medium, iuſtitiam & æquitatem ſeruet: ita prudens, iuſtus, fortis, omniſque virtutis ſtudioſus medium non in pondere, ad rei æqualitatem, ſed in iuſtitia ad rationis dignitatem in omnibus conſiderat ac veluti demetitur.*

Lib.5.ca.9. *Vt homo minor mundus dicitur: ita ſi potentias animæ & corporis conſideres, quadam in ſe ipſo ciuitas dici poteſt. Eſt enim animi imperium in corpus, eſt etiam quarundam partium in animo, vt intellectus rationis & voluntatis quidam in cæteras partes principatus, quæ omnes vnitæ vnum hominem conſtituunt, vnum quaſi mundum, vnam quaſi ciuitatem: cum ergo inferiores potentiæ rebelles ſint, ac conſpirent in ſuperiores, contra legem naturæ factum eſt damnum quidem, ſed ſi vere dicam quod ſentio, meo iudicio facta non eſt iniuria, quippe eſt in poteſtate primarum partium iſtas petulantes & contumaces potentias coercere. Dici ergo non poteſt, quod fiat læſio contra voluntatem intellectiuam, cum in ea ſitum ſit reſiſtere & ſuperare, tum enim fit iniuria cum non ſit in poteſtate reſiſtere.*

Lib.6.c.11. *Quemadmodum graui corpori contigit, vt ſi moueatur ſine aſpectu, grauiter offendat, hoc ipſo quod careat aſpectu: ſic equidem euenit, vt cæco quodam impetu ferantur tum naturæ, tum morum virtutes ſi oculo prudentiæ non dirigantur.*

Lib.6.cap.3. *Vt intellectus & voluntas vnum animum conſtituunt: ita verum & bonum vnum finem efficiunt, quare vt eſt in eſſentia animi illarum partium vnio ita in eſſentia finis horum obiectorum coniunctio eſſe debet: Reſpondeo igitur ad argumentum, quod hæ virtutes intellectus ad bonum voluntatis ſecundum Ethica præcepta, vt media quædam ad ſuum finem referantur: hinc ait Philoſophus, quod omnis ars omniſque actio bonum appetat, quare pernicioſi ſpeciem iſtarum virtutum, non vſum corticem non fructum habere videntur.*

Ibidem. *Vt dormientes inſani & vinolenti Empedoclis carmina recitant, parum aut non omnino callentes quid dixerint: ita impotentes & perturbati otioſum habitum ſcientiæ tenent, vſum verum dum inſaniunt, parum aut non omnino intelligunt. Verum enimuero, vt à ſomno exſuſcitati ſciunt, ita ab affectu liberati, iterum ſciendi vſum actumque recipiunt.*

Lib.7.cap.1. *Vt hydropici tabificique ſemper ſuum malum adeſſe ſentiunt, elephantiaci autem in-*

interualla

terualla viceſque habent : ita intemperantes perpetuo exhalant ſcelus incontinentes aliquando à ſua vertigine liberantur : quippe , vt pauculo epoto vino infirmi in ebrietatem incidunt, vnde crapulam contrahentes vinum bibere adhorrent : ita multi incontinentes extemeritate in voluptatem lapſi , indeque quaſi nauſeam concipientes amplexum veneris execrantur.

Lib. 9. cap. 1.

Quemadmodum membra eiuſdem corporis alia alijs inſeruiunt, ad ſalutem, quamuis omnia non ſunt eiuſdem dignitatis, & excellentia : ita ſe res habet in ciuitate in qua per amicitiam ex diſsimilibus partibus in vnum quaſi corpus coactis magnus conſenſus naſcitur. Et vt eſt in fabula, ſicut manus negantes cibum ventri dare, ipſa inedia pereunt: ita detrahentes proportionem amoris ſuis amicis, ipſa diſcordia vulnerantur.

Lib. 5. ca. 10.

Vt ſi nulla ſit remiſsio nerui frangitur : ita ſi nulla ſit moderatio legis violatur.

Quidam.

Quemadmodum ſi vſus membri corporis rectus eſt corpus adiuuat : ſin minus vita incommodat ; ſic lingua moraliter accepta , ſi eſt moderata gloriam & vtilitatem , ſi indiſcreta ac incontinens ſummam affert perniciem : vnicuique membro corporis ſuus vſus eſt deſignatus qui ſi rectus ſit nonnullam adfert commoditatem : ſin minus incommodo quidem aliquo mulctatur, qui abuſus eſt, veluti qui perperam cernit fortaſsis impingit & aut tibia liuorem aut fronti tuber conciliat : verum vt linguæ moderatio ſummam adfert & gloriam & vtilitatem: ita ſi quis abutatur, pro fructu recipit exitium. Fortaſſe leue damnum eſt pecuniæ diſpendium : verum vt in primis pretioſa poſſeſsio eſt honeſta fama : ita grauiſsimum eſt damnum huius iactura. Sed hoc quoque grauius damnum , amiſsio vitæ, vel ob id quod ſemel amiſſa , nullis artibus queat reparari , quum pecuniæ iactura facile ſarciatur , fama licet ægre tamen aliquo modo corrigi poteſt : ſed omnium grauiſsimum eſt animæ iacturam facere, hoc eſt æternam perdere felicitatem, ac ſempiternam mortem lucrifacere. Hæc omnia mala quum potiſsimum nobis proficiſcantur , ab intemperantia linguæ non ne videtur hoſtis ſuæ ſalutis qui tam frugiferi ſed eiuſdem tam pernicioſi membri curam negligit ? Quoniam autem ſama iactura leuior habetur , quàm pecuniæ præpoſtero quidem iudicio , ſed plurium hac de re prius dicam ſunt vitia , quæ conciliant hoſtium aut inuidiam velut arrogantia & violentia : ſunt quæ contemptum veluti luxus & libido , ignauia & ſtultitia , nullum tamen omnium reddit hominem vel viliorem vel magis aſpernabilem , ac magis etiam inuiſum quam futilis & importuna loquacitas id arguunt tot probroſa veterum cognomina, tot dicteria, prouerbia, fabulæ, quibus taxarunt homines huic obnoxios morbo vt quum loqui non didicerint , tamen tacere non poſsint.

Vt oculi clariſsimæ luci aſſueti minus exquiſite (vt Plato) aut tenebroſis laſi vident ſic noſtrorum Theologorum oculi in ſpiritali luce myſtici ſenſus diuerſati, minus quandoque perſpiciunt difficultates tenebricoſas, quam hi qui ſunt tenebris aſſueti.

Archangelus de Burgonouo in cabaliſtarum ſelect. obſcur. dogmat. in Apolog. & præf.

Quemadmodum corpus temperatiſſimum intemperie afficitur : ſic anima diſſonantiam ſentit, vt Archangelus de Burgonouo his verbis demonſtrat , *ideo nota quod corpus temperatiſsimum aliquando diſſonantiam maximam ſentit. Quod duplici ex cauſa ſit, altera eſt diſtemperamentum humorum, aut ex ſuperfluitate, aut ex diminutione : aut alteramento intrinſeco vel extrinſeco proueniens. Altera quia à cæleſtibus diſsidet, vt influxus alias boni ipſi noceant. Diſsident, quidem, declinante animo ab eo, quod exquirit cæleſtis influxus. Quam deordinationem multa alia ſubſequuntur diſsidens malo Dæmoni (inquit Proclus) quouſque debitis expiationibus expurgetur. Relinquentes humorum diſtemperamenta medicis, percurremus ea, quæ ad rem noſtram,*

Ibidem.

& ad meliorem hominem bene inſtituendum ſpectans diſtemperantur enim humores, vnde infirmitates ſuboriuntur, non tantum ex ſuperflua, diminuta, vel alterata materia, ſed ſæpius, quia ab animo male regitur corpus. Si enim ſuperfluo cibo paſcitur, vnde ſuperflui generantur humores, culpa eſt animi non frænantis ingluuiem. Et ſi cibi nociui comeduntur in culpa eſt animi imprudentia. Et ſi homo aliquid perpetrat, vnde oriatur triſtitia, & augeatur atra bilis, qua humores inficiuntur, aut magis doleat, & triſtetur de occurrentibus, quam deceat, vt melancholia comprimatur hoc eſt ab animo male ſe habente, quæ triſtitia abſorbetur: quæ corrumpit potentiam habentis, ſi vero animus tamquam dux in toto humano exercitu, cum imperatore, ſeu rege conſentiens, omnes inferiores, appetitus, & vires bene moderatur, diligens omnes indebitos hoſtes, ſi aliqua triſtitia ex pugna, aut labore reportatur illa Euangelica eſt non nocens ſed ſtatim vertetur in gaudium. Nam ſicut diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum; ita diſſidentibus à Deo omnia nocent; omnia vergunt in malum: quia contra huiuſcemodi diſcolos armat ſe creatura omnis in vltionem, ſcilicet inimicorum Dei, vt dicitur in libro ſapientiæ. Hinc Auguſtinus ait: omnium malorum cauſa eſt peccatum: quod eſt deordinatio & diſtemperamentum animi & Ducis humani. Quo male regente rebellant omnia & diſtemperantur in ſui Domini perniciem. Tunc animales ſpiritus amiſſo fræno in pugnam congrediuntur, inſurgunt humores mali, & etiam boni deordinati, viciſſitudine quadam ſegregati ab inuicem corpus, necant, & torquent. Tunc nocent influxus cœleſtes, tunc Dei lictores, & ipſi in torquendos homines ſeſe expediunt, iuxta illud Prophetæ: Et emiſſiones per angelos malos. Tunc (vt inquit Iſaias) percutiet te Dominus aere corrupto. Quod cognoſcens regius propheta dicebat. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea: id eſt vires & virtutes meæ nec dicat quiſpiam, quod infirmitates proueniant ab illis naturalibus cauſis, quas commemorat Auicenna, videlicet inanitione, repletione cibi, vel aeris, infectione, ſomno, vigilia, exercitio: ſed potiſſimum ex accidentibus animæ, ſcilicet ira, triſtitia, gaudio, & ſimilibus: hæc enim reguntur ab animo, cum in eius poteſtate (vt dixi) cuncta ſint poſita: Nec criminetur quis complexionem: quia vt inquit eccleſiaſtes Deus fecit hominem rectum, & temperatiſſimum: quo ad corpus, videlicet & animam ipſe tamen ſe immiſcuit infinitis quæſtionibus, vel vt (habet veritas Hebraica) ipſe quæſiuit cogitationes multas vnde non contentus rectitudine & ſtatu perfecto, in quo ipſum collocauerit opifex, vagatus eſt circa multa: vnde ſubſequuta eſt perturbatio animæ & corporis, & omnimoda defectio à ſtatu, & à rectitudine ſua.

Ioannes Neouilleus de pulchritudine animi lib. 5. cap. 8.

Sicut corpus humanum bene conſtitutum habet faciem, venuſtatem ac decorem, membrorum pulchritudinẽ, & ſenſuum perfectionem: ſic eadem anima habet vt Ioannes Neouilleus explicat. Vt omnem piè ſanctèq; viuentis animæ pulchritudinem explicemus, in ſingularum animæ partium venuſtatem, decoremque inquiramus. Hoc tamen eo dictum nolumus, vt ſectilem in partes animam dicere exiſtimemur, ſed quòd illa ſuis potentiis velut quodam membrorum adminiculo, ad actiones ſuas vtatur. Eadem ratione ſenſus quoque ſuos, etiamſi corpore abiuncta ſit, habere dicitur, minus tamen vt quidam volunt explicitos. Illa enim reconditos in ſe ſenſus omnes, virêsque ſuas per corporis organa exerit. Facies ergo animæ, eſt illa virtutum omnium mater ratio, illudque diuinum lumen, quo Deus animum noſtrum nobilitauit. Ob hanc ſolam ad Dei imaginem ſimilitudinemque conditi dicimur. Hac tantum à brutis animanti-

animantibus differimus, Deoque συγγενέστατοι καὶ θειότατοι ſumus. Hæc affectionum, perturbationumque omnium Domina, laſciuos petulanteſq; appetitus coercet, ſibique parere cogit. Hæc quidquid in animo tumultuoſum, quicquid turbulentum vultu ſuo ſerenat, facitque vt vbi dominatur, ibi virtute viuatur. At vbi virtute viuitur, ibi læta, tranquilla, pulchraque ſunt omnia. Hæc pulchra animæ facies, ſi ſe fidei, charitatis, ſpeique monilibus exornauerit, id certè faciet, vt animus Chriſtum induat, Deique templum efficiatur. Pulchrum enim pulchro, ſibique ſimili delectatur. At pulchra decoraque eſt omnis anima, quæ in ſymmetria propria virtutum, & harmonia ſibi congruenti conſpicitur, cuiuſue facies fide & charitate, vt diximus, velut aureis, precioſiſque monilibus exornatur. Pulchritudo autem vera, & deſideratiſsima, & ſola mentis purgatione contemplabilis, circa beatam verſatur naturam, cuius per gratiam Dei aliquantum particeps efficitur anima: anima, inquam, veluti ex rei fulgentis obiectu, ſplendorem aliquem ingentem referens. Sicut enim Moſes, eo maximè tempore, quo cum Deo conuerſaretur, pulchritudinis Dei, quo ad ſpeciem vultus, quadam tenus viſus eſt particeps, ita & beata natura, qui cum verſatur pulchritudo illa, quam proximè diximus, particeps Dei gratia efficietur, quicunque rerum cœleſtium contemplationi ſe dedet, Deique legem meditabitur die ac nocte, vt canit Dauid. Hoc, ni fallor, dicere voluit Baſilius Magnus paucis immutatis, dum de deſideratiſsima & vera animæ pulchritudine hunc in modũ loqueretur.

Καλὴ μὲν οὖν πᾶσα ψυχὴ, ἡ ἐν συμμετρίᾳ τῶν οἰκείων δυνάμεων θεωρουμένη. κάλλος δὲ ἀληθινὸν καὶ ἐρασμιώτατον, μόνῳ τῷ τὸν νοῦν κεκαθαρμένῳ θεωρητὸν, τὸ περὶ τὴν θείαν καὶ μακαρίαν φύσιν. οὗ ὁ ἐνατενίσας τῆς μαρμαρυγῆς δὲ τῆς χάριτι μεταλαμβάνει τι ἀπ' αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπό τινος βαφῆς αἴγλην τινὰ ἀνθηρὰν εἰς τὴν οἰκείαν ὄψιν ἀναχρωννύμενος, ὅθεν καὶ μωυσῆς τῷ μετειληφέναι τοῦ κάλλους ἐκείνου ἐν τῷ ὁμιλεῖν θεῷ, ἐδοξάσθη τὸ πρόσωπον. Baſil in Pſal. 29.

Vide ergo quantum ſplendoris ex animi pulchritudine vndequaque promicet, quantus ex facie decor, quanta ex vultu illius ſerenitas procedat. Sed non in facie tantum, verum in cæteris quoque membris magna pulchritudo conſpicitur. De hac igitur, quæ in membris animi eſt pulchritudine, operæ precium eſt vt pauca delibemus.

Salomon in diuino illo Canticorum cantico ſponſum introducit, qui ſic ſponſæ ſuæ pulchritudinem laudat, vt nullum membrum prætermittat, quin illud ſpeciali quodam elogio illuſtret. Idem c. 9.

Ceruicem ſponſæ ſpecioſam dicit, vt redimicula, per hæc ſcilicet ceruicis ornamenta, obedientiam denotans, qua ſe Deo ſubiicit, ſummittitq; vnaquaque pij fideliſque hominis anima. Genas turturibus ſimiles canit, per has nimirum aues, ſponſæ honeſtatem & verecundiam deſignans. Sponſam præterea columbinis oculis eſſe gaudet, eique huiuſmodi oculos accommodatiſsime attribuit. Columba enim inditium ſpiritus ſancti eſt. At, vt inquit Origines, columbarum oculos habere, eſt legem & Prophetas, non iuxta literã, id eſt, carnis ſenſum, ſed potius iuxta ſpiritum, id eſt, ſpiritali ſenſu intelligere. His oculis anima contemplatrix freta, intelligentiam ſpiritualium myſteriorum penetrat, profunda ſenſa ex ſcripturis eruit, obtutuſque ſuos etiam defigit in cœlum. His oculis carent Epicurei homines. Talpinis enim oculis ſunt, & idcirco in terra ſemper proreptant, nihilque reſipiunt, quod non carnale ſit & terrenum. At qui columbinis oculis ſunt, ſic animum à carne extrahunt, vt omnis eorum & mens & cogitatio & conuerſatio ſit in cœlis. Im- Orige. in cant. cantic. cap. 4.

pedit tamen, negotiumq́ue haud paruum nobis facit corruptibile hoc noſtrum corpus, quod Triſmegiſtus meritò veſtem, indumentumque inſcitiæ vocat, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, ſenſitiuum cadauer, ſ pulchrum circumuertile, domeſticúmq; furem, furem inquam, qui dum blanditur odit, dum odit inuidet. Sed & ad ſeipſam, te deorſum raptitat, ne fortè columbinis oculis veritatem, animæq́; tuæ dignitatem pulchritudinemq́; conſiderans, proximumq́; bonum conſpiciens, eiuſdem corporis oderis prauitatem, inſidiaſq́; quas in te fabricatur, ac malum quod contechnatur, præſentiſcas: quod vt ne fiat, aciem interiorum ſenſuum hebetat & obtundit, eamq́; craſſa materia ſuffocat, abominabili inſuper & faſtidioſa voluptate inebriat, adeò vt nec audire poßis nec percipere, quæ iure audienda, & quæ imprimis perſpicienda ſunt.

Merc. in Pimand.

Idem ca. 10. *Vt in anima membris magna eluceſcit pulchritudo, ita & in pia fideliſq́; animæ ſenſibus mirabilis eſt perfectio. Sua enim membra, ſuoſq́; ſenſus habet anima. Videt ergo & audit, tangit, guſtat & odoratur, videt autem non corporis oculis modò, ſed internis quoque, quibus cœleſtia contemplatur. Quo fit vt longè externo illius oculo internus ſit præſtantior. Nam quamuis maximorum montium, inexpleti, ac infiniti maris, adhæc, cœli ipſius imago, breui pupillæ noſtræ menſura contineatur, multò tamen maiora præſtantioraq́; viſione ſua intimus oculus aſſequitur. Hoc autem ingenium illius eſt, vt plerumq́; obtuſa acie ſit, niſi animus ab exteriorum contemplatione ſeſe abduxerit.*

Quod dum fit, ſubitò oculos ad lumen illud, quod intellectus ſui lumen eſt, conuertit, tandemq́; non luminoſus modò, ſed lumen quoque efficitur. In intellectum enim diuinum, atque adeò in lumen illud luminum omnium, pulchrumq́; pulchrorum omnium euadit & tranſit. Magna ergo vis intimorum oculorum eſt, quos a patre luminum illuſtrari ſæpè precatur Dauid. Domine, inquit, illumina tenebras meas. Domine, illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mortem. Paulus quoque Epheſiorum oculos à patre gloriæ, Domino Deo illuminari exoptat. Vt Deus, inquit, Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis, in agnitione eius illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & quæ ſublimis magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus ſecundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis. Sed vt ad alios animæ ſenſus tranſeamus, nunquid bene inſtituti hominis animus, habet verbum Dei quod audiat, quoue recreetur & nutriatur: cibum quem tangat, quem comedat, quoue fruatur & alatur? Siquidem habet panem vitæ, id eſt, Chriſti Ieſu corpus, quo cibo nec melior nec diuinior optari, ſed ne cogitari quidem poteſt. Sanguinem Chriſti habet, quo affectus ſui ad res huius ſeculi auidioris, ad voluptatemque procliuioris ſitim feruoremque extinguat, habet & aquas in vitam æternam ſalientes, quibus ventrem abundè alat & ſatiet. Sed nec deſunt animo ſua vnguenta, quorum odore recreetur. Chriſtus enim piis & fidelibus omnibus odor vitæ æternæ eſt.

Pſal. 19.
Pſal 12.
Epheſ. 1.

Habet & animus nardum ſuam, quæ odorem effundit diuinæ ſuauitatis. Habet denique myrrham & balſama ſua, id eſt, diuini verbi fragrantiam, qua mirum in modum delectetur.

Iodochus Damhouderius in prompt. Theo. Them. 1. Sicut oculi in corpore humano: ſic eccleſiaſtici in corpore myſtico ſe habere, & functiones eccleſiaſticorum functionibus oculorum ſimiles eſſe debent: vt Iodochus Damhouderius his verbis demonſtrat. *Admirabilem*

certè

certè fabricam oculorum Galenus in libro de Vſu partium prodidit. Pretioſiſſimi enim omnium partium humani corporis ſunt oculi: & qui lucis vſu vitam diſtinguant à morte: ignobiliſſimiſque animalibus nulli vt oſtreis, aliis imperfectiores, quibuſdam conſcharum etiam dubij, pectines enim (inquit Plinius) ſi quis digitos aduerſum hiantes eos moueat contrahuntur videntes, & ſolenes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum viſus talpis non eſt, oculorum tamen effigiem deprehendes, ſi prætentam detrahas membranam, nobiliſſimo omnium animalium homini ad imaginem & ſimilitudinem Dei creato perfecti inſunt oculi, quo argumento facilè colligitur nobiliſſimam eſſe partem. Neque enim vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus deſumuntur, aut inſunt, ſed homini maxime, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, lætitiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi, ſubmiſſi, blandi: profectò in oculis animus inhabitat, hi ſedes, nuncij, palatia, & imago illius ardent, intenduntur, humectant, conniuent. Hinc illa miſericordiæ lachryma. Hos cùm oſculamur, animum ipſum videmus attingere. Hinc fletus, & rigantes ora riui, quis ille humor eſt in dolore tam fœcundus & paratus, aut reliquo tempore? Animo autem videmus, animo cernimus, oculi ceu vaſa quadam viſibilem eius partem accipiunt atque tranſmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus viſu, ſic in morbo comitiali nihil cernimus animo caligante. Istud in hos tanquam animi noſtri benigni teſtes & indices mittimus, aut eruere dicimus. Paulus namque ad Galatas ſcribit. Teſtimonium enim perhibeo vobis: quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi; vult namque ſignificare, quod Galatæ toto animo ſe diligebant: vnde ſtatim ſubiungit: Ergo inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis. Et propheta loquitur. Omnium oculi ſperant in te Domine, ſed maxime hominum: oculi ſperant in Deum, vnde & cælum reſpiciunt: Quare ſic canit Ouidius. Gal. 4. b.

> *Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram:*
> *Os homini ſublime dedit, cælumque videre*
> *Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.*

Sed dicet nunc aliquis: quorſum hæc de oculis? Quoniam propoſitum iſt demonſtrare, quo pacto ſeſe prælati in eccleſia Dei conſtituti gerere debeant erga ſuos inferiores, quod ſit officium, quæque partes illorum: quatenus communem inter populum viuant atque conuerſentur. Illud autem primum naturalibus rationibus quas etiam ethnici lumine naturæ, doctrinaque vi ſequuti ſunt, declarare oportunum videtur: tum auctoritatibus ſacrarum literarum, atque conſuetudinum argumentis. Ideo ab oculis exorſus ſum, omiſſis multis aliis exemplis, quandoquidem ijs optima ratione à Theologis comparantur prælati & doctores Eccleſiæ. Vt pote qui debent alios dirigere, aliorum curam gerere, aliiſque præeſſe. Hezechiel propheta inquit. Statura quoque erat rotis & altitudo, & horribilis aſpectus, & totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor. Rurſus cap. 10. Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis in circuitu quatuor rotarum, & rotas iſtas vocauit volubiles audiente me. Eadem prorſus verba apud Ioannem Apoc. 4. fere leguntur, & in conſpectu, ait, ſedis, tanquam mare vitreum ſimile criſtallo, & in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis antè & retrò. His locis quidem prælatos, doctores, ac prædicatores diuini verbi deſignari quis non animaduertit, quanquam Diuus Hieronymus commentarijs ſuper Ezechielem interpretetur lucem, & fulgorem, cuius maieſtate totum orbem replent: tamen facilè intelligimus

Ezech. 1. cap.
Ezech. 10.
Apocal. 4.

telligimus

telligimus eam lucem in charta, vel libro ſcripto non poſſe lucere, ſed in hominibus librum
vita obſeruantibus, & docentibus, qui ideo ſic à Chriſto appellantur: Vos eſtis lux mundi.
Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, vt ponant
eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat
lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum,
Matth. 5. qui in cælis eſt, ideo quoque Paulus Corinthijs ſcribit: Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in
Marc. 4. cordibus noſtris: quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus miniſtrata nobis, & ſcripta
Luc. 8. & 11. non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnali-
2. Cor. 3. bus. Paulus namque non ſcriptos libros, aut ſententias, aut vt epiſtolas haberi, vt lucem
aut vt oculos, ſed ipſos prædicatores diſcipulos ſuos afflatos ſpiritu Dei viui ſuas epiſtolas
2. Pet. 2. dicit. Ecquid mirum? nam D. Petrus manifeſtò id exponit, Et habemus firmiorem, in-
quit propheticum ſermonem, cui benefacitis, attendentes quaſi lucernæ lucenti in loco ca-
liginoſo, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Hinc D. Gregorius
in paſtorali ita ſcribit. Lux gregis eſt flamma paſtoris: decet enim dominicum paſtorem
& ſacerdotem moribus & vita clareſcere, quatenus in eo tanquam in lucis ſuæ ſpeculo
plebs ſibi commiſſa & eligere quid ſequatur, & videre poſſit quid corrigat. Sed quid mul-
tis opus eſt? Prælati eccleſiæ, haud dubiè ſunt oculi, oculique eſſe debent. Si Græci de ſuis
duobus oculis gloriati ſunt, atque Athenas vnum, Lacedemonemque alterum oculos voca-
uerunt propter excellentiam rerum gerendarum. Spartani vna cum ſocijs de interitu, ex-
cidioque ſuperatorum Athenienſium diu deliberantes, delendoſque eſſe cenſentibus ſocijs,
negauerunt Spartani ſe ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos. Cur minus equidem
prælatos, vtpote dignitate, cura, atque eruditione cũ pietate cæteris mortalibus præminẽtes
Zacharia vocare poſſum oculos? Sed Chriſtus Dominus noſter à Zacharia deſignatur oculus: ait
5. cap. enim. Hæc eſt Amphora egrediens, & dixit. Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra, rur-
Apoc. 5. b. ſus adde quod in Apocalypſi Ioannis agnus dicitur ſtans in medio ſeniorum, tanquam oc-
ciſus, habens cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in om-
nem terram. Hinc Apoſtoli atque horum diſcipuli & prælati, doctoreſque eccleſiæ, &
qui ſacerdotes vocantur à Chriſto acceperunt gratiam ſancti ſpiritus, & dona ſeptem
ſancti ſpiritus adminiſtrant, teſtante D. Ioanne. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit, & dicit
eis: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum
retinueritis, retenta ſunt. Quid amplius? credo itaque quod ſatis demonſtratum eſt, op-
tima ratione, ac auctoritate Theologica prælatos, doctores, prædicatores vt diſcipulos
Chriſti breuiter ſacerdotes vocari oculos. Nunc conſideremus quonam pacto ad formam
oculi, oculique exemplo prælati cognoſcere poſſunt, quemadmodum inter communem po-
pulum ſeſe debeant habere, quod facile erit, ſi applicemus vſus, actioneſque oculorum ad
corpus, corporiſque membra. Nam ſi ſicut ſe oculi ad corpus, ita prælati ad populum ſuum
ſe gerant, haud dubie optima forma Chriſtiana Reipublica eluceſcet, & conſtituetur cæ-
teris reſpondentibus bona gubernationi. Nam non ſolum vt oculi ſunt, ſed etiam vt pu-
Zach. 2. c. pilla oculi. Vnde ſic Zacharias 2. cap. ait. Qui enim tetigerit vos, tanget pupillam oculi
Hiere. 2. f. mei: quia ecce ego leuo manũ meam ſuper eos, & erunt præda his qui ſeruiebant ſibi, &
Hieremias in Threnis. c. 2. Per diem inquit & noctem non des requiem tibi, neque taceat
pupilla oculi. Ecquid aliud eſt Sol in mundo omnia ſuo calore vegetans & ſeruans, quàm
oculus Dei. Hinc apud Heſiodum hæc leguntur ſenſu talis interpretata de Sole.

Cuncta

Cuncta videns oculus Iouis, & ſimul omnia verſat.

Et apud Homerum, Iliad. tertio.

Sol qui cuncta vides, tu ſingula qui auribus hauris.

Sed & clarius eſt oraculum redditum Nicocreonti Cypriorum regi, in quo habetur illud de Sole: Oculus lucens ſplendidum lumen ſolis. Plurima huius generis teſtimonia recitat Macrobius: eò qui velit recurrat. At in Sole poſuit ſuum tabernaculum Deus, in- Pſal. 18.
quit Pſalmiſta. Itaque non mirum ſi verè Sol laudetur in Hymnis Orphei, huiuſque Solis tanquam ſecundi poſt Deum numinis vi atque imperio rerum natura regatur, & bene ſe habeat. Sed quod eſt in mundo Sol: id in homine oculi, & in ciuitate Dei Chriſtus. Atque huius ſacerdotes, qui ſicut Sol in firmamento fulgebunt. Sic namque legitur apud Danielem, qui enim docti fuerint (quos haud dubiè prophetas & ſacerdotes intellexit) fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Nunc videamus vſum oculorum aliis partibus neceſſarium, vt hinc de officiis prælatorum fidelius, veriuſque ratiocinemur. Primum eſt opus oculorum lucem diſtinguere à tenebris, atque quod proximum eſt, vitam à morte ſeparare: tum perducere ad cognitionem Dei, rerumque naturæ, atque ad illius adorationem: Vt patet ex Rom. 1.
primo capite Pauli ad Romanos, dum ait, Inuiſibilia enim Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Inde corpori notum facere, quæ vtilia, iucunda, atque ad conſeruationem ſui neceſſaria ſunt, & vt ea poßit adipiſci, declinare fugienda, eaque amoliri. Denique amicitiæ conciliandæ, aut inferendi belli ſigna capere, inſtrumenta monſtrare, neceſſariaq́; pro vt opus eſt, & vt ſubminiſtrentur efficere, actionumque greſſus dirigere, quamquam magna adeo, multaque munera obeunt, vtiliaque præſtant: tamen pauciſsimis nutrimentis egent, ſuæque conſeruationis, partiumque ſuarum vigilantiſsimam curam agunt, nec vlli partium quamuis ipſi laborent per ſe iniuriam, nec morbum, nec malum inferunt, ſed citiſsimè, & maximo acerbiſsimoque dolore aliis partibus compatiuntur, adeo vt ſi lippientem videant oculum, ſtatim lippiant & ipſi, & vnius oculi effectus alteri protinus communicatur, nec alibi citius animi corporiſque mutationes, aut mala animaduertuntur, quam in oculis, & per hos fit faſcinum, multæque ſimiles ligationes, quæ neſcio an hodie tuto exponi debeant, quoniam fere homines eis, quæ à Deo optimo ad bonos vſus ſunt creata, facta, atque conceſſa, abutuntur ad malum, ſed ſtupendæ fiunt ligandi ſoluendique rationes per oculos: neque hoc veteribus ignotum fuit Gene. 30.
prodente Plinio, & atteſtante ſacra ſcriptura, Gene. 30. Cuius generis infinita exempla adducere poſſem, ſi etiam huius eſſet inſtituti: has oculorum functiones imitentur Prælati. Prima veritatem ipſam (quæ lux eſt in mentibus humanis) à mendaciis diſcernant, doceant & obſeruent: tum vitam hanc hominum mortalem commutent in vitam immortalem, idque vt faciant verè non ſint Sapientes mundi, ſed tanquam veri Dei imitatores, Deum viuum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum adorando, laudando, ac prædicando indeſinenter coram populo ſuo, atque inde denuncient populo virtutes, vt has ſectando imbuantur bonis moribus, bonaque diſciplina, per quam & quæ commoda, quæque grata ſapiant, & faciant, & poßideant: abundantes in omni bono: inſtituant populum fugere inſidias diaboli, mundi, atque carnis, ſuperare tentationes, non haurire vanitates: vt charitatem ædificent, & quæcunque ſunt augenda conſeruandaque religioni Chriſtianæ promoueant, ac diſsidia, Hæreſes, contentiones, æmulationes prorſus tollant è medio, & populi ſui greſſus pedeſque in viam pacis dirigant. Frugalitatis exemplis, vt

quam

quam Pythagoras omnibus ingerebat, genitricem ſcilicet virtutum præmineant, & oblato benignè nutrimento ab alijs vtantur ad neceſſitatem, & tempore oportuno cum miſericordia opus eſt lachrymis eleemoſynarum irrigent & aſpergant egenos ex populo ſuo, & ad peregrinos quoque oculos miſericordes conuertant, hoſpitioque excipiant, nudos veſtiant, agros inuiſant, incarceratos conſolentur, ſitientes reficiant potu, eſurientes pane, captos redimant, & inſepultos condant. Sint vigilantiſſimi in cuſtodiendo grege ſuo, nec vel minimam ouem de centum perdant. Imitentur Argum illum Iunonium, vnoque obdormiente oculo alter vigilet; & in officium ſuccedat, iuxta illud.

Lumina quot quondam Iunonius Argus habebat,
Tot vigilans vigiles paſtor ſeruabit ocellos.

Huius etiam diligentiæ ergo Leones ſolent ſubijci ſacris columnis, aut lateribus portarum, & valuis templorum, & gallus in pinnis collocari turrium, vt Alciatus teſtatur rectè.

Inſtantis quod ſigna canens det gallus Eoi,
Et reuocet feſſas ad noua penſa manus,
Turribus in ſacris effigitur ænea mentem,
Ad ſuperos peluis quod reuocat vigilem:
Eſt leo ſed cuſtos oculis quod dormit apertis
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Nec abs re eſt, quod ſacroſancta Catholica Eccleſia ſeruat diligentiſſimè vigilias, quemadmodum paulo poſt declarabitur, cum de igne Veſtæ, & igne viuo Moyſaico, de Dracone, de manu oculata agemus. Poſtea verò Prælatus in Eccleſia non ſe ſolum ſuoſque defendet, ſed etiam nulli iniuriam inferat, vel minimo verbo lædat cum omnibus amicitiam ſeruet: niſi quatenus ipſe, & Deus conditor læſus illatam, aut imminentem iniuriam depellendam cenſent admotis brachiis, linguis, pedibus, externoque pro neceſſitate rei auxilio aſcito. Si quem premi intelligit, primus ſit, qui illud depellendum arguat, ac conetur, nullumque malum patiatur, aut admitti, aut inultum præteriri, aut non digno modo expiari, pœnitentiaque leuari. Proditum eſt de Paulino Epiſcopo Nolenſi, quod tempore Vandalorum ipſe ſe in ſeruitutem tradiderit pro redemptione filij cuiuſdam viduæ: adeo boni Prælati exemplo Chriſti ſuorum commiſeratione ducuntur. Porrò quis neſcit, dormientibus paſtoribus lupos ſuperuenire gregemque dilaniare, dæmones inſidiari,
1. Pet. 5. c. *& rapere leonum rugientium inſtar. Vnde D. Petrus, Fratres inquit, vigilate, & ſobrij eſtote, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem de-*
Epheſ. 6. *uoret, cui reſiſtite fortes in fide. Vnde & Paulus iubet omnem armaturam Chriſtiani militis induere præpoſitum, vt poſſit reſiſtere in die malo, & in omnibus perfectè ſtare. Debent orare in ſpiritu, & in ipſo vigilare in omni tempore, in omni inſtantia, & obſeruatione pro omnibus ſanctis. Chriſtus clamat, Vigilate, Vigilate. Petrus clamat Vigilate, Diuus Hieronymus itidem Vigilate, & dormitantiam peſſundat, neque enim aliud eſt hominis vita, quàm vigiliæ, vt ait Plinius, & doctiſſimus noſtri temporis Vigilius ſuo ingenioſiſſimo ſymbolo teſtatur. Si Paſtores dormiunt, iam oues diſſipantur, dilaniantur. Si oculus dormit, cætera membra externorum incurſibus, milleque iniurijs obnoxia ſunt. Hoc & Culex Vergilianus docebit imperitiores. Si Paſtores aliqua hæreſi infecti ſunt, ſtatim communicatur populo. Quid de clauibus ligandi, & ſoluendi, quas ipſe Chriſtus Petro atque diſcipulis ſuis tradidit, horumque ſucceſſoribus legitima ſucceſſione, ordinatione,*

tione, atque confirmatione. Sed poſtea patebit, quonam pacto ligent, ſoluant, dæmonia eijciant, tradant dæmonibus, deuoueant lethalibus, liberent rurſus. Quam ob rem vere ſacerdotes ſunt oculi: inſuper oculi habent tunicas ſeptem, tres humores, ſpiritum vnum eſſentia, diſtinctione triplicem, ſunt rotundi, atque ad omnem caſum volubiles, multis verò modis à natura muniuntur contra iniurias externas atque internas. Hæc quidem omnia in ſacerdotibus requiruntur, nimirum adminiſtrationes ſeptem ſacramentorum atque ſpirituum Dei, profeßiones trium virtutum Theologicarum, adorationes diuinæ naturæ eſſentia vnius, perſona triplicis continuæ, rotis Euangelicis inſidentes, atque ad omnem fortunam præmuniti armatura Chriſtiana, ex qua clypeus fidei locum genarum explet, quæ quidem efficiunt, ne opus ſit occæcare oculos, vt quarum præſidio, promptoq́; obſequio contra externa friuola, pericula, munera, atque iniurias ſint tuti. Thebanis concedatur etiam peplo addito genas magis obuelare. Atqui ipſa natura potentior eſt, expeditiorque aſcititio illo & fucato obnubendi genere. Prælatus itaque Clypeo Euangelicæ fidei ſe munire poteſt aduerſus omnia mala, ignita quoque tela diaboli. Sed nullus eſſet finis, ſi totam hanc analogiam perſequerer. Antequam tamen hoc loco deſinam, ab oculis tranſgrediar ad manum oculatam, qualis eſſe debet ipſis Prælatis, & cuius loco annulos quoque gemmis ardentibus flammæ inſtar inſignes in digitis probatiſſimo & antiquo ritu optimi ac prudentes Prælati geſtant. In ipſo namque omnium maximè competit illud Epicharmi dictum. Sobrius eſto, & memento non credere, articuli enim hi mentis ſunt, cuius tale eſt Epigramma.

Ne credas (Epicharmus ait) non ebrius eſto,
Hi nerui humanæ membraque mentis erunt.
Ecce oculata manus credens id quod videt, ecce
Pulegium antiqua ſobrietatis olim.
Quo turbam oſtenſo ſedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida ſeditione grauem.

Sed idem hic Heraclitus hominem propter oculum, & oculum propter mundum eſſe conditum aſſerebat: quod ſi planius exponatur ad noſtram materiam. Ecquid homo eſt conditus vt ſit ſacerdos Dei, aut filius Dei, & filius Dei, niſi vt ſit Deus? vos dij eſtis, & filij veſtri dij exercitus ſunt, & dedit his poteſtatem filios Dei fieri, ſcriptura ipſa ſic loquitur. Ioan. 1. *Pupilla autem oculi perfectiſſimas rerum imagines etiamſi minima, reddit tamen qualiumcunque eas? ita in Prælatis omnium rerum à Deo creatarum, diuinæque voluntatis ſimilitudo & imago eſſe debet, quæ illuſtrent, ducant, atque regant ſuum populum.*

Vt truncus corporis ad caput: ſic populus erga eccleſiaſticos ſe habet, vt inquit Iodochus Damhouderius, qui etiam pectoris & partium huius militarium virorum, Regum, Principum, Ducum, ac ſimilium officia erga eccleſiaſticos, & iraſcibilis facultatis cordis expoſitione: quomodo Reges & Principes eccleſiaſticum ordinem defendere debeant oſtendit exemplo manuum officium militarium demonſtrat: ac exemplo ventris pedumq́; docet quomodo plebs ſe erga eccleſiaſticos gerat. *Præſertim quum vniuerſus populus ſæcularis vulgo vocatus ſit quaſi truncus corporis reſidui ad caput relatus, vt in quo populo alij exiſtant ſimiles pectori cum manibus: alij reſpondeant ventri cum pedibus. Hi verò ſunt Agricolæ, & opifices neceſſarij ad ſuppeditanda inſtrumenta Agricolis.*

Iodochus Damhouderius in prom. Theolog. col. them. 2.

F Illi

Illi autem milites, & viri Militares, quicunque etiam militiæ inſeruiunt. Etenim haud aliter Agricolæ, horumque cauſa neceſſarij opifices ſe habent ad ſocietatem vel totam Rempublicam Chriſtianam: quam venter ac pedes ad integrum corpus humanum. Simili modo milites, virique militares in Republica Chriſtiana id ſunt, quod in humano corpore pectus, & huius extremitates nimirum manus. Quamobrem par eſt, vt ita ſe communis populus, & huius Principes, ac Reges gerant erga Eccleſiaſticos Prælatos: ſicut pectus cum manibus, & venter cum pedibus erga ſuum caput, vt ea quæ vbique deſideratur, contingat tranquillitas, pax & fœlicitas. Primo conſideremus quid pectus & manus debeant obſequij capiti: Idem mox de ventre & pedibus perſequamur. Pectus, hoc eſt oſſa, præcordijs & vitalibus natura circundedit, ac ventri, quem neceſſe erat increſcere, ademit: nulli namque animalium circa ventrem oſſa: pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis & inter eas aquaticis maximè. In hoc coſtæ homini tantum octonæ ſunt: ſuibus denæ: cornigeris tredecim: ſerpentibus triginta. In huius medio cor eſt non ſolum omnibus cæteris animalibus, ſed etiam homini: quanquam Plinius dicit, quod homini tantum eſt infra leuam papillam turbinato mucrone in priora eminens, hoc ſolis piſcibus ad os ſpectat: atque id eſt, quod primum naſcentibus formari in vtero tradunt. Deinde cerebrum, ſicut tardiſſime oculos: ſed hos primum mori, cor nouiſſimè. Huic præcipuus color palpitat certè, & quaſi alterum mouetur animal, intra præmolli ſimoque opertum membranæ inuolucro, munitum coſtarum & pectoris ſimul muro, vt pariat præcipuam vitæ cauſam & originem. Prima domicilia inter ſe animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Ibi mentem habitare viſum Chryſippo, Plinio, atque plurimis alijs Philoſophis. Contra ſedem tantum ibi eſſe animæ iraſcibilis, ex placitis Hippocratis & Platonis manifeſtis ac optimis argumentis Galenus demonſtrat in libris de dogmatibus Hipp. & Platonis. Huius etiam robur, portio, ac diſpoſitio toti corpori communicatur. Quale cor, tale corpus. Hirtum cor,
Luc. 6. Matth. 12. *hirtum corpus, vires validiſſimæ, & contra. Sed etiam Chriſtus, inquit, quod ex abundantia cordis os loquitur. Verum cor principis atque Regis fortium repræſentat optimè. Nam qualis Rex vel Princeps talis populus. Et illud verum eſt, quamuis triuiale: Regis ad exemplum totus componitur orbis. Si prudentes Reges ſunt: prudens erit populus, & contra: vnde Horatius id breuiter ſic innuit.*

Tabula quæ Paridis propter narratur amorem.
Græcia Barbariæ lento colliſa duello.
Stultorum Regum & populorum continet æſtus.

Eccle. 10. Sapien. 6. *Sed & Eccleſ. 10. legitur, qualis eſt rector Ciuitatis, tales habitantes in ea, & vt Sapientia 6. habetur. Verè Rex ſapiens populi ſtabilimentum. Videmus autem omnes pectus, & in huius medio ipſum cor, ſubiectum eſſe capiti, tametſi ſubminiſtret illi ſanguinem vt alimentum, tum ſpiritum, vt materiam gubernationis in capite tanquam officium Iouis ſoueandam, vt inde parturiat Palladem Vulcani armis optimè tectam & panopliam, tertio calorem, quo frigiditas capitis temperari poteſt, denique robur, vt in erecta eminentia ipſum caput exiſtat, ſenſuumq; debita munera exequatur. Quamdiu vero hoc fit, non mala eſt corporis conſtitutio, aut ſi qua ſit, ea facile vi Palladis corrigitur, & in optatum ſtatum reſtituitur. Non eſt mirum ergo ſi Reges & Principes ſe ſubmittant, & humilient coram Prælatis Eccleſiaſticis, quamuis ipſi alimenta, authoritatem, ornamenta, denique defenſionem præſtent, nec ſine ipſis hæc illos habere Deus voluit, vt indiſſolubilis hoc*

bili hoc vinculo charitas deuincta, Chriſtianaque Reip. fælicitas conſtaret. Conſideranti mihi profecto varias Rerump. formas, illæ videntur fœlicisſimæ, quæ Reges, Principes, breuiter, ſuum magiſtratum habuere obedientem ſpirituali ſacro magiſtratui: cuius nunc Eccleſiaſtica dignitas typum exprimit non rudem, ſed verum & perfectisſimum, vt ab ipſo Dei filio confirmatum, eoque ſanctiorem & illuſtriorem. Ecquid Sicyoniorum Reſp. florentisſima fuit, quandiu ſuum ſacrum magiſtratum honorauerunt, ſummus apud hos ſacerdos vocabatur, Charnius, ipſum collegium nuncupabatur Paſtophorum, vbi id ſua inſolentia violaſſent, res tota concidit. Athenienſes Archieroſynem ſuum venerabantur, & Daduchum, Stephanophorum, Eleobutadem, Buzigem, omnes ſacros magiſtratus, & Reſpub. mirum in modum augebatur litteris, virtute, rerumque copia: tandem contemplationibus philoſophorum, Protagoræ, Diagoræ, ac cæterorum inde ſequentium præcipitati in varias de diis opiniones, primo tranquillitatem Reip. tum formam adminiſtrationis, denique ipſam Rempublic. prodidere. Lacedemoniorum Regibus inconſultis ſacris in bellum proficiſci capitale erat, ac tum fuit conditio Lacedæmoniorum beata: vbi magiſtratus ſacer cœpit eſſe in contemptu, res tota in nihilum concidit. Quemadmodum vero nuſquam maior fuit veneratio ſacrorum, quam apud Romanos, idque à Numa Pompilij vſque tempore: ita nulla Reſpubl. fuit potentior nec fœlicior: donec tandem à Clodio ſacra bona Deæ violarentur, nec antiquus honos ſacerdotibus exhiberetur, tum enim mutuis diſsidiis, inteſtinis odiis, crudelibus & ciuilibus bellis forma Reip. florentisſima pœnitus euerſa eſt. Pontificia dignitas apud Iudæos in ſumma veneratione habita iuſſu Dei, ordinationeque Moyſis fuit. Huic iudices parebant, & totus populus, mox Reges & populus, tandem contempti ab antiqua diſciplina diſceſſerunt, & à veritate. Quum autem ipſa veritas, nimirum Chriſtus, eos in veram viam niteretur reuocare, atque populum ad
illorum imperia dirigere & perducere, odio habitus, iniquè condemnatus, & innocens Matth. 23.
crucifixus eſt. Hic enim præcepit ſic dicens. Supra cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia ergo quæ dixerint vobis ſeruate & facite: ſecundum opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. At Rex Herodes, Pilatus, denique populus, exceptis ſelectis Chriſti alioquin vniuerſus hæc verba ſpreuit, ſuum magiſtratum ſacrum non curauit, vnde à Veſpaſiano ciuitas Hieroſolyma vaſtata eſt miſerabiliter, atque ipſi Iudæi paſsim omnes, qui non ſequebantur doctrinam Chriſti, horrenda internecione pœnas dederunt ſuæ inobedientiæ. Hæc Chriſtiano populo tot malorum hominum opinionibus ac ſcriptis nunc ſciſſo eſſe documento debent: ne Reges, Principes, populus denique ipſe ab imperio Sacerdotum diſcedant, ſi ſaluam Remp. Chriſtianam velint. Cur Iudæa, Ægyptus Græcia, atque plurima vicina regna, quæ olim Chriſtiana fuere nunc Barbaris, & idololatris miſerè ſeruiunt? non ob aliud quam quod hæreſes & ſchiſmata amplexi nō tribuerunt Catholicæ Eccleſiæ Chriſti debitum honorē, non coluerunt ſacerdotes ſicut debebant: ſperantes tanquam Æſopicæ ranæ pro trabe rege ſortiri placidiorem & prudentiorem, obtinuerunt ciconiam, quæ deglutiat, & excarnificet terribiliter. Sed forſan nimium digreſſus ſum, præſentia tempora non patiuntur plura dici de hoc themate, propter naſutum nimis populum, & qui auitam religionem nititur vbique peſſundare, niſi partim vi, partim metu coerceatur. Si quis deſiderat videre, quantum ſtudium fuit ipſis etiam ethnicis colendi ſuos ſacros magiſtratus, recurrat ad Valerium Maximum, de cultu deorum, de neglecta religione &c. Primus namque liber plenus eſt exemplis huius generis. Exemplo itaque cordis Chriſti Reges, Principes, & conſules debent ſubeſſe ſuis Prælatis non coacti,

ſed

ſed ſua ſponte, & lege naturæ, & lege Dei. Hinc tres Magi ab oriente venerunt, vt adorarent Chriſtum, & attulerunt illi munera ſua. Nunquid Herodes quoque ſimulauit ſe
Matth. 2. *velle adorare Chriſtum? In veteri teſtamento ſcriptum eſt. Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna, & dominabitur à mari ad mare, & à*
Pſal. 71. *flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharſis et Inſulæ munera offerent, Reges Arabũ, & Saba dona adducent, & adorabunt eum omnes reges, omnes gentes adorabunt eum. Eſt autem in corde manſio animæ iraſcibilis, vnde ira, & cupiditas vlciſcendi malum illatum, ac defendendi cognitum bonum, cenſetur ira in tanto bono, vt adagium natum ſit hinc. Iram non habet, qui mentem non habet. Peripatetici iram laudant, tum quod ad fortitudinem quaſi calcaribus quibuſdam incitat: tum quod in partem fortitudinis referatur, ſicut placet Ariſtoteli. Boni autem Reges & Principes ſimiliter iraſcuntur, quando vident Eccleſiaſticam dignitatem non ſatis honorari, vlciſcuntur illatam illi iniuriam, atque huius cauſa etiam arma induunt, ſuaſque manus expediunt, quæ ſunt milites, & militares copiæ, ſicut Vergilius de Ænea ſcripſit.*

Terribilis ſæuam nullo diſcrimine pugnam,
Suſcitat, irarumque omnes effundit habenas.

Homerus iracundum facit Achillem vbique. Ouidianus quoque Hercules Acheloum:

—— iam dudum lumine toruo,
Spectat, & accenſa non fortiter imperat iræ.

Prou 19. *Et prouerb. 19. dicitur fremitus Leonis, ita ira Regis. Sed Paulus ad Romanos paucis*
Rom. 13. *hoc declarauit, vbi inquit. Omnis poteſtas à Deo. Et paulo poſt, vindex in iram ei, qui malum operatur, ideoque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Quid namque tot munimenta cordis deſignant? nihil, niſi vt regia poteſtas, ſatellitibus ſepta queat defendere Eccleſiaſticam præeminentiam. Atque ad huius maiorem facilitatem manibus ipſis annexis adiuuatur. Quid ſunt manus, niſi exercitus, milites, & amici eius, vnde dicitur, An neſcis regibus longas eſſe manus? & illud Græco Prouerbio vſitatum, hoc eſt in lege manuum. Hinc Briareus centimanus à Vergilio centum geminus dictus, & centum geminus Briareus ac Bullua Lerna. Hodie manet ius*
Aß. 23. q. 3. *Eccleſiæ de inuocando brachio ſæculari. Docet hoc D. Auguſtinus in Epiſt. ad Bonifacium, & Paulus auxilium implorauit contra maleficos Iudæos. ſuos inimicos, vide 23. quæſt. 3. in iure Canonico. Nec ſine cauſa Paulus inquit, ſic ſcribens. Non enim ſine cauſa gladium portat (ſcilicet in manu) poteſtas. Neque vero Eccleſiaſtici, neque priuati aliquem occidere poſſunt. Hoc confirmauerunt Iudæi dicentes: Nobis non licet occidere quemquam.*
Ioan. 8. *Occidere non licet, gladio aut manu intellige. Nam alias D. Petrus occidit Ananiam & Saphiram vi & virtute Dei, atque Regum, Principum & magiſtratuum militaris proprium eſt, atque officium à Deo iniunctum, vt malos puniant, bonos tueantur. Sic Ioſue, Gedeon, atque optimi Iudices populi Iſrael occiderunt eos bello, gladio, ſuſpendio, qui*
2. Reg. 10. *ſibi aduerſabantur: ſic Dauid occidit de Syris ſeptingentos currus: & Salomon interfecit peccatores: ſic Machabæi glorioſè decertauerunt pro lege, & plurimos occiderunt violenta manu. Nabuchodonoſor ex impio conuerſus per Danielem occidit Sacerdotes Bel,*
Daniel. 14. *& tradidit Bel in poteſtatem Danielis, qui ſubuertit eum. Hoc autem fit ad defenſionem Eccleſiaſticæ piæ congregationis. Sic in Eccleſia Chriſti Conſtantinus Imperator Chri-*

ſtianus factus puniebat eos qui Eccleſiam Chriſti iniuria afficerent. Idem deinde alij Catholici Reges, Principes & Magiſtratus hactenus faciunt, atque ita ſe gerunt aduerſus Prælatos, vt ſint borum defenſores. Deinde ſicut cor in medio humani corporis in circulum expanſi deprehenditur: Ita Regius atque militaris magiſtratus cœtuſq́ꝫ, eſt medius inter Eccleſiaſticos, & rudem populum. Nimirum cogitrudes, aut duros, intractabileſque homines ad diſciplinam Eccleſiaſticam: à qua erudiantur ad ſalutem animæ. Orpheus dicitur homines ſylueſtres inſtituiſſe in Græcia, & Saturnus in Italia: ſed longe perfectius hoc fecit Moyſes in Ægypto, & Iudaico in populo: tum Chriſtus, atque huius ſancta Eccleſia per totum orbem terrarum idem præſtat. Sed quicunque non audiuerit Eccleſiam, ſit ethnicus & publicanus, & ſi contra leges peccat politicas, à militari magiſtratu punitur. Quo quidem pacto facilè intelligitur quod militaris magiſtratus continet populum in officio, vt audiant ſanam doctrinam Chriſti, & iuxta eam viuant, & Eccleſiaſticam Maieſtatem confirmat, vt velit, poſſit, & debeat docere omnem populum: & diſciplinam veræ gubernationis obſeruare: cuius cauſa ipſe militaris magiſtratus ſe ſubmittit Catholicæ Eccleſiæ: nimirum Imperatores, Reges, Principes, aliique ciuiles magiſtratus manus habent adiuuandæ Eccleſiæ. Vis naturæ, ruinæ capitis, aut iniuriæ oculis inferendæ ſemper manum obiicit: hinc vulgari prouerbio locus ceſſit. Vbi paſſio, ibi manus. Sic viri militares debent eſſe promptiſſimi ad defenſionem Eccleſiaſticorum. Elephas proboſcide, quæ manus ipſius eſt, ſibi neceſſaria acquirit, & noxia abigit: ſic manus militaris illud habet muneris, vt congregationi Eccleſiaſticæ inſeruiat, & ab illa omnes iniurias propulſet: in cæteris contenta ſuis ſtipendiis neminem pulſet, vt præcepit D. Ioannes. Hac moderatione vſi Romani multarum gentium Domini ſunt facti: vnde Seneca trag. 3. Qui vult regnare, languida regnet manu. Quod ſi militares viri non detraxerint Eccleſiaſticis alimenta, ſed potius ea abundè procurauerint exemplo Conſtantini, & aliorum Catholicorum Imperatorum, Regum, Principum: ſi auctoritatem Eccleſiæ defenderint, ſi auxilium tulerint prompto obſequio, ac ſtrennua opera contra hoſtes, & pacis perturbatores: ſi poteſtatem ſuam ad Dei cultum dilatandum, impenderint, haud dubiè ſummum bonum inde continget: neque id mirum, quandoquidem ſic ius & vis æqua manu concordant, quod hoc Emblemate pulchre edocetur. Luc. 3.

Laerta genitum, genitum quoque Tydeos vna
Hac cera expreßit zenalis apta manus.
Viribus hic præſtat, hic pollet acumine mentis:
Nec tamen alterius non eget alter ope.
Cùm duo coniuncti veniunt, victoria certa eſt,
Solum mens hominem, dextraue deſtituit.

Quandoquidem ſatis perſtrinxiſſe videor, quomodo ſe militares erga Eccleſiaſticos habere decet: nunc ad populum communem tranſeam, quod autem venter cum pedibus obſequium facit capiti, idem agricolæ & opifices debent Eccleſiaſticis prælatis. Neque dubium eſt, quin quotieſcunque non exequuntur hoc officium, grauiter peccant, & in varia grandiaque pericula præcipitantur, ventris autem vſus eſt, vt materiam & alimentum naturale omnibus partibus ſubminiſtret, in primis autem cordi: à quo quod perfectè elaboratum eſt, ad caput diſtribuitur. Plures etiam partes vni huic negotio inſeruiunt. Omnes tamen à cruribus ſuſtentantur, diriguntur, & auxilium præcipuum habent. Neque vero actiones ſingularum partium nutritiuarum hic recenſere opus: quoniam conſtat,

pedit tamen, negotiumq́ue haud paruum nobis facit corruptibile hoc noſtrum corpus, quod Triſmegiſtus meritò veſtem, indumentumque inſcitiæ vocat, prauitatis fundamentum, corruptionis vinculum, velamen opacum, viuam mortem, ſenſitiuum cadauer, ſepulchrum circumuertile, domeſticumq́; furem, furem inquam, qui dum blanditur odit, dum odit inuidet. Sed & ad ſeipſam, te deorſum rapitat, ne fortè columbinis oculis verita-

Merc. in Pimand. *tem, animæq́; tuæ dignitatem pulchritudinemq́; conſiderans, proximumq́; bonum conſpiciens, eiuſdem corporis oderis prauitatem, inſidiaſq́; quas in te fabricatur, ac malum quod contechnatur, præſentiſcas: quod vt ne fiat, aciem interiorum ſenſuum hebetat & obtundit, eamq́; craſſa materia ſuffocat, abominabili inſuper & faſtidioſa voluptate inebriat, adeò vt nec audire poſſis nec percipere, quæ iure audienda, & quæ imprimis perſpicienda ſunt.*

Idem ca. 10. *Vt in anima membris magna eluceſcit pulchritudo, ita & in pia fideliſq́; anima ſenſibus mirabilis eſt perfectio. Sua enim membra, ſuoſq́; ſenſus habet anima. Videt ergo & audit, tangit, guſtat & odoratur, videt autem non corporis oculis modò, ſed internis quoque, quibus cæleſtia contemplatur. Quo fit vt longè externo illius oculo internus ſit præſtantior. Nam quamuis maximorum montium, inexpletiq́; ac infiniti maris, adhæc, cœli ipſius imago, breui pupillæ noſtræ menſura contineatur, multò tamen maiora præſtantioraq́; viſione ſua intimus oculus aſſequitur. Hoc autem ingenium illius eſt, vt plerumq́; obtuſa acie ſit, niſi animus ab exteriorum contemplatione ſeſe abduxerit.*

Quod dum fit, ſubitò oculos ad lumen illud, quod intellectus ſui lumen eſt, conuertit, tandemq́; non luminoſus modò, ſed lumen quoque efficitur. In intellectum enim diuinum, atque adeò in lumen illud luminum omnium, pulchrumq́; pulchrorum omnium euadit & tranſit. Magna ergo vis intimorum oculorum eſt, quos a patre luminum illuſtrari ſæpè

Pſal. 19. *precatur Dauid. Domine, inquit, illumina tenebras meas. Domine, illumina oculos meos,*

Pſal 12. *ne vnquam obdormiam in mortem. Paulus quoque Epheſiorum oculos à patre gloriæ, Do-*

Epheſ. 1. *mino Deo illuminari exoptat. Vt Deus, inquit, Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis, in agnitione eius illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis, & quæ ſublimis magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus ſecundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis. Sed vt ad alios animæ ſenſus tranſeamus, nunquid bene inſtituti hominis animus, habet verbum Dei quod audiat, quoue recreetur & nutriatur: cibum quem tangat, quem comedat, quoue fruatur & alatur? Siquidem habet panem vitæ, id eſt, Chriſti Ieſu corpus, quo cibo nec melior nec diuinior optari, ſed ne cogitari quidem poteſt. Sanguinem Chriſti habet, quo affectus ſui ad res huius ſeculi auidiores, ad voluptatemque procliuioris ſitim feruoremque extinguat, habet & aquas in vitam æternam ſalientes, quibus ventrem abundè alat & ſatiet. Sed nec deſunt animo ſua vnguenta, quorum odore recreetur. Chriſtus enim piis & fidelibus omnibus odor vitæ æternæ eſt.*

Habet & animus nardum ſuam, quæ odorem effundit diuinæ ſuauitatis. Habet denique myrrham & balſama ſua, id eſt, diuini verbi fragrantiam, qua mirum in modum delectetur.

Iodochus Damhouderius in prompt. Theo. Them. 1. Sicut oculi in corpore humano: ſic eccleſiaſtici in corpore myſtico ſe habere, & functiones eccleſiaſticorum functionibus oculorum ſimiles eſſe debent: vt Iodochus Damhouderius his verbis demonſtrat. *Admirabilem*

certè

*certè fabricam oculorum Galenus in libro de Vſu partium prodidit. Pretioſiſſimi enim
omnium partium humani corporis ſunt oculi: & qui lucis vſu vitam diſtinguant à mor-
te: ignobiliſſimiſque animalibus nulli vt oſtreis, aliis imperfectiores, quibuſdam concha-
rum etiam dubij, pectines enim (inquit Plinius) ſi quis digitos aduerſum hiantes eos mo-
ueat contrahuntur videntes, & ſolenes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedum viſus
talpis non eſt, oculorum tamen effigiem deprehendes, ſi prætentam detrahas membranam,
nobiliſſimo omnium animalium homini ad imaginem & ſimilitudinem Dei creato perfe-
cti inſunt oculi, quo argumento facilè colligitur nobiliſſimam eſſe partem. Neque enim
vlla ex parte maiora animi indicia cunctis animalibus deſumuntur, aut inſunt, ſed ho-
mini maxime, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, læ-
titiæ. Contuitu quoque multiformes, truces, torui, flagrantes, graues, tranſuerſi, limi,
ſubmiſſi, blandi: profectò in oculis animus inhabitat, hi ſedes, nuncij, palatia, & imago
illius ardent, intenduntur, humectant, conniuent. Hinc illa miſericordiæ lachryma. Hos
cùm oſculamur, animum ipſum videmus attingere. Hinc fletus, & rigantes ora riui, quis
ille humor eſt in dolore tam fœcundus & paratus, aut reliquo tempore? Animo autem vi-
demus, animo cernimus, oculi ceu vaſa quædam viſibilem eius partem accipiunt atque
tranſmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus viſu, ſic in morbo comitiali ni-
hil cernimus animo caligante. Itidem hos tanquam animi noſtri benigni teſtes & indices
mittimus, aut eruere dicimus. Paulus namque ad Galatas ſcribit. Teſtimonium enim per-* Gal. 4. b.
*hibeo vobis: quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi; vult namque
ſignificare, quod Galatæ toto animo ſe diligebant: vnde ſtatim ſubiungit: Ergo inimicus
vobis factus ſum, verum dicens vobis. Et propheta loquitur. Omnium oculi ſperant in te
Domine, ſed maxime hominum: oculi ſperant in Deum, vnde & cælum reſpiciunt:
Quare ſic canit Ouidius.*

Pronaque cum ſpectent animalia cætera terram:
Os homini ſublime dedit, cælumque videre
Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.

*Sed dicet nunc aliquis: quorſum hæc de oculis? Quoniam propoſitum eſt demonſtra-
re, quo pacto ſeſe præditi in eccleſia Dei conſtituti gerere debeant erga ſuos inferiores,
quod ſit officium, quæque partes illorum: quatenus communem inter populum viuant at-
que conuerſentur. Illud autem primum naturalibus rationibus quas etiam ethnici lumine
naturæ, doctrinaque vi ſequuti ſunt, declarare opportunum videtur: tum auctoritatibus
ſacrarum literarum, atque conſuetudinum argumentis. Ideo ab oculis exorſus ſum, omiſ-
ſis multis aliis exemplis, quandoquidem ijs optima ratione a Theologis comparantur præ-
lati & doctores Eccleſiæ. Vt pote qui debent alios dirigere, aliorum curam gerere, aliiſ-
que præeſſe. Hezechiel propheta inquit. Statura quoque erat rotis & altitudo, & horribilis* Ezeb. 1. cap.
aſpectus, & totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor. Rurſus cap. 10. Et Ezech. 10.
*omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis in circui-
tu quatuor rotarum, & rotas iſtas vocauit volubiles audiente me. Eadem prorſus verba
apud Ioannem Apoc. 4. fere leguntur, & in conſpectu, ait, ſedis, tanquam mare vitreum* Apocal. 4.
*ſimile criſtallo, & in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis antè
& retrò. His locis quidem prælatos, doctores, ac prædicatores diuini verbi deſignari quis
non animaduertit, quanquam Diuus Hieronymus commentarijs ſuper Ezechielem in-
terpretetur lucem, & fulgorem, cuius maieſtate totum orbem replent: tamen facilè in-*

*telligimus eam lucem in charta, vel libro ſcripto non poſſe lucere, ſed in hominibus librum
vita obſeruantibus, & docentibus, qui ideo ſic à Chriſto appellantur: Vos eſtis lux mundi.
Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita: neque accendunt lucernam, vt ponant
eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Sic luceat
lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum,
Matth. 5. qui in cælis eſt, ideo quoque Paulus Corinthijs ſcribit: Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in
Marc. 4. cordibus noſtris: quæ ſcitur & legitur ab omnibus hominibus miniſtrata nobis, & ſcripta
Luc. 8. & 11. non atramento, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnali-
2. Cor. 3. bus. Paulus namque non ſcriptos libros, aut ſententias, aut vt epiſtolas haberi, vt lucem
aut vt oculos, ſed ipſos prædicatores diſcipulos ſuos afflatos ſpiritu Dei viui ſuas epiſtolas
2. Pet. 2. dicit. Ecquid mirum? nam D. Petrus manifeſtò id exponit, Et habemus firmiorem, in-
quit propheticum ſermonem, cui benefacitis, attendentes quaſi lucernæ lucenti in loco ca-
liginoſo, donec dies illuceſcat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris. Hinc D. Gregorius
in paſtorali ita ſcribit. Lux gregis eſt flamma paſtoris: decet enim dominicum paſtorem
& ſacerdotem moribus & vita clareſcere, quatenus in eo tanquam in lucis ſuæ ſpeculo
plebs ſibi commiſſa & eligere quid ſequatur, & videre poſſit quid corrigat. Sed quid mul-
tis opus eſt? Prælati eccleſiæ, haud dubiè ſunt oculi, oculique eſſe debent. Si Græci de ſuis
duobus oculis gloriati ſunt, atque Athenas vnum, Lacedemonemque alterum oculos voca-
uerunt propter excellentiam rerum gerendarum. Spartani vna cum ſocijs de interitu, ex-
cidioque ſuperatorum Athenienſium diu deliberantes, delendoſque eſſe cenſentibus ſocijs,
negauerunt Spartani ſe ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos. Cur minus equidem
prælatos, vtpote dignitate, cura, atque eruditione in pietate cæteris mortalibus præminẽtes
Zacharia vocare poſſum oculos? Sed Chriſtus Dominus noſter à Zacharia deſignatur oculus: ait
5. cap. enim. Hæc eſt Amphora egrediens, & dixit. Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra, rur-
Apoc. 5. b. ſus adde quod in Apocalypſi Ioannis agnus dicitur ſtans in medio ſeniorum, tanquam oc-
ciſus, habens cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in om-
nem terram. Hinc Apoſtoli atque horum diſcipuli & prælati, doctoreſque eccleſiæ, &
qui ſacerdotes vocantur à Chriſto acceperunt gratiam ſancti ſpiritus, & dona ſeptem
ſancti ſpiritus adminiſtrant, teſtante D. Ioanne. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit, & dicit
eis: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum
retinueritis, retenta ſunt. Quid amplius? credo itaque quod ſatis demonſtratum eſt, op-
tima ratione, ac auctoritate Theologica prælatos, doctores, prædicatores vt diſcipulos
Chriſti breuiter ſacerdotes vocari oculos. Nunc conſideremus quonam pacto ad formam
oculi, oculique exemplo prælati cognoſcere poſſunt, quemadmodum inter communem po-
pulum ſeſe debeant habere, quod facile erit, ſi applicemus vſus, actioneſque oculorum ad
corpus, corporiſque membra. Nam ſi ſicut ſe oculi ad corpus, ita prælati ad populum ſuum
ſe gerant, haud dubie optima forma Chriſtianæ Reipublicæ eluceſcet, & conſtituetur cæ-
teris reſpondentibus bona gubernationi. Nam non ſolum vt oculi ſunt, ſed etiam vt pu-
Zach. 2. c. pillæ oculi. Vnde ſic Zacharias 2. cap. ait. Qui enim tetigerit vos, tanget pupillam oculi
Hiere. 2. f. mei: quia ecce ego leuo manũ meam ſuper eos, & erunt præda his qui ſeruiebant ſibi, &
Hieremias in Threnis, c. 2. Per diem inquit & noctem non des requiem tibi, neque taceat
pupilla oculi. Ecquid aliud eſt Sol in mundo omnia ſuo calore vegetans & ſeruans, quàm
oculus Dei. Hinc apud Heſiodum hæc leguntur ſenſu tali interpretata de Sole.*

Cunctæ

Cuncta videns oculus Iouis, & ſimul omnia verſat.

Et apud Homerum, Iliad. tertio.

Sol qui cuncta vides, tu ſingula qui auribus hauris.

Sed & clarius eſt oraculum redditum Nicocreonti Cypriorum regi, in quo habetur illud de Sole: Oculus lucens ſplendidum lumen ſolis. Plurima huius generis teſtimonia recitat Macrobius: eò qui velit recurrat. At in Sole poſuit ſuum tabernaculum Deus, inquit Pſalmiſta. Pſal. 18. *Itaque non mirum ſi verè Sol laudetur in Hymnis Orphei, huiuſque Solis tanquam ſecundi poſt Deum numinis vi atque imperio rerum natura regatur, & bene ſe habeat. Sed quod eſt in mundo Sol: id in homine oculi, & in ciuitate Dei Chriſtus. Atque huius ſacerdotes, qui ſicut Sol in firmamanto fulgebunt. Sic namque legitur apud Danielem, qui enim docti fuerint (quos haud dubiè prophetas & ſacerdotes intellexit) fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Nunc videamus vſum oculorum aliis partibus neceſſarium, vt hinc de officiis prælatorum fidelius, veriuſque ratiocinemur. Primum eſt opus oculorum lucem diſtinguere à tenebris, atque quod proximum eſt, vitam à morte ſeparare: tum perducere ad cognitionem Dei, rerumque naturæ, atque ad illius adorationem: Vt patet ex* Rom. 1. *primo capite Pauli ad Romanos, dum ait, Inuiſibilia enim Dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Inde corpori notum facere, quæ vtilia, iucunda, atque ad conſeruationem ſui neceſſaria ſunt, & vt ea poßit adipiſci, declinare fugienda, eaque amoliri. Denique amicitiæ conciliandæ, aut inferendi belli ſigna capere, inſtrumenta monſtrare, neceſſariaq́; pro vt opus eſt, & vt ſubminiſtrentur efficere, actionumque greſſus dirigere, quamquam magna adeo, multaque munera obeunt, vtiliaque præſtant: tamen pauciſsimis nutrimentis egent, ſuæque conſeruationis, partiumque ſuarum vigilantiſsimam curam agunt, nec vlli partium quamuis ipſi laborent per ſe iniuriam, nec morbum, nec malum inferunt, ſed citiſsimè, & maximo acerbiſsimoque dolore aliis partibus compatiuntur, adeo vt ſi lippientem videant oculum, ſtatim lippiant & ipſi, & vnius oculi effectus alteri protinus communicatur, nec alibi citius animi corporiſque mutationes, aut mala animaduertuntur, quam in oculis, & per hos fit faſcinum, multaque ſimiles ligationes, quæ neſcio an hodie tuto exponi debeant, quoniam fere homines eis, quæ à Deo optimo ad bonos vſus ſunt creata, facta, atque conceſſa, abutuntur ad malum, ſed ſtupenda fiunt ligandi ſoluendique rationes per oculos: neque hoc veteribus ignotum fuit* Gene. 30. *prodente Plinio, & atteſtante ſacra ſcriptura, Gene. 30. Cuius generis infinita exempla adducere poſſem, ſi etiam huius eſſet inſtituti: has oculorum functiones imitentur Prælati. Prima veritatem ipſam (quæ lux eſt in mentibus humanis) à mendaciis diſcernant, doceant & obſeruent: tum vitam hanc hominum mortalem commutent in vitam immortalem, idque vt faciant verè non ſint Sapientes mundi, ſed tanquam veri Dei imitatores, Deum viuum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum adorando, laudando, ac prædicando indeſinenter coram populo ſuo, atque inde denuncient populo virtutes, vt has ſectando imbuantur bonis moribus, bonaque diſciplina, per quam & quæ commoda, quæque grata ſapiant, & faciant, & poßideant: abundantes in omni bono: inſtituant populum fugere inſidias diaboli, mundi, atque carnis, ſuperare tentationes, non haurire vanitates: vt charitatem ædificent, & quæcunque ſunt augendæ conſeruandæque religioni Chriſtianæ promoueant, ac diſſidia, Hæreſes, contentiones, æmulationes prorſus tollant è medio, & populi ſui greſſus pedeſque in viam pacis dirigant. Frugalitatis exemplis, vt*

quum

quàm Pythagoras omnibus ingerebat, genitricem ſcilicet virtutum præmineant, & oblato benignè nutrimento ab alijs vtantur ad neceßitatem, & tempore oportuno cum miſericordia opus eſt lachrymis eleemoſynarum irrigent & aſpergant egenos ex populo ſuo, & ad peregrinos quoque oculos miſericordes conuertant, hoſpitioque excipiant, nudos veſtiant, ægros inuiſant, incarceratos conſolentur, ſitientes reficiant potu, eſurientes pane, captos redimant, & inſepultos condant. Sint vigilantißimi in cuſtodiendo grege ſuo, nec vel minimam ouem de centum perdant. Imitentur Argum illum Iunonium, vnoque obdormiente oculo alter vigilet; & in officium ſuccedat, iuxta illud.

Lumina quot quondam Iunonius Argus habebat,
Tot vigilans vigiles paſtor ſeruabit ocellos.

Huius etiam diligentiæ ergo Leones ſolent ſubijci ſacris columnis, aut lateribus portarum, & valuis templorum, & gallus in pinnis collocari turrium, vt Alciatus teſtatur rectè.

Inſtantis quod ſigna canens det gallus Eoi,
Et reuocet feſſas ad noua penſa manus,
Turribus in ſacris effigitur ænea mentem,
Ad ſuperos pelui quod reuocat vigilem:
Eſt leo ſed cuſtos oculis quod dormit apertis
Templorum idcirco ponitur ante fores.

Nec abs re eſt, quod ſacroſancta Catholica Eccleſia ſeruat diligentißimè vigilias, quemadmodum paulo poſt declarabitur, cum de igne Veſtæ, & igne viuo Moyſaico, de Dracone, de manu oculata agemus. Poſtea verò Prælatus in Eccleſia non ſe ſolum ſuoſque defendet, ſed etiam nulli iniuriam inferat, vel minimo verbo lædat cum omnibus amicitiam ſeruet: niſi quatenus ipſe, & Deus conditor læſus illatam, aut imminentem iniuriam depellendam cenſent admotis brachiis, linguis, pedibus, externoque pro neceßitate rei auxilio aſcito. Si quem premi intelligit, primus ſit, qui illud depellendum arguat, ac conetur, nullumque malum patiatur, aut admitti, aut inultum præteriri, aut non digno modo expiari, pœnitentiaque leuari. Proditum eſt de Paulino Epiſcopo Nolenſi, quod tempore Vandalorum ipſe ſe in ſeruitutem tradiderit pro redemptione filij cuiuſdam viduæ: adeo boni Prælati exemplo Chriſti ſuorum commiſeratione ducuntur. Porrò quis neſcit, dormientibus paſtoribus lupos ſuperuenire gregemque dilaniare, dæmones inſidiari,
1. Pet. 5. c. *& rapere leonum rugientium inſtar. Vnde D. Petrus, Fratres inquit, vigilate, & ſobrij eſtote, quia aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem de-*
Epheſ. 6. *uoret, cui reſiſtite fortes in fide. Vnde & Paulus iubet omnem armaturam Chriſtiani militis induere præpoſitum, vt poßit reſiſtere in die malo, & in omnibus perfectè ſtare. Debent orare in ſpiritu, & in ipſo vigilare in omni tempore, in omni inſtantia, & obſeruatione pro omnibus ſanctis. Chriſtus clamat, Vigilate, Vigilate. Petrus clamat Vigilate, Diuus Hieronymus itidem Vigilate, & dormitantiam peſſundat, neque enim aliud eſt hominis vita, quàm vigiliæ, vt ait Plinius, & doctiſſimus noſtri temporis Vigilius ſuo ingenioſiſſimo ſymbolo teſtatur. Si Paſtores dormiunt, iam oues diſſipantur, dilaniantur. Si oculus dormit, cætera membra externorum incurſibus, milleque iniuriis obnoxia ſunt. Hoc & Culex Vergilianus docebit imperitiores. Si Paſtores aliqua hæreſi infecti ſunt, ſtatim communicatur populo. Quid de clauibus ligandi, & ſoluendi, quas ipſe Chriſtus Petro atque diſcipulis ſuis tradidit, horumque ſucceſſoribus legitima ſucceſſione, ordinatione,*

tione, atque confirmatione. Sed poſtea patebit, quonam pacto ligent, ſoluant, dæmonia eijciant, tradant dæmonibus, deuoueant lethalibus, liberent rurſus. Quam ob rem vere ſacerdotes ſunt oculi: inſuper oculi habent tunicas ſeptem, tres humores, ſpiritum vnum eſſentia, diſtinctione triplicem, ſunt rotundi, atque ad omnem caſum volubiles, multis verò modis à natura muniuntur contra iniurias externas atque internas. Hæc quidem omnia in ſacerdotibus requiruntur, nimirum adminiſtrationes ſeptem ſacramentorum atque ſpirituum Dei, profeſſiones trium virtutum Theologicarum, adorationes diuinæ naturæ eſſentia vnius, perſona triplicis continua, rotis Euangelicis inſidentes, atque ad omnem fortunam præmuniti armatura Chriſtiana, ex qua clypeus fidei locum genarum explet, quæ quidem efficiunt, ne opus ſit occæcare oculos, vt quarum præſidio, promptoq́; obſequio contra externa friuola, pericula, munera, atque iniurias ſint tuti. Thebanis concedatur etiam peplo addito genas magis obuelare. Atqui ipſa natura potentior eſt, expeditiorque aſcititio illo & fucato obnubendi genere. Prælatus itaque Clypeo Euangelicæ fidei ſe munire poteſt aduerſus omnia mala, ignita quoque tela diaboli. Sed nullus eſſet finis, ſi totam hanc analogiam perſequerer. Antequam tamen hoc loco deſinam, ab oculis tranſgrediar ad manum oculatam, qualis eſſe debet ipſis Prælatis, & cuius loco annulos quoque gemmis ardentibus flammæ inſtar inſignes in digitis probatiſſimo & antiquo ritu optimi ac prudentes Prælati geſtant. In ipſo namque omnium maximè competit illud Epicharmi dictum. Sobrius eſto, & memento non credere, articuli enim hi mentis ſunt, cuius tale eſt Epigramma.

Ne credas (Epicharmus ait) non ebrius eſto,
Hi neruis humanæ membraque mentis erunt.
Ecce oculata manus credens id quod videt, ecce
Pulegium antiquæ ſobrietatis olim.
Quo turbam oſtenſo ſedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida ſeditione grauem.

Sed idem hic Heraclitus hominem propter oculum, & oculum propter mundum eſſe conditum aſſerebat: quod ſi planius exponatur ad noſtram materiam. Ecquid homo eſt conditus vt ſit ſacerdos Dei, aut filius Dei, & filius Dei, niſi vt ſit Deus? vos dij eſtis, & filij veſtri dij exercitus ſunt, & dedit his poteſtatem filios Dei fieri, ſcriptura ipſa ſic loquitur. Pupilla autem oculi perfectiſſimas rerum imagines etiamſi minima, reddit tamen Ioan. 1. qualiumcunque eas? ita in Prælatis omnium rerum à Deo creatarum, diuinaque voluntatis ſimilitudo & imago eſſe debet, quæ illuſtrent, ducant, atque regant ſuum populum.

Vt truncus corporis ad caput: ſic populus erga eccleſiaſticos ſe habet, vt inquit Iodochus Damhouderius, qui etiam pectoris & partium huius militarium virorum, Regum, Principum, Ducum, ac ſimilium officia erga eccleſiaſticos, & iraſcibilis facultatis cordis expoſitione: quomodo Reges & Principes eccleſiaſticum ordinem defendere debeant oſtendit exemplo manuum officium militarium demonſtrat: ac exemplo ventris pedumq́; docet quomodo plebs ſe erga eccleſiaſticos gerat. Præſertim quum vniuerſus populus ſæcularis vulgo vocatus ſit quaſi truncus corporis reſiduus ad caput relatus, vt in quo populo alij exiſtant ſimiles pectori cum manibus: alij reſpondeant ventri cum pedibus. Hi verò ſunt Agricolæ, & opifices neceſſarij ad ſuppeditanda inſtrumenta Agricolis.

Iodochus Damhouderius in prom. Theolog. col. them. 2.

 Illi

Illi autem milites, & viri Militares, quicunque etiam militiæ inſeruiunt. Etenim haud aliter Agricolæ, horumque cauſa neceſſarij opifices ſe habent ad ſocietatem vel totam Rempublicam Chriſtianam: quam venter ac pedes ad integrum corpus humanum. Simili modo milites, virique militares in Republica Chriſtiana id ſunt, quod in humano corpore pectus, & huius extremitates nimirum manus. Quamobrem par eſt, vt ita ſe communis populus, & huius Principes, ac Reges gerant erga Eccleſiaſticos Prælatos: ſicut pectus cum manibus, & venter cum pedibus erga ſuum caput, vt ea quæ vbique deſideratur, contingat tranquillitas, pax & fœlicitas. Primo conſideremus quid pectus & manus debeant obſequij capiti: Idem mox de ventre & pedibus perſequamur. Pectus, hoc eſt oſſa, præcordijs & vitalibus natura circundedit, ac ventri, quem neceſſe erat increſcere, ademit: nulli namque animalium circa ventrem oſſa: pectus homini tantum latum, reliquis carinatum, volucribus magis & inter eas aquaticis maximè. In hoc coſtæ homini tantum octonæ ſunt: ſuibus denæ: cornigeris tredecim: ſerpentibus triginta. In huius medio cor eſt non ſolum omnibus cæteris animalibus, ſed etiam homini: quanquam Plinius dicit, quod homini tantum eſt infra leuam papillam turbinato mucrone in priora eminens, hoc ſolis piſcibus ad os ſpectat: atque id eſt, quod primum naſcentibus formari in vtero tradunt. Deinde cerebrum, ſicut tardiſſime oculos: ſed hos primum mori, cor noniſſimè. Huic præcipuus calor palpitat certè, & quaſi alterum mouetur animal, intra præmolli firmoque opertum membranæ inuolucro, munitum coſtarum & pectoris ſimul muro, vt pariat præcipuam vitæ cauſam & originem. Prima domicilia inter ſe animo & ſanguini præbet, ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non gemino. Ibi mentem habitare viſum Chryſippo, Plinio, atque plurimis alijs Philoſophis. Contra ſedem tantum ibi eſſe animæ iraſcibilis, ex placitis Hippocratis & Platonis manifeſtis ac optimis argumentis Galenus demonſtrat in libris de dogmatibus Hipp. & Platonis. Huius etiam robur, portio, ac diſpoſitio toti corpori communicatur. Quale cor, tale corpus. Hirtum cor,
Luc. 6. Matth. 12. hirtum corpus, vires validiſſimæ, & contra. Sed etiam Chriſtus, inquit, quod ex abundantia cordis os loquitur. Verum cor principis atque Regis fortium repræſentat optimè. Nam qualis Rex vel Princeps talis populus. Et illud verum eſt, quamuis triuiale: Regis ad exemplum totus componitur orbis. Si prudentes Reges ſunt: prudens erit populus, & contra: vnde Horatius id breuiter ſic innuit.

> Tabula quæ Paridis propter narratur amorem.
> Græcia Barbariæ lento colliſa duello.
> Stultorum Regum & populorum continet æſtus.

Eccle. 10. Sapien. 6. Sed & Eccleſ. 10. legitur, qualis eſt rector Ciuitatis, tales habitantes in ea, & vt Sapientiæ 6. habetur. Verè Rex ſapiens populi ſtabilimentum. Videmus autem omnes pectus, & in huius medio ipſum cor, ſubiectum eſſe capiti, tametſi ſubminiſtret illi ſanguinem vt alimentum, tum ſpiritum, vt materiam gubernationis in capite tanquam officium Iouis formandam, vt inde parturiat Palladem Vulcani armis optimè tectam & panopleam, tertio calorem, quo frigiditas capitis temperari poteſt, denique robur, vt in erecta eminentia ipſum caput exiſtat, ſenſuumq; debita munera exequatur. Quamdiu vero hoc fit, non mala eſt corporis conſtitutio, aut ſi qua ſit, ea facile vi Palladis corrigitur, & in optatum ſtatum reſtituitur. Non eſt mirum ergo ſi Reges & Principes ſe ſubmittant, & humilient coram Prælatis Eccleſiaſticis, quamuis ipſi alimenta, authoritatem, ornamenta, denique defenſionem præſtent, nec ſine ipſis hæc illos habere Deus voluit, vt indiſſolubilis hoc

bili hoc vinculo charitas deuincta, Chriſtianaque Reip. fœlicitas conſtaret. Conſideranti mihi profecto varias Rerump. formas, illæ videntur fœliciſsimæ, quæ Reges, Principes, breuiter, ſuum magiſtratum habuere obedientem ſpirituali ſacro magiſtratui: cuius nunc Eccleſiaſtica dignitas typum exprimit non rudem, ſed verum & perfectiſſimum, vt ab ipſo Dei filio confirmatum, eoque ſanctiorem & illuſtriorem. Ecquid Sicyoniorum Reſp. florentiſſima fuit, quandiu ſuum ſacrum magiſtratum honorauerunt, ſummus apud hos ſacerdos vocabatur, Charnius, ipſum collegium nuncupabatur Paſtophorum, vbi id ſua inſolentia violaſſent, res tota concidit. Athenienſes Archiereſſynem ſuum venerabantur, & Daduchum, Stephanophorum, Eleobutadem, Buzigem, omnes ſacros magiſtratus, & Reſpub. mirum in modum augebatur litteris, virtute, rerumque copia: tandem contemplationibus philoſophorum, Protagoræ, Diagoræ, ac cæterorum inde ſequentium præcipitati in varias de diis opiniones, primo tranquillitatem Reip. tum formam adminiſtrationis, denique ipſam Rempublic. prodidere. Lacedæmoniorum Regibus inconſultis ſacris in bellum proficiſci capitale erat, ac tum fuit conditio Lacedæmoniorum beata: vbi magiſtratus ſacer cœpit eſſe in contemptu, res tota in nihilum concidit. Quemadmodum vero nuſquam maior fuit veneratio ſacrorum, quam apud Romanos, idque à Numa Pompilij vſque tempore: ita nulla Reſpubl. fuit potentior nec fœlicior: donec tandem à Clodio ſacra bonæ Deæ violarentur, nec antiquus honos ſacerdotibus exhiberetur, tum enim mutuis diſſidiis, inteſtinis odiis, crudelibus & ciuilibus bellis forma Reip. florentiſſima penitus euerſa eſt. Pontificia dignitas apud Iudæos in ſumma veneratione habita iuſſu Dei, ordinationeque Moyſis fuit. Huic iudices parebant, & totus populus, mox Reges & populus, tandem contempti ab antiqua diſciplina diſceſſerunt, & à veritate. Quum autem ipſa veritas, nimirum Chriſtus, eos in veram viam niteretur reuocare, atque populum ad illorum imperia dirigere & perducere, odio habitus, iniquè condemnatus, & innocens crucifixus eſt. Hic enim præcepit ſic dicens. Supra cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi: omnia ergo quæ dixerint vobis ſeruate & facite: ſecundum opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. At Rex Herodes, Pilatus, denique populus, exceptis ſelectis Chriſti alioquin vniuerſus hæc verba ſpreuit, ſuum magiſtratum ſacrum non curauit, vnde à Veſpaſiano ciuitas Hieroſolyma vaſtata eſt miſerabiliter, atque ipſi Iudæi paſſim omnes, qui non ſequebantur doctrinam Chriſti, horrenda internecione pœnas dederunt ſuæ inobedientiæ. Hæc Chriſtiano populo tot malorum hominum opinionibus ac ſcriptis nunc ſciſſo eſſe documento debent: ne Reges, Principes, populus denique ipſe ab imperio Sacerdotum diſcedant, ſi ſaluam Remp. Chriſtianam velint. Cur Iudæa, Ægyptus Græcia, atque plurima vicina regna, quæ olim Chriſtiana fuere nunc Barbaris, & idololatris miſerè ſeruiunt? non ob aliud quam quod hæreſes & ſchiſmata amplexi nō tribuerunt Catholicæ Eccleſiæ Chriſti debitum honorē, non coluerunt ſacerdotes ſicut debebant: ſperantes tanquam Æſopicæ ranæ pro trabe rege ſortiri placidiorem & prudentiorem, obtinuerunt ciconiam, quæ deglutiat, & excarnificet terribiliter. Sed forſan nimium digreſſus ſum, præſentia tempora non patiuntur plura dici de hoc themate, propter naſutum nimis populum, & qui auitam religionem nititur vbique peſſundare, niſi partim vi, partim metu coerceatur. Si quis deſiderat videre, quantum ſtudium fuit ipſis etiam ethnicis colendi ſuos ſacros magiſtratus, recurrat ad Valerium Maximum, de cultu deorum, de neglecta religione &c. Primus namque liber plenus eſt exemplis huius generis. Exemplo itaque cordis Chriſti Reges, Principes, & conſules debent ſubeſſe ſuis Prælatis non coacti, Matth. 23.

ſtianus factus puniebat eos qui Eccleſiam Chriſti iniuria afficerent. Idem deinde alÿ Catholici Reges, Principes & Magiſtratus hactenus faciunt, atque ita ſe gerunt aduerſus Prælatos, vt ſint horum defenſores. Deinde ſicut cor in medio humani corporis in circulum expanſi deprehenditur: Ita Regius atque militaris magiſtratus cætuſq; eſt medius inter Eccleſiaſticos, & rudem populum. Nimirum cogitrudes, aut duros, intractabileſque homines ad diſciplinam Eccleſiaſticam: à qua erudiantur ad ſalutem animæ. Orpheus dicitur homines ſylueſtres inſtituiſſe in Græcia, & Saturnus in Italia: ſed longe perfectius hoc fecit Moyſes in Ægypto, & Iudaico in populo: tum Chriſtus, atque huius ſancta Eccleſia per totum orbem terrarum idem præſtat. Sed quicunque non audiuerit Eccleſiam, ſit ethnicus & publicanus, & ſi contra leges peccat politicas, à militari magiſtratu punitur. Quo quidem pacto facilè intelligitur quod militaris magiſtratus continet populum in officio, vt audiant ſanam doctrinam Chriſti, & iuxta eam viuant, & Eccleſiaſticam Maieſtatem confirmat, vt velit, poßit, & debeat docere omnem populum: & diſciplinam veræ gubernationis obſeruare: cuius cauſa ipſe militaris magiſtratus ſe ſubmittit Catholicæ Eccleſiæ: nimirum Imperatores, Reges, Principes, aliique ciuiles magiſtratus manus habent adiuuandæ Eccleſiæ. Vis naturæ, ruina capitis, aut iniuria oculis inferendæ ſemper manum obiicit: hinc vulgari prouerbio locus ceßit. Vbi paßio, ibi manus. Sic viri militares debent eſſe promptißimi ad defenſionem Eccleſiaſticorum. Elephas proboſcide, quæ manus ipſius eſt, ſibi neceſſaria acquirit, & noxia abigit: ſic manus militaris illud habet muneris, vt congregationi Eccleſiaſticæ inſeruiat, & ab illa omnes iniurias propulſet: in cæteris contenta ſuis ſtipendiis neminem pulſet, vt præcepit D. Ioannes. Hac moderatione vſi Romani multarum gentium Domini ſunt facti: vnde Seneca trag. 3. Qui vult regnare, languida regnet manu. Quod ſi militares viri non detraxerint Eccleſiaſticis alimenta, ſed potius ea abundè procurauerint exemplo Conſtantini, & aliorum Catholicorum Imperatorum, Regum, Principum: ſi auctoritatem Eccleſiæ defenderint, ſi auxilium tulerint prompto obſequio, ac ſtrennua opera contra hoſtes, & pacis perturbatores: ſi poteſtatem ſuam ad Dei cultum dilatandum, impenderint, haud dubiè ſummum bonum inde continget: neque id mirum, quandoquidem ſic ius & vis æqua manu concordant, quod hoc Emblemate pulchre edocetur. Luc. 3.

> *Laerta genitum, genitum quoque Tydeos vna*
> *Hac cera expreßit Zenalis apta manus.*
> *Viribus hic præſtat, hic pollet acumine mentis:*
> *Nec tamen alterius non eget alter ope.*
> *Cùm duo coniuncti veniunt, victoria certa eſt,*
> *Solum mens hominem, dextraue deſtituit.*

Quandoquidem ſatis perſtrinxiſſe videor, quomodo ſe militares erga Eccleſiaſticos habere decet: nunc ad populum communem tranſeam, quod autem venter cum pedibus obſequium facit capiti, idem agricolæ & opifices debent Eccleſiaſticis prælatis. Neque dubium eſt, quin quotieſcunque non exequuntur hoc officium, grauiter peccant, & in varia grandiaque pericula præcipitantur, ventris autem vſus eſt, vt materiam & alimentum naturale omnibus partibus ſubminiſtret, in primis autem cordi: à quo quod perfectè elaboratum eſt, ad caput diſtribuitur. Plures etiam partes vni huic negotio inſeruiunt. Omnes tamen à cruribus ſuſtentantur, diriguntur, & auxilium præcipuum habent. Neque vero actiones ſingularum partium nutritiuarum hic recenſere opus: quoniam conſtat,

quod omnes inſeruiunt non ſolum ad nutritionem ſui, ſed etiam totius corporis. Ad eundem modum ratio ipſa dictitat, vt Agricolæ & operarij cogitent, intentiq; ſint, vt acquirant non ſolum neceſſaria ipſis, ſed quoque Eccleſiaſticis, ac militaribus. Poſſum huc referre illud Ciceronis pulchrum dogma: ſed quoniam, ait, vt præclarè ſcriptum eſt à Platone, non nobis ſolum nati ſumus, ortuſque noſtri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici, atque (vt placet Stoicis) quæ in terris gignuntur, ad vſum hominum omnia creari, homines autem hominum cauſa eſſe generatos, vt ipſi inter ſe alij prodeſſe poßint. In hoc naturam ducem ſequi debemus, & communes vtilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatem: qua quidem in re Cicero non paruam partem iuſtitiæ ſtatuit. Cogitent itaque Agricolæ & operarij quod ſpiritualia longè ſunt pretioſiora carnalibus.

1. Offic.

Hæc enim caduca, ac momentanea, illa ſublimia & æterna. Hæc humana & mutabilia: illa diuina ac immutabilia. Sed Eccleſiaſtici dant ſpiritualia: quare ipſi Agricolæ & opifices reddere tenentur hilariter & benignè temporalia bona. Vnde Paulus, inquit, ſi ſeminamus ſpiritualia, cur non metemus etiam carnalia? Porro ſi pes officium manus ſibi vſurparet, ſi iecur cordis, ſi ſtomachus cerebri, haud dubie corpus contabeſceret, omniaque ſimul membra euerterentur, & penitus perirent. Quare illi, qui ad laborandum nati ſunt, qui ſunt Agricolæ, & opifices, in hac ſua vocatione manebunt. Huc quoque Paulus reſpexit, vbi ſcripſit. Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ, ſed & ſi potes liber fieri, magis vtere: qui enim vocatus eſt in Domino ſeruus, liber eſt Domini. Similiter quoque liber vocatus, ſeruus Chriſti eſt. Pretio empti eſtis: nolite fieri ſerui hominum, quiſque in quo vocatus eſt, fratres, in hoc maneat apud Deum. Neceſſe eſt enim vnicuique parti humani corporis, vt eam, quam à Deo & natura ſortita eſt formam & actionem, in obſequium aliarum partium ſeruet: ita vnicuique homini in ea vocatione, in quam vocatus eſt, vt maneat, & hanc quanta poteſt diligentia exerceat.

1. Cor. 9.

1. Cor. 7.

Actiui, & contemplatiui ſunt ſimiles mandibulis propter tria.

Ioannes à S. Geminiano in ſumma de exemplis lib. 6. cap. 2.

Primò, quia mandubilæ ſunt ſitualiter diſtinctæ. Nam mandibularum alia ſuperior, alia inferior: ſunt enim ſicut duæ molæ, ad molendum & conterendum cibum, continue ſe mouentes. Vnde mandibulæ nutrimentum toti corpori ſubminiſtrant. In ſuperiori igitur mandibula, dentes ſuperiores infiguntur, in inferiori vero inferiores radicātur. Mandibula ergo ſuperior eſt vita contemplatiua, quæ circa ſuperiora intendit ſicut circa cæleſtia, inferior vero eſt vita actiua, quæ inferiora miniſtrat, ſcilicet temporalia: Per vtramque enim cibus miniſtratur quo corpus eccleſiæ ſuſtentatur. Per contemplatiuam enim vitam diſponitur & præparatur cibus ſpiritualis, ſcilicet doctrinæ, & orationis, & aliarum eleemoſynarum ſpiritualium, quibus etiam proximorum animæ ſuſtentantur, & nutriuntur. Per actiuam vero diſpenſatur, & miniſtratur nutrimentum corporale, ſcilicet cibi, & potus, & aliarum eleemoſynarum corporalium, quibus corpora vegetantur. Dentes autem ſuperiores ſunt viri contemplatiui & perfecti, & quorum conuerſatio in cælis eſt. Inferiores vero dentes ſunt viri puri, & fortes, qui proximorum vtilitatibus inſeruiunt. Vbi attendendum eſt, quod mandibula ſuperior in omni anima, id eſt, fixa, immobilis, ad deſignandum quod vita contemplatiua, quæ eſt circa æterna & immobilia bona, attendit & requirit ſtabilitatem & quietem ab exterioribus exercitiis. Auguſt. Ocium ſanctum quærit charitas veritatis. Pſalm. Vacate, & videte. Bern. Abſit vt qui Deo vacat ad tumultuoſam aſpiret fratrum officialium vitam. Mandibula vero inferior, ideſt, actiua

August. Pſalm. 33. Bern.

vita,

vita, tam per compaſsionem animi, quam per actum miniſterij neceſſario mouetur, ita vt poſsit dici deſeruientibus Deo in laboribus vita actiua illud: Ecce, qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles: Cocodrillus enim contra naturam omnium animalium mandibulam ſuperiorem mouet, & inferiorem fixam tenet. Sicut dicit Philoſophus. Et talis eſt homo peccator, qui temporalibus corde affigitur, circa ſpiritualia vero nulla ſtabilitate firmatur. Thren. Peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Iob 4. Ari. de ani. Thre. 3.

Secundò, mandibulæ ſunt ex duris partibus compoſitæ, ſcilicet & duris oſsibus, & duris neruis, & lacertis: & hoc fuit neceſſarium propter motus continuitatem, & apertionis & clauſionis neceſsitatem, vt dicit Conſtant. In oſſe itaque duro, & forti, intellige fidem de qua Petrus. Cui reſiſtite fortes in fide. In lacerto vero ſiue muſculo, in quo eſt virtus motiua, vnde etiam in quolibet membro eſt quaſi loco cordis, ſignificatur ſpes, ſcilicet quæ mouet ad bene operandum, ſicut ſpes precij ad bene laborandum. In neruo autem colligante, intellige charitatem, quæ ſecundum Apoſtolum, eſt vinculum perfectionis. Et hæc tria neceſſaria ſunt tam ad continuandum opera vitæ actiuæ, quam contemplatiuæ. 1. Pet. 5.

Tertiò, quia mandibulæ ſunt pluribus munimentis circundatæ, ſcilicet gingiuis, & labiis. Gingiuæ dicuntur à dentibus gignendis, quia in eis dentes gignuntur, nutriuntur, & ſtabiliuntur. Labia etiam appoſita ſunt ad decorem exteriorem, & etiam ad defenſionem tam illarum, quam dentium ab exterioribus nocumentis; gingiuæ ergo referuntur ad humiles, ſed labia ad Deum laudantes: Nam ſicut in gingiuis dentes firmantur, ita in humilitate ſancti roborantur. Vnde tam actiuis, quam contemplatiuis vtrumque neceſſarium eſt, ſcilicet vt de ſe humilia ſentiant, & vt etiam ea quæ faciunt, in Dei laudem referant, ſecundum illud Pſalm. Labia mea laudabunt te. Pſal. 62.

Amaritudo pœnitentium aſsimilatur felli propter ſeptem. Idem ca. 3.

Primo, quia fel maxime eſt amaritudinis contentiuum, & hoc eſt propter Dominium choleræ ex nimia intenſione caloris. Eſt enim fel membrum calidum, & ſiccum, hepatis gibbo ſuppoſitum, proprium choleræ rubeæ receptaculum. Sic ergo eſt maxima amaritudo fellis, ita etiam debet eſſe maxima amaritudo pœnitentis, quia nihil peccato deterius ei accidere potuit. Iſa. Amaritudo mea amariſsima. Deut. Vua eorum vua fellis, & botrus amariſsimus. In cuius ſignum Chriſtus pro noſtris peccatis eſt felle potatus. Pſalm. Dederunt in eſcam meam fel. Iſa. 37. Deu. 39. Pſal 60.

Secundò, quia fel eſt ſui humoris dupliciter emiſsiuum. Nam ciſtula fellis eſt quædam pellicula habens duos folliculos, & per vnum ad inteſtina cholera deportatur, per alterum vero deportatur ad ſtomachum. Ciſtula ergo fellis, eſt mens amara hominis pœnitentis; cuius duo folliculi ſunt, primus dolor de peccatis præteritis, & hic vadit ad inteſtina ad purgandum fæces cibi, id eſt, ad conſcientiam, & inteſtina ad purgandum fæces peccati. Aliud vero eſt propoſitum abſtinendi à futuris. Vnde hoc vadit ad ſtomachum, per quem cibi ingrediuntur ad ventrem, quia maximè debet cautela adhiberi circa ſenſum, vnde mala ſuggeſtiones, ſeu cogitationes primitus oriuntur, & tranſeunt ad mentem. Vnde Auguſt. Vbi ſibi aliquis noſtrum viderit aliquid deeſſe, doleat de præterito, caueat de futuro: Nam ſicut dicit Greg. Pœnitentiam agere, eſt perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. Nam qui ſic alia deplorat, vt tamen alia committat adhuc, pœnitentiam agere, aut ignorat, aut diſsimulat. Aug. in regu. Greg. in homil.

Tertio, quia fel eſt viſus clarificatiuum, & præcipuè fel accipitris, & aliarum auium viuentium de præda, vt dicit Conſtan. Et ideo fel in collyriis oculorum eſt neceſſarium, Conſt.

propterea,

*propterea, quia fel ſua ſubtilitate eſt groſſorum humorum inciſiuum, & ſua ſiccitate
Iob. 6. conſumptiuum. Iob. Fel eius valet ad inungendos oculos. Sic ex amaritudine pœniten-
Apoc. 1. tium fit ſpirituale collyrium, quo oculi animæ interiores purgantur, & clarificantur Apoc.
Collyrio, ſcilicet pœnitentia, inunge oculos tuos vt videas.*

*Quartò, quia fel eſt decoctionis ciborum iuuatiuum. Nam cholera à ciſta fellis ad ſto-
mochum deportata, ſua caliditate virtutem adiuuat digeſtiuam. Et ſic pœnitentia ſuo fer-
uore præparat, & iuuat mentem ad nutrimentum ſpirituale verborum Dei, vel corporis
Christi dignè recipiendum, vt ſic ei applicetur, & proſit ad meritum. Et talis præparatio,
Prouerb. 27. vel diſpoſitio, reſpectu cibi ſpiritualis, eſt quaſi quædam digeſtio. Proue. Anima eſuriens
amarum pro dulci ſumet; quia ſcilicet non poteſt anima percipere dulcedinem ſpiritua-
lis cibi, & alimoniæ, niſi præcedat amaritudo pœnitentiæ.*

*Quinto, quia fel eſt ad expellendum ſuperflua excitatiuum. Nam cholera è ciſta fellis
ad inteſtina deportata eſt ſua ſubtilitate penetratiua, & ſuo acumine pungitiua, & in-
teſtinorum mordificatiua; vnde virtus expulſiua conſortatur, & ad expellendas fæces ci-
borum excitatur. Sic pœnitentiæ dolor intus ad mentem peccatoris pertranſit, ſuo acu-
mine conſcientiam compungit, & cum eam continuè mordere non deſinit, ad expellendas
peccatorum fæces per viam confeſſionis compellit, ſicut ex dolore compellitur parturiens
Pſalm. 47. citius dimittere partum. Pſalm. Ibi dolores vt parturientis.*

*Sexto, quia fel eſt per accidens dulcedinis cauſatiuum. Nam in animalibus fel haben-
tibus, quod eſt ſub felle eſt valde dulce, quia dum amaræ partes ad locum aliquem colli-
guntur, partes vicinæ quæ remanent, magis dulces redducuntur. Et ſic ſub amaritudine
pœnitentiæ maxima dulcedo continetur, quia quantum pœnitens dolet de culpæ perpetra-
Iud. 14. tione, tantum gaudet de eius remiſſione, & adhuc amplius de gratiæ recuperatione Iu-
dicum. De forti egreſſa eſt dulcedo, quia ſcilicet de forti amaritudine pœnitentiæ, ſequi-
tur dulcedo miſerationis, & gratiæ.*

*Septimo, quia fel eſt ſanguinis à cholera ſeparatiuum & mundificatiuum. Sanguis
enim ex præſentia choleræ incēderetur, niſi in cuſtodia fellis eius ſuperfluitas locaretur. Sic
etiam pœnitentia coarctat, & reſtringit ardorem concupiſcentiæ, quæ eſt velut vſtio cho-
leræ, tenens ipſam concupiſcentiam ſub cuſtodia rationis; & ita humor ſanguinis, id eſt,
affectio ſpiritualis amoris, in quo vita animæ conſeruatur, ſicut vita animalis conſeruatur
in ſanguine, remanet non infecta, ſed pura. Et hæc eſt puritas ſanguinis, id eſt, ſinceritas
Gen. 11. ſpiritualis amoris, de qua dicitur: Carnem cum ſanguine ne comedetis, id eſt, carnalem
Matth. 27. amorem cum ſpirituali dilectione non miſcebitis. Vnde Dominus voluit bibere vinum cum
felle mixtum. Eſt enim vinum amor ſpiritualis, ſed tanquam fel amaricatiuum eſt affe-
Prouerb. 5. ctio carnalis, de qua dicitur. Nouiſſima illius amara quaſi abſinthium.*

Item amaritudo pœnitentiæ aſſimilatur choleræ rubeæ propter quatuor.

*Primo, ratione naturalis proprietatis, quia eſt naturaliter calida & ſicca. Sic pœni-
tentiæ amaritudo calida eſt feruore bonæ voluntatis, & ſicca eſt humore fluxæ cogitatio-
Eccle. 31. nis. Eccleſ. Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito: nam pœnitentia debet eſſe cau-
ta, & ideo requirit vigiliam, id eſt mentis attentionem.*

Item debet eſſe feruida, & ideo requirit choleram, id eſt, contritionis ardorem.

*Item debet eſſe pœnoſa, & ideo requirit torturam, id eſt, ſatisfactionis affectionem.
Eccle. 33. Eccle. Seruo maleuolo, id eſt, peccatori, ſiue carni, tortura & compedes.*

Secundo, ratione effectiuæ cauſalitatis, quia per complexionem cholericam, efficiuntur

*homines iracundi, ingenioſi, leues, & acuti. Sic pœnitentia facit homines iracundos con-
tra vitia, ingenioſos ad deſtruendum diaboli machinamenta, leues, vt audita citò perci-
piant, acutos, vt ſubtiliter de rebus ſentiant. Sapient. Per hanc iuuenis & acutus inue- Sap. 8.
niar in iudicio.*

*Tertio, ratione ſimilitudinariæ conformitatis; quia cholera eſt ſimilis igni, & æſtati,
& calidæ iuuentuti. Hæc enim omnia calida & ſicca natura ſunt, vt habeas ex cholera
rubea amaritudinem contra peccatum, ex iuuentute fortitudinem contra diabolum, ex
igne claritatem intelligentiæ ad cognoſcendum Deum, ex æſtate vero habeas amorem
dilectionis ad proximum. Et inde eſt quod vicinitas æſtatis, id eſt, pœnitentia fraternis a-
moris, manifeſtatur ex fructu operis. Luc. Cum arbores producunt ex ſe fructum, ſcitis Luc. 21.
quoniam prope eſt æſtas. Greg. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Grego. homi.*

*Quarto, ratione purgatiuæ effuſibilitatis; quia humor cholericus purgatur & emittitur,
ſiue effunditur per aures: Dum enim libenter audis quod facere debeas, per aures cordis
ſuperfluitates choleræ rubeæ purgas, vel per aures purgaris, dum ſacerdos in confeßione
te audit. Vnde Iacob hortatur, dicens: Confitemini alterutrum peccata veſtra. Leo Iac. 5.
Papa. Non remanet in iudicio condemnandum, quod fuerit in confeßione pur- Leo in ſer.
gatum.*

*Amor charitatis aßimilatur pedi. Sunt enim vt duo pedes animæ quibus ad Deum ac- Idem cap. 4.
cedit, amor Dei & proximi, qui ita ſibi connexi ſunt, vt alter ſine altero currere non
poßit. Ioan. Currebant duo autem ſimul. Hæc autem ſimilitudo pedis, ſcilicet, & amo- Ioan. 20.
ris, ex multis proprietatibus patet.*

*Primo, quia pes eſt vltimum corporis, ad integritatis eius pertinens perfectionem. Et
ſimiliter vltima eius virtus, qua anima in hac vita perficitur, eſt charitas. Vnde Apoſtol. Col. 3.
pluribus enumeratis virtutibus ſubdit. Super hæc omnia charitatem habentes, vinculum
perfectionis. Vel ſicut pes eſt finis corporis humani, ita charitas finis eſt mandati. Thi. Fi- 1. Thi. 1.
nis præcepti charitas. Et dicitur charitas finis præcepti, quia omnes actus virtutum de
quibus præcepta dantur, ad hunc finem generaliter ordinantur, v[t a]nima vniatur Deo,
quod fit per charitatem, vnde actus aliarum virtutum non coniung[unt] animam Deo, niſi
mediante charitate, Quia vero pes eſt extrema pars corporis, pond[us] totius corporis por-
tat, & ſic etiam de charitate ipſe Apoſtol. dicit, quod charitas omnia ſuffert. Grego. Tan- 1. Cor. 15.
tum quilibet portat proximum quantum amat: Si enim amas, portas, ſed ſi deſiſtis ama- Grego. homi.
re, deſiſtis & tolerare.*

*Secundo, quia pes longus eſt, & planus, & concauus propter fortiorem veſtigij impreſ-
ſionem. Sic amor charitatis debet eſſe longus ad perſeuerandum. Prouerb. Omni tempo- Prou. 17.
re diligit qui amicus eſt. Bern. Ama perſeueranter, & longanimiter, & habens longitu- Bern. li. 5. de
dinem, dilata amorem tuum vſque ad inimicos, & latitudinem tenes: eſto in omni ſoli- conſid.
citudine timoratus, & ſublime, & profundum apprehendiſti.*

*Item debet eſſe planus, id eſt, æqualis, & leuis, ad facilius onera portandum, id eſt,
proximorum defectus. Ephe. Supportantes inuicem in charitate. Epheſ. 4.*

*Item debet eſſe concauus ad ſuſcipiendum, ſcilicet per hoſpitalitatem. Apoſtolus: Suſci- Rom. 19.
pite inuicem, ſicut & Chriſtus ſuſcipit vos; & ex his relinquitur fortis impreßio veſtigio-
rum, id eſt, exemplorum.*

*Tertio, quia pes eſt digitis diſtinctus ad meliorem inceßionem: inceßio animæ in via
Dei eſt per mandatorum obſeruationem. Pſalm. Viam mandatorum tuorum cucurri. Pſal. 119.*

Diſtinctio autem digitorum eſt diſtinctio mandatorum. Vnde ſicut ſunt x. digiti pedis, ita ſunt x. præcepta decalogi, ſed ſicut digiti vniuntur in pede, ita mandata vniuntur in di-
Greg. in homil. *lectione. Vnde Gregor. dicit, quod præcepta Dominica ſunt multa per diuerſitatem operũ, vnum in radice ipſius charitatis.*

Quarto, quia pes eſt nerueus, & oſſeus ad maiorem durationem; charitatis autem amor eſt nerueus ad fortiter colligandum, & eſt oſſeus ad alia ſupportandum, & ideo for-
1. Cor. 13. *tiſſimus ad nunquam deficiendum. Apoſtolus: Charitas nunquam excidit. Et nota, quod ſecundum Conſt. pes componitur ex oſſibus 44. quorum duo ſunt calcaneorum, duo maniculorum x. pedum, & 30. digitorum. In calcaneis itaque intelligimus morientes, quia calcaneus eſt poſterior pars pedis, à calcando ſic dictus, quia eo terræ veſtigia imprimuntur, vt dicit Iſid. vnde ſignat mortem, per quem homo terra infoditur, & in terram redigitur. Sicut ergo calcaneis neceſſaria ſunt duo oſſa, ita morientibus duo Sacramenta, ſine quibus male morerentur, vnum ſcilicet quoad paruulos ſ. baptiſmus, aliud quo ad adultos, ſ. pœnitentia. In maniculis vero accipimus pœnitentes, quod eſt poſterioribus oblitis ad anteriora ſe extendere: Maniculæ enim ſunt anterius, quibus neceſſaria ſunt duo oſſa ad ſui mortificationem; ſcilicet timor offenſæ, & ſpes veniæ. In pedibus vero quibus mouemur, accipimus obedientes, quibus neceſſaria eſt compago decem oſſium id eſt, obſeruatio x. præceptorum; in digitis vero intelligimus Rectores & Doctores, quibus nenecſſaria eſt compago. xxx. oſſium ideſt, maturitas ætatis, quæ videtur communiter competere ætati 30. annorum; ſicut Chriſtus, quando ſe propalauit, & docere poſt ba-*
Gregor. Nazian. *ptiſmum cœpit, erat 30. annorum. Vnde Greg. Nazianzenus dicit: Obſerua tu qui præes, quod triginta annorum erat Ieſus. Forſitan autem & Ioannes aliquid plus habebat ætatis, & tu antequam adoleſcas, antequam genas barbis veſtias, vis docere ſenes, & magiſter fieri antequam Diſcipulus cupis, quod certe ideo leue, & facile putas, quia illud penitus ignoras.*

Quinto, pes eſt neceſſarius propter ambulationem, & corporis eleuationem: nam a-
Epheſ. 9. *mor charitatis mouet, & ambulare facit per operationem. Vnde Apoſtolus: Ambulate in dilectione, ſcilicet bene operando; & eleuat per contemplationem, & cæleſtium affe-*
Galen. *ctionem, ſicut calor Solis eleuat vapores. Et nota, (ſicut dicit Galenus) quod mulier in vtero habens, iunctis & compactis pedibus ſi ſubito vocata fuerit; ſi maſculum habuerit, primo ad veniendum dexterum pedem mouebit, ſi vero fœminam geſtauerit, primo mouebit ſiniſtrum. Per maſculum ergo conceptum intelligitur bona diſpoſitio mentis, per fœminam vero accipitur diſpoſitio mala, per pedem autem dextrum amor ſpiritualium, per ſiniſtrum vero temporalium amor ſignificatur. Illa ergo anima, quæ concepit maſculum, id eſt, quæ eſt bene interius diſpoſita per bonum affectum, & propoſitum, præmittit pedem dextrum ſiniſtro, id eſt, proponit amorem ſpiritualium omnibus temporalibus. Sed quæ concepit propoſitum fœmineum, id eſt, vitioſum, præmittit pedem ſiniſtrum, id eſt, præponit affectum temporalium ſpiritualibus.*

Sexto, in multis animalibus pes eſt ad defenſionem. Sic pede charitatis percutienda eſt frons, vel fraus tentatoris: Charitas enim eſt munimen egregium contra tentationes.

Septimo in volatilibus ſciſſi pedis, & curui vnguis, pes eſt ad victus acquiſitionem, ſed in volatilibus clauſi pedis, eſt ad ſui in aquis gubernationem, & hoc eſt, quia charitate reficimur, & in aquis tribulationum gubernamur, & defendimur, ne ſ. ſubmergamur.

gamur. Pſalm. In flumine pertranſibunt pede, quia ſcilicet inundationem tribulationum ſecure pertranſit pes dilectionis. Canticum. Aqua multa non poterunt extinguere charitatem, nam charitas ſicut dicit Auguſt. in aduerſitatibus tolerat, in proſperitatibus temperat, in duris paſſionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutiſſima, in hoſpitalitate latiſſima, inter veros fratres latiſſima, inter falſos prudentiſſima. Pſal. 65. Cant. 5. Auguſt.

Angeli licet ſint incorporei, tamen in figura humani corporis apparere leguntur, & ſic etiam depinguntur, vnde & varia membra corporis etiam in diuina ſcriptura per quandam ſimilitudinem eis attribuuntur, in quibus variæ actiones eorum inuiſibiles exprimuntur. Depinguntur ſiquidem angeli primo cum longa coma, & reflexu capillis, vt per hæc eorum mentales affectiones, & ordinatæ cogitationes intelligantur: Nam capilli cogitationes ſignificant, & etiam affectiones quæ naſcuntur ex radice mentis. Item aures dicuntur habere, quando diuinam inſpirationem recipiunt, quam vtique iudicant & diſcernunt. Idem cap. 6.

Item nares eis pictores attribuunt, quia peccata velut fœtida fugiunt, & virtutes quaſi quædam odorifera diligunt, & inter munda, & immunda, fœtida & aromatica, ſagaciſſimè diiudicant, & diſtinguunt.

Item ora, linguas, & labia habere etiam ſæpius memorantur, quia diuina ſecreta quaſi nobis loquendo proferunt, & diuinis laudibus quaſi continue intendunt.

Item imberbes pinguntur, vt quaſi iuuenes, neque viribus, neque ſenio deficere oſtendantur.

Item dentes habere dicuntur, quia gratiam quam à Deo accipiunt alijs communicare id eſt, quaſi commolendo diuidere conſueuerunt. Vnde in dentibus eorum poteſtas actiua & communicatiua merito deſignatur.

Item brachia & manus habent, quia virtute ſua actiua, & permanſiua, noſtras infirmitates ſuſtinent, & vſque in finem ab electorum defenſione, & ſupportatione non deſiſtunt.

Item cor & pectus habere finguntur, quia cum deiformem habeant vitam, de ſuſceptione deiformis vitæ, & gratiæ, nobis manifeſtiſſime cooperantur.

Item coſtas, & latera habent, quia omnia gratiarum munera in ſe tuta continent, & per ipſorum cuſtodiam in electis hominibus omnia tuta manent.

Item lumbos, & femora habere dicuntur, ſed veſtibus occultata, quia gratiam & virtutem in ſe habent, quæ hominibus carnalibus ſunt occulta.

Item habent pedes, ſed naturaliter denudatos: quia liberos habent affectionum motus in Deum, ab omni carnali concupiſcentia denudatos.

Item deſcribuntur pennati, & alati, quia ſunt cogitatione terrena penitus alieni, contemplationis raptu ad diuini amoris intima intellectu & affectu ſunt penitus eleuati.

Appetitus ſpiritualis nutrimenti, ſcilicet eorum quæ nutriunt, ſpiritu deſtruitur ex multis. Sicut etiā ex multis cauſis deſtruitur appetitus corporalis: nam appetitus ſpiritualis perditur quandoq; ex carnali affectione, ſicut appetitus cibi quandoque perditur ex viſcoſo phlegmate, vt dicit Auic. Eſt.n. quandoque multū phlegma viſcoſum comprehenſum in ore ſtomachi, quod non refugit à cibo, niſi in quo ſunt caliditas, & acuitas, ſed poſtea ex acceptione illius acuitur, & fit inflammatio, & extenſio, & nauſea, & non quieſcit, niſi cum euacuatione. Eſt autem velut humor phlegmatis, affectus ſiue amor carnalis, qui ſtomacho, id eſt, animo velut viſcus ſeparabilis hæret. Vnde Apoſtolus dicit Epeſ. quod Idem cap. 8. Aui. li. 5.

nemo carnem ſuam vnquam odio habuit. Hic ergo dum orificium ſtomachi, id eſt, guſtum animi imbuit, nauſeam inducit. Vnde carnali amore plenus ſpiritualia faſtidit. Prou. 25. *Prou. Anima ſaturata calcabit fauum, & talis nauſea ſiue faſtidium periculoſum eſt animæ, & ferè mortiferum.* Pſal. 106. *Pſalm. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis.* Aug. in ſer. 15 *Augu. Sicut periculoſum eſt corpori corporeas eſcas non poſſe percipere, ita periculoſum eſt animæ, ſpirituales delitias faſtidire.*

Secundo deſtruitur appetitus ſpiritualium ex honoris ambitione, ſicut (ſecundum Auicen.) perditur appetitus cibi ex catarro deſcendente à capite. Nam ex aſſiduitate catarri à capite defluentis, id eſt, ad ſtomachum venientis, fit interdum appetitus deſtructio. Sed velut catarrus capitis eſt elatio & ſuperbia mentis, quæ tunc ad ſtomachum vadit, cum appetitum honoris, & ambitionem dignitatis inducit. Tunc enim ſpiritualium appetitum quē inducit humilitas, ſuperbia vacuitas penitus excludit. Et nota quod ſecundum Aui. ex tali catarro à capite defluente, plura nocumenta in membris ad quæ deſcendit aliquando generantur: nam aliquando deſcendit ad guttur, & ſpargitur ad palatum, & ad pulmonem, & ad merũ, & ad ſtomachum, & quandoque vulnerat ea, & quandoque deſcendit ad neruos vſque ad longinquiora membra, & generatur ex eo aliquando ſanies, & pleuriſis, & extenuatio, & præcipuè cũ catarrus eſt acutus & calidus, & dolores ſtomachi, & fluxus ventris, & raſura inteſtinorũ, cum eſt ſalſus & aceroſus. Sicut ergo ex catarro capitis generantur (vt dictum eſt) multa nocumēta in corpore, ſic etiã ex ambitione cordis, & appetitu honoris, cauſantur plurima vitia in homine, de quibus Beatus Berna. ſic dicit. Bern. in ſer. dra. *Ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, liuoris parens, vitiorum origo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remediis morbos cauſans, ex medicina languorem generans.*

Inno de vti. hu. condit. *Item Inno. hoc idem oſtendit, dicens: Ambitioſus ſtatim vt eſt ad honorem promotus, in ſuperbia extollitur, in iactantia effrenatur, non curat prodeſſe, ſed gloriatur præeſſe, præſumit ſe meliorem, quia cernit ſe ſuperiorem, priores dedignatur amicos & notos, non curat extraneos, comites contemnit antiquos, vultum auertit, ceruicem erigit, faſtum oſtendit, grandia loquitur, ſublimia meditatur, ſubeſſe non patitur, præeſſe molitur, ſubditis oneroſus, omnibus infeſtus, præceps, moleſtus, arrogans, grauis, & importunus.*

Tertio quoque deſtruitur appetitus ſpiritualis ex auaritiæ retentione, ſicut deſtruitur appetitus cibi ex nulla vel ex pauca corporis reſolutione: Nam hoc accidit quando non fit reſolutio in corpore, vel quando fit pauca, ſicut fit in febribus, in quibus tantum natura laborat ad expellendum morbum, quod refugit ab attractione; vnde ſi fugit humiditatem cibalem ex venis, neque ex ſtomacho, & ideo toleratur dimiſſio cibi tempore extenſo. Propter iſtam etiam cauſam vrſus, erici, & plura animalia in hyeme abſtinent à cibo, & non comedunt tempore extenſo; quia tunc natura occupatur in rectificando illud, quod eſt in corporibus eorum ex humoribus crudis, & adminiſtrando ipſum loco eius, quod reſoluitur; ſed ad vltimum neceſſitas cibi inducitur, vt ſuppleat locum eius quod reſoluitur. Cum autem non eſt reſolutio, aut reſolutio parua, non eſt neceſſarius cibus exterior. Eſt ergo auaritia velut quædam febris ardentiſſima, quæ ita animam occupat vt nulla reſolutio fiat. Non enim anima auari patitur, niſi per eleemoſynarum largitionem, vel liberalitatis dationem vt ſua pecunia, vel temporalis ſubſtantia reſoluatur, id eſt, exponendo, vel conſumendo minuatur. Eſt enim in corde auari morbus cupiditatis, circa cuius impletionem tantum laborat auarus congregando, quod omnino refugit diſtractionem in dando.

dando. Vnde quia anima eius eſt ſic occupata temporalium affectionibus, deſtruitur in ipſa ſpiritualium appetitus: ſunt enim in auaris crudi humores, id eſt, crudeles, & impiæ conceptiones, quæ ita replent & occupant animam, vt omnem ab eis excludant pietatis, & charitatis affectum. Prou. Viſcera impiorum crudelia. Prou. 12.

Quarto prouenit deſtructio appetitus ſpiritualis ex amoris remiſſione, ſicut ex debilitate hepatis debilitatur virtus appetitiua, vt Auic. dicit: Nam velut debilitas hepatis tepiditas eſt amoris, quæ appetitum minuit, quia quanto quis Deum tepidius diligit, tanto minus ſpiritualia attingit ac appetit, & tanto magis afficitur anima ſpiritualium ſapore, quanto magis incaleſcit diuina dilectione: Nam & aqua tepida inducit abominationem & vomitum ciborum. Apocal. Quia tepidus es, incipiam te euomere: vnde ſicut tepiditas aquæ, ita & tepiditas animæ nauſeam & abominationem inducit ciborum ſpiritualium.

Quinto quoque deſtruitur ex ſolicitudinum multiplicatione: quia ſicut perditur appetitus corporalis propter vermes exiſtentes in ventre, ita perditur appetitus ſpiritualis propter ſolicitudines temporalium exiſtentes in mente. Nam vermes huiuſmodi (vt dicit Auic.) nocent inteſtinis quibus communicat ſtomachus, & ideo mouent ſtomachum ad vomendum, non ad comedendum, & attrahendum. Sic temporales ſolicitudines in corde exiſtentes, potius mouent ad expellendum affectum ſpiritualium, quam ad appetendum ea. Grego. quanto acriori cura anima inardeſcit ad infima, tanto tempore damnabilis refrigeſcit à ſummis. Sexto deſtruitur etiam appetitus ſpiritualis ex rancoris conceptione, ſicut deſtruitur appetitus corporalis propter impragnationem, & retentionem menſtruorum. Nam quaſi mulier prægnans, & portans conceptum in ventre, eſt homo tumidus & indignanter portans rancorem in corde. Et quaſi ſanguinem retinet menſtruum, qui effundendi ſanguinem alterius appetitum, vel ſtudium habet. Vel refertur impragnatio ad luxuriam & corruptionem carnis, & præcipue tollit ſpiritualium delectationum appetitum. Apoſt. Animalis, id eſt, carnalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Grego.

Septimo deſtruitur appetitus ſpiritualium dilectionum ex indiſcretione pœnitentiæ, ſicut propter nimium exercitium & laborem inordinatum (ſecundum Aui.) deſtruitur appetitus corporalis cibi. Similiter ex inordinato labore pœnitentiæ, vel abſtinentiæ, vel exercitij ſpiritualis, plerumq; incurritur grauedo, & laſsitudo accidia, quæ ſic animæ appetitum deuaſtat, vt nil amplius boni ei agere libeat. Vnde ſicut Tull. dicit. In omnibus negotiis priuſquam aggrediaris adhibenda eſt diſcretio. Conſidera ergo ne nimis capias: Nam in prouerbiis dicitur. Qui nimis capit, parum ſtringit, & proiiciendum eſt onus ſub quo in vita deficias, iuxta illud. Qui plus poſſe putat, ſua quam natura miniſtrat. Poſſe ſuum ſuperans ſe minus eſſe poteſt. Cic. de offic. Prou. 15.

Apoſtolorum perfectio, & aliorum qui ſecuti ſunt eos, aſsimilantur lateri: Eis enim promiſit Chriſtus, quod erunt aſſeſſores & collaterales ſui in iudicio, vt dicit gloſſa ſuper illud Pſal. Cadent à latere tuo mille: & hæc ſimilitudo apparet congrua triplici ratione. Pſal. 90.

Primò ratione diſcretionis: diſtinguitur enim in corpore duplex latus ſ. ſiniſtrum, & dextrum. Ex qua diſtinctione intelligitur duplex perfectio eorum, vna quantum ad vitam præſentem, & hoc pertinet ad latus ſiniſtrum: Siniſtrum enim latus eſt quod clypeo munitur, quod gladio, vel enſe accingitur, quod ponderibus portandis ſubijcitur: vnde & leua vocatur à leuando, eo quod ſit aptus ad leuandum aliquid, & portandum. Et hæc

omnia bene competunt Apoſtolis, & eorum ſequacibus : quia ipſi ſcutum fidei fortiter tenuerunt, enſe, vel gladio verbi Dei fortiter pugnauerunt, & tribulationum, & laborum & perſecutionum onera longanimiter portauerunt. Eſt alia perfectio eorum quantum ad ſtatum gloriæ, & id ſignificatur per latus dextrum, quod eſt potius ſiniſtro : vnde dextra Dei vocatur vbi ſunt potiora bona, ſcilicet gloria : & ideo Chriſtus ibi dicitur ſedere.
Matth. 20.
Hanc duplicem perfectionem petiuit pro filiis mater filiorum Zebedei, cum dixit : dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram : de qua tamen quia non rectum intellectum habebat, dixit Chriſtus : Neſcitis quid petatis, & poſtea ſubdit. Sedere autem ad dexteram, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à Patre meo.

Secundo, ratione compoſitionis : Nam partes laterum, quæ dicuntur coſtæ, quia interiora cuſtodiunt, componuntur ex oſſibus: ſunt.n. in coſtis (vt dicit Conſt.) 14. oſſa, ſeptena & ſeptena ex vtroque latere collocata. Septem oſſa quæ ſunt in latere ſiniſtro, ſiue coſtæ, ſunt ſeptem virtutes, ſ. tres Theologicæ, & quatuor Cardinales, quibus in præſenti vita Apoſt. & eorum ſequaces inſtituti, & muniti fuerunt. Vel fortè repræſentant perfectionem ſeptem donorum Spiritus ſancti. Sed ſeptem coſtæ in latere dextro, ſignant ſeptem dotes, ſ. tres animæ, quæ ſunt, viſio quæ ſuccedit fidei, inhæſio, quæ ſuccedit ſpei, & fruitio, quæ ſuccedit charitati. Et quatuor erunt corporis glorificati, ſ. claritas, quæ reſpondet prudentiæ, ſubtilitas, i. ſpiritualitas, quæ reſpondet iuſtitiæ : erit enim corpus ſpirituale totaliter ſubiectum ſpiritui, agilitas, quæ reſpondet temperantiæ impaſſibilitas quæ reſpondet fortitudini.

Tertio, ratione paſſionis, quia licet latus multipliciter patiatur ex ventoſitate, tamen ex ciborum multitudine generata, miro modo comprimitur, ita vt ſæpe homo moriatur. Sic quamuis ſancti multa patiantur aduerſa, tamen eis ventus ſuperbiæ, vel vanæ gloriæ, maximè eſt timendus, quia maxime ſpirituales viros infeſtat. Et dicit Hyppocrates, quod
Hyppo. in pro.
in acutis ægrum iacere in latere, & præcipuè dextro, bonum ſignum eſt, quia ſignificatur, quod loca vicina cordi non ſunt opilata, neque malo modo oppreſſa, ſed ad ſe dilatata, ſic bonum eſt ſignum iacere in latere ſiniſtro, inſiſtendo vitæ actiuæ, ſed melius in
Greg. in ſer.
dextro, inſiſtendo contemplatiuæ. Gregor. Magna ſunt vitæ actiuæ merita, ſed contemplationis potiora, vnde neque auferri vnquam Mariæ pars dicitur, quia actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt; contemplatiuæ vero gaudia, melius ex fine conualeſcunt. Et ſimi-
Bern.
liter B. Bern. hoc idem opinans dicit, bonum acquirit gradum, qui bene miniſtrauerit proximo; forte meliorem qui bene vacauerit Deo; optimum autem qui perfectus eſt in vtroq;
Idem ca. 11.
Auditus interior, & perceptio verbi Dei, ſimilis debet eſſe auditui corporis exteriori : Nam ad perfectionem auditus corporis quinque ſunt neceſſaria, quæ ſuo modo requiruntur ad auditum interiorem.

Primum eſt potentia ſentiens, ſ. virtus animalis auditiua. Sic oportet quod ſit interius in anima virtus ſpiritualis gratiæ, quæ faciat ipſam animam ſpiritualiter ſentire, & auide
Greg. in quodam ſerm.
percipere quæ dicuntur. Vnde Greg. dicit, quod niſi Spiritus ſanctus auditorum corda impleat, ad aures corporum vox docentium incaſſum ſonat : Formare enim vocem magiſtri exterius poſſunt; ſed hanc imprimere interius non valent. Quia igitur hæc virtus à Deo eſt, ſicut virtus auditiua ab anima, ideo dicitur : Qui eſt ex Deo verba Dei audit.
Ioan. 8.

Secundum inſtrumentum conueniens (ſecundum Conſtantinum) eſt quoddam os poroſum, ſiue cartilaginoſum, quod eſt concauum, ſiccum, & durum. Concauum quidem

eſt vt

eſt vt ſua concauitate ſpiritum concaueat, & aerem: Tortuoſum eſt, ne ſtupor ex ſubita & vehementi alliſione ſpiritum lædat audibilem, & ideo organi circularitate ſonus temperate ſuſceptus, ſpiritum audibilem non reuerberat, ſed delectat. Durum etiam eſt, vt in eo mollior fiat aeris colliſio, vt ſic ſonitus maior fiat: Vnde tympanum melius reſonat flante Borea, qui eſt ventus frigidus, & ſiccus, quam flante Auſtro, humido atque lento (vt ait Conſtantinus.) Similiter etiam interior animus, vt ſit doctrinæ auditæ efficaciter receptiuus, oportet primo quod ſit concauus per humilitatem. Gregorius. Via Domini ad cor dirigitur, cum ſermo veritatis humiliter auditur. Gregor. in homil.

Item oportet quod ſit tortuoſus per ruminationem, ſcilicet, vt verbum receptum, quod cibus mentis eſt, non ſubito tranſeat, ſed diutius, ſiue frequentius ruminet vel reuoluat: Illud enim quod vadit per tortuoſum meatum, non ſubito, ſed lentè, & tractim gyrando pertranſit. Sic etiam verbum auditum non debet homo dimittere; ſed frequenter in corde conferre & reuoluere, ſicut de beata Virgine dicitur, quod conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Luc. 2.

Item debet eſſe durus & ſiccus per retentionem: Nam res dura & ſicca melius retinet & cuſtodit id quod recipit quam tenera, & mollis. Luca. Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Sed ſecundum Ariſtot. organum auditus eſt aer, qui continetur intra aures incluſus in miringa, id eſt in quadam pellicula, & ille aer oportet quod ſit firmus, qui ſi haberet proprium motum, vel ſonum, non perciperet ſonum exteriorem. Sicut patet in his, quibus ex motu talis aeris tinniuntur aures. Sic anima hominis debet doctrinã verbi recipere in interiori memoria, & firmiter perſeuerare in ea. Ioan. Si verba mea in vobis manſerint, &c. Grego. Multi legunt, & ab ipſa lectione ieiuni ſunt. Multi vocem prædicationis audiunt; ſed poſt vocem vacui recedunt; quorum ſi venter comedit, viſcera non replentur; quia, & ſi mente intellectum ſacri verbi recipiunt, obliuiſcendo, & non ſeruando quæ audierunt, hoc in cordis viſceribus non reponunt. Iacob. Non auditor obliuioſus factus. Luc. 11. Ariſt. li. de ſen. & ſen. Ioan. 14. Greg. ſuper Eze. Iac. 1.

Tertium eſt neceſſarium medium ordinatè ſenſatum deferens: Defertur enim ſonus ad aurem (ſecundum Conſtantinum) hoc modo, quod duo nerui ab anteriori parte cerebri procedentes, in oſſibus aurium infiguntur, per quos ſpiritus audibilis ad prædicta oſſa defertur, quibus exterior aer formam ſoni referens immediatè coniungitur. Vnde aer percuſſus illa oſſa collidit, & ſpiritus in eis exiſtens, ſecundum proprietatem exiſtentis ibi aeris, & neruos allidentis, immutatur, qui ſic immutatus, recurrens ad ſuam cellulam, phantaſticam immutationem repræſentat, & ſic auditum cauſat. Sicut igitur ſonus rei corporalis defertur ad aurem mediante exteriori aere, ita & ſonus doctrinæ ſpiritualis transfunditur ad audientis intellectum, mediante exteriori Doctore, vel Prædicatore. Vnde Apoſt. dicit, quod fides eſt ex auditu, & auditus per verbum Dei. Et ideo de Apoſtolis prædicantibus dicitur in Pſal. In omnem terram exiuit ſonus eorum; propter quod qui vult impleri diuina ſapientia, oportet, quod frequentet prædicationes & ſcholas. Prouerb. Cor ſapiens quærit doctrinam: propter quod etiam dicit Hugo de ſancto Victore, quod prudens auditor omnes libenter audit, omnia legit, non ſcripturam, non perſonam, non doctrinam ſpernit, ab omnibus indifferenter, quod ſibi deeſt, id eſt deeſſe videt, quærit, non quantum ſciat, ſed quantum ignoret conſiderat. Conſt. Rom. 10. Prou. 15. Hugo.

Quartum eſt anima intendens, quia cum anima intenta eſt circa vnũ, non bene intendit ad aliud.

ad aliud. Vnde homo ſæpe hominibus intendens alijs, campanam pulſantem non audit. Sic etiam verba Dei homo interiori auditu non percipit, niſi circa ea intentionem apponat; vnde dum eſt in prædicatione, non debet cogitare de alijs, neque debet intendere ad ſonum verborum tantum, vel ad ornatum, ſed magis ad ſpiritualem ſenſum, cuius contra-

Sene. in epi. rium multi faciunt. Vnde Sene. Quidam veniunt vt audiant, & non addiſcant, ſicut in theatris voluptatis cauſa, ad delectandas aures, oratione, vel voce, vel fabulis ducuntur. Magnam partem auditorum videbis, cui philoſophiæ ſchola diuerſorum ocij ſit; non illud agunt, vt aliqua illic vitia deponant, vt aliquam legem vitæ accipiant, quæ mores ſuos erigat, ſed vt oblectamento aurium perfruantur. Aliqui etiam cum pugilaribus veniunt, non vt res accipiant; ſed verba, quæ tam ſine fructu alieno diſcunt, quam ſine ſuo audiunt.

Quintum eſt obiectum temperatum, & proportionatum, quia auditus, & vniuerſaliter omnis ſenſus, in extremis contriſtatur, & in medio delectatur, vnde nimis fortis ſo-

Amb. in hexa. nus corrumpit, & tollit auditum. Et ideo dicit Amb. quod incolæ Regionis illius, vbi Nilus fluuius oritur, ſunt auditu priuati, propter nimium ſtrepitum ipſius fluuij de monte cadentis. Sic doctrina ſpiritualis debet eſſe proportionata auditorum capacitati, vt ſcilicet ſecundum qualitatem & capacitatem auditorum formetur ſermo doctorum. Vnde qui-

1. Cor. 4. buſdam adhuc rudibus Apo. dicebat: Tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam.

Item auditus verborum Dei qualis eſſe debeat, oſtenditur ex ipſis auribus.

Primo, quia ipſæ aures ſemper ſunt apertæ: non enim aliquando clauduntur ſicut ipſi oculi, vel os; ex quo oſtenditur, quod homo ad audiendum verba Dei debet eſſe ſemper

Iac. 1. paratus. Iacob. Sit homo velox ad audiendum. Vnde aures (ſecundum Iſido. dicuntur

Iſid. li. ety. ab hauriendis vocibus.

Secundo, quia aures ſunt cartilaginoſæ, quod duabus de cauſis fuit neceſſarium.

Primo, propter defenſionem. Defendit enim ne quid nociuum decidat in auditum.

Secundo propter iuuamen, quia ſcilicet vox percuſſi aeris cum ad cartilaginem venerit, ibi fortius adunatur intra foramina auditus, & ſic vnitus melius percipitur ſonus. Quod ergo aures ſunt cartilaginoſæ, ſignat quod id quod homo audit, ne poſtea per obliuionem perdatur, debet in charta ſcribere; ſtultum enim eſt propter confidentiam memo-

Eccl. 38. riæ nihil ſcripturæ commendare; ſicut Hiero. dicit, & Eccle. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis.

Tertio quoque, quia aures ſunt perforatæ, ſed hæc ſunt foramina ſicut torcular tranſuerſa, ne frigidus aer nimis cito intrans, interiores panniculos lædat, & ne nociuum aliquod accidat quod auditum impediat, vt dicit Conſtan. In quo ſignatur, quod qui verba Dei audiunt, debent ea tranſuertere meditando, & recitando frequenter, vel verba audita tranſuertunt, qui ea corde perſcrutando diſcernunt, & in effectu operis vlterius con-

Bern. in Epiſt. uertunt. Vnde Berna. dicit, quod auris bona, & quæ libenter audit vtilia, prudenter diſcernit audita, obedienter operatur intellecta. Pſal. In auditu auris obediuit mihi.

Pſal. 17. Quarto quoque, quia aures ſunt multipliciter paſſiuæ: nam aliquando patiuntur ex apoſtematione. Et hoc ſpiritualiter accidit, quando homo ex aliquo verbo relato, vel iniurioſè dicto, concipit contra aliquem odium, vel rancorem: tunc enim odium conceptũ, eſt vt apoſtema auris interioris. Aliquando vero auris patitur ex vermium ſubintratione, & hoc eſt, quando ex aliquibus corruptis verbis ſubintrant tentationes, & concupiſcentiæ car-

tiæ car-

tiæ carnales, ſicut Apo. dicit, quod corrumpunt mores bonos colloquia praua. Aliquando I. Cor. I
vero patitur ex humorum coadunatione, quaſi autem incorrupti humores ad aurem confluentes, ſunt falſa opiniones, quæ ex doctrina hæreticorũ prauè docentiũ generantur. Aliquando vero patitur auris ex mala nerui diſpoſitione, ſeu contractione; & hoc eſt, quando aliquis ex alicuius verbis & ſuggeſtionibus retrahitur à bono faciendo; quia retractio operis boni, eſt vt quædam contractio nerui. Aliquando vero auditus non habetur ex defectu foraminis, ſicut cum in puero procreato natura inſtrumentum auditus perforare neglexit quod vtique eſſe potuit, vel propter naturæ defectionem, vel propter inobedientiam materiæ. Sic etiam aliquando deficit aliquis circa verbum Dei quia illud, quod audit, non penetrat ad cor eius, quod eſt, vel ex defectu naturali intellectus, ſcilicet, quia non intelligit Matth. 15.
quod audit; ſicut Dominus dixit diſcipulis adhuc rudibus. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis. Vel quia non recipitur ab affectu & voluntate obediendi, vel faciendi, contra quod dicitur: Eſtote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. Ariſt. de ani.

Quinto, quia aures hominis ſunt paruæ. Nam (ſicut dicit Philoſophus) homo inter omnia animalia habet aures immobiles, & breuiores, ſed ad audiendum maximè efficaces, & hoc eſt propter bonitatem complexionis. In quo quidem ſignatur, quod homo Iac. I.
debet eſſe in audiendo firmus, & quietus, ſicut Maria Magdalena, quæ ſedebat ſecus pedes Domini, & audiebat verbum illius. Et hoc ſignat aurium immobilitas; ſed Martha econuerſo mouebatur in miniſtrando.

Item ſignificatur in breuitate aurium, quod homini delectabilis & competens eſt, non prolixata; ſed breuis doctrina: vnde prædicationes & lectiones, non debent eſſe longæ, ſed breues, & ſuccinctæ, quæ auditum delectent, & animum non grauent. Vnde Hugo de Hug. li. 5. in
ſancto Victore dicit, quod lectio duobus modis animo faſtidium ingerere ſolet, & affligere diaſco.
ſpiritum, in qualitate videlicet, ſi obſcurior fuerit, & quantitate, ſi prolixior extiterit. In vtroque magno vti moderamine oportet, ne quod ad refectionem quæſitum eſt, ſumatur ad ſuffocationem. Vel in eo, quod homo habet aures breues, ſed efficaces, ſignatur, quod ex paucis auditis debet multa conïicere; quia ſicut terra bona ex paucis ſeminibus plurima gramina producit, ſic ſapiens ex paucis verbis auditu plurimas ſententias colligit, propter quod in Prou. dicitur, quod pauca verba ſapienti ſufficiunt. Prou. 14.

Charitas aſsimilatur dorſo propter quatuor. Idem ca. 13.

Primo, quia dorſum eſt onerum portatiuum: vnde dorſum à duritia eſt dictum, eo quod ſit forte, & durum ad onus portandum, & durabile ad duritias ſuſtinendum, vt dicit Iudo. Et dorſi cutis ſpiſſior, & durior eſt, quam in cæteris partibus animal. Hæc au- Iſid. lib. Ety.
tem omnia competunt charitati, de qua Apo. dicit, quod omnia ſuffert, ſcilicet onera pro I. Cor. 13.
Chriſto Augu. Sarcina Chriſti, quæ infirmitati grauis eſt, leuis efficitur charitati. Can- Auguſt.
tic. Fortis eſt vt mors, dilectio. Et ideo dorſum charitatis, faciliter portat onus tribula- Cant. 8.
tionis, vnde Pſal. Poſuit tribulationes in dorſo noſtro. Sed nota, quod dorſum in homine Pſal. 65.
etiam vocatur tergum, eo quod illo reſupini in terra iacemus, quod nullum animal facit niſi homo. Vnde bruta in ventre, aut in latere iacent. Sed homo reſupinus dum tergo terræ inhæret, oculos ad cælum habet, quæ etiam charitati conueniunt, quæ & terrena bene diſpenſat per actiuam, & cæleſtibus ſemper intendit per vitam contemplatiuam. Ad primum enim horum inclinat amor proximi, ad ſecundum vero facilius erigit amor Dei, vnde Apo dicit, in charitate radicati & fundati, vt poſsitis comprehendere cum omnibus Epheſ. 2.
ſanctis, quæ ſit latitudo, longitudo, ſublimitas, & profunditas. Eſt enim charitatis ſubli-

mitas in altitudine contemplationis, eſt vero charitatis profundũ in humilitate actionis.

Secundo, quia dorſum eſt omnium aliorum oßium fundatiuum: quia omnia fundata ſunt ſupra ipſum, ſicut ſupra carinam nauis. Et ſic charitas eſt fundamentum quoddam omnium virtutum, & primus lapis huius fundamenti eſt Chriſtus, quia ipſe exemplum, & mandatum primum attulit perfectæ charitatis. Vnde dicit: hoc eſt præceptum meum,
Ioan. 15. *vt diligatis inuicem, &c.*

Secundo vero lapides huius fundamenti fuerunt Apoſtoli, & prophetæ etiam per fidem Chriſti venturi in fundamento Eccleſiæ collocati, & ſuper hos poſtea aliorum fidelium
Epheſ. 2. *eccleſiæ fabrica eſt erecta. Vnde Apoſt. dicit eis: Eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Ieſu.*

Tertio, quia dorſum eſt viſcerum defenſiuum, & operatiuum. Viſcera fæcem & tur-
1. Pet. 4. *pitudinem continentia, ſunt peccata, quæ charitas operire dicitur in homine pænitente.*
Prou. 10. *Pet. Charitas operit multitudinem peccatorum. Pro. Vniuerſa delicta operit charitas. Ipſa etiam charitas peccata excuſando, & purgando, defendit apud iudicium Dei: vel ipſa defendit viſcera, id eſt, interiores virtutes, in quibus nutrimentum animæ contine-*
Greg. *tur, ne attentationibus, vel perſecutionibus lædantur. Greg. Charitas ſancta cor pacificat, & mentem in tentationibus corroborat. Glo. Nullum permittit Deus cadere, qui ei ſeruit vero amore.*

Quarto, quoque, quia dorſum eſt multarum læſionum ſuſceptiuum: Dorſum enim patitur verberationem, & excoriationem, & multa alia mala. Sic ſancti propter dilectionem Dei & proximi, ſuſtinuerunt excoriationem, ſicut patet de B. Barth. Apoſtolo, & verbera ſecundum illud. Alij ludibria & verbera experti, & multa alia mala, vt ſub-
Pſal. 128. *ditur ibidem; & multa etiam ex charitate pro aliorum peccatis ſuſtinuerunt, Pſal. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.*

Item charitas aßimilatur ſenſui tactus propter quinque.

Ariſt. 2. de ani. *Primo ratione organi. Nam organum tactus (ſicut dicit Philoſophus) non eſt caro, quia in nullo ſenſu poteſt fieri ſenſatio ſi tangitur organum: vt ſi quis aliquod corpus ponat album in ſuperficie oculi, non videtur: ſed tactus ſenſit ſenſibilia poſita ſupra carnem*
Ariſt. de ſen. & ſen. *& ideo caro non eſt organum tactus: & idcirco (ſicut Ariſt. dicit) organum ſenſus tactus, eſt aliquod intrinſecum circa cor: organum enim tactus, & ſi non poßit eſſe à qualitatibus tangibilibus totaliter denudatum, propterea, quia huiuſmodi qualitates ſunt elementorum ex quibus ipſum organum componitur: tamen oportet ipſum eſſe medium temperatum, vt ſit in potentia ad obiecta tangibilia, ſicut medium ab anima. Vnde quanto animal habet complexionem magis reductam ad medium, tanto eſt melioris tactus. Oportet ergo quod organum tactus ſit multum terreſtre, quia terra minus inter elementa habet de virtute actiua & oportet, quod ſit poſitum in loco calidißimo circa cor, ex cuius caliditate terræ frigiditas ad temperiem reducatur. Sicut ergo organum, & principium tactus, non eſt caro, ſed aliquid circa cor, cuius ſignum eſt, quia ſi læſio accidat in locis circa cor, eſt maximè doloroſa. Sic etiam amor charitatis non eſt amor carnalis, ſed*
Deut. 6. *ſpiritualis in corde radicatus, ſecundum illud, Diliges Dominum Deum tuum ex toto cor-*
Rom. 5. *de tuo. Vnde circa cor videtur eſſe proprium organum charitatis: propter quod dicit Apo.*
Aug. in reg. *quod charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctum qui datus eſt nobis, Aug. Non autem carnalis, ſed ſpiritualis inter vos debet eſſe dilectio: ergo organum ſpiri-*

tualis

tualis amoris non caro eſt, ſed cor.

Secundo ratione medij. Medium enim in ſenſu tactus (vt dicit Philoſophus) eſt duplex vnum intraneum, & connaturale, ſcilicet caro, aliud extraneum, & accidentale, ſcilicet aer, & aqua: Nam ea quæ ſe tangunt in aqua, tangunt ſe mediante aqua, quia illud quod eſt in aqua oportet eſſe humectatum & alia humiditas cum ſit qualitas aquæ, non poteſt eſſe ſine ſuo ſubiecto, quod eſt aqua. Et ſimile eſt de his qui ſe tangunt in aere, cum etiam aer ſit humidus: ſed magis latet nos de aere quam de aqua quod ſit medium, propter hoc quod continuè ſumus in aere, & ideo interceptibiliter ſubaret nobis. Sicut etiam de aqua latent animalia quæ ſunt in aqua, quia ſcilicet non percipiunt aquam quæ eſt inter ipſa & corpora tangentia.

Ariſt. de ani.

Item magis latet de aere, quia ſubtilior eſt, & minus ſenſu perceptibilis. Similiter in amore charitatis diuinæ, medium, ſcilicet naturale, & intrinſecum, eſt caro & humanitas à verbo Dei aſſumpta: quia per incarnati Verbi myſterium, noua mentis noſtræ oculis lux diuinæ claritatis infulſit: vt dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inuiſibilium amorem rapiamur, vt Grego. dicit. Vnde hortatur Auguſtin. dicens: Ama amorem illius, qui amore tui amoris, deſcendit in vterum Virginis, & ibi amorem ſuum amori tuo copulauit, humiliando ſe, ſublimando te, coniungendo lumen ſuæ æternitatis limo tuæ mortalitatis. Propter hoc Berna. dicit, quod quicquid blanditur de carne propria, vel aliena, ſacroſanctæ carnis Chriſti amori poſtponere debemus. Et ſecundum eundem Bern. Ipſa carne ſua mediante, Chriſtus dilexit nos ſapienter, fortiter, & dulciter. Dulciter, quia carnem induit: ſapienter, quia vitia carnis curauit: fortiter, quia in ea mortem ſuſtinuit. Sed quaſi medium extraneum eſt proximus, vel alia creatura viſibiles, quibus mediantibus ducimur ad diuinæ bonitatis notitiam, & amorem. Vnde Auguſt. dicit: Cælum, & terra, & omnia quæ in eis ſunt, ecce mihi vndique dicunt, vt amem te Deus, neque ceſſant dicere omnibus ita, vt inexcuſabiles ſint: Intellige per aquam groſsiorem creaturam, corporalem viſibilem. Per aerem, ſubtiliorem & imperceptibilem: quibus omnibus mediantibus in Dei amorem manu ducimur.

Greg. in præfat.
Aug. lib. de cathe. rub.
Bern. in Cant.
Aug. lib. conf.

Tertio ratione inſtrumenti, quia licet tactus fiat per quodlibet membrum corporis, tamen inter omnia membra exteriora manus videntur propria inſtrumenta ad palpandum & tangendum, quas natura temperatas hac ratione compoſuit, vt calida & frigida facilius ſentirent. Et ſunt concaua, & neruoſa, & temperata. Concaua, vt melius tangenda percipiant, & tenenda fortius teneant: neruoſæ, vt ſint fortiores, & vt ibi vigeat ſenſibilitas: quia omne neruoſum ſenſibile eſt. Temperata vero fuerunt, vt à re qualibet facilius immutentur. Sicut ergo ſenſus tactus viget in manibus, ita amor charitatis in operibus: manibus enim præcipuè nos operamur, Ioan. Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere. Gregorius. Nunquam eſt amor Dei ocioſus: operatur enim magna, ſi eſt; ſi autem operari deſinit, amor non eſt. Sed attende quales ſunt manus, id eſt, opera charitatis, quia concauæ ad operandum humiliter, neruoſæ ad operandum fortiter, & temperata ad operandum delectabiliter, quia temperata delectant, extrema vero conturbant.

Ioan. 3.
Grego. in hom.

Quarto, ratione ſubiecti, quia ſcilicet ſenſus tactus videtur eſſe ſubiectum & fundamentum omnium aliorum ſenſuum, ſine quo non ineſt animalibus aliquis ſenſus, ſed non è conuerſo. Vnde ſenſus tactus de neceſsitate ineſt omnibus animalibus, ſine quo nullum animal eſſe poteſt, vt probat. Philoſophus Alij autem ſenſus non inſunt de

Ariſt. 3. de ani.

neceſsi-

neceſſitate, ſed ſunt de bene eſſe. Neque eſt inſtantia de guſtu, quamuis nullum animal poſſit viuere ſine alimento; quia guſtus prout ſusceptiuus eſt alimenti, eſt quidam tactus: prout autem diſtinguitur à tactu, ſic eſt diſcretiuus ſaporum, qui faciunt alimentum delectabile, vel triſte; vt accipiatur faciliter, vel refutetur. Sicut ergo tactus eſt aliorum ſenſuum fundamentum, ita vt nullus ſine eo eſſe poſſit; ſic quoque charitas eſt omnium virtutum forma & complementum, ita vt ſine ea nulla vera virtus & perfecta eſſe

Epheſ. 3. *poſſit. Et ideo Apoſtol. dixit, vt ſupra allegatum eſt. In charitate radicati & fundati.*
Greg. in homil. *Gregor. Vt multi arboris rami ex vna radice prodeunt, ſic multa virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis, ſi non manet in radice charitatis.*

Quinto, ratione obiecti: Eſt enim tactus diſcretiuus & perceptiuus qualitatum tangibilium: qualitates autem tangibiles ſunt, calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, durum & molle, & quadam huiuſmodi vt graue, & leue, acutum, & hebes, & ſimilia; qua etiam omnia adaptantur charitati, qua facit hominem calidum, & frigidum, calidum circa ſpiritualia, & frigidum circa temporalia: humidum & lacrymoſum, compatiendo, ſiccum abſtinendo, durum ad tolerandum, mollem ad parcendum, grauem & maturum in motibus, leuem & promptum, & velocem in operibus, vel grauem in corripiendo, leuem, id eſt, velocem in obediendo, vel quia amor omnia facit leuia, & facilia.

Item acutum in contemplando, & hebetem in malignando: Neſcit enim amicus de
1. Cor. 13. *aliis malignari. Corinth. Charitas non cogitat malum.*
Idem ca. 14. *Cibo ſpirituali qualiter nutriendus ſit ſpiritus, oſtenditur exemplo ſtomachi.*

Primo, quia ſtomachus eſt ciborum receptiuus. Vnde ſtomachus Gracè dicitur, os La-
Iſid. lib. ety. *tinè, eo quod ſit oſtium ventris ad cibum recipiendum, vt dicit Iſid. Eſt etiam ſtomachus figura rotunda factus, vt cibum recipiat, quantitatis amplioris. Stomachus autem humanus in ſuperiori parte eſt ſtrictus, in inferiori latus, & hoc neceſſarium fuit. Nam cum homo inter catera animalia ſit erectus, cibus eius ſemper ad inferiora deſcendit, & ideo perutilis fuit inferior latitudo, vt in ea cibi poſſit recipi multitudo, qua omnia oſtendunt ſtomachum eſſe receptaculum ciborum. Sic homo cibum ſpiritualis doctrina, de quo*
Matt. 4. *Matth. Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei ſiue la-*
Pſal. 79. *crymoſa pœnitentia, de quo Pſalm. Cibabis nos pane lacrymarum; ſiue caleſtis obedien-*
Ioan. 4. *tia, de quo Ioan. Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me; debet diligenter ſuſcipere, primum cum pradicatur, ſecundum cum inſpiratur, tertium cum impe-*
Act. 9. *tratur. Act. Cum recepiſſet cibum, confortatus eſt.*

Secundo ſtomachus eſt retentiuus ciborum. Et hinc eſt quod ſtomachus interius eſt factus aſper, & villoſus, vt cibum melius retinere poſſit. Nam ſi eſſet lubricus, & in ſuperficie planus, cibus ab eo recederet indigeſtus. Sic anima ſpiritualis cibi non ſolum receptiua eſſe debet; ſed etiam retentiua, & pracipuè cibi ſacra doctrina, id eſt, verborum Dei, qua non ſolum recipi debent ad audientiam vel intelligentiam, ſed etiam retineri per me-
Ioan. 15. *moriam. Ioan. Si verba mea in vobis manſerint, &c. Greg. Verba Dei qua aure perci-*
Gregor. homil. *pitis, mente retinete; cibus enim mentis ſermo Dei eſt. Et quaſi receptus cibus ſtomacho languente reiicitur, quando ſermo auditus, in ventre memoria non retinetur: ſed quiſquis alimenta non retinet, huius profectò vita deſperatur. Æterna ergo mortis periculum formidate, ſi verba vita, & alimẽta iuſtitia, qua aure percipitis, in memoria non retinetis.*

Tertio,

Tertio, quoque ſtomachus eſt ciborum digeſtiuus. Vnde ſtomachus factus eſt in fundo carnoſus, vt confortetur in eo digeſtio: Caro enim eſt calida & humida, ex quibus qualitatibus maximè digeſtio confortatur. Per digeſtionem autem corporalem nutrimentum transſmutatur, & alteratur, & efficitur ſimile nutrito. Vnde alimentum quod in principio digeſtionis eſt diſsimile, in fine omnium digeſtionum efficitur ſimile nutrito, vt dicit Philoſophus. Sed de cibo ſpirituali eſt è conuerſo, quia non tranſmutatur verbum Dei in mentem, ſed potius mens in ſimilitudinem verbi: Interdum enim verbum eſt diſsimile, & contrarium menti. Nam verbum humilitatis menti ſuperbæ contrariatur, menti luxorioſæ verbum charitatis, & menti crudeli verbum pietatis, quando ergo verbum auditum eſt tantæ efficaciæ, vt poſsit mentem alterare, & ad ſe conuertere, puta vt mens ſuperba efficiatur humilis, luxurioſa caſta, crudelis pia, tunc digeſtio verbi facta eſt. Et ad digeſtionem hanc ſimilitudine alia hortatur Dominus, dicens: Eſto conſentiens aduerſario tuo. Aduerſarius enim iſte (vt Augu. exponit) ſermo diuinus eſt, qui peccatori aduerſatur, peccatum prohibendo, vel iuſtitiam ſuadendo, ſiue præcipiendo; cui peccator conſentire debet, & obedire, ſi non vult in æternum perire. Notandum etiam, quod ſicut digeſtio corporalis cibi fit mediante calore naturali, (propter quod Philoſophus dicit, quod digeſtio eſt completio humidi à proprio naturali calore facta ex contraiacentibus paſsionibus, quæ ſcilicet ſunt in ipſo humido.) Sic digeſtio ſiue tranſmutatio ſpiritualis ipſius animi, fit mediante amore ipſius verbi auditi; quia niſi homo afficiatur ad ea quæ audit, non tranſmutatur ab eis. Verba enim quæ non placent, animum non mouent; & ideo dicit Auguſt. quod Doctor agere id debet, vt non ſolum intelligatur, verum etiam, vt libenter & obedienter audiatur. Ariſt. 2. de ani. Matth. 5. Ariſt. 4. meth.

Item ſtomachus ab hepate circundatur, vt ad ciborum digeſtionem ei maior copia caloris miniſtretur. Epar enim ſuis quinque fruſtulis, ſiue linguis ſtomachum circuncingit, & ei calorem dum tribuit, ſuccoſitatem vnde ſanguis generatur, per quaſdam venulas ab eo recipit. Quinque ergo fruſtula, ſiue fibræ, quæ ſunt extremitates hepatis, quinque opera ſunt præcipua noſtri Redemptoris, quæ animum noſtrum calefacere debent, & ad eius verba amplectenda plurimum inflammare, ſcilicet incarnatio, paſsio, deſcenſus ad inferos, Reſurrectio, & in cœlum aſcenſio; vel forte ſunt quinque vulnera ipſius Saluatoris, ad quæ dum homo animi deuotionem dirigit, humorem quendam lacrymoſi amoris, & deuotionis ad hepar, id eſt, ad Chriſtum mittit.

Quarto, ſtomachus eſt ſecundum diuerſam complexionem diuerſorum ciborum appetitiuus, diuerſimodè digeſtiuus. Nam (ſecundum Conſtant.) ſi ſtomachus fuerit naturaliter calidus, cibos groſſos bene digerit, delicatos vero conſumit, & plus digerit quàm eius appetitus fit, & propter ſimilitudinem cibos calidos maximè appetit, nec famem ſuſtinere poteſt. E contra vero frigidus non bene cibaria groſſa digerit, ſed grauatur ex eis, & ea in humores corruptos & acidos citò conuertit. Stomachus vero ſiccus citò ſitit, & parum ei aqua ſufficit. Vnde ſi ſuperfluum biberit, rugitum ei in ventre facit. Si autem ſtomachus fuerit humidus, non ſitit, humidum cibum appetit, ſed parum digerit. Ille igitur habet ſtomachum calidum calore naturali, qui habet animum feruidum amore ſpirituali, & hic groſſa & ſolida cibaria id eſt, alta & difficilia dogmata bene capit, & intelligit, quæ ſunt perfectorum cibus, ſecundum illud. Perfectorum ſolidus eſt cibus. Delicata vero id eſt, mollia & facilia, pro nihilo quaſi ducit. Sed ſemper ſimilia ſibi, id eſt, feruentia, & ignita eloquia concupiſcit, & plus poteſt opere capere, quam præſumpſerit corde, nec Conſt. Heb. 5.

poteſt deſiderium ſuſtinere ocioſum: frigidus autem & imperfectus animus,groſſa, id eſt,
Heb. 5. perfecta, & magna dogmata non poteſt capere, ſecundum illud: Facti eſtis quibus lacte
opus ſit, non ſolido cibo: vnde ſi alta, vel difficilia talibus proponantur, grauantur audire
ea quæ non intelligunt. Vnde plerunque talia documenta vertuntur eis vel in corruptio-
nem erroris, vel in accidiam mentis. Animus autem aridus ab humore deuo-
tionis, & ſi aliquando fortè ſitierit aquam ſalutaris doctrinæ, cito tamen cum audierit,&
de modico ſatiatur, & ſi talibus prædicetur, fortè prolixius, rugiunt murmurando; qui
vero habet humidum animum carnalis concupiſcentiæ humore, non ſitit aquam ſpiritua-
lis doctrinæ; ſed tantum appetit cibum humidum, id eſt, fluxum operis luxuriæ, de quo
Pſal 58. frequenter accidit, quod multum appetit, & parum aſſequitur. Pſal. Famem patientur
vt canes.

Quinto, quia ſtomachus eſt multipliciter paſſiuus: patitur enim euomitionem, indige-
ſtionem, abominationem, inflammationem, eructionem, & multa huiuſmodi. Sic inter-
dum animus contra ſanctam doctrinam patitur euomitionem, cum ipſam per memoriam
non cuſtodit, indigeſtionem cum ipſam non diligit: abominationem cum ipſam audire re-
fugit: inflammationem vero patitur, qui contra ipſam dedignatur, vel qui de ipſa (quan-
1. Cor. 8. do diſcit, vel docet) ſuperbit. Apoſt. Scientia inflat. Sed eructationem, id eſt, ſtomachi
euentationem patitur, qui ex ipſa ventum oſtentationis quærit. Patitur autem iſta ſto-
machus quandoque ex maligna complexione, quandoque ex nimia exinanitione, quan-
doque ex nimia repletione, quandoque ex vigoris defectione, quandoque vero expulſiuæ
virtutis debilitatione. Quaſi autem inordinata complexio humorum in ſtomacho, eſt in-
ordinatio paſſionum, puta amoris, vel odij, vel iræ, & ſimilia, ex qua frequenter accidit,
quod homo eſt male diſpoſitus ad audiendum verbum Dei. Ex nimia paupertatis inani-
tione, vel diuitiarum repletione, quia vtraque ſolicitudinem nimiam tribuit, vel occu-
Prou. 30. patione, frequenter retrahuntur plurimi ab auditu, vel fructu verborum Dei. Vnde Pro-
uerb. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi. Plures autem alij ſunt quibus,& ſi abſit
ſollicitudo ad audiendum, deficit tamen vigor ad id quod audiunt opere implendum. Qui-
dam vero verbum Dei cum magna deuotione audiunt, ſed dum contraria tentationes in-
ſurgunt, quia in virtute expulſiua ipſarum tentationum deficiunt, tentationibus deuicti
Luc. 8. nihil ex auditis proficiunt, quia ſcilicet venit diabolus, & tollit verbum de cordibus eo-
rum, vt dicitur.

Item cibus ſpiritualis doctrinæ requirit quatuor virtutes, quæ ſunt in hominis corpore,
ſcilicet appetitiua, retentiua, digeſtiua, & expulſiua. Oportet enim vt cibum ſpiritualis
Dan. 11. doctrinæ anima primo appetat, ſicut appetebat Daniel, qui propter appetitum ſcientiæ
Cant. Dei vocatus eſt vir deſideriorum. Et ſponſa etiam in Cantic. hunc cibum ſpiritualis do-
ctrinæ appetebat, & expetebat, dicens: Sonet vox tua in auribus meis. Vnde anima
Pſal. 102. quæ hunc cibum faſtidit, ad mortem tendit. Pſal. Omnem eſcam abominata eſt anima
Aug. ſuper Pſal. eorum, vſque ad portas mortis. Auguſtin. Sicut noxium eſt corpori corporeas eſcas non
poſſe percipere, ita periculoſum eſt animæ ſpirituales eſcas faſtidire.

Sen. in epi. Item oportet quod anima audita retineat. Nam ſicut non prodeſt corpori, quod ſtoma-
chus cibum recipiat, ſi receptum ſtatim euomat. Sen. Non prodeſt cibus, neque accedit
corpori, qui ſtatim ſumptus emittitur. Similiter nec verbum auditum prodeſt, ſi ſtatim
obliuioni tradatur.

Item oportet quod mens auditum & retentum digerat, & in bonos humores, id eſt, in
bonos

bonos mores, conuertat.

Item oportet, quod non ſolum digerat, ſed etiam expellat, ſcilicet ea quæ bonis moribus non congruunt, reſpuat, & abiiciat: nam ſi intus retinet quod expelli debuerat, etiam bene digeſtis corruptionem præſtat. Notandum autem, quod ſecundum quoſdam prædictæ quatuor virtutes ex quatuor elementis contrahunt ſibi vires. Vnde ignis, qui eſt calidus & ſiccus, correſpondet virtuti appetitiuæ, terra frigida & ſicca retentiuæ, aer calidus & humidus digeſtiuæ, aqua frigida & humida expulſiuæ: Oportet enim, vt quod ignis attraxit, terra ſua natura retineat & quod terra retinuit aer diſſoluat, & quod aer diſſoluit, aqua emolliat. Ita quoque ſpiritualiter ignis, id eſt, intelligentiæ claritas appetitum excitat: Nam cum intellectus ſublimiter; & delectabiliter cæleſtia cogitat, appetitum ſpiritualem in mente cauſat, & fit deſiderium in corde hominis, vt auide quærat cibum ſanctæ exhortationis. Terra vero, id eſt, ſtabilitas mentis, cauſat retentionem; quia quod appetitus per intellectum attraxit, ſtabilitas animi firmiter cuſtodit; ſed aer, id eſt, puritas mentis cauſat digeſtionem, quia quod animus firmiter conſeruat, puritas mentis fideliter ordinat. Sed aqua, id eſt, diſcretionis mobilitas; facit expulſionem: quia quod ſuis moribus non congruit, diſcretio remouet, ſeparat, & expellit, & ſic à temperamento animus non recedit, ſed temperamentum ſeruans, peccati morbo non ſuccumbit.

Item cibus ſacramentalis, de quo Dominus dixit: Caro mea vere eſt cibus, &c. operatur in anima ad modum cibi corporalis; Nam nutrit animam, gratiam præſtando, augmentat, virtutes multiplicando; calorem innatum temperat, concupiſcentiam refrenando; in ſenibus vero calorem naturæ confortat, charitatem inflammando, deperdita reſtaurat, vires animæ reparando, & cuſtodit hominem ne pereat, à peccatis præſeruando. Ioan. Hic eſt panis de cælo deſcendens, vt ſi quis manducauerit ex ipſo, non moriatur. Ioan. 6.

Cogitationes aſſimilantur capillis propter tria.

Primo, quia capilli ſunt capitis ornamenta. Vnde capilli dicuntur quaſi capitis pili (vt dicit Iſid.) Sicut ergo capilli, & ſpecialiter pulchri, ſunt ornamentum capitis, ita cogitationes, præcipue bonæ & ornatæ, ſunt ornamentum mentis. Vnde Gregor. dicit: quod quaſi capilli in capite ſunt cogitationes in mente, Luc. Capillus de capite veſtro non peribit: quia nulla bona cogitatio mentis ſine retributione tranſibit. Vnde Gregor. dicit, quod ante Dei oculos vacuæ non tranſuolant cogitationes noſtræ, & nulla momenta temporis per animum tranſeunt ſine ſtatu retributionis. Cap. 15. Iſi. lib. ety. Gregor. Luc. 11. Gregor. 20. moral.

Secundo, quia capilli ſunt cerebri defenſiui: Nam iuuant caput & cerebrum contra extrinſecas læſiones, & ideo capilli ſunt multi & duri. Capillus enim ſecundum Conſtant. ex fumo groſſo & calido naſcitur, qui ex igneis & incenſis humoribus per capitis poros egreditur, & ab aere extrinſeco deſiccatur, & ſic in ſubſtantiam capillorum conuertitur: vnde hoc humore creſcente, capilli creſcunt, eo etiam deficiente euaneſcunt. Et ſecundum qualitatem talis fumi qualitas eſt capilli. Et ideo ſi fumus eſt multus, capilli ſunt multi, ſi paucus pauci, ſi niger nigri, & ſic de aliis. Sicut ergo capilli ſunt ad defenſionem cerebri, ita cogitationes bonæ ſunt ad defenſionem animi, quia dum feruent in ipſo animo cogitationes bonæ, non ingrediuntur in ipſum cogitationes prauæ; Vnde dicebat Caſſianus. Incipiamus bonas cogitationes diligere, & ſtatim ab illis quæ mala ſunt dignatur nos Dominus liberare. Quaſi autē fumi capillos nutrientes & cauſantes, ſunt exteriorū ſenſuū receptiones: quia de his quæ ſenſibus recipiūtur, interiores cogitationes formantur, vnde ſecūdū modū fumi eſt qualitas capilli: quia ſecūdū ordi- Conſt. Caſſ. coll. 2.

ordinationem, vel deordinationem exteriorum ſenſuum ſequitur ordinatio, vel deordina-
Iob 31. *tio cogitationum, propter quod dicitur; Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.*

Tertio, quia capilli ſunt multipliciter paſſiui. Nam capilli inciduntur, vnde cæſaries capillorum à cædendo eſt dicta, quæ ſolùm virorum, eo quod viro tondi decens eſt, ſed mulieri eſt indecens.

Item capilli diſcriminantur, vnde dicuntur crines mulierum, quia vittis diſcriminan-
Iſid. lib. ety. *tur, ſicut dicit Iſidor.*

Item capilli decaluantur, ſcilicet deficiente humore pingui, quo nutriuntur capilli. Et ſi humor talis non deficit, ſed eum humor alius inficit, vel impedit, non caluicies ſimpliciter dicitur, ſed eſt quædam caluicies ſpecialis, quæ etiam allopicia vocatur à medicis, in qua nutrimento corrupto capillorum congeries euaneſcit.

Item capilli dealbantur, ſcilicet cum caneſcunt. Hæc omnia conueniunt cogitationibus
Greg. lib. 5. moral. *noſtris, quæ aliquando ſunt ſuperflua, & tunc ſunt præcidenda. Vnde Gregor. Magno ſtudio ſuperfluæ cogitationes amputandæ ſunt, ſed tamen amputari funditus nequaquam poſſunt: ſemper enim caro ſuperflua generat, quæ Spiritus ſanctus ferro ſolicitudinis abſcindat. Aliquando vero cogitationes noſtræ ſunt dubiæ, vel inordinatæ, & tunc ſunt diſcriminandæ, id eſt, diligenter diſcernendæ, & componendæ. Et hoc fit quando homo ad*
Gregor. mor. *mentem ſuam per rationis intuitum redit. Quia (ſicut dicit Gregor.) Si à domo mentis ad momentum ratio diſcedat, quaſi abſente domina, cogitationum ſe clamor velut garrula ancillarum turba multiplicat, vt autem ratio ad mentem redierit, mox confuſio tumultuoſa conquieſcit, & quaſi ancillæ ſe ad iniunctum opus tacitè repriment, dum cogitationes protinus curis propriis ad vtilitatem ſubduntur. Aliquando ſunt omnino prauæ, & noxiæ, & tunc ſunt penitus decaluandæ, id eſt, totaliter à radice, id eſt, à principio euellendæ. Iſa. Auferte malum cogitationum veſtrarum. Vnde Hier. dicit: eſt tutiſſimum atque perfectum, vt aſſueſcat anima ſolliciti, ſemper & peruigili cura ac cuſtodia diſcernere cogitationes ſuas, & ad primum animi motum probare vel improbare quod cogitat, vt vel bonas cogitationes alat, vel ſtatim malas extinguat. Hic namque fons eſt boni, & origo peccandi ibi maximè oportet obſeruare peccatum, vbi naſci ſolet, ſtatimq; ad primam tentationis faciem, & malum antequam creſcat reſtringere, dum adhuc eſt in cogitatione. Aliquando vero ſunt nigræ, & fœdæ, & tunc ſunt per pœnitentiam dealbandæ. Pſalm. Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor: Nam pœnitentia ardor quaſi capitis*
Pſal. 50. *capillos dealbat, dum mentis cogitationes purificat, vnde Gregor. dicit, quod electorum mentes, ſi quas in ſe carnales cogitationes inueniunt, pœnitentiæ ardore conſumuntur, nec cogitationes ſuas dilatari carnali voluptate permittunt: quia eo ſemet ipſos iudicantes ſubtilius feriunt, quo diſtrictum iudicem præſtolantur vicinum. Vel etiam alia ratione dealbat pœnitentia caput mentis, videlicet, quia ardorem libidinis frigefacit & ſic fumoſas,*
Greg. li. 13. moral. *& noxias carnales cogitationes repellit: Nam albedo caniciei (ſecundum Conſtan.) accidit ex nimia infrigidatione nutrimentalis humoris, qui materia capillorum exiſtit: Nam phlegmatis frigidi humidiq; dominium caniciei eſt generatiuum: Ex fumo enim al-*
Ariſt. de con. *bo & frigido efficiuntur albi, tam capilli, quàm pili. Et hinc eſt etiam (ſecundum Ariſt.) quod capilli temporum citius caneſcunt quam alij, propter humoris paucitatem, & oſſium frigiditatem. Vnde pœnitentia humorem nutrimentalem infrigidari facit, dum minuit, & ita caniciem mentis, id eſt, honeſtatem inducit. Poteſt etiam dici, quod canicies de-*

ſignat

ſignat ætatis maturationem, libidinis extinctionem, vitiorum puerilium mortificationem, vitæ præſentis, & futuræ, inſtantem innouationem.

Contemplatio aſsimilatur ſomno. Idem ca p. 16

Primò quia ſomnus eſt animalium virtutum quietatiuus, ſcilicet ſenſitiuæ, & motiuæ; Quieſcunt enim ſenſus in ſomno ab exterioribus mutationibus ſenſibilium, & corpus immobilitatur. Similiter contemplatiua vita requirit quietem ab exterioribus motibus, & actionibus. Vnde Beda dicit, quod contemplatiua vita eſt ab omni exteriori actione quieſcere, & ſoli deſiderio conditoris inhærere. Vnde Maria, per quam contemplatiua vita Luc. 10. *deſignatur deſcribitur, quieta ſedens & à corporali miniſterio vacans.*

Secundo, quia ſomnus eſt naturalium virium confortatiuus. Vnde (ſecundum Philo- Ari. de ſom. *ſophum) ſomnus eſt quies animalium, virtutum cum intenſione naturalium; Naturalis* & vig. *enim virtus in ſomno fortius operatur. Vnde in dormiente virtus digeſtiua intenditur, tum propter reuocationem caloris ad interiora, tum quia anima quieſcit ab actionibus ſenſitiuæ & motiuæ potentiæ, & ideo vehementius operatur virtus naturalis. Similiter in contemplatione, cùm anima retrahitur ab exterioribus occupationibus, vigor mentis ad interiora reducitur. Vnde vis rationalis, quæ eſt naturalis & propria virtus hominis, fortius operatur, & affectiua vehementius inflammatur, & intellectiua altius eleuatur, ſecundum illud: Sedebit ſolitarius, & tacebit, & leuabit ſe ſupra ſe.* Thre. 3.

Tertio, quia ſomnus eſt ſpiritus reſtauratiuus. Dicit. n. Auic. quod ſomnus eſt reditus Auic. *ſpiritus ab inſtrumentis ſenſuum cum profundatione, vt digeratur nutriens, vt patet in ſomno ſe exercitantium, in quibus ſomnus eſt profundus propter ſuperfluitatem reſolutionis ſpiritus; Natura enim deſiderans additionem, & reſtaurationem in ſubſtantia ſpiritus, profundit ipſum in interioribus, & facit ipſum latere ab exterioribus; vnde fit in eis profundior, & longior ſomnus, & ſic dormiunt qui per medicinam euacuati ſunt. Nam dum purgantur, plurimum in talibus de ſubſtantia ſpiritus cum ſuperfluitate diſſoluitur; ſed per ſomnum ſpiritus reparantur, & ſuæ virtuti redduntur. Sic ei feruor ſpiritus, qui per peccata eſſet venialia, faciliter ſæpe minuitur, per profunditatem ſomni, id eſt, per contemplationem intimam recreſcit, & reparatur.*

Quarto, quia ſomnus eſt etiam exteriorum partium corporis infrigidatiuus. Nam (ſe- Ari. de ſom. *cundum Philoſophum,) calor naturalis aliter ſe habet in vigilante quam in dormiente; quia in vigilãte procedit ab interioribus ad exteriora, ſed in dormiente econtrario retrahitur ab exterioribus ad interiora, ſcilicet ad ſtomachum, & partes illas; Et ideo exteriora corporis remanent frigida, & propter hoc indiget homo magis cooperiri dormiens, quam vigilans. Similiter contemplatio reuocat hominem ad ſeipſum, & inflammat ipſum circa cordis interiora, id eſt, circa ſpiritualia, ſecundum illud: In meditatione mea exardeſcet ignis; ſed frigeſacit eum circa exteriora, id eſt, circa temporalia, vt non curet de eis, ne-* Pſal. 38. *que diligat ea.*

Quintò, quia ſomnus eſt humorum reparatiuus, & clarificatiuus; Nam ſi ſomnus ſit moderatus, cibus bene digeritur, corpus impinguatur, calor naturalis augmentatur, humores reparantur, & omnes clarificantur. Sic etiam per contemplationem ſobriam & diſcretam, quæ non plus quærit ſapere quam oportet, cibus fidei & ſpiritualis doctrinæ bene intrinſecus gubernatur & operatur, mens deuotione impinguatur, calor & charitas augmentantur, & humores, id eſt, affectiones, & cogitationes interiores reparantur, & clarificantur. Vnde ipſe eſt ſomnus, de quo dicitur; Somnus ſanitatis in homine parco. Eccel. 3.

Sexto, quia ſomnus eſt virtutum vnitiuus, quia virtus in vigilia diſperſa, in ſomno
Auic. *vnitur, dum ad intima reuocatur in corpore dormientis, vt Auic. dicit. Sic anima con-*
templantis tota ad ſe ipſam, & in ſeipſam recolligitur, & vnitur, & ideo circa ſpiritua-
Luc. 10. *lia fortis reperitur. Vnde Dominus de contemplatiua vita loquens, dixit Martha; Por-*
ro vnum eſt neceſſarium.

Septimo, quia ſomnus eſt ægrotantium alleuiatiuus; Nam infirmo, ſi ſomnus in quan-
titate, & qualitate fuerit temperatus, ægrotum alleuiat, & futuram victoriam contra
morbum annunciat. Qui autem fortiter tentatur, quodammodo infirmatur, talis ſi vult
alleuiari, & ſanari, det ſe orationi, & contemplationi; quia maximè per hanc victoriam
obtinebit. In huius figura de Lazaro infirmato diſcipuli dixerunt Chriſto: Domine, ſi dor-
mit, ſaluus erit.

Perſpe. lib. 3. *Item contemplatio aſsimilatur viſioni corporali: Nam, vt colligitur ex Perſpectiua,*
ad viſionem corporalem requiruntur octo.

Primum eſt ſanitas, ſiue bona diſpoſitio organi viſualis, id eſt, oculorum. Quaſi autem
duo oculi animæ, ſunt intellectus & voluntas. Oculus igitur intellectus tunc eſt ſanus,
quando eſt ab erroribus mundus: ſed oculus affectus, ſeu voluntatis, tunc eſt incolumis,
Aug. *quando eſt à rerum temporalium inordinatis cupiditatibus immunis, vt dicit Augu. Vtra-*
Math. 5. *que ergo puritas eſt neceſſaria Deum contemplari volentibus; propter quod dicitur: Bea-*
ti mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et quia vtrumque oculum fides purificat,
ſcilicet intellectus ab erroribus, & affectum à cupiditatibus, vnde dixit Petrus; fide pu-
Act. 15. *rificans corda eorum; Ideo fides neceſſaria eſt ad Deum contemplandum, ſicut oculo-*
rum ſanitas & puritas ad videndum; propter quod Auguſt. dicit, quod humana mentis
Auguſt. *acies inualida in tam excellenti luce non figitur, niſi prius per iuſtitiam fidei mun-*
detur.

Secundum eſt oppoſitio viſibilis circa viſum. Sed nota, quod quando res viſa directè
opponitur viſui, tunc ſpecies illius rei venit ſuper lineas rectas cadentes in centrum oculi,
quæ lineæ omnes directæ à ſingulis partibus rei faciunt vnam pyramidem, cuius conus eſt
in pupilla, & baſis in re viſa, ex quo patet, quod talis pyramis ex parte rei in ſe habet la-
titudinem, ex parte vero oculi arctitudinem. Sic etiam quando diuina, & æterna ante
oculos mentis contemplando deducimus, quia ea prout ſunt in ſeipſis capere nequimus,
ſed de eorum magnitudine modicum quid attingimus, quaſi eorum latitudo in oculis no-
ſtris quodammodo coarctatur; quia quamquam in ſe maxima ſint, nos tamen parum ca-
Exod. 33. *pimus. Vnde dictum eſt Moyſi: Poſteriora mea videbis, faciem autem meam videre non*
poteris: In viſione enim faciei notitia eſt perfecta; in viſione vero poſteriorum, notitia
accipitur modica & confuſa.

Item videmus communiter quod tria genera viſibilium viſui opponuntur, ſcilicet lu-
mina, & ſpecula, & corpora colorata. Lumina igitur ſunt ſpirituales naturæ, ſpecula di-
uina ſcriptura, corpora colorata corporales creaturæ. Et circa hæc verſatur Sanctorum
contemplatio, ſcilicet, vel circa diuinas ſcripturas, vel circa corporales & viſi-
biles creaturas: propterea, quia inuiſibilia Dei à creatura mundi, per ea
Rom. 1. *quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Tertium eſt diſtantia proportionalis: Nam ſi*
res poneretur ſuper oculum, non videretur, & ſi nimis eſſet à longe, nullo modo videre-
tur, aut malè. Oportet igitur quod à viſu diſtet ſecundum aliquam proportionem, in-
tra quam non æqualiter, ſed magis & minus videtur, ſecundum modum diſtantiæ.

Sunt

*Sunt autem rebus diuinis quorundam oculi propinqui & vicini, ſcilicet beatorum, &
ideo iſti clarè, & apertè illa conſpiciunt: quorundam vero valde remoti, ſicut oculi
damnatorum. In cuius ſignum dicitur de diuite damnato. Eleuans oculos, ſcilicet men-
tis, cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in ſinu eius. Vnde tales* Luc. 17.
*de gloria Dei, & beatorum, quaſi nihil, vel parum vident, quia damnati gloriam beato-
rum vſque ad diem iudicij vident, non diſtinctè, ſed confusè, ſicut illud quod à remotis
videtur: Non enim cognoſcunt, qualis eorum gloria ſit; ſed ſolum cognoſcunt eos eſſe in
gloria quadam ineſtimabili, & ex hoc torquentur, tum propter inuidiam, tum quia ipſi
talem gloriam amiſerunt; ſed poſt diem iudicij omnino beatorum viſione priuabuntur,
ſecundum illud: Tollatur impius, ne videat gloriam. Quorundam vero oculi, vt viato-* Eccle. 2.
*rum, partim ſunt diſtantes, partim appropinquantes, quia licet diſtent per naturam,
appropinquant tamen per gratiam. Et ideo ipſi diuina magis vel minus contemplando
percipiunt, ſecundum quod per gratiam magis vel minus eleuantur, ſecundum illud:
Ecce intelliget ſeruus meus; exaltabitur & eleuabitur, & ſublimis erit valde. Oportet* Iſa. 52.
*ergo (vt patet ex dictis,) quod rei, quod videtur ab oculo, ſit ſitus terminatus, ſcilicet
non nimis à baſe viſuali elongatus, quia illud quod multum à baſe viſuali elongatur, li-
cet viſui opponatur, non tamen diſtinctè videtur, ſicut autem viſus corporalis non bene
videt illud quod eſt multum elongatum à baſe viſuali; ſic intellectus noſter in hac vita
imperfectè cognoſcit, & contemplatur id quod multum elongatum eſt à natura ſenſibili,
eo quod nihil ſine phantaſmate intelligit anima, (vt dicit Philoſophus.) Phantaſma au-* Ariſt. de
tem eſt ſimilitudo rei ſenſibilis: vnde ea quæ ſunt omnino à ſenſu remota, ſicut res in- anim.
*tellectuales, à nobis cognoſci non poſſunt, niſi in quantum ſe nobis per aliquos effectus
ſenſibiles manifeſtant: & ideo contemplatio noſtra circa talia, modica eſt, ſed tamen* Ariſt. 1. de
delectabiliſſima, vnde Philoſophus dicit, accidit circa illas honorabiles exiſtentes, & di- par. anim.
*uinas ſubſtantias minores nobis exiſtere theoricas. Etſi ſecundum modicum attingamus,
tamen propter honorabilitatem cognoſcendi, delectabilius aliquid habent, quam quæ apud
nos omnia.*

*Quartum eſt ſoliditas rei, quia ſi res non eſt denſa, ſed viſui peruia, non videtur, pro-
pter quam cauſam aerem non videmus. Sic contemplatio noſtra non debet eſſe circa per-
uia, id eſt, circa tranſitoria, & temporalia, ſed circa ſolida, & ſtabilia, & æterna. Apo-* 2. Cor. 4.
*ſtol. Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur: Quæ enim viden-
tur, temporalia ſunt, quæ vero non videntur, æterna ſunt.*

*Quintum eſt magnitudo debita rei viſæ, quia ſi nimis eſſet parua, non videretur in qua-
cunque diſtantia. Viſus enim non perficitur niſi per pyramidem ad oculum venientem,
quæ ſi fuerit valde parua, occupabit partem viſus valde paruam; ſed viſus non ſentit vi-
ſibile, niſi quando pars ſuæ ſuperficiei debita quantitate viſibilis fuerit immutata. Spiri-
tualiter autem beatus Auguſt. diſtinguit tria genera bonorum, ſcilicet minima, prout* Aug. de ciu.
ſunt bona fortunæ: media, prout ſunt bona naturæ: & maxima, prout ſunt bona gratiæ, Dei.
*vel gloriæ. Non ergo noſtra contemplatio eſſe debet circa bona minima, immo ea per af-
fectum propter ſui modicitatem reſpicere non debemus, ſed debet eſſe circa maxima,
ſcilicet bona gratiæ, vel gloriæ.*

*Sextum, eſt raritas medij, quia ſi medium fuerit nimis denſum, non fiet per ipſum
multiplicatio ſpeciei, & ſpecies non poterit ad pupillam. Hoc medium in con-*

templatiuis viris eſt ſenſus, ſiue corpus, ſine quo neque conſiſtere, neque contemplari poſ-
ſunt: quod ſi fuerit denſum, id eſt, groſſum, & plenum, & delicijs enutritum, contem-
Hier. plationem ſpiritus impedit: Nam venter pinguis non gignit ſenſum tenuem, ſicut Hie-
ron. dicit. Sed ſi fuerit per abſtinentiam tenue, ſpiritum aptiorem ad contemplandum
Gregor. efficiet. Gregor. Nazianzenus: Caro ſe velut groſſa quadam & obſcurior nubes animæ
obijciens, conſiderare eam diuini luminis radios non ſinit.

Septimum eſt lux; quia ſpecies non immutat medium, vel viſum, niſi cum luce. Si-
militer ad contemplandum diuina, neceſſaria eſt lux fidei, vel gratia, vel ſcriptura ſacra.
Pſal. 33. Pſalm. Accedite ad Deum, & illuminamini.

Octauum eſt tempus; quia viſio fit in tempore, ſicut probatur in perſpectiua: Nam
quamuis viſibile ſubito obijciatur viſui, non tamen diſtinctè apprehenditur, niſi aliqua
animæ habita deliberatione, quæ indiget tempore. Et ideo attentio animæ eſt neceſſaria
cum prædictis. Sic etiam contemplatio requirit ſua tempora: Nam quædam tempora
aptiora ſunt contemplationi diuinorum, vt tempora magis quieta, vel quibus homo magis
Pſal. 5. eſt ſobrius Vnde Pſal. Manè aſtabo tibi, & videbo. Et iterum. In matutinis Domine
Pſal. 62. meditabor in te. Et etiam tempora quibus homo non habet occupari circa exteriora. Pſal.
Pſal. 118. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi: Ocium enim ſanctum quærit charitas veri-
Aug. 10. de tatis, vt Auguſt. dicit.
ciu. Dei. Item dulcedo contemplationis aſſimilatur ſanguini.

Ariſt. de Primo, ratione principij fontalis; quia (ſecundum Ariſt.) ſedem habet in corde, quia
ani. dicit; quod cor eſt principium ſanguinis, ſicut & venarum, vt manifeſtum eſſe dicit per
Gale. anathomiam. Sed ſecundum Gale. ſedes ſanguinis eſt in hepate ſicut in ſuo fonte; quia in
calore hepatis eſt locus ſecundæ decoctionis, & inde ſanguis per membra dirigitur, vt eo-
rum calore tertio decoquatur: Prima enim decoctio fit in ſtomacho, ſecunda in hepate,
tertia in omnibus membris. Poſſet autem dici, vtramque opinionem concordando, quod
hepar eſt principium ſanguinis quoad materiam; quia materia ſanguinis eſt ab hepate, ſed
cor quantum ad formam, quia in corde illa materia accipit formam ſanguinis. Morali-
ter autem per calorem, ſiue hepatis, ſiue cordis, ardorem accipimus amoris. Ex ardore
namque dilectionis, quaſi ex calore hepatis, vel cordis, profluit dulcedo, & ſuauitas ſpi-
Pſal. 33. ritualiter contemplantis. Pſalm. Guſtate, ſcilicet per amorem, & videte, ſcilicet per con-
templationem, quoniam ſuauis eſt Dominus.

Secundo ratione qualitatis naturalis: Eſt enim ſanguis calida & humida natura, ca-
lor ex amore, humor ex timore debet prouenire, qui duo creſcere, & delectari reueren-
ter, & ſobriè, faciunt contemplantem, vnde Pſal. ex perſona Chriſti dicentis Patri: Qui
Pſal. 118. timent te, ſ. timorè filiali, qui eſt reuerentia, & amore, videbunt me, ſcilicet, in contem-
platione, & lætabuntur interna delectatione.

Idem cap. 18. Corporum humanorum conditionem partes capitis quæ dicuntur tempora, repræſentat
quo ad quatuor.

Primo, quia illæ duæ partes capitis quæ tempora dicuntur, ſunt membra valde mobi-
Iſid. lib. orig. lia. Et ideo (vt dicit Iſidorus) tempora dicta ſunt, quia ſua mobilitate continua quaſi in-
teruallis temporum immutātur. Sic etiam humana corpora ſecundum decurſum tempo-
Iob 14. rum iugiter immutantur & alterantur, vnde de homine, quoad corpus, dicitur Iob. Nun-
quam in eodem ſtatu permanet. Apparet etiam ex hoc dicto Iſidori, quod iſtæ duæ partes
capitis denominantur à temporibus, & ideo non debent vocari tempera, vt quidam idiotæ

proferunt,

proferunt, ſed tempora, & hoc etiam dicunt Hugo. & Brito.

Secundo, tempora ſunt valde vtilia: Nam per tempora, mediantibus neruis ad inſtrumenta ſenſuum ſpiritus defertur, & per eadem ſpiritus vitalis per quaſdam arterias à corde ad cerebrum demandatur. Sicut ergo tempora deſeruiunt ſenſui & vitæ, ſic corpus datum eſt homini vt ſpiritui obſequatur, vt in ſenſu, id eſt, in cognitione perficiatur: & vt vitam æternam etiam mereatur. Vnde Apoſtolus: Obſecro vos per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem. Rom. 12.

Tertio, quia tempora ſunt valde paßibilia, & ad læſionem facilia: Nam propter neruorum ſenſibilium, & arteriarum; venarumq́, pulſatilium in loco temporum colligantium, tempora ſunt valde paßibilia, & ad læſionem facilia; Vnde animal ibi percuſſum de facili moritur, ſicut dicit Philoſophus, & ad hoc etiam accidit, quia humor qui eſt in temporibus, cito egreditur propter eßium tenuitatem, propter quod tempora cito caneſcunt propter humoris paucitatem & ſiccitatem in eis dominantem, & propter eorum conuertibilitatem ad naturam frigiditatis. Sic etiam naturaliter corpus humanum inter omnia corpora eſt valde paßibile, & ex leui percußione interdum ducitur citius ad mortem: continuo etiam calore & humore in eo deficiente, ad ſenium, & caniciem tendit. Apoſto. Quotidie morior, & ad mortem tendimus ſeneſcendo; Nam quod antiquatur & ſeneſcit, propter interitum eſt. Ariſt. 19. de ani. 1. Cor. 15.

Quarto, quia tempora ſunt valde humectabilia, ſunt etiam interius aliquantulum villoſa, vt humorem à cerebro venientem recipiant, & ſomnum oculis inducant; & ſi illi villi fuerunt compreßi per liquationem compreßi humoris, oculos lacrymari faciunt. Similiter quoque corpus noſtrum humorem cibalem quotidie recipit, qui concupiſcentiam frequenter incendit, & ſomnum peccati inducit. Eſt inſuper corpus frequentius ex ſua paßibilitate, & grauitate, cauſa lacrymationis, & luctus. Vnde Apoſtolus. Ipſi inter nos gemimus, expectantes redemptionem corporis noſtri. Heb. 8. Rom. 8.

Item qualiter corpus debeat à ſpiritu gubernari, ipſa natura carnis oſtendit.

Primo ratione nobilitatis: Nam caro humana eſt priuilegiata, eo quod ſit nobilißima forma, vnita, ſcilicet anima rationali, quæ eſt Dei imagine inſignita: immo quod ſuper omnia mirabilißimum eſt, caro humana Dei caro eſt facta, & verbo Dei vnita, propter quod eſt ſuper omnia exaltata, ex quo dedignari debet homo carnem ſic nobilitatam, & exaltatam alicui vilitati ſeu fœditati exponere. Vnde Leo Papa dicit. Agnoſce ô Chriſtiane dignitatem tuam, & diuina conſors factus naturæ, noli degeneri conuerſatione tua, in priſtinam vilitatem redire. Leo Papa in quodam ſerm.

Secundo ratione vtilitatis, quia (ſecundum Conſta.) caro cum ſit calida, & humida, eſt caloris naturalis fomentum, oßium, neruorum, & lacertorum cooperimentum, & frigiditatis temperamentum. Et ad hæc omnia valet corpus à ſpiritu regulatum, quia eſt amoris ſpiritualis nutrimentum. Eccleſiaſt. Feruor ignis, id eſt, feruor diuini amoris, vrit carnes eius. Eccle. 38.

Item eſt virtutum, & gratiarum ſpiritualium abſconſiuum: Nam großities, & infirmitas corporis, abſcondit dona mentis, & abſcondendo per humilitatem cuſtodit: Apoſt. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, id eſt, fragilibus corporibus. Interdum etiam dum corpus atteritur, frigus mentis, id eſt, pigritia expellitur. Pſalm. Multiplicata ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt. 2. Cor. 4. Pſal. 15.

Tertio ratione varietatis: eſt enim triplex caro, ſiue triplex ſpecies carnis. Vna neruis, & muſ-

& muſculis admixta, vt lacertus: Alia inter durum & molle temperata, vt caro cartilaginoſa, tertia inter hæc media, vt caro communiter dicta. In quo ſignificatur quod ipſum corpus noſtrum aliquando eſt cum duritia, & rigiditate domandum, quod ſignat caro neruis admixta. Aliquando cum mollitie, & lenitate fouendum, quod ſignat caro communiter dicta. Semper autem eſt cum temperantia nutriendum, & regendum, quod (Rom. 12.) *ſignat caro cartilaginoſa. Apoſto. Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, hoſtiam, vitia mortificando: ſed viuentem, naturam conſeruando: & hæc duo temperantia facit, quia naturam conſeruat, & vitia reſecat.*

(Ari. 13. de ani.) *Quarto ratione quantitatis: Dicit enim Ariſt. quod aues paucas carnes habentes veloces ſunt, vigoroſæ, & boni volatus: Sed aues multas carnes habentes, ſunt pigræ, & vix à terra valent ſe erigere. Sic homines, qui à carnalibus delitiis, & delectationibus abſtinent, ſunt circa ſpiritualia vigoroſi, & ad aſcenſum per volatum contemplationis idonei. Sed homines carnoſi, id eſt, carni vel ventri dediti, econtrario ſunt ad ſpiritualia* (Ari. 12. de ani.) *pigri, & à terrenis affectibus nequeunt ſeparari. Vnde Philoſophus dicit quod caro nimis abundans, impedit ſpiritus operationes. Et ideo creatio capitis ex multa carne non fuit, vt* (Ari. lib. 1. de an.) *eſſet homo ſenſus melioris, intellectus perfectioris. Dicit Philoſophus etiam quando locus qui eſt circa oculos eſt multæ carnis, malitiam ſignat diſpoſitionis, & prauæ formationis, & defectum formatiuæ virtutis. Vnde ex multa carne & debili virtute non valente illam* (Ariſt. 16. de ani.) *regere, monſtruoſæ generantur in corpore paſſiones, ſicut ipſe Philoſophus dicit; quæ omnia oſtendunt; quod temperantia neceſſaria eſt ad ſanitatem mentis, & ad valitudinem* (Eccl. 23.) *corporis. Vnde de ſobrietate, quæ eſt temperantiæ pars, ſcilicet quoad potum, dicitur, Eccleſiaſt. Quod ſanitas eſt animæ & corporis, potus ſobrius.*

(Idem ca. 19.) *Cura paſtoralis aſſimilatur mammillæ:*

Primo, quia mammilla in muliere eſt membrum duplicatum, quia duo ſunt præcipuè paſtori neceſſaria, ſcilicet vita, & doctrina, vt ſcilicet ad nutrimentum ſubditorum ex (2. Tim. 4.) *altero fluat lac exempli, ex altero vero verbi. Apoſt. Thi. Exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, &c. Vel duo vbera ſunt duæ virtutes neceſſariæ rectori, ſcilicet* (Prou. 10.) *iuſtitia, & clementia. Prou. Miſericordia, & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur* (Gregor.) *clementia thronus eius. Grego. Ineſſe rectoribus debet, & iuſtè ſæuiens miſericordia, &* (Ariſt. 6. de ani.) *piè ſæuiens diſciplina. Dicit tamen Philoſophus, quod animalia multorum vberum, multorum ſunt filiorum, & habent vbera à parte inferiori diffuſa, vt patet in canicula, & porca; Et cum peperit porca, dat primo filio primam mammillam, & ſecundo ſecundam, & ſic de aliis. Animalia autem pauca vbera habentia paucos habent filios. Vnde videtur, quod natura non errante, non debet aliquod animal plures filios generare, quam habeat mammillas in corpore, alias eſſet inuenire diminutum, & ſuperfluum in natura, quod pro inconuenienti habet Philoſophus. Sicut ergo animalia multorum filiorum, multorum quoque ſunt vberum; & econuerſo, quæ paucorum ſunt vberum, paucorum ſunt filiorum; Sic paſtores, quanto plures habent ſpirituales filios paſcere, & nutrire, tanto pluribus eos vberibus, id eſt, virtutibus oportet abundare, quibus bonorum operum præbeant* (Greg. in paſt.) *alimenta, id eſt, exempla, vel iuuamenta. Et ideo (ſicut dicit Gregor.) virtutibus vacuus ad regimen nec coactus accedat.*

Secundo, quia mammilla eſt membrum ad nutrimentum fœtus neceſſarium; Sic pa- (1. Pet. 8. / Tre. 4.) *ſtoralis cura eſt neceſſaria, vt ſubditi velut filij nutriantur, & paſcantur verbo, & exemplo, & etiam temporali ſubſidio. Petr. Paſcite qui in vobis eſt, gregem Dei. Tre. Lamiæ nudaue-*

nudauerunt mammas, & lactauerunt catulos ſuos; Nam Lamiæ mammas denudant, quando paſtorum mentes internas ſuas virtutes ad ſubditorum profectum operibus demonſtrant, videlicet ſapientiam docendo, pietatem ſubueniendo, & ſic de alijs.

Tertio, quia mammilla eſt membrum lactis adminiſtratiuum; Lac autem (vt dicit Ariſtot.) eſt ſanguis decoctus, digeſtus, non corruptus; Nam ſanguis menſtrualis ad mammillas opere naturæ repellitur, & ibi decoquitur & digeritur: Sunt enim mammillæ in pectore ſituatæ vt cordi eſſent vicinæ, vt propter caloris cordis decoctionem, ſanguis in lactis naturam facilius verteretur. Digeſtus autem ſanguis ex albedine glandularum mammillarum; in candoris ſpeciem transformatur (vt dicit Conſtant.) Caro enim Conſt. *mammillæ cauernoſa & poroſa eſt, vt ſpongia, & glanduloſa, & mollis, & alba, & ideo ad generationem lactis eſt apta. Lac autem bene digeſtum eſt dulce, quod neceſſarium eſt propter cibationem animalis, eo quod cibus omnium animalium non eſt niſi dulcis, & valde digeſtus, (vt dicit Conſtant.) Ex quibus omnibus colligitur, quod membrum mammillæ eſt ſanguinis depuratiuum, digeſtiuum, dulcoratiuum, & inſpiſſatiuum. Prælatus igitur ad modum mammillæ debet præbere ſanguinem, id eſt, doctrinam ſapidam, & vilem, quam tamen primo debet depurare legendo, digerere meditando, dulcorare diſponendo, inſpiſſare ſiue ingroſſare proferendo, ita vt faciliter & auide ab auditoribus capiatur.*

Quarto, quia mammilla eſt membrum cordis, & pectoris defenſiuum: Nam mammillæ ſua carnoſitate pectus cooperiunt, & frigiditatem eius oſſeam temperantes, à frigiditate aeris protegunt, & defendunt. Sic cura paſtoralis non debet tantum intendere ſubditis, quin pectus ſiue cor ſuum cuſtodiat, ſiue defendat à vitijs. Vnde ſicut mammillæ primò pectus armant, deinde autem lac propinant; ita paſtores primò debent intendere ſibi, deinde gregi prouidere. Acto. Attendite vobis, & gregi vniuerſo. Act. 4.

Quinto, quia membrum mammillæ eſt concepti fœtus indicatiuum: Nam ſicut dicit Ariſt. 6. de an. *Philoſophus,) ſi impregnatio fuerit maſculi, apparet dextra mammilla maior ſiniſtra; ſi vero fœmina fuerit, eſt ſiniſtra maior. Et hoc ſignum apparet, quando primo fœtus incipit ſe mouere. Sic in correctione prælati, mammilla dextra eſt vigor diſciplinæ, ſed ſiniſtra, dulcor miſericordiæ. Si ergo dulcor miſericordiæ excedat rigorem diſciplinæ, facit filios fœmineos, id eſt, ſubditos diſſolutos: ſed ſi vigeat rigor diſciplinæ, facit maſculinos, id eſt, viriles, & virtuoſos. Quandoque autem ex nimia mollitie præſidentis, vita omnino corrumpitur, & perditur delinquentis: & econtra, quandoque ex rigiditate, ſiue duritia, conſeruatur: Et ideo dicitur ſuper Amfor. quod quando mulieres patituræ ſunt abortiuum, mammillæ molleſcunt. Cuius ratio eſt (ſecundum Gale.) quia gracili-* Gale. *tas mammillæ paucitatem lactis ſignat. Vnde cum fœtus debitum nutrimentum non habeat, neceſſe eſt vt abortiat. Si vero fuerint vbera dura, ſanum eſſe fœtum ſignant, vnde docet Iſid. Qui blando verbo caſtigatus non corrigitur, acrius neceſſe eſt vt arguatur. Cum dolore ſunt abſcindenda, quæ leuiter ſanari non poſſunt.*

Douotio aſſimilatur pinguedini. Idem ca. 21.

Primo quidem, quia pinguedo ſua vnctuoſitate eſt ignis & caloris vitalis nutritiua. Et ſimiliter mentis deuotio ignem diuini amoris, & calorem, id eſt, ſeruorem charitatis, quo anima ſpiritualiter viuit, in ipſa anima fouet & nutrit. 1. Reg. Incendatur primum

iuxta 1. Re. 2.

iuxta morem hodie adeps: Adeps enim incenditur, cum ex ipſa deuotione animus inflammatur.

Secundo, quia pinguedo eſt ſua aerea leuitate ſuperficiei petitiua; quia ſcilicet mentis deuotio etiam exterius prorumpit, ſiue per lacrymas, ſiue per voces diuinæ laudis, & alia huiuſmodi: Vnde Ioan. Caßianus dicit, quod deuotio eſt feruor bonæ voluntatis, quem mens cohibere non valens, certis manifeſtat indicijs Pſalm. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & ſequitur. Et labiis exultationis laudabit os meum.

Ioan. Caſ. in coll. Abba. Pſal. 62.

Tertio, quia pinguedo eſt vacuitatis corporis repletiua, & ſic deuotio replet & complet defectus animæ. Vel vacuitas corporis eſt humilitas mentis, quæ repletur pinguedine, quia mens humilis repletur deuotione. Iob. Viſcera eius replebuntur adipe.

Iob 22.

Quarto, quia pinguedo eſt diuerſarum partium impinguatiua, vnde & habet diuerſa nomina. Nam (ſicut dicit Iſido.) aruina eſt pinguedo adhærens cuti, & iſta ſignat deuotionem exteriorem, quæ oſtenditur in effectu. Iob. De lateribus eius aruina dependet. Adeps autem eſt pinguedo inteſtina inuoluens, & membra interius cuſtodiens, & hæc deſignat deuotionem interiorem, quam Deus præcipue requirit. Leuitici. Omnis adeps Domini erit. Pinguedo autem communiter dicitur de vtraque, licet ſtrictè dicatur pinguedo quæ adhæret cuidam pelliculæ quæ dicitur zirbus: ergo pinguedinem largo modo ſumptam habet, qui tam interius quam exterius eſt deuotus, vel quod pinguedo inuenitur in diuerſis partibus, ſignat quod deuotio inuenitur in diuerſis rebus. Vnde ſicut Bernar. dicit. Non omnibus eodem modo data eſt gratia iſta, ſcilicet deuotio. Porro Thomas in latere, Ioannes in pectore, Petrus in ſinu, Paulus in tertio cælo ſecreti huius gratiam aſſecuti ſunt;

Iob 15. Leui. 3. Bern. in Cant.

Deo in ſacra Scriptura attribuuntur humana membra, & hoc fit ſecundum metaphoram, ſicut Damaſ. dicit. Simplex enim Deus eſt, & non figurabilis. Oculos enim, palpebras & viſum habere deſcribitur, quia habens virtutem vniuerſorum conſideratiuam, nihil eum latere poteſt. Aures quoque & auditum habere deſcribitur, quia apud eum propitiationem fore, & deprecationis ſuſceptionem non timemus: Per hunc enim ſenſum nos mites oſtendimus, quando deprecantibus aures fauorabiliter inclinamus. Os, fauces, & labia habere dicitur, quia illud velut loquendo per inſpirationem nobis reuelat, quod hominum cognitio per huiuſmodi organa exprimit, & oſtendit. Guttur & guſtum habere dicitur, quia in noſtra iuſtitia operibus tanquam in guſtu delectatur. Nares, & olfactum habere dicitur, quia tanquam odor ſuauiſſimus Domino placet quicquid deuotionis affectus ei exhibet. Faciem vero habere dicitur, quia per ipſius opera eius virtutem & præſentiam perpendimus: Nam perſonam præſentem per faciem cognoſcimus. Manus repræſentant eius ſubtilitatem & inuiſibilem operationem, quia nos digitis, & manibus, & brachiis ſubtiliora, & fortiora operamur. Quando vero ſcriptura dexteram Dei commemorat, chariora Dei, & digniora inſinuat. Vnde & iurare per dexteram dicitur, quando intranſmutabiliter eius conſilium perhibetur. Sed frequenter pauperibus & indigentibus ſubuenit, & ideo pedes habere dicitur, dum ſæpe oſtendit in effectu, quod ſolent operari homines pedibus, vel inceſſu. Cor & pectus habere dicitur, propter cognitorum ingentem recordationem. Ventrem vero & viſcera, propter compaßionem quam ſe habere in nobis oſtendit. Iraſci dicitur propter odium malitiæ, & eam quam adhibet vltionem. Etiam dormire & obliuiſci dicitur, propter iniuriæ diſsimulationem. Quia ergo tot modis per ſua beneficia noſtram ſupplet indigentiã, more humano dicitur habere mẽbra diuerſa.

Idem ea 22. Dama. li. 1. cap. 2.

Dilectio

Dilectio aſsimilatur mento. Primo, quia mentum fuit neceſſarium, propter mandibu- Idem ca. 25.
larum originem: Nam inferior mandibula ex mento oritur, & in eo fundatur. Sed man-
dibula hac inferior vitam præſentem deſignat; cuius eſt duplex pars, ſ. dextera, quæ per-
tinet ad ſpiritum, cuius exercitium eſt in vita contemplatiua, & pars ſiniſtra, quæ perti-
net ad corpus, circa cuius miniſterium intendit vita actiua; ſed vtriuſque origo eſt ex
mento, id eſt, ex dilectione charitatis, quia contemplatiua eſt ex dilectione Dei, actiua ve-
ro ex dilectione proximi. Ioan. Qui non diligit, manet in morte. 1. Ioan. 3.

Secundo mentum fuit neceſſarium propter dentium inferiorum radicationem: Infe-
riores enim dentes, id eſt, Sancti in hoc mundo viuentes, ſunt radicati in mento, id eſt, in
dilectione Dei, ſecundum illud. In charitate radicati, & fundati. Ephe. 3.

Tertio fuit neceſſarium propter oris apertionem: Nam oſſa ipſius menti in ſuis ex-
tremitatibus duas habent ſurculas, vt dicit Conſt. Vna eſt acuta, cuius acumini ligamen Conſt.
quoddam inſeritur, quod à latere temporum protenditur, per quod bucca clauditur, &
aperitur. Altera vero ſurcula groſſa eſt rotunda, cuius rotunditate mentum fit mobile.
Sic etiam neceſſaria dilectio charitatis vt os aperiri poſsit, ſiue in prædicatione, quia ſi lin- 1. Cor. 13.
guis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, &c. ſiue in oratio-
ne, ſiue in confeſsione, quæ etiam ſine charitate valida non ſunt. Pſal. Os meum aperui, Pſal. 131.
& attraxi ſpiritum. quia mandata tua deſiderabam. Hoc enim deſiderium mandatorum
charitas faciebat; quia ſicut calor ſitire facit iuſtitiam, quæ in obſeruatione mandato-
rum exiſtit, ſine qua neque confeſsio eſt ſalutifera, neque omnino impetratiua, ſecundum
illud. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, clamabit ipſe, & non exau- Prou. 21.
dietur.

Quarto fuit mentum neceſſarium propter faciei completionem, & conſummationem;
vnde ſi ſit frontis proportionatum, totam faciem exornat, & ſi nimis excedat eam, totam
faciem dehoneſtat. Sicut igitur mentum proportionatum eſt ornamentum faciei, & com-
plementum, ita amor ordinatus, ſicut eſt charitatis dilectio (ſecundum illud. Ordinauit Cant. 2.
in me charitatem) eſt ornamentum & complementum animæ. Vnde per nuptialem ve- Math. 24.
ſtem charitas deſignatur ex eo quod animam exornat, & decorat.

Quinto mentum neceſſarium eſt ad animalis fortificationem. Nam in mento eſt ani-
malis maxima fortitudo, propter duritiam oſsis, & ideo bruta ſe tangi per men-
tum faciliter non permittunt: Nam mento confracto tota eorum feritas quaſi ar-
mis perditis eneruatur. Vnde dicitur, quod Dauid fracto mento vrſi eruit ouem 1. Reg. 17.
de ore eius. Sic maxima fortitudo animæ conſiſtit in amore; quia fortis eſt vt mors di-
lectio. Sexto, fuit neceſſarium mentum ad amoris oſtenſionem. Vnde mentum homi- Cant. 8.
nis tangere, ſignum eſt amoris. Et ideo dicitur. Tenuit Ioab mentum Amaſa. Per men-
tum enim amor, ſed per tactum opus amoris exprimitur. Vnde ille mentum tangit, qui
amorem opere oſtendit; & hæc eſt vera probatio dilectionis charitatis, ſecundum illud: 1. Ioan. 3.
Non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.

Diuitiæ aſsimilantur pilis: Idem ca. 24.

Primo ratione natiuitatis; quia pili naſcuntur ex fumo calido & ſicco: dum enim fu-
mus ſubtilis per poros egreditur, dum ab aere tangitur, exſiccatur. Similiter ex fumo ca-
lido & ſicco, id eſt, ex auaritia deſiderium hominis inflammante, & humorem pietatis
exſiccante, procedit diuitiarum accumulatio. Hic fumus, id eſt, amor cupiditatis, per di-
uerſos poros. i. per diuerſas vias, & modos lucrandi, & rapiendi proditur & cum ab

exteriori aere, id eſt, ab exteriori mundi neceſſitate tangitur, pili, id eſt, nummi, ſiue diuitiarum cumuli multiplicantur & creſcunt. Et præcipue illi quibus multiplicantur filij coguntur accumulare.

Ezec. 16.

Ezec. Multiplicata es, & grandis effecta, & ingreſſa es, & perueniſti ad mundum muliebrem, vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit. In multiplicatione, vel tumore vberum, intellige argumenta familiæ & filiorum, & tunc laborat vt germinet pilus, id eſt, vt fiat, & creſcat diuitiarum cumulus.

Secundo, ratione vtilitatis; quia pili ſunt non ſolum ornamentum; ſed etiam iuuamentum corporis, ſicut patet in capillis. Similiter diuitiæ ſunt ad ornamentum dignitatis, & ad iuuamentum neceſſitatis. Vnde Philoſophus dicit, quod diuitiæ ſunt organa fœlicitatis. Et ideo Ambroſ. dicit. Diuites diſcant non in facultatibus crimen haberi, ſed in his qui vti neſciunt: nam diuitiæ ſicut impedimenta ſunt improbis, ita bonis ſunt iuuamenta virtutis.

Ariſt. in Ethic.
Ambr. ſuper Luc.

Tertio, ratione qualitatis. Nam vbi in cute ſunt ampli pori, pili exeuntes ſunt groſſi; vbi autem pori ſunt ſtricti, tenues erunt pili. Sic homines habentes animos largos ſiue amplos, faciunt magnas expenſas. Sed habentes animos ſtrictos, id eſt, auaros, tenuiter & miſerabiliter expendunt, Hieronymus. Qui diuitiarum ſeruus eſt, diuitias cuſtodit vt ſeruus; qui autem ſeruitutis excuſſit iugum, diſtribuit vt Dominus.

Quarto, ratione varietatis; quia pili variantur ſecundum ætatem. Vnde quando animalia ſeneſcunt, pili indureſcunt ſicut plumæ auium indurantur, quia deficiente humore neceſſario deſiccantur. Sic homines (ſecundum Philoſophum) in ſenectute efficiuntur illiberales, & duri ad largiendum, & hoc eſt quando deficit eis bonus humor, id eſt, bonus amor charitatis. Et hæc auaritia ſenilis (ſicut dicit Senec.) monſtruoſa eſt: Monſtruo, inquit, ſimilis eſt auaritia ſenilis: quid enim ſibi vult non intelligo. Nam quid abſurdius (vt dici ſolet.) quam quo minus reſtat viæ, eo plus viatici quærere, & via deficiente viaticum augere? Huiuſmodi ergo pilos, id eſt, mundi diuitias Leuitæ iubentur radere, id eſt, viri perfecti & religioſi contemnere.

Senec.
Num. 8.

Doctrina ſpiritualis aſſimilatur cibo corporali, in quo neceſſaria ſunt octo, ſcilicet præparatio, maſticatio, in loco digeſtionis receptio eius, in liquorem mutatio, liquoris in humorem conuerſio, ipſius per membra diſtributio, cum membris aſſimilatio & incorporatio, ſiue in naturam corporis conuerſio. Sic cibus ſpiritualis doctrina à prædicatione præparatur dum legitur, maſticatur, dum in meditatione diſquiritur; in loco digeſtionis recipitur, dum in memoria reconditur: In liquorē mutatur, diligenter exponitur. In humorem liquor conuertitur, dum deuote diſſeritur. Diſtribuitur per membra, dum diuerſis auditoribus ſecundum eorum exigentiam prædicatur. Aſſimilatur, dum attente, & affectuoſe recipitur. Incorporatur & conuertitur, dum opere perficitur. De hoc cibo dixit Dominus: operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam Hieron. Diſcamus in terris, quorum ſcientia nobiſcum perſeueret in cælis.

Idem ca. 25.
Ioan. 6.
Hieron.

Item doctrina ſpiritualis debet tradi ad modum cibi. In quo (ſecundum Galen.) conſideranda ſunt quatuor.

Primo cibi ſubſtantialitas: Nam aliquis cibus eſt ex ſui natura nutrimentalis, & natura iuuatiuus. Et huic aſſimilatur doctrina ſana & Catholica, qua anima ſpiritualiter ſuſtentatur & iuuatur ad ſalutem. Aliquis vero eſt peſtilentialis, & corporis corruptiuus, ſicut cibus venenoſus. Et huic aſſimilatur doctrina praua, vel hæretica, qua mores vel fides corrumpitur. Oportet ergo ciborum ſcire naturam, & doctrinarum diſcernere qualitatem

litatem, ne homo venenum loco cibi accipiat, ne quis falſitatem pro veritate credat. Vnde Eccleſ. Non te effundas ſuper omnem eſcam. Ioan. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probate an ſpiritus ex Deo ſit. Eccle. 35. Ioan. 4.

Secundo attendenda eſt cibi qualitas, ſcilicet vtrum temperatus ſit, vel excedat: Eſt enim aliquis cibus ſubtilis, qui de facili digeritur (ſecundum Auicen.) ex eo generatur ſanguis, qui cito reſoluitur à membris, & ideo parum nutrit. Et ſic doctrina multum ſubtilis rudi populo prædicata, quia parum eos in deuotione nutrit, & maſe intelligitur, & cito à memoria labitur.

Item eſt cibus groſſus, qui tardius digeritur, & pars eius medica multum nutrit, ex quo ſcilicet groſſus generatur ſanguis, qui tardius reſoluitur à membris. Sic doctrina groſſior, & vulgarior, homines ſimplices magis reficit, & in deuotione nutrit, & diutius in memoria perſiſtit.

Item eſt alius cibus à ſubſtantia temperatus, & talis laudabilis eſt, quia medium tenet: huic aſſimilatur doctrina, quæ neque eſt nimis rudis, neque nimis ſubtilis: Talis enim laudabilis eſt, quia ſimplicibus & ſapientibus ſatisfacit. Rom. Sapientibus & inſipientibus debitor ſum. Rom. 1.

Tertio attendenda eſt cibi quantitas, vt non ſit nimia, neque nimis pauca, ſed inter hæc media: Nam cibus nimius naturam grauat, ſtomachum inflat, torſiones generat, malos humores generat & augmentat, vomitum & faſtidium prouocat, calorem naturalem ſuffocat, oſſium & neruorum contractionem cauſat, vlcera, ſcabiem, & apoſtemata procurat, ſenium & mortem accelerat, & ſic dum homo manducat vt mortem fugiat, inde citius moriatur. Quando vero cibus nimis eſt paucus, naturam debilitat, viſum & ſenſum hebetat, fluxum capillorum & caluiciem generat, thiſim ethicam accelerat, corpus extenuat, & peiores infirmitates quam repletio cauſat. Vnde dicit Hippocrates, quod in tenuibus dietis maximè peccant ægrotantes. Cibus ergo ſi medium inter hoc teneat, rem perditam reſtaurat, virtutem conſeruat, ſanguinem augmentat, calorem temperat, ingenium acuit, vires operandi tribuit, ſanitatem perficit & cuſtodit, & ſalubrem ſomnum inducit. Similiter quoque accidit de doctrina ſpirituali, quia ſi ſit nimia, id eſt, nimis prolixa, vertitur in tædium & multiplex animæ nocumentum, & ideo poeticè dicitur: Quicquid præcipies, eſto breuis, vt cito dicta percipiant animi dociles, teneantq; fideles. Omne ſuperuacuum de pleno pectore manat. Similiter etiam defectus doctrinæ ſpiritualis, multiplex malum inducit, & magis adhuc nocet quàm eius nimietas. Vnde & in pœnam hominum peccatorum Deus prophetam comminatur, dicens: Mittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Et Hierem. hunc defectum deplorauit, dicens: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis: ergo diſcreta & temperata doctrina multipliciter animæ prodeſt, & ideo fidelis & prudens ſeruus quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram. Hipp. Aphor. Amo. 2. Thre. 4.

Quarto conſideranda eſt aſſumentis neceſſitas. Nam alius cibus debetur ſano, alius ægro, alius iuueni, alius ſeni, alius debili, alius forti, alius laboranti, alius quieſcenti: Nam multa ſunt ſalubria ſano, quæ ſunt mortifera infirmo.

Item eſt differentia in ſanis: Nam piper, & alia, quæ alicui phlegmatico ſunt in remedium, alicui cholerico ſunt venenum: & iuſquiamus, qui eſt mors homini, eſt cibus gratiſſimus paſſeri, vel coturnici, vt dicit Galenus. Variatur etiam cibus ſecundum qua-

*litatem morbi. Nam alius cibus ſalubris eſt in quartana, qui eſt mortiferus in acuta:
& aliquis qui eſt vtilis in morbi principio, eſt nociuus in medio, vel quando infirmitas
eſt in ſummo. Ex quibus patet, quod cibus variandus eſt ſecundum diuerſitatem morbi,
& virtutem infirmi, & ſecundum ſubſtantiam & qualitatem cibi: quæ omnia obſeruã-
da ſunt in doctrina ſpirituali, per quam diuerſa vitia debent diuerſimodè corripi. Vnde
Gregor. Nazian. Gregor. Nazian. dicit: quod ſicut nõ vna medicina ſpecies omnibus adhibetur, ita neque
idem ſermo vniuerſis congruit. Et iterum ſecundum qualitatem auditorum formari de-
bet ſermo doctorum, ſicut Gregor. dixit. Et iterum. Alia & alia doctrina, alios & alios
Gregor. in paſt. auditores requirit: Nam groſſa doctrina, & facilis competit rudibus, id eſt, inſipientibus,
1.Cor. 3. ſecundum illud. Tanquam paruulis in Chriſto lac potum vobis dedi. Sed doctrina ſubtilis
1.Cor 2. & difficilis congruit perfectis. Apoſt. ſapientiam loquimur inter perfectos. Heb. 5. Perfe-
Heb. 5. ctorum enim eſt ſolidus cibus. Debet ergo prædicator diligenter attendere, & ad quid di-
cat, & quid, & quibus dicat.*

Idem c. 26. *Doctores ſancti aſſimilantur renibus.*

*Primo, quia renes ſunt calidi, & naturalis caloris conſeruatiui. Sic ſancti Doctores, ſi-
cut in ſeipſis ſunt feruidi, ita etiam ſunt in alijs ſua doctrina ignea ſpiritualis feruoris ac-
cenſiui, & conſeruatiui: Talis erat doctrina Chriſti, de qua dicitur; Nonne cor noſtrum
Luc. 24. ardens erat in nobis dum loqueretur nobis?*

*Secundo, quia renes ſunt frigiditatis dorſi temperatiui. Vnde ſunt renes pingnedine co-
operti, ne ex frigiditate oſſium dorſi ſuſtineant læſionem. Per dorſum autem intelliguntur
homines duri, vel homines rebus ſecularibus, quæ retro ſunt, totaliter deditis, quorum frigi-
ditas; id eſt, malitia, aliquando nimis excreſceret, niſi eam ſanctorum virorum doctrina
Matt. 6. vel argutio temperaret. Vnde de Herode habetur, quod metuebat Ioannem, & audito eo
Pſal. 15. multa faciebat. Pſal. Increpuerunt me renes mei.*

*Tertio, quia renes ſunt à concauitate hepatis aquoſi humoris attractiui. Vnde & facti
ſunt carnoſi, & poroſi, propter faciliorem aquoſæ humiditatis attractionem; cõcauitas au-
tem hepatis, eſt profunditas ſcripturæ ſacræ; Ex hepate enim quatuor humores materia-
liter oriuntur, & ſic ex ſcriptura ſacra quatuor ſenſus trahuntur, ſcilicet literalis, allego-
ricus, moralis, & anagogicus. Ex hac ergo hepatis concauitate, id eſt, profunditate, trahũt
ſancti Doctores, & hauriunt aquam doctrinæ, quam populis effundunt abunde. Sed quia
hanc ſuam doctrinam, & omnem ſuam intelligentiam, ſub fidei metu Doctores ſanctæ Ec-
Iſai. 11. cleſiæ reſtringunt, dicitur Iſa. Erit fides cinctorium renum eius.*

*Quarto quoq; quia renes ſunt ſanguinis colatiui: dicit enim Conſt. quod ad hoc ſunt
facti, vt ab hepate aquaticum ſanguinem ſugentes, eum depurent, & eius colamentum,
Ariſt. 8. de ani. id eſt, vrinam ad veſicam deportent. Et hoc etiam dicit Ariſtot. In ſanguine itaque intel-
ligitur vita hominis, quia ſine ſanguine homo non viueret: quam in alijs ſancti Doctores
ſua doctrina purificant, dum peccatores conuertunt, & eos à peccatorum facibus faciunt
Hier. 15. ſeparari. Vnde Hiere. Si ſeparas pretioſum à vili.*

*Quinto, quia renes ſunt ſeminabilis humoris generatiui. Vnde continent lũbos, in quibus
dicitur eſſe cauſa venereæ voluptatis. Quaſi autẽ humor ſeminabilis eſt doctrina ſpiritua-
lis, quæ Deo generat filios non carnis, ſed ſpiritus qui humor per ſanctorum doctorum ora
1. Cor. 4. infunditur. Vnde Apoſtolus dixit: In Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui. Vnde Do-
ctores Eccleſiæ ab ipſo capite Chriſto, ſuo myſtico corpore, tanquam renes in carnali corpo-
Pſal. 38. re, vtiliter poſſidentur. Vnde ab ipſa ſancta Eccleſia ei dicitur: Tu poſſediſti renes meos.*

Quos

Quos etiam ad aliorũ ſalutem inflammari petebat, dicens: Vre renes meos, & cor meum.
Fides eccleſiæ aſſimilatur cuti, ſiue pelli, propter quinque. Idem ca. 28

Primo, ratione incluſionis: Nam cutis eſt ſuperficies corporis, quæ carnem & oſſa con-
tinet, & includit. Sic in fide Catholica fortiores ſunt qui deſignantur per oſſa; & imbe-
cilliores, qui ſignantur per carnes. Vnde etiam cutis vocatur corium, eo quod corio caro
tegatur. Iob. Pelle & carnibus veſtiſti me, & oſſibus, &c. Iob 10.

Secundo ratione defenſionis. Nam cutis omnia interiora munit, & defendit. Vnde cu-
tis pro defenſione totius corporis, omnibus periculis & paſſionibus ſe exponit. Vnde ſecun-
dum Conſtant. habet tenuitatem, ne nimis corpus impediat: habet ſoliditatem, vt me-
lius quod eſt intra contineat, & facilius exteriori læſioni reſiſtat. Vnde etiam vocatur
pellis, eo quod à corpore exteriores pellat iniurias, ventos, & pluuias, frigiditatis & ca-
loris perfert iniurias. Rectè ergo fides eſt cutis, quia omnia membra eccleſiæ fide prote-
guntur, & ab iniuriis perſecutorum & à ventis tentationum, & à pluuiis, id eſt, falſis Epheſ. 6.
doctrinis hæreticorum. Vnde Apoſtolus. In omnibus aſſumentes ſcutum fidei.

Tertio ratione imitationis: Nam cutis ſecundum variam membrorum diſpoſitionem
ac neceſſitatem, nunc ſe contrahit, nunc ſe extendit. Sic fideles tempore perſecutionis,
ſecundum variam fidelium vtilitatem, ſeu neceſſitatem, quandoque contrahebant fidem
ſuam, perſecutionem declinando, ſiue fugiendo, quandoque vero extendebant, perſecuto-
ribus ſe offerendo; & hoc faciebant viri cæleſtes & perfecti, ſicut Apoſtoli, & conſimiles.
Pſalm. Extendes cælum ſicut pellem. Pſal. 103.

Quarto ratione purgationis: Eſt enim cutis tota plena poris, & maximè in parte ca-
pitis, propter expreſſionem fumoſæ ſuperfluitatis per calorem: Dum enim pori aperiun-
tur, ſuperfluitates intercutaneæ per vapores & ſudores purgantur. Sic fides Catholica ha-
bet ad modum cutis multos poros, id eſt, multas vias & modos, ad purgandam animam à
peccatis, ſcilicet per pœnitentiam, per eleemoſynam, per baptiſmum, & huiuſmodi. Acto. Act. 15.
Fide purificans corda eorum.

Quinto, ratione paſſionis, quia cutis ſiue pellis multipliciter patitur: Nam patitur in-
ciſionem, excoriationem, verberationem, & multa alia quam innumerabilia; quæ om-
nia etiam ſancti martyres pro fide paſſi ſunt, ſicut patet. Heb. Alij vero ludibria, & Prou. 31.
verbera experti, &c.

Fortitudo virorum ſpiritualium aſſimilatur barbæ. Vnde pili barbæ, ſunt opera fortia Idem c. 25.
perfectorum, quod patet ex multis.

Primo, quia barba eſt faciei virilis ornatiua; & ſimiliter ex fortitudine Martyrum.
Vnde & aliorum ſanctorum tota facies, immo totum corpus eccleſiæ, decoratur & orna-
tur. Vnde de ipſa eccleſia dicitur: Fortitudo & decor indumentum eius. Heb. 11.

Secundo, quia barba eſt maxillarum iuuatiua: Nam ſua villoſitate neruos maxillares
tuetur, etiam à nimia frigiditate defendit. Quaſi autem maxillæ Eccleſiæ ſunt Prædica-
tores, qui cibum ſpiritualis doctrinæ aliis conterunt exponendo, & prænarrant prædican-
do, vt inde fideles cæteri nutriantur; iſti dicuntur habere barbam, id eſt, fortitudinem
boni operis, vel fortitudinem contra tentationes, qua frigus peccati repellatur ab eis, ne
ſcilicet cùm aliis prædicauerunt ipſi reprobi efficiantur. Debent eſſe barbati, id eſt, pilis
fortium operum abundare, vt ſcilicet, quod verbis ſuadent, operibus corroborent. Vnde
ſine robore talis barbæ non congruè, non laudabiliter exitur ad opus doctrinæ. Vnde Da- 2. Reg. 10.
uid mandauit nunciis ſuis, dicens: manete in Hiericho donec creſcat barba veſtra.

 Tertiò,

Tertiò, quia barba eſt caloris, & vigoris naturalis indicatiua, propter quam cauſam
vir ſolus barbam nutrit, non autem mulier, quia mâres calidiores ſunt naturaliter fœ-
minis, & maioris vigoris, & ideo in maribus fumus, qui eſt pilorum materia, magis quam
in fœminis augmentatur. Vnde accidit etiam quandoque in mulieribus calidæ & humi-
dæ complexionis, quæ videntur barbeſcere. Sic illi qui abundant in calore & vigore diſ-
cretionis, habent animum virilem, & ideo ineſt eis fortitudo, & ad peccatis reſiſten-
dum, & etiam ad bene operandum; propter quod dicitur, quod fortis eſt vt mors dilectio.
Cant. 8. Siquidem mors ſic eſt fortis, quod ei nullus poteſt reſiſtere; & compellit etiam peccatorem
multa bona facere, quæ nunquam dum vixit, facere voluit. E contrario autem illi qui
ſunt frigidi à calore charitatis, habent animum fœmineum, id eſt, debilem, vnde carent
barba fortitudinis ad operandum, vel ad reſiſtendum tentationibus.
Ari. 19. de ani. Quarto quoque, quia barba eſt diuerſarum figurarum ſuſceptiua: Nam ſicut Philoſo-
phus dicit, ſi humor vnde barba generatur fuerit calidus, fumoſus, & ſiccus, erunt pili
barbæ ſicut & capilli criſpi, & inde reflexi, & inuoluti. Et hoc accidit, quia per duas vias
vadit contrarias. Nam pars terreſtris mouet inferius, calor vero mouet ſuperius, & ſic in-
uoluuntur pili, & fiunt criſpi. Talis eſt fortitudo luctantium cum carne, vel mundo; qui
licet ex parte ſpiritus habeant calorem charitatis, ex parte tamen mundi habent fumum
vanitatis, ex parte carnis ſiccitatem, ſiue ariditatem deuotionis. Et ideo ſicut ex feruore
ſpiritus trahuntur ſuperius, ita ex infirmitate carnis trahuntur inferius. Et ſic efficiun-
tur aliquo modo reflexi, ſiue criſpi, id eſt, non vniformes, ſed varij. Et de hac varietate
Apoſto. dicens: Inuenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.
Rom. 7. Si vero vapor ex quo generantur pili, fuerit humidus multum, erunt pili leues, & longi.
Sic etiam in illis in quibus eſt humor multus deuotionis & gratiæ, pili, id eſt, opera eorum
fortia ſunt, eis leuia, id eſt, ſuauia ad faciendum, & longa ad continuandum, & hoc eſt
Pſal. 132. vnguentũ, ſcilicet deuotionis, & gratiæ, quod (ſicut dicitur,) deſcendit in barbam Aaron.
Quinto, quia barba eſt multipliciter defectiua: nam in aliquibus non creſcit, ſicut in
pueris: quia quamuis ſint humidi & calidi, tamen quia fumoſa illa ſubſtantia, quæ eſt pi-
lorum materia, tranſit in augmentum puerorum, ideo non ſuperfluit, vt conuertantur in
pilos. Tales ſunt, qui licet ſint iuuenes & fortes, tamen fortitudine ſua non vtuntur ad
Dei ſeruitium, vel in operibus bonis, ſed potius pro mundo, & in peccatis. In aliquibus ve-
ro barba caneſcit, ſicut in ſenibus, propter debilitatem ipſius caloris, & abundantiam fri-
giditatis. Et ſic etiam accidit tepeſcentibus in calore diuini amoris; quia etiam pili barbæ,
id eſt, exteriora pœnitentiæ opera, in eis immutantur, & debilitantur. In aliquibus vero
barba defluit, ex caloris & humoris interceptione, vt in caſtratis, vel ex humoris corru-
ptione, vt in leproſis. Interficitur autem calor amoris, & humor deuotionis per peccata
ſpiritualia, & corrumpitur per peccata carnalia, & ideo vtrobique deficit barba, id eſt,
fortitudo vera.
Idem cap. 30. Gratia Dei aſſimilatur medullæ
Primo ratione ſuæ generationis, quia medulla in concauitatibus oſſium generatur. Sunt
autem concauitates oſſium humilitates mentium, quibus ſolis gratia Dei infunditur, ſe-
cundum illud: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.
Iac. 4. Secundo ratione complexionis, quia medulla, (vt dicit Conſtan.) & calida eſt hu-
Conſt. mida, ſic gratia Dei eſt calida, in quantum inducens accendit charitatem, & humida,
in quantum emollit ad pietatem: facit enim eos in quibus eſt, ferũentes ad Deum, &
pios

pios ad proximum. Sapient. Apud Deum nota eſt, & apud homines, apud Deum, ſcili- Sap. 6.
cet per charitatem, apud homines, per pietatem.

Tertio, ratione irrigationis, quia oſſa irrigat & confortat, & eorum frigiditatem tem-
perat: Nam ſua caliditate temperat eorum frigiditatem, & ſua humiditate eorum ſicci-
tatem: Anima enim ſine gratia, eſt ſicut terra ſine aqua, ſcilicet frigida & arida; vnde Pſal. 142.
Pſalm. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Sed gratia Dei non ſolum ſicut aqua tollit
eius ariditatem, id eſt, operis boni ſterilitatem; ſed etiam, vt ignis, vel Sol, tollit eius frigi-
ditatem, id eſt, conſtrictionem & immobilitatem peccati conſtringit, & mobilitat, ſicut
patet de frigore corporali in aqua congelata. Vnde gratia Dei multum conſeruat animam:
generat enim in ea, (ſecundum Bernard.) odium præteritorum peccatorum, contem- Bern. li arb.
ptum præſentium, & deſiderium bonorum futurorum.

Quarto ratione nutritionis, quia medulla, (vt dicit Conſtant.) nutritur ex puriſſi-
mis partibus, & vnctuoſis humoribus: ſic gratia Dei nutritur ex puriſſimis operibus, &
deuotis orationibus, Bernard. Gratia balſamum puriſſimum eſt, & ideo purum, & ſo- Bern. in
lidum, & profundum vas requiritur. Cant.

Quinto ratione mutationis, quia medulla, (vt dicit Varro) mutatur vt luna. Nam Var.
creſcente luna, ipſa creſcit, decreſcente decreſcit: & hoc tam in animalibus, quàm in ar-
boribus patet, quorum medulla in plenilunio augmentatur, & in alio tempore minoratur.
Per lunam igitur, quæ eſt planetarum infima, humilis intelligitur anima, in qua ſecun-
dum augmentum, vel diminutionem humilitatis, minuitur & creſcit gratia ſalutaris:
Quia quanto quis efficitur humilior tanto & gratia plenior, & quanto magis ſuperbus,
tanto magis à gratia vacuus, vnde Bern. dicit: In veritate didici, nil aquè efficax eſſe Bern. in
ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quam ſi omni tempore co- Cant.
ram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere: Altum enim ſapere, ad ſuperbiã perti-
net, timere vero ad humilitatem. Ad hoc etiam facit, quod dicit Chryſoſt. Aliquando, Chryſoſt. in
inquit, plerique vitam habentes mundam, non accipiunt gratiam, ne in ſuperbiam ele- epiſt. ad
uentur, ne inflentur ventoſitate iactantiæ, ne altitudo muneris negligentiores efficiat. Heb.
Eccle. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Eccle. 3.

Guloſitas, & voracitas aſſimilatur gutturi. Idem ca. 31.

Primo, quia guttur eſt cibi & potus in ſtomachum inductiuum: Habet enim guttur
du-plicem concauitatem, habet vnam ad attrahendum aerem, & anhelitum perficiendum
& alium ad cibum recipiendum. Et hæc duplex via quodam operculo, quod epiglotum
dicitur, diſtinguitur. Quod vtique ſe habet in ſuperficie gutturis, ad modum veſtis ad
vtrumque foramen gutturis æqualiter ſe habentis. Sicut igitur guttur eſt cibi & potus
receptiuum, & ſtomachi compleriuum, ita homo vorax & guloſus ad hoc principaliter in-
tendit, vt cibum & potum accipiat, & ventrem ſuum impleat. Vnde de tali homine di-
ci conſueuit. Ipſe eſt totus gula. Pſalm. Sepulchrum patens eſt guttur eorum gl. propter Pſal. 5.
voracitatem. Quia ſicut ſepulchrum aperitur ad ſuſcipiendum cadauera, ita vorax ſem-
per inhiat ad cibaria recipiendum.

Secundo, quia guttur eſt delectationis ciborum perceptiuum: Eſt enim delectatio ci-
bi in modico tranſitu gutturis: propter quod dicit Philoſophus: quidam multiuorax affe- Ariſt. in eth.
ctabat habere collum gruis, ſcilicet, vt diutius duraret cibi delectatio ex longo tranſitu
gulæ; Homo enim guloſus in cibo ſolam delectationem quærit non neceſſitatem, vel vtili-
tatem. Et de talibus dicit Apoſtolus Philip. Quorum Deus venter eſt. Phil. 3.

Tertio,

Tertio, quia deglutitio cibi, vel potus, ſpiritus, id eſt, aeris attractionem impedit: Nam cum natura cibum deglutit, foramen anhelitus claudit, & aliud foramen ad recipiendum cibum aperit; cum autem aerem attrahit, foramen ſibi penitus claudit: Nam ſi de cibo vel potu ſubintrauerit aliquid foramen aeris, via ſpiritus clauditur, & niſi à natura citius repellatur, animal ſuffocatur; Nihil enim ſic timetur in omnibus paſſionibus gutturis, ſicut amiſſio ipſius aeris, à quo non poteſt animal per 20. partem vnius horæ ſine periculo abſtinere. Sicut igitur deglutitio cibi in gutture impedit ſpiritum, id eſt, aeris attractionem, ita guloſitatis delectatio impedit ſpiritualium conſolationum perceptio-

2. Cor. 2. nem. Vnde Apoſtolus dicit, animalis homo, id eſt, guloſitas & voluptuoſitas, non percipit

Bern. ea quæ ſunt ſpiritus Dei; Delicata eſt enim, (vt dicit Bern.) diuina conſolatio, & non datur niſi amittentibus alienam.

Item gula vitium quantum nociuum ſit animæ, & corpori, oſtendit pinguedo corporis.

Primo quidem, quia pinguedo nimia eſt peſſimorum morborum generatiua: Nam (ſicut dicit Conſtan.) pinguia corpora, & nimia adipe plena, ſunt peſſima, & morbis peſſimis præparata, eo quod calor naturalis ſæpe in talibus ſuffocatur, & via ſpiritus pinguedine clauditur, & ſic ad regimen corporis, vt ſpiritus influat, denegatur. Et addit, quod corpora omnia pinguia, propter humorum ſuperfluam abundantiam, incurrunt ſæpe infirmitatem prolixam, & tardiſſimam curam: Nam pondere pinguedinis preſſa, non ſe exercitant, non laborant, & ſic nec ſuperflua minuuntur, nec congelata pinguedo diſſoluitur. Vnde calor naturalis ſuffocatur, & ſubito mors inducitur, niſi ei citius ſuccurratur.

Secundo, quia pinguedo eſt actionum animæ, ſcilicet ſenſus & intellectus, impeditiua.

Hieron. ua. Vnde Hieron. dicit, quod venter pinguis non gignit ſenſum tenuem, & ideo abſtinentia confert intellectui.

Tertio, quia eſt complementi generationis animalis tardatiua. Vnde dicitur in Aphoriſ. quod mulier nimis pinguis non concipit, ſi non macreſcit, eo quod pinguedo matricis ſemitam intercludit.

Idem ca. 32. Humiles aſſimilantur genibus.

Primo quidem, quia humilitas eſt mater concordiæ, & ſignificatur in genibus. Quia

Iſido. genua (vt dicit Iſid.) ſunt coniunctiones femorum, & crurum. Vnde ſecundum eum femora extenduntur ab inguinibus vſque ad genua. Per femora autem poſſunt intelligi fœminæ, eo quod in illa parte fœminæ diſcernuntur à viris, per crura vero quæ fortiora ſunt, poſſunt intelligi viri, vel per femora intelliguntur ſuperiores, per crura vero inferiores. Non igitur poteſt eſſe concordia, ſiue inter fœminas & viros, ſiue inter ſuperiores & ſubditos, niſi mediante humilitate; Nam per humilitatem ſuperiores inferioribus inclinantur. Et iterum per humilitatem inferiores ſuperioribus obediunt, & ſubduntur; inter ſuperbos vero econtrario ſemper ſunt iurgia. Vbi vero ſunt humilitatis genua, ibi pacis & vnitatis concordia.

Secundò, quia humilitas eſt ſoror ſapientiæ, & hoc etiam ſignatur in genibus, quæ mira fraternitate oculis coniunguntur; Nam cum quis gignitur, ita formatur, vt genua ſurſum ad oculos teneantur, quorum coniunctione foramina oculorum cauſantur. Et ideo eſt, quod dum homines genua flectunt, facilius lacrymas fundunt.

Item dum oculi coram iudicibus plorant, genua ſe flectunt. Oculis autem aſſimilantur ſapientes,

ſapientes, quia genua oculis coniunguntur. Et quod ibi locantur oculi, vbi genua infiguntur, ſignat, quod vbi humilitas, ibi ſapientia. Et vtrumque eſt neceſſarium in compunctione, & ad placandum ſummum iudicem Deum, ſcilicet ſapientia, quæ mentem compungat, & ad flendum moueat, & ex cognitione culpæ, & offenſæ, & etiam humilitas, quæ mentem & corpus inclinet ad ſatisfactionem iuſtitiæ. Prou. 11.

Tertiò, quia humilitas eſt oppoſita ſuperbiæ: Nam genua ſunt vocata, eo quod in vtero ſunt genis oppoſita, & à genis ſunt genua dicta. Per genas autem, quæ ſunt in ſuperioribus locata, & quæ maxillas continent contereentes, ſuperbi ſignificantur ſuperiora petentes, & alios per violentiam contereentes. Et ſunt duæ genæ, id eſt, duo modi ſuperbiæ, vna eſt de ſpiritualibus, alia de temporalibus, quibus opponuntur duo genua, id eſt, duo modi humilitatis. Primus eſt paupertas ſpiritus, quæ eſt, vt homo recognoſcat ſe ſpiritualibus indigere, & ea à ſe non habere, alius eſt temporalium deſpectus.

Quartò quoque, quia humilitas eſt amica abſtinentiæ; Nam per abſtinentiam caro humiliatur, ſicut Amb. dicit; Carnis terat ſuperbiam potus cibiq; parcitas. Et hæc abſtinentia ſignatur in genubus, quæ ſunt depauperata à carnoſitate & pinguedine propter motus continuationem; Nam multum carnoſa, & pinguia de facili opilantur, & ſic actio virtutis ſenſibilis impeditur. In quo etiam ſignificatur, quod per abundantiam, & vſum delitiarum, impeditur & actio virtutis, & continuatio laboris. Amb. in hym.

Iuſti & perfecti viri aſſimilantur hepati: Idem ca. 38.

Primo quidem, quia hepar eſt ſtomachi iuuatiuum. Nam in hepate ſunt quædam extremitates, quæ dicuntur fibræ, quæ ſunt vt quædam eminentes linguæ, quibus hepar amplectitur ſtomachum, ei calorem exhibens ad digeſtionem ciborum; ſtomachus ergo qui totius corporis communis vtilitati deſeruit, repræſentat nobis ipſam rem publicam, ſiue commune bonum, quod ſancti & iuſti viri præcipuè amplectuntur, & fouent, ſiue linguarum conſultatione, ſiue cuiuſlibet fauoris calore. Communia enim proprijs iuſti viri, & non propria communibus anteponunt.

Secundo, quia eſt puri ab impuro ſeparatiuum. In hepate enim fit ſecunda digeſtio, & ſeparatio, & depuratio cibi prima facta eſt in ſtomacho: Hepar enim ſuccoſitatem primæ digeſtionis per quaſdam venas in ſuam concauitatem trahit, & per ebullationem fortioris caloris celebrata digeſtione, ſiue depuratione ſecunda, in maſſam ſanguineam, & quatuor humorum materiam illam conuertit; cuius digeſtionis impuritas emittitur per vrinam, quæ initium ſumit ab hepate, ſed in renibus complementum, vbi ſubſtantiam recipit, & colorem. Et inde per poros virides, tranſmittitur ad veſicam. Ex ipſa autem maſſa ſanguinea, quæ eſt quatuor humorum materia, quod calidum eſt & humidum, tranſit in materiam ſanguinis, cuius receptaculum ſunt venæ, licet (ſecundum Philoſophum) formatio eius fit à corde. Quod autem calidum eſt & ſiccum, tranſit in materiam choleræ, cuius receptaculum eſt ciſta fellis, quod autem frigidum eſt & ſiccum, tranſit in materiam melancoliæ, cuius receptaculum eſt fiſtula ſplenis. Quod autem frigidum & humidum, tranſit in materiam phlegmatis, cuius receptaculum proprium eſt pulmo. Digeſtio ergo hepatis quæ purum ab impuro ſecernit, eſt viri iuſti compunctio, quæ à quotidianis maculis ſæpe purificare ſe ſatagit, & hæc eſt ſecunda digeſtio ſiue depuratio. Nam prima eſt à mortalibus per pœnitentiam, hæc autem ſecunda eſt à venialibus per compunctionis iuſtitiam, ex qua quatuor humores proueniunt; quia quatuor compunctionum ſunt genera quibus viri iuſti mens vehementer afficitur, ſicut dicit Greg. Vel Ariſt. de anim. Greg. in moral.

quando conſiderat vbi fuit, ſcilicet in peccato, vel quando reſpicit vbi eſt, ſcilicet in mundo, vel quando attendit vbi erit, ſcilicet in iudicio, vel quando penſat vbi non eſt, ſcilicet in cælo. Iſtis conſiderationibus viri ſancti ad fletum prouocantur & lacrymando & flendo ab omni impuritate purgantur.

Tertio, quia hepar eſt multarum paſſionum ſuſceptiuum. Nam hepar aliquando patitur ex nimia caloris incenſione, quandoque ex pororum nimia apertione, & per conſequens caloris exuporatione, & aliquando ex infrigidatione, propter quam homo ſæpe hydropiſim incurrit, quia nihil eſt aliud hydropiſis, niſi error digeſtiua virtutis in concauitate hepatis: hæc ergo cauenda ſunt multum iuſtis, & ſpiritualibus viris. Primo caloris mera incenſio, id eſt, indiſcreti feruoris præſumptio. Secundo pororum apertio, id eſt, ſenſuum circa exteriora nimia patefactio, & occupatio, vel ſuarum virtutum oſtentatio.

Tertio caloris euacuatio, id eſt, feruoris ſpiritus per negligentiam diminutio.

Quarto nimia per accidiam infrigidatio: eſt etiam ſummè vitanda ſuperbia tume- Iob. 15. *factio, qua eſt hydropiſis inflatio. Vnde ſuperbienti dicitur: Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus?*

Idem ca. 49. *Labor pœnitentium aſſimilatur labori & exercitio corporali, in quo attendenda ſunt quinque.*

Primo, vt non ſit nimis intenſus, vel remiſſus, ſed temperatus. Sic etiam labor exterioris pœnitentia non debet eſſe intenſus, ita vt naturam proſternat, & corrumpat; neque debet eſſe remiſſus, ita vt concupiſcentiam & ſuperbiam carnis non vincat; & talis 2. Thim. 2. *eſt labor militum Chriſti, de quo Apoſtolus ait: Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.*

Secundo in exercitio corporali eſt attendenda qualitas, vt non ſit nimis velox aut tardum: ſic pœnitens non debet eſſe nimis velox per præſumptionem, vt ſcilicet ſtatim cre- Bern. *dat effici ſummus, & perfectus. Vnde dicebat beatus Bern. Nolo repentè fieri ſummus, ſed paulatim proficere volo; quia ſicut Deo placet verecundia peccatoris, ita ſibi diſplicet imprudentia pœnitentis.*

Rom. 12. *Item non debet eſſe tardus per negligentiam, vel dilationem. Apoſtolus: Sollicitudine non pigri.*

Tertio attendendum eſt tempus, ſ. vt maximè fiat ante cibum, vt ſuperfluitates lubrica in corpore reſoluta, per exercitium expellantur, nec cibus ſuperueniens corrumpatur. Sic etiam purgatio, & labor pœnitentia, debet præuenire cibum Euchariſtia, & expellendo ſuperfluitates peccatorum, ne ex cibo ſacro ſuperueniente lædatur. Poſt cibum etiam valet exercitium temperatum, quia calorem augendo cooperatur digeſtiua virtuti; ſic etiam per cibum Euchariſtia non eſt ceſſandum ab operibus pœnitentia; quia cooperantur ad cibi, id eſt, ſacramenti profectum & operationem, calorem charitatis augendo & conſeruando.

Quarto attendendus eſt locus; quia aliquis locus exercitij corporalis eſt aquoſus, vt locus piſcatorum, & talis locus infrigidat, & humectat. Talis eſt labor compunctorum, Pſalm. 6. *& plorantium, quia infrigidat ardorem carnis, & humectat fletu & lachrymis. Pſalm. Laboraui in gemitu meo. Aliquis vero locus exercitij eſt ſiccus, & nemoroſus, vt locus venatorum, & talis ratione diſcurſus calefacit corpora, & deſiccat. Talis eſt labor abſti-* Fulg. in Prou. *nentium, qui inflammat mentem, & deſiccat carnem.*

Quinto attendendus eſt corporalis exercitij finis laboris fructus, de quo ait Fulgentius ſuper illud Prouer. vltimo. Panem otioſa non comedit. Honeſtus, inquit, labor, eſt humana vita

na vitæ fidi cuſtodia, dormientis naturæ ſtimulus, ſopiti caloris lima, ſuperfluitatis conſumptio, vitiorum fuga, morborum mors, languorum medicina, lucrum temporis, iuuentutis debitum, adoleſcentiæ diſciplina, ſenectutis gaudium, ſalutis auxilium, nutrix omnium bonorum, deſtructrix vitiorum & ocij inimica. Et addit ille. Ergo ſolus ſe ab exercitio retrahit, qui fœlicitatis gaudio vult carere. Omnia autem hæc propriiſſimè competunt labori pœnitentium. Nam pœnitentiæ labor vitam animæ cuſtodit, dormientem id eſt, pigritantem pungit, ſopitum calorem, id eſt, tepefactum amorem incendit, ſuperfluitates, id eſt, exceſſus affectionum conſumit, vitia expellit, morbos tentationum extinguit, languoribus paſſionum medicina exiſtit, lucrum temporis, id eſt, meritum parit, hoc debetur iuuenibus ne pigreſcant, & adoleſcentibus ne laſciuiant, hic labor portatus eſt gloriatio ſenum, & ſaluatio animarum, hic omnia bona ſpiritualia nutrit, omnia mala deſtruit, & tandem etiam talis labor ad æternam fœlicitatem perducit; vnde hi ſunt labores, de quibus dicitur. Labor bonorum glorioſus eſt fructus. Sap. 3.

Loqui qualiter debeamus labia oſtendunt. Idem ca. 41.

Primo, quia labia ſunt dentium cuſtoditiua, vt ſcilicet ille qui vult loqui, verba ſua cuſtodiat ad tempus opportunum, ſecundum illud: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. Hinc eſt, quod Dauid petebat dicens: Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ, &c. Mal. 2. *Oſtium enim (vt dicit Gregor.) neque ſemper clauditur, neque aperitur, quia nec eſt ſemper loquendum, neque ſemper tacendum, ſed vtrumque diſcretè faciendum.* Gregor.

Secundo temperantia, quia labia ſunt duritiæ dentium temperatiua, & ideo facta ſunt mollia, & carnoſa. Sic verba prædicantis debent eſſe talia, vt mollificent vel temperent duritiem peccatoris.

Item quia labia mollia dulciter reſpondentis, temperant iram furentis, ſecundum illud: Reſponſio mollis frangit iram. Et iterum. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Prou. 15.

Tertio, quia labia ſunt vocis articulatæ formatiua. Vox autem articulata, eſt vox ſignificatiua, aliquem ſenſum exprimens. Et hoc inſtruimur, vt loquamur verba penſata, non autem verba ocioſa, & inſenſata, vel ſtulta. Eccle. 6.

Quarto, quia labia ſunt aeris frigidi vel calidi interceptiua: Nam aeri frigido vel calido ſe opponunt, & ipſum retinendo depuratum interioribus reddunt. In quo inſtruimur, quod inflammantia ad iram, vel inducentia frigus malitiæ, qua homo retrahitur à bonis, ſi audiamus, non debemus referre, ſed potius nos opponere; & ſi referre oporteat, puriora ea & placabiliora reportare.

Quinto, quia labia ſunt virtutis interpretatiuæ propria organa, & talia ſunt labia doctorum, & expoſitorum qui ſacras ſcripturas interpretantur, & exponunt, ſicut de ipſo Domino dicitur. Qui interpretabatur iis in omnibus ſcripturas.

Sexto, quia labia ſunt paſſionum animæ, ſcilicet odij, amicitiæ, doloris, & triſtitiæ expreſſiua. Luc. 24. *Vnde dicitur, quod tremor labiorum in phreneſi in morbis acutis mortem prætendit. Talia autem ſunt labia confitentium, & exprimentium morbos vitiorum, & paſſiones malas animæ ſuæ. Vnde qui eſt in acutis morbis, ſcilicet in grauibus peccatis, & tremunt ei labia, id eſt, ex timore aliquo, vel verecundia confiteri omittit, incurrit mortem æternam. Prouerb. Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur.* Prou. 28.

Memoria aſſimilatur ventri. Idem ca. 42.

 Primo,

Primo, ratione receptionis: Eſt enim venter nutrimenti totius corporis receptaculum. Vnde ſecundum Iſid. venter dicitur, quia venit per eum cibus ad totum corpus. Sic cibus ſpiritualis notitia, qua ſpiritus nutritur, in receptaculo memoriæ reponitur, & locatur. Vnde & diſpoſitio memoriæ debet eſſe vt diſpoſitio ventris; quæ eſt rotunda propter liberiorem ciborum collocationem, & oblonga propter ipſius cum ſuperioribus coniunctionem, & diuerſis panniculis circundata propter interiorum conſeruationem. Sic memoria tunc eſt bene diſpoſita, cum eſt rotunda, id eſt, larga per capacitatem & longa per diuturnitatem, & diuerſis panniculis, id eſt, diuerſis adminiculis fulta per ſtudioſitatem. Sunt enim quatuor, ſecundum Philoſophum) quæ iuuant hominem ad bene memorandum.

Iſid. li. 113.

Primum eſt, vt illa quorum bene vult recordari aliquo ordine diſponat: ſecundum eſt, vt circa ea affectum adhibeat: tertium eſt, vt ea ad aliquas ſimilitudines non omnino conſuetas reducat: quartum eſt, vt illa per frequentem meditationem repetat.

Secundo ratione purgationis: Nam venter vocatur aluus, ſicut dicit Iſido. quia cibum recipit, & purgari, conſueuit. Sic homo, & cibum ſpiritualis doctrinæ ſuſcipit in memoria, & ſe etiam purgare debet: & iſta purgatio peccati ex memoria naſcitur, quia dolor contritionis, quo anima purgatur, dum compungitur, ex peccati recordatione concipitur. Apo. Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam.

Apoc. 2.

Tertio ratione conceptionis: Nam venter mulieris vocatur vterus, eo quod fœtu impleatur, ſed ſicut ex vtero concipitur fœtus carnis, ita ex memoria, id eſt, ex ſpecie memoriæ ſeruata, concipitur verbum mentis, quod eſt quaſi quædam proles ipſius. Pſalm. Ex vtero ante Luciferum genui te.

Pſal. 109.

Idem ca. 43.

Mens hominis aſſimilatur pectori:

Primo quidem, quia pectus eſt duabus concauitatibus diſtinctum: Sunt enim duæ concauitates in pectore, quibuſdam inter ſe pelliculis ſeparatæ: & fuit neceſſaria hic diuiſio pectoris, vt ſi flatus in vna parte aliquo caſu impediretur, in parte alia ſeruaretur, ne anhelitu intercluſo animal moreretur. Duæ ergo concauitates pectoris, ſunt duæ vires mentis, ſcilicet intellectus, & affectus, ſiue voluntas. Et vtraque neceſſaria eſt menti ad conſeruationem ſpiritus, id eſt, vitæ ſpiritualis, ſcilicet intellectus, qui viuificat per fidem. Pſal. Intellectum da mihi vt viuam. Et affectus, qui viuificat per dilectionem. Ioan. Qui non diligit, manet in morte.

Pſal. 144.
1. Ioan. 3.

Secundo, quia pectus eſt mammillarum fundamentum. Nullum autem animal habet mammillas in pectore præter hominem, & elephantem, vt dicit Philoſophus. Quaſi autem duæ mammillæ quibus mens humana propinat exterius lac ſapidæ doctrinæ, ſunt ſapientia, & eloquentia, & ambæ habent fundamentum in mente. Vel duæ mammillæ quæ debent inhærere pectori lactantis, id eſt, menti doctoris, eſt peritia duorum teſtamentorum, ſcilicet legis, & Euangelij. Cant. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli.

Ariſt. 8. de ani.

Cant. 7.

Tertio, quia pectus eſt quandoque multis paſſionibus ſubiectum, & paſſiones pectoris omnes ſunt periculoſæ multum propter cordis vicinitatem, ſiue patiatur conſtrictionem, ſiue humoris conſumptionem, ſiue nimiam humorum repletionem, ſiue vocis raucedinem, ſiue apoſtemationem, ſiue ſuffocationem. Pectus ergo, quod cor in ſe continet, & Deum in corde habet, omni diligentia eſt ſeruandum, ne patiatur conſtrictionem auaritiæ, neque humoris conſumptionem, propter defectum eleemoſynæ, neque humorum repletionem, propter congregationem pecuniæ, nec vocis raucedinem, ob miſſionem

ſonem laudis diuinæ, neque apoſtemationem, per tumorem ſuperbiæ, neque ſuffocationem, per deſperationem veniæ: Iſtis enim modis patitur pectus corporaliter, & ſimiliter ſpiritualiter. Propter quod cum pro peccatis mea culpa dicitur, præcipue pectus percutitur, ratione cordis quod in ipſo continetur.

Quarto, quia pectus congrue eſt figuratum; Eſt enim pectus latum, & aliquantulum in medio eleuatum, & ipſa eleuatio, animoſitatis & virtutis eſt ſignum. Aues (vt dicit Arist.2.de Philoſophus) habent pectus acutum ad aerem diuidendum, & maxime, quæ ſunt ad ani. prædandum, vnde acuitas pectoris in auibus eſt ſignum generoſitatis. Qui ergo habent pectus amplum ad Deum amandum, & proximum amplectendum, & acutum ad omne malum quod occurrerit repellendum, ſummæ generoſitatis deferunt ſecum ſignum.

Item mentis conſtitutio moralis, debet eſſe ſimilis conſtitutioni corporis naturalis: Nam corpus humanum ex quatuor elementis cōponitur, ex quatuor humoribus conſtituitur. Quatuor elementa ſunt, ignis, aer, aqua, & terra. Similiter mens humana debet habere ſua elementa ſcilicet pro igne prudentiæ claritatem, pro aere temperantiæ mediocritatem, pro aqua iuſtitiæ puritatem, pro terra fortitudinis ſtabilitatem. Vel ſicut aliqui dicunt, vtitur mens humana pro igne intellectus ſubtilitate, pro aere conſcientiæ puritate, pro aqua ingenij mobilitate, pro terra animi ſtabilitate. Habet etiam mens humana ſuos quatuor humores: quia pro ſanguine vtitur dulcedine, pro cholera rubea amaritudine, pro cholera nigra contriſtatione, pro phlegmate mentis compoſitione: Dicunt enim Phyſici ſanguineos eſſe dulces, choleritos eſſe amaros, melancholicos triſtes, phlegmaticos corpore compoſitos, vt ſit dulcedo in contemplatione, amaritudo de peccati recordatione triſtitia de perpetratione, compoſitio in emendatione.

Item mentis compoſitio aſsimilatur phlegmati:

Primo ratione reſidentiæ radicalis: quia phlegma debet habere ſedem in pulmone per quem ſignatur diſcretio, quia ſicut pulmo aerem attrahit, & emittit, ita diſcretio, quod bonum eſt retinet, & quod malum expellit. In pulmone ergo eſt ſedes phlegmatis, quia compoſitio mentis, beneficio iuuatur diſcretionis.

Secundo, ratione proprietatis naturalis, quia phlegma eſt natura frigida & humida. Compoſitio igitur mentis requirit frigus, quo refrigeretur ab æſtu vitiorum, & humorem compunctionis, quo mundetur à ſorde peccatorum.

Tertio, ratione efficaciæ animalis, quia ex complectione phlegmatica ſunt homines tardi, obliuioſi, ſomnolenti, tardi ad operandum multum, obliuioſi ad effectum temporalium, & ſomnolenti per contemplationis tranſitum, Pſal. In pace in idipſum dormiam, & Pſal.4. requieſcam.

Modeſtia ſiue moderatio, & compoſitio morum, & motuum exteriorum corporis, aſsimilantur ſupercilijs: Idem.ca.44.

Primo, quia ſupercilia data ſunt ad oculorum tuitionem. Vnde & pilorum multitudine ſunt veſtita vt ſint oculis munimenta, ad repellendum humorem à capite defluentem. Iſid. Sunt ergo ſupercilia oculorum munimenta ne quid nociuum eis ab extra eueniat, vt Iſid. dicit. Sic modeſtia, & compoſitio extremorum ſenſuum, & membrorum valet ad cuſtodiam mentium: quia frequenter ex ſenſuum diſſolutione ſubintrant cogitationes malæ. Hierem. Intrauit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domus noſtras. Hier.9.

Secundo, quia ſupercilia ſunt ad decorem: quia nullus ſine eorum præſentia decoratur.

Sic modeſtia, & compoſitio morum, reddunt hominem in aliorum conſpectu decorum, & gratioſum, vnde Ambro. dicit, quod in modeſtia conſiſtit pulchritudo viuendi, & ornatus ad omnem actionem accommodatus.

Ambr. de offi.

Tertio, quia ſupercilia ſunt ad repræſentationem: Habent enim quandam vim latentem paßionem animæ indicantem: vt dicit Ariſt. quod cum fuerint ſupercilia recta ſicut linea, prætendunt fœmineam molliciem, vel animi leuitatem; ſi vero fuerint dimiſſa, & nimis preſſa, ſignant inuidum, ſi vero fuerint eleuata, & in pilu preſſa, animoſitatem prætendunt, depauperata vero à pilu, & oblonga, timiditatem, ſi autem fuerint ſpiſſa, & pili longi, exceſſum caloris important, ſi autem fuerint multa carnis, & pauca piloſitatis, ſenſum durum ſignificant & obtuſum, in membris principalibus dominantem; ſi vero pilis fuerint ſpoliata, ſignificant ſanguinis corruptionem, vt in leproſis, aut naturalis humoris conſumptionem, vt in ethicis, & ſimilibus, aut meatuum oppilationem, vt in caſtratis. Sic igitur diſpoſitio ſuperciliorum congrua, vel incongrua, repræſentat bonam vel malam diſpoſitionem interiorem, ſic compoſitio, ſeu modeſtia, vel inordinatio, & diſſolutio exteriorum motuum ſiue morum, repræſentant bonam vel malam diſpoſitionem interiorem, vel diſſolutionem, & inordinationem mentis. Vnde Eccle. Amictus corporis, & riſus dentium, & inceſſus hominis, enunciant de illo ſiue bonus ſiue malus ſit.

Ariſt. de anima.

Eccle. 19.

Idem ca. 45. Mors ſanctorum aßimilatur ſomno propter tria.

Primo, propter quietis ſuauitatem: quia nullorum laborum dormiens meminit, ſed tunc dulciter requieſcit. Et ſic ſancti per ſomnum mortis, requiem à laboribus capiunt, ſecundum illud Apo. Beati mortui qui in Domino moriuntur: amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Et ad æternæ pacis dulcedinem perueniunt, ſecundum illud Pſalm. In pace in idipſum dormiam & requieſcam.

Apoc. 14.

Pſalm. 4.

Secundo, propter dormientis firmitatem: quia dum homo dormit, nullius aduerſarij potentiam pertimeſcit. Sic ſancti per ſomnum mortis de omnium aduerſantium manibus eripiuntur, & æternæ ſecuritatis fiducia perfruuntur: vnde Dominus dicebat. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid faciant. Sic igitur in hoc conueniunt mors, & ſomnus, quia vterque ſecuritatem tribuit; ſed in hoc differunt, quia ſecuritas ſomni eſt ex inſenſibilitate, ſed ſecuritas mortis eſt ex libertate, de qua Pſalmiſta. Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Ioan. Si dormit, ſaluus erit.

Matt. 10.

Pſal. 123.
Ioan. 10.

Tertiò, propter figuræ dormientis mutabilitatem, quia exterius videtur mortuus, qui maxime interius viuit: & ſic ſancti eum mortui ſecundum carnem ſunt, veram vitam viuunt. Pſalm. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, &c.

Pſalm. 126.

Idem ca. 46. Obedientes debent aßimilari cruribus propter tria.

Primò quidem debent obedire velociter, & hoc ſignificant crura quæ à currendo ſunt dicta, quia per ea currimus, & greſſum facimus, vt ſignificetur obediendi velocitas. Pſalm. Velociter currit ſermo eius: tunc enim ſermo imperatus currit velociterr, quando ab obediente impletur celeriter. Bernar. Verus obediens non procraſtinat, ſed ſtatim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & ſe totum intus colligit, vt mandatum peragat imperantis.

Pſalm. 147.
Bern. in lib. de præ.

Secundo, quia debent obedire fortiter, ſcilicet ne retrahantur ex operis difficultate: & hanc fortitudinem ſignificant crura, quia habent oſſa fortia, & etiam ſunt neruoſa, vt ad motum ſint habiliora. Sic obedientes debent eſſe oſſei, id eſt, fortes ad exequendum

& to-

& tolerandum grauia. & neruoſi, id eſt, durabiles ad continuandum difficilia Bern. Ipſa obedientia via, cui fortaſſe aliqua dura & aſpera occurrere poſſunt, vt accipias interdum nonnulla, quæ licet ſalubria ſint, minus tamen videntur, hæc ſi moleſtè ceperis ſuſtinere, ſi diiudicare prælatum, ſi murmurare in corde, ſi etiam exterius impleas quod iubetur, non eſt virtus patientiæ, ſed velamen malitiæ. Bern. in ſerm.

Tertio, debent obedire dulciter, quod ſignificant crura, quorum oſſa medullæ ſunt plena, vt medullæ humectatione oſſium ſiccitas irrigetur. Hæc ergo medulla eſt interior deuotio, qua irrigati interius veri obedientes, omnia dulciter & ſine murmure exequuntur, quia non obediunt timore, ſed amore. Greg. Obedientia non ſeruili metu, ſed charitatis affectu ſeruanda eſt, non timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ. Greg. in 12. mor.

Occaſiones peccandi aſſimilantur vmbilico propter tria. Idem ca. 47.

Primo, propter nutritionem: Nam (ſicut dixit Gregor.) vmbilicus eſt, quo fœtus in vtero alitur, ſicut arbores per radices terræ humore nutriuntur. Vnde vmbilicus (ſecundum Conſtan.) ex venis, & neruis, & arteriis compoſitus eſt, quo mediante, ipſe fœtus ſanguinem ſubtilem ſibi attrahit & ſugit, & per has arterias ſpiritum recipit. Sic etiam fœtus peccati interius in mala voluntate conceptus, per actiones exteriores nutritur & augetur, & fouetur. Non eſt præciſus vmbilicus tuus. Ezech. 16.

Secundo, propter ſituationem, quia in vmbilico ſita ſunt genitalia mulierum, ſicut in lumbis genitalia virorum, ſecundum illud. Virtus in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. In hôc ſignificatur, quod mulieres ſunt viris occaſio peccandi & luxuriandi. Iob 4.

Tertio, propter præciſionem, quia conſuetudo eſt mulierum præcidere infantibus vmbilicum. Sed nota, quod vmbilicus (vt dicit Conſtant.) rumpitur iuxta matricem dum fœtus egreditur, & cum fœtu exit, quod obſtetrices ligant quatuor digitorum longitudine, & ex hac ligatura fiunt rotunditates vmbilici, poſtea præcidunt eum. Sicut ergo vmbilicus ſtringitur, & rumpitur, & præciditur, ſic peccatorum occaſiones ſunt ſtringendæ, rumpendæ, præcidendæ. Occaſiones enim peccatorum quandoque ſunt importunæ, & tunc ſunt per violentiam rumpendæ, quandoque vero ſunt oportunæ, & quaſi neceſſariæ, & tunc ſunt per temperantiam reſtringendæ; quandoque vero ſunt ſuperfluæ, & omnino noxiæ, & tunc ſunt penitus præcidendæ. Dicit autem Hiero. quod neceſſe eſt infantibus primo ortis vmbilicum præcidi. Hiero. Ezech. 16.

Deinde ad abluendum ſanguinem aqua lauari.

Tertio, humorem eorum Sole ſiccari.

Quarto, tenera corpora pannis ſtringi, ne membra fluxibilia delaxentur. Sic ab homine per pœnitentiam nouiter generato, primo præcidendus eſt vmbilicus, id eſt, auferenda omnis occaſio peccandi; deinde lauari eum oportet aqua lachrymarum: tertio ſole, id eſt, feruore ſpiritus & amoris deſiccandus eſt humor noxius, id eſt, fluxibilitas, & habilitas ad peccandum.

Quarto, reſtringendus eſt ligatura abſtinentiæ, & continentiæ ſalutaris. Idem ca. 48.

Opera humana aſſimilantur manibus propter quatuor.

Primo, propter numerum: Sunt enim duæ manus, ſcilicet dextra, quæ ſignat opus bonum, & ſiniſtra, quæ ſignat opus malum. Matth. Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua, vt ſcilicet ſit opus purè bonum cui nihil admiſceatur mali. Pertinet ergo ad dextram operari liberaliter, quia dextra à dando eſt dicta. Matth. 5.

Item

præteritorum, intelligentia reſpectu præſentium, & prudentia reſpectu futurorum.

Tertius digitus, qui eſt medius, dicitur impudicus, ex eo, quod dum manus aliquid turpe tangit, hic digitus cum ſit maior cæteris, prius attingit. Hic ergo digitus ſignat temperantiam, quæ impudicitiam & voluptatem carnis tangit, reprimendo & moderando, & hic etiam ex tribus eſt oſſibus: quia temperantiæ triplex eſt modus: Eſt enim vna pars temperantiæ circa cibum, ſcilicet abſtinentia, alia circa potum, ſcilicet ſobrietas, tertia circa coitum, ſcilicet continentia, ſiue caſtitas.

Quartus digitus vocatur annularis, quia in ipſo annulus defertur. Sic autem annulus in digito eſt fortitudo in opere, quæ neceſſaria eſt, præcipue in continuando & perſeuerando: Eſt enim annulus ſicut corona digiti, quia ſola perſeuerantia coronatur. Et nota, quod digiti habent hoc proprium, quod groſſiores ſunt ante cibum, quam poſt. Vnde annulus, qui vix ante cibum de digito trahitur, facile poſt cibum egreditur, ſicut dicitur ſuper Aphoriſ. Sicut ergo digitus ieiunus fortius tenet annulum quam refectus. Ita homo abſtinens, & ſobrius, fortior eſt ad perſeuerandum in bono, quam guloſus & delitioſus. Hic etiam digitus eſt ex tribus oſſibus; quia triplex eſt neceſſaria huiuſmodi fortitudo, ſcilicet in aggrediendo, quod pertinet ad fiduciam, in ſuſtinendo, quod pertinet ad patientiam, in conſummando, quod pertinet ad perſeuerantiam.

Quintus digitus auricularis dicitur, quod cum eo aures ſcalpimus; & hoc ſignat obedientiam, quia ſcriptum eſt: In auditu auris obediuit mihi. Et hic etiam eſt ex tribus oſſibus, quia obedientia eſt homini tripliciter neceſſaria:

Primo, reſpectu Dei, ſcilicet vt homo obediat diuinæ voluntati.

Secundo, reſpectu proximi, ſcilicet, vt obediat ſuperiori potenti.

Tertio, vt obediat propriæ rationi, ſcilicet vt ſit caro ſpiritui ſubiecta.

Quarto, humana opera aſſimilantur manibus propter ornamentum, ſcilicet vnguium: vnguis enim in fine digiti, charitatem ſignat, quæ eſt finis præcepti. Vnde ſicut ſunt decem digiti manuum, ita ſunt decem præcepta decalogi. Sicut ergo ſunt vngues ornamenta digitorum, ita charitatis præcepta ſunt ornamenta operum humanorum. Sed notandum, quod vngues in quibuſdam animalibus ſunt indecoris ornamentum, & iuuamentum, ſicut in hominibus. In quibuſdam vero ſunt ad defenſionis munimentum, ſicut in leone, & huiuſmodi. In aliquibus vero ſunt calciamentum, vt in equo, & mulo, & conſimilibus; quæ omnia competunt charitati, quia ipſa, quæ exornat, iuuat, defendit, & calciat etiam pedes affectionum, ne lapide offenſionis allidantur.

Item operatio hominis aſſimilatur pulſui propter tria:

Primo, quia pulſus à corde oritur. Eſt enim pulſus cordis, & arteriarum motus, ſecundum dilatationem & conſtrictionem: Cùm enim cor continuo motu à centro vſque ad circumferentiam, vi ſanguinis, & caloris, & impulſu vitalis ſpiritus moueatur, ex tali motu vſque ad ſuas extremitates dilatatur. Quandoque vero è conuerſo, ab extremitatibus ad centrum mouetur & ſtringitur. Cordis igitur dilatatio ad frigidum aerem attrahendum, & conſtrictio ad fumoſum aerem expellendum, ſunt cauſa pulſus. Sic ergo pulſus à corde incipit, & per arterias ad extremitates corporis ſe diffundit, vnde ſtatum corporis oſtendit. Eodem modo operatio hominis bona, vel mala, à corde, id eſt, à mente procedit, cuius diſpoſitio bona, vel mala à mente, per arterias & venas, id eſt, per affectiones & cogitationes, ad exteriores ſe diffundit per locutiones, & actiones. Mat. De corde exeunt cogitationes malæ, &c. & Luc. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum. Matt. 19. Luc. 6.

M

Secundo,

Secundo, quia pulſus à medicis tangitur : Ad hoc enim pulſus neceſſarius, vt per eum diſpoſitio ſpiritualis virtutis intelligatur, & eius operatio cognoſcatur. Sic etiam per operationes bonas, vel malas, cognoſcitur bona, vel mala diſpoſitio ſpiritus interioris. Matt. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

Matt. 7.

Tertio, quia præcipue in brachiis pulſus quæritur. Nam in quibuſdam partibus non poſſet plene diſcerni, propter venarum elongationem à corde, in quibuſdam propter cordis regentis occultationem, in quibuſdam vero propter oſſium conſtrictionem, & ideo ſapientes ad cognoſcendum pulſum arterias brachij elegerunt. Nam, hoc fuit facilius; quia brachia arterias non occultant; & vtilius, quia illa arteria magis cordi appropinquant; & honeſtius, quia nec ægro, nec medico verecundiam generant; Indecens enim eſſet plura membra corporis denudare. Sicut ergo brachia ſunt inſtrumenta pulſus; ſic etiam nos brachijs & manibus operamur, ſed talia debent eſſe opera noſtra, quod congruant honeſtati, vtilitati, & facilitati, & tunc faciliter bene operamur, quando ex amore operamur; quia amor (ſecundum Auguſtinum) omnia facit facilia.

Auguſt.

Oratio cum gratiarum actione habet ſimilitudinem cum anhelitu:

Idem ca. 49.

Primo, quia in anhelitu eſt motus vicarius. Nam per anhelitum aer attrahitur, ſed attractus poſtmodum emittitur, & ſic vicario motu aer recipitur & redditur. Similiter ergo debet homo gratiam quam recepit à Deo, reddere, eidem gratiam agendo. Paralipom. Quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Sed attende, quod anhelando plus de ſpiritu attrahitur, quam foras emittatur, quia pars non parua in nutrimentum tranſit ſpiritus vitalis. Similiter plus à Deo de gratiis & beneficiis recipimus, quam reddere poſſumus.

Secundo, quia anhelitus eſt corpori multipliciter proficuus. Eſt enim anhelitus aeris attractiuus; quia ſcili. et per orationes deuotas, & gratiarum actiones, attrahitur Spiritus ſancti gratia. Vnde quanto quis plus orationi, & gratiarum actioni inſiſtit, tanto ſibi diuina gratia plus multiplicatur, & creſcit. Augmentum beneficij, eſt beneficij eiuſdem memoria, & continua gratiarum actio. Vnde etiam Gregorius dicit, quod non eſt dignus dandis, qui non agit gratias de datis.

Gregor.

Item anhelitus eſt cordis, & innati caloris refrigeratiuus: Innatus enim eſt homini carnalis concupiſcentia calor, quem ſicut ex parte carnis reprimit ieiunium, ita ex parte mentis refrigerat oratio. Et ideo Dominus dixit, quod hoc genus dæmoniorum, ſcilicet carnaliter tentantium, non eijcitur, niſi in oratione & ieiunio.

Matt. 17.

Item anhelitus, eſt fumoſi vaporis purgatiuus. Fumoſus autem vapor ſurſum tendens, eſt ſuperbia, quam oratio purgat; quia mentem humiliat (vt dicit Hieronymus) vel vapor fumoſus eſt qualibet ſuggeſtio, ſiue cogitatio praua, quam etiam oratio deuota purgat, & expellit. Iſido. Frequens oratio vitiorum impugnationem extinguit.

Hieronym.

Iſidor.

Item anhelitus eſt ſpiritus animalis nutritiuus, quia ſanctis orationibus nutritur, & vegetatur ſpiritus. Vnde Auguſt. dicit; Oratio refectio eſt ieiunorum, duritiam cordis emollit, auſteritatem temperat, ieiunium dulcificat; Sicut enim ſine potu non eſt plena refectio, ſic & ieiunium ſine oratione non poteſt perfecte animam nutrire.

Aug. in ſer.

Item anhelitus eſt ſtatus membrorum ſpiritualium oſtenſiuus; ſic etiam per aſſiduitatem, & delectationem orationis oſtenditur, quod homo ſit vere ſpiritualis; quia ſicut auis ſæpe exurgit ad volatum, ita ſpiritualis homo ſæpe ad orandum. Vnde legitur de B. Martino, quod nunquam vlla hora, momentumque præterijt, quo non aut orationi, aut lectioni

*inſiſteret; inter legendum tamen, & operandum, nunquam animum ab oratione laxa-
bat: nam vt fabris ferrariis moris eſt, quod inter operandum pro quodam laboris leuami-
ne incudem feriant, ita Martinus dum aliquid ageret, ſemper orabat.*

*Tertio, quia anhelitus quandoque eſt diminutus, & quando anhelitus eſt paruus, &
frigidus, in peracutis febribus ſignum eſt mortis, eo quod ſignificet extinctionem caloris
naturalis, & defectum virtutis. in acutis ergo febribus, id eſt, in fortibus tentationibus, ſi
anhelitus ſit paruus, & modicus, id eſt, ſi parum cum frigido corde oretur, timendum eſt
caſus mortis, id eſt, mortalis peccati ex eo quod prætendat extinctionem charitatis. Vnde* Mat. 24.
Dominus dicebat: Orate, vt non intretis in tentationem.

*Quarto quoque quia anhelitus quandoque eſt corruptus, & fœtidus; quod accidit ex
interiorum membrorum corruptione, ſicut in leproſis, quorum anhelitus eſt fœtidus &
corruptus, & aliorum infectiuus. Nam inficit aerem vicinum ſibi, ſicut ſibilus baſiliſci, qui
aues ſupra volantes occidit. Sic ex mala diſpoſitione, & corruptione animæ interioris, o-
ratio, vel gratiarum actio aliquando eſt execrabilis, ſicut fuit oratio & gratiarum actio
Phariſæi dicentis: Gratias tibi ago Domine, quia non ſum ſicut cæteri hominum, &c.* Luc. 8.
*Hæc enim erat corrupta per ſuperbiam, fœtida per iactantiam, & laſiua aliorum per in-
famiam; quia alios infamabat, dicens: Adulteri, raptores, &c. Et etiam vicinum publica-
num percutiebat, dicens: Velut etiam hic Publicanus.*

Ocioſitas & recreatio hoc facit animæ, quod quies facit corpori: Nam quies corporis, Idem ca. 50.
*aut eſt nimia, aut nimis pauca, aut ſufficiens & temperata: Si ſit quies nimia, eſt multo-
rum humorum generatiua & conſeruatiua, & multiplicatiua, & tandem corruptionis
inductiua: Vnde etiam aquæ quæ nimis quieſcunt, putreſcunt: Similiter quoque ocioſi-
tas & recreatio, ſi eſt ſuperflua, generat, & conſeruat, & multiplicat humores, id eſt, ma-
las affectiones, & cogitationes. Eccleſ. Multam malitiam docuit ocioſitas. Vnde tandem* Eccle. 3.
facit animam in corruptiones ruere peccati. Bernard. Hæc ocioſitas mater eſt nugarum, Bern. in ſer.
*nouerca virtutum: Ipſa enim eſt, quæ virum fortem fortiſſime præcipitat in reatum. Fa-
cit enim ſuffocare virtutem, nutrire ſuperbiam, & viam conſtruere ad gehennam. Si au-
tem quies corporis fuerit nimis pauca, naturam laxat, non recreat, debilitatem non repa-
rat, & conſumptionem deperditi non reſtaurat. Similiter ſi nullam, vel nimis modicam
recreationem, vel quietem quis animo ſuo tribuat, anima tædio laſſatur, debilitas, id eſt,
tepiditas mentis non reparatur, quod per negligentiam eſt deperditum non ſuppletur: quia
laſſatus animus accidioſior & pigrior, quam ante eſſet, efficitur. Si autem quies corporis
fuerit temperata, calorem naturalem confortat, ſenſus reparat, digeſtionem emendat, &
corpus mediocriter purgat. Sic moderata recreatio, ſeu quies animi, calorem charitatis
confortat, ſenſus, id eſt, conſiderationes ſenſatas reparat, digeſtionem, id eſt, ſpiritualis ci-
bi & doctrinæ operationem roborat, & modificat, & animam ab accidia & tæ-
dio purgat. Et ideo Seneca dicit: Non ſemper in actu ſis, ſed interdum animo tuo quie-* Sen. in epiſt.
tem dato.

*Item ocioſitas, & voluptas ſunt cauſa doloris, & diſsipationis animæ & corporis. Cuius
exemplum eſt: quia ſecundum Auicen. quies corporis, & tranquillitas, & dimiſsio exer-* Auic.
*citij, coitus plurimus, & præcipue coitus ſuper repletionem cibi, frequentia ebrietatis, &
præcipue vinum plurimum in ieiunio ante cibum; quod maxime lædit neruos, ſunt
præcipue cauſa doloris iuncturarum, & podagra, & ſciatica. Quies ergo ſpiritualiter re-
fertur ad ſomnolentiam, tranquillitas ad pigritiam, dimiſsio exercitij ad imperſeuerantiã,*

coitus ad luxuriam, repletio vero & ebrietas ad gulam. Hæc ergo ſunt illa vitia, quæ primo lædunt animæ iuncturas: ſunt enim in anima vis iraſcibilis, & concupiſcibilis, & etiã rationalis, quas oportet eſſe in anima inuicem coniunctas per participationem & colligantiam rationis, quod eſt, quando paſſiones iraſcibilis & concupiſcibilis à ratione ordinantur: Et ideo vocantur à Philoſopho iraſcibilis, & concupiſcibilis, virtutes rationales: ſed has virtutes lædunt, & diſtinguunt vitia ſupra dicta: quia per ocioſitatem & quietem hebetantur paſſiones iraſcibiles, ſed per gulam & luxuriam diſtemperantur paſſiones concupiſcibiles, & ſic ſoluitur colligatio & iunctura rationis. Vel per læſionem iuncturarum intellige læſionem omnium virtutum, quia omnes virtutes (ſecundum Sanctos & ſecundum Philoſophos,) ſunt inuicem connexæ & coniunctæ: Sed tamen prædicta vitia earum iuncturas diſſoluunt: quia per ocium & ſomnolentiam, & imperſeuerantiam tolluntur & ſeparantur virtutum actus, ſed per gulam, & luxuriam, eradicantur etiam
Iob. 3S. virtutum habitus. Vnde dicitur de luxuria, quod ignis eſt vſque ad conſumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina.

Item hæc vitia inducunt podagram, quæ eſt læſio & vaſtatio pedum: quia ſcilicet lædunt & diſſipant bonas animæ affectiones. Sunt enim affectiones animæ quidam ſpirituales pedes, quibus anima mouetur, & vadit ad ea quæ diligit.

Item cyathicam, quæ lædit anchas, quibus ſcilicet fit ſeſſio corporis: quia ſcilicet huiuſmodi vitia etiam impediunt animæ quietem & ſtabilitatem, & ita prædicta vitia disiungunt virtutum colligationem, extinguunt animæ affectionem, & auferunt animæ quietationem.

Patientia Sanctorum aſsimilatur ſpleni:

Idem ca. 51. Primo quidem, quia ſplen eſt defectus ſiniſtræ partis ſuppletiuus. Vnde ſplen (vt dicit Iſid.) dicitur à ſupplendo, quia partem ſiniſtram iecori contrariam ſupplet, ne vacua
Iſid lib. Ethi. maneat, & vt ex oppoſito ad confortationem ſtomachi iecori reſpondeat. Vnde eſt inter coſtas, & ſtomachum poſitus propter ſiniſtræ partis infrigidationem, vt per quandam temperantiam factam conſeruet ſtomachi calefactionem. Per ſiniſtram igitur partem aduerſitas intelligi poteſt, in qua virtus hominis euacuaretur, & penitus deficeret, ſi bonum patientiæ non haberet. Hæc igitur eſt vt ſplen, qui in ſiniſtra parte, id eſt, in aduerſitate calori iecoris, id eſt, furori iraſcibilis ſe opponit, vt calefactio ſtomachi, id eſt, bonus feruor animi conſeruetur. Et hinc eſt, quod charitas, quæ eſt vitalis calor animæ, præcipue per
Greg. in paſt. impatientiam perditur. Vnde Grego. dicit, quod ipſa quæ mater eſt omnium, cuſtoſque virtutum, per impatientiæ vitium virtus charitatis amittitur.

Secundo, quia ſplen eſt ſanguinis purificatiuus: Dicitur enim ſplen duas habere venas, per quarum vnam humorem ad ſtomachum mittit ad eius confortationem, quantum ſufficit eius appetitui, per aliam vero ſanguinis fæces, id eſt, choleram nigram, ſeu melancholiam ab hepate ſibi attrahit. Et ideo ſubſtantia ſplenis eſt rara, & ſpongioſa propter faciliorem humoris fæculenti attractionem. Et eſt etiam ipſe ſplen niger propter melancholiæ, cuius eſt receptaculum, aſſimilationem; propter hoc eſt etiam durus, ne facile ab humore fæculento lædatur. Sic quoque patientia fæces, quæ generantur ab hepate, id eſt, vitia quæ proueniunt ex iniuria illatione, (vt iram, & odium, & inuidiam) attrahit placando, & ſedando; & ſic ſanguis, id eſt, bonus feruor charitatis remanet purus, vnde
Caſsiod. Caſſiodorus dicit; quod patientia eſt, quæ totius voluptatis fæces abſtergit, ipſa eſt, quæ limpidas animas Deo reddit. Eſt ergo patientia ad modum ſplenis nigra, id eſt, obſcura in

pœna

pœnæ ſuſceptione; ſed dura, id eſt, fortis in pœna toleratione. Vnde etiam Caßiod. dicit, quod patientia eſt, quæ omnia vincit aduerſa, non colluctando, ſed ſufferendo; non murmurando, ſed gratias Deo agendo.

Item patientia ſpongioſa eſt, id eſt, attractiua ex conſideratione, quia videndo, & conſiderando patientiam alicuius, & iratus attrahitur ad placationem, & inuidus, vel inimicus, ad eius dilectionem. Vnde ſicut Chryſoſt. dicit, nihil ita confuſionem facit ingerenti mala, ſi ut fortis tolerantia patientis, & neque verbo, neque opere reddere vindictam. Chryſ.

Tertio quoque, quia ſplen eſt riſus cauſatiuus. Communiter enim dicitur, quod felle iraſcimur, corde ſapimus, iecore amamus, cerebro ſentimus, ſed ſplene ridemus. Sic quoque fortitudo, & luctus patientiæ præſentis, erit nobis cauſa riſus, id eſt, æternæ lætitiæ, ſecundum illud Prouer. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouißimo, & Ioan. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Prou. 31. Ioan. 16.

Peccatum aßimilatur ſenio: Idem. ca. 52.

Primo quidem, quia ſenex multis miſeriis ſubditur. Nam (ſicut dicit Cyprianus) ſenectute confectus homo ad interitum properat, oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapſi numero minuuntur, cutis areſcit, flatus non ſuauiter olet, pectus ſuffocatur, tußis cachinnat, genua trepidant, talos, pedes tumor influat, humor interior euaneſcit, his omnibus aggrauatur. Et hæc omnia ruituram iam iamque domum corporis prænuntiant. Similiter etiam per peccatum homo multis miſeriis ſuppeditatur. Prou. Miſeros facit populos peccatum, vnde peccator ad modum ſenis ad æternum interitum properat. Heb. Quod antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt. Cypr. de abu. ſeculi. Prou 14. Hebr. 8.

Item in homine peccatore caligant oculi interiores per ignorantiam. Pſal. Obſcurentur oculi eorum, ne videant. Obſurdeſcunt aures per inobedientiam, Actuum. Auribus ſuis grauiter audierunt. Pſal. 68. Act. 28.

Item capilli fluunt ex capite, id eſt, bonæ cogitationes à mente per malitiam. Facies, ſcilicet interior, id eſt conſcientia, palleſcit, id eſt, decoloratur per immunditiam. Threu. Mutatus eſt color optimus. Dentes, id eſt, boni viri, ſiue amici ei adhærentes, ab eo ſeparantur, & minuuntur per infamiam. Cutis, id eſt, exterior cura pauperum, areſcit per auaritiam, deficiente humore pietatis. Iob. Sordibus pulueris cutis mea aruit. Thre. 4. Iob. 7.

Item peccatoribus pectus ſuffocatur, quia videlicet ſputis, & tußibus grauatur. Sputum eſt immunditia quæ per os proiicitur: vnde ſignat in peccatore verba inordinata, vel turpia, quæ peccatores ſine anguſtia retinere non poſſunt. Iob. Conceptum ſermonem tenere quis poterit? Et Eccl. Sagitta infixa femori canis, ſic verbum in corde ſtulti: Canis enim non quieſcit, quamdiu ſagitta femori eius infixa non exierit, & ſic ſtultus quamdiu verbum non emiſerit. Tußis autem eſt anguſtia peccatoris, & ſignificat in peccatoribus anguſtiam conſcientiæ, & pœnæ. Rom. Tribulatio, & anguſtia in omnem animam operantis malum. Iob. 4. Eccl. 19. Rom. 1.

Item eſt etiam in peccatoribus tremor genuum, id eſt, timor cordium. Prou. Pauor his, qui operantur malum. Prou. 10.

Item tumor pedum, id eſt, ſuperbis appetituum, appetendo glorias, & pompas, quæ omnia conſcientiam grauant & futuram animæ in æternum ſupplicium ruinam prænunciant.

Secundo peccatum aßimilatur ſenio, quia ſenes tædio afficit: ſic peccatum, quia deordinat animum, & grauat per pœnam & tædium. Auguſt. Iuſsiſti Domine, & ſic eſt Auguſt. confeſ. lib. 1.

vt pœna

Iob. 10. *vt pœna ſibi ſit omnis inordinatus animus. Iob. Tadet animam meam vita mea.*

Tertiò, quia ſenex morbis grauatur. Sic peccatores morbis grauantur diuerſarum paſ-
Pſalm. 13. *ſionum, vt nunc afficiantur triſtitia, nunc inuidia, & cateris talibus. Pſalm. Multipli-*
cata ſunt infirmitates eorum, &c.

Pſalm. 89. *Quartò, quia ſenex triſtitia premitur. Pſalm. Si autem in potentatibus octoginta an-*
ni, amplius eorum labor & dolor. Similiter peccatores, ſiue ex remorſu conſcientia, ſiue
ex vindicta culpa, ſcilicet, quando premuntur ab hominibus, vel à Deo, ſiue ex conuerſio-
Pſalm. 11. *ne pœnitentia, oportet ſimiliter triſtes effici. Pſalm. Tribulationem, & dolorem inueni.*

Quintò, quia ſenex piger efficitur, quia vires corporis ei minuuntur. Similiter pecca-
Prou. 20. *tum inducit defectum virtutum, & pigritiam ſpiritualium laborum. Prouerb. Propter*
frigus, ſcilicet malitia, piger arare noluit, id eſt, noluit bonis operibus laborare.

Sexto, quia in ſene calor naturalis extinguitur, & ſic extinguitur in peccatore calor
Matt. 24. *charitatis; quia refrigeſcit, & paulatim ad extinctionem tendit. Matth. Et abundauit*
iniquitas, & refrigeſcet charitas multorum.

Septimo, quia in ſene humor diſſoluitur, & ſic diſſoluitur humor luxuria, & fluxus
Ezech. 22. *concupiſcentia in peccatoribus. Ezec. Sicut fluxus equorum, fluxus eorum.*

Octauo, quia in ſene virtus regitiua corrumpitur, virtus autem regitiua eſt rationis
prudentia, cuius rectam extimationem, (ſecundum Philoſophum) corrumpit in pecca-
Dan 16. *toribus carnis concupiſcentia. Daniel. Species decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor*
tuum.

Nono, in ſene caro conſumitur, quod etiam ad literam nonnunquam in luxurioſis con-
tingit, quorum corpora frequenter minuuntur, vel conſumuntur ex nimia emiſſione hu-
Luc. 15. *moris nutrimentalis, ſiue ſeminalis. Luc. Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurio-*
sè, ſubſtantiam, ſcilicet non tantum temporalem, (vt diuitias,) ſed etiam naturalem,
ſcilicet carnis ſua.

Decimo, in ſene nerui contrahuntur, & ideo ſenes curui efficiuntur. Sic per contra-
ctionem auaritia incuruatur anima ad ſuſpectum terra, id eſt, ad appetitum, ſiue cogi-
Pſal. 37. *tatum terrenorum bonorum. Pſal. Miſer factus ſum ego, & curuatus, &c.*

Vndecimo, in ſene cutis rugatur, id eſt, exterior conuerſatio in peccatore deformatur.
Iob 16. *Iob. Ruga mea teſtimonium dicunt contra me.*

Duodecimo in ſene omnis virtus corporis annullatur. Et ſic pracipuè omnis virtus ani-
Pſal. 37. *ma vacuatur. Pſalm. Dereliquit me virtus mea.*

Decimotertio, quia ſenex ab hominibus vilipenditur. Et ſic peccator quandoque effici-
Pſalm. 21. *tur infamis, & ab omnibus deſpectibilis. Pſalm. Ego autem ſum vermis, & non homo,*
opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Decimoquarto, quia ſenex omnibus hominibus onerosus efficitur; & hoc ſpecialiter fa-
Prou. 27. *cit vitium iracundia, & pracipuè in homine ſtulto, ſecundum illud: Graue ſaxum, &*
onerosa arena, ſed ira ſtulti vtroque grauior.

Item peccatum aſſimilatur ſomno:

Primo, ratione voluntatis, quia ſcilicet voluntariè aliquis ad dormiendum ſe ponit, &
Oſe 10. *propria voluntatis arbitrio etiam in peccatum ruit. Oſe. Confunditur Iſrael in voluntate*
Aug. de duabus anim. *ſua. Aug. Peccatum adeo eſt voluntarium, quod ſi non eſſet voluntarium, non eſſet pec-*
catum.

Secundo,

Secundo ratione breuitatis, quia quiſquis ad dormiendum ſe ponit, non diu dormire intendit, ſed tamen frequenter decipitur, quia non quando vult excitatur. Sic quanquā ille, qui peccato conſentit, proponit cito de peccato exire, tamen vt plurimum decipitur, quia diutius peccato tenetur, & quandoque etiam in eo moritur, ſicut moritur lethargicus dormiendo. Ioan. Moriemini in peccato veſtro. Iudith. Soporem morti ſocians. Ioan. 8. Iudit. 4.

Tertio ratione inſenſibilitatis: quia ſcilicet ſomnus ligat, & immobilitat ſenſum: Nam in ſomno (ſecundum Philoſophum) interiora loca calent, & exteriora frigent, quia fit reuocatio caloris ad interiora. Et tunc fumus plurimus in ſtomacho generatur, qui dum ad cerebrum aſcendit, & vias ſenſuum ibi claudit, organum primi ſenſus corporis oppilatur, cumque ab eo omnes ſenſus particulares oriantur, dum ille ligatur, omnes alÿ à ſuis actionibus retrahuntur. Sicut ergo ſomnus ligat & immobilitat ſenſus corporis, ita quoque peccatum ligat & immobilitat ſenſum mentis, ſcilicet vt peccator non recte ſentiat quod oportet, aut non eligat facere, quod ſentit, vel cognoſcit eſſe faciendum. Vnde tollit peccatum virtutem cordis operatiuam, ſiue motiuam ad bene operandum, ſcilicet charitatem: Nam fides per quam eſt cognitio boni, per dilectionem operatur. Sicut Apoſtolus dicit. Et in hoc etiam peccatum aſsimilatur ſomno: quia, ſicut dicit Auguſt. dum humor intrinſecus temperatus vi caloris reſoluitur in fumum petit cerebrum, & ibi reſolutus diſtillat inferius frigidus, licet illuc aſcenderit calidus: & ſic diſtillando remittit calorem cordis, & per conſequens proceſſum operationum impedit, eo quod cor ſit principium omnis operationis. Eodem etiam modo peccatum ſua frigiditate mortificat calorē cordis, id eſt, amoris, ſeu amorem charitatis, & ſic impedit proceſſum omnis boni operis. Vnde peccatori dicitur: Vſquequo piger dormis? ſcilicet nihil bene operando. Ari. de ſom. & vig. Galat. 5. Auguſt. de quan. anim. Prou. 6.

Quarto ratione falſitatis: Frequenter enim ſomniant dormientes, & ſomniando decipiuntur per ſomnia illuſiua & falſa: & ſicut ſomnus inducit in dormientibus ſomnia falſa, & deceptiua, & ita peccatum in hominibus inducit falſas exiſtimationes, & temeraria & non vera iudicia. Prou. Stultus illudit peccatum. Prou. 14.

Item peccati corruptio aſsimilatur corruptioni phlegmatis, ex qua fiunt homines tardi, obliuioſi, & ſomnolenti. Similiter ex peccato fiunt homines tardi ad operandum bonum, obliuioſi vt non recogitent Deum, ſecundum illud. Oblitus es Domini creatoris tui.

Item ſomnolenti, id eſt, pigri, vel tepidi in proſequendo inceptum. Imitatur etiam phlegma naturam aquæ hyemis, & decrepitæ ætatis. Similiter ſtatus peccati habet naturam aquæ, quia inundatione periculoſus, fluctuatione turpidus, & motibus inſtabilis; Nam cor impÿ quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt, vt dicit Iſa. Iſai.

Item habet naturam hyemis; quia tempeſtatibus, id eſt, tentationum procellis laceßitur.

Item habet naturam decrepitæ ætatis, id eſt, veteris hominis, ſcilicet Adæ defectum, & inobedientiam.

Item phlegma per os purgatur, quia ipſa peccati corruptio per oris confeßionem expiatur. Corint. Expurgate vetus fermentum, & Rom. Ore. confeßio fit ad ſalutem. 1. Corint. 5. Rom. 10.

Item peccatores aſsimilantur viſceribus. Primo propter multiplicitatem vitiorum: Nam ſicut in corporibus ſiue ventribus ſunt multa viſcera, ita in peccatoribus ſunt multa vitia: In ventre enim ſuperius, primo eſt quoddam inteſtinum ſubtile, quod vocatur duodenum, quia in ſua longitudine ſecundum menſuram cuiuslibet hominis eſt 12. digitorum, & hoc ſuper dorſum erigitur, & ad nullam partem aliam retorquetur. Hoc inteſtinum eſt ſuperborum, qui ſuper dorſum, id eſt, ſuper homines humiles, & patientes ſe erigunt,

ſe erigunt, & ſe per humilitatem, vel pietatem non retorquent, nec flectunt: Hoc enim
Bern. *habe: 12. digitos, id eſt, duodecim gradus. Duodecim enim gradus ſuperbiæ beatus Bernardus ponit, qui ſunt curioſitas, mentis leuitas, inepta lætitia, iactantia, ſingularitas, arrogantia, præſumptio, peccatorum defenſio, ſimulata confeſſio, rebellio, libertas, peccandi conſuetudo; quorum primi ſex ſumuntur ſecundum iniuriam proximi qui debet eſſe par: quatuor alij ſumuntur ſecundum iniuriam hominis ſuperioris: Duo vero vltimi propriè ſecundum iniuriam Dei, quæ ſcilicet immediate fit ei. Et vocantur gradus, quia fit progreſſus à minori malo ad maius: Nam mala eſt iniuria reſpectu paris, peior reſpectu ſuperioris, ſed peſſima reſpectu Dei.*

Secundum inteſtinum vocatur ieiunium, quia ſemper à cibis eſt vacuum, dicit autem quidam ſapiens, quod ideo ſic eſt vacuum, quia à ſe reijciens omne acceptum, nullum apud ſe retinet nutrimentum: Et hoc pertinet ad prodigos, qui quantumcunque lucrentur, vel recipiant; tamen ſemper ſunt vacui, id eſt, indigentes, quia omnia emittunt in-
Luc. 15. *utiliter, & nihil reſeruant, & ideo ſemper egent; vt patet per exemplum in filio prodigo.*

Tertium appellatur ſecundo ſimillimum, nunquam tamen ſine cibi corpulentia eſt inuentum. Hoc pertinet ad guloſos, qui nunquam ſunt ſine ſolicitudine cibi, & cura corporis ſui. Inferius autem ſunt tria alia groſſa, quorum primum vocatur orbum, id eſt, viduatum altero orificio; Cum enim cætera viſcera duo habeant orificia, hoc habet vnum ſolum, vnde ſe habet ad modum ſacci, quia multa recipit, & pauca eijcit, hoc pertinet ad illiberales, & auaros quorum burſa habet ſolum vnum foramen, ſcilicet ad recipiendum: multa enim recipiunt lucrando, ſed pauca vel nulla eijciunt expendendo. Aliud vero, quod eſt ſub orbo, dicitur ilium, eo quod in eo iliaca paſſio fieri conſueuit; hoc pertinet ad inuidos, qui aliorum fœlicitate torquentur: Nam paſſio iliaca valde torquet, quia eſt doloroſa. Vltimum autem inteſtinum, & infimum, dicitur colon, quod immediatè cum orificio totius corporis eſt coniunctum, hoc pertinet ad vitium luxuriæ, quæ circa infimam corporis partem viget, & exercetur, quæ eidem orificio eſt vicina. Vnde hoc vitium vilius & turpius reputatur cæteris.

Item peccator aſſimilatur leproſis:

Primo, ratione diſtinctionis: diſtinguuntur enim ſeptem genera peccatorum penes ſeptem ſpecies lepræ, vel penes ſeptem modos leproſorum, qui in ſacra ſcriptura leguntur:
2. Par. 26. *Nam ſignificatur in carnis tumore ſuperbia, & hæc eſt lepra Oziæ. Poſtquam eleuatum*
Matt. 26. *eſt cor eius, exorta eſt lepra in fronte eius. In exuſtione ſignatur iracundia, & hæc eſt le-*
4 Reg. 5. *pra Simonis. Cum eſſet Ieſus in domo Simonis leproſi. In ſiti auaritia, & hæc eſt lepra*
Exod. 4. *Iezy. In ponderoſitate accidia, & hæc eſt lepra Moyſi, qui cum miſiſſet manum in ſinum,*
4. Reg. 7. *protulit leproſam. In pinguedine gula, & hæc eſt lepra virorum quatuor in introitu por-*
Num. 12. *ta. In putredine inuidia, & hæc eſt lepra Mariæ. Prouerb. putredo oſſium inuidia. In*
Prou. 14. *fœtore anhelitus luxuria, & hæc eſt lepra domus Iacob. Secundo, ratione mundationis.*
2. Reg. 3. *Nam iſti leproſi mundantur quinque modis. Primo ablutione, per quam ſignificatur con-*
4. Reg. 5. *tritio. Regum: dictum eſt Naaman, Lauare ſepties in Iordane.*
Luc. 17.

Item oſtenſione, per quam ſignificatur confeſſio. Oſtendite vos ſacerdoti, qui dum irent mundati ſunt.

Num. 12. *Item ſeparatione, per quam ſignatur excommunicatio, Num. 12. legitur de Maria, quæ fuit extra caſtra ſeptem diebus.*

Item

Item incluſione, per quam religio ſignificatur, vt manus Moyſi mundata eſt incluſione. Exod. Item tactu, per quem tribulationum perpeſſio. Matth. Tetigit eum, dicens: Volo, mundare, & confeſtim mundata eſt lepra eius. Exod. 4. Matth. 7.

Pœnitentia aſſimilatur pulmoni:

Primo quidem, quia pulmo aerem attractum interius depurat: & pœnitentia cor interius infectum mundificat, ſcilicet per contritionem. Iac. Purificate corda duplices animo. Idem ca. 54. Iacob. 4.

Secundo, quia pulmo vocem format; ſine pulmone enim vox formari non poteſt, neque anhelitus reddi valet, vt dicit Philoſophus. Sic etiam pœnitentia cordis exterius format vocem confeſſionis. Pſalm. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam. Ari. 14. de anim.

Tertio, quia pulmo humorem ſpumoſum generat: eſt enim pulmo de molli carne, & aerea, & ſpuma coagulata ſimillimus, vt dicit Conſt. & ideo generat conſimilem humorem, ſcilicet ſpumoſum. Quaſi autem humor ſpirituoſus, eſt feruida lachrymarum compunctio, quam ipſa pœnitentia generat & producit. Pſalm. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, & lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Pſal. 31. Conſt. Pſal. 6.

Quarto, pulmo cor refrigerat: nam ipſe pulmo vndique cor circundat, & aerem frigidum ad eius temperiem miniſtrat. Vnde inter cor & guttur eſt medius, vt ſubito ad cor aerem mittat, & ipſi gutturi ad vocem formandam reddat. Sicut igitur pulmo calorem cordis refrigerat; ita pœnitentia, tam interior, quam exterior; ardorem concupiſcentiæ mitigat: Eccleſiaſt. Ignem ardentem extinguit aqua, id eſt, ardorem concupiſcentiæ reprimit pœnitentiæ lachryma. Eccle. 3.

Quinto, pulmo à motu non ceſſat: Cum enim ſit vt cordis flabellum, aerem ad temperiē cordis attrahens continue, & emittens, oportet neceſſario, quod ſe dilatando, & conſtringendo, ſemper in motu conſiſtat. Sic etiam homo pœnitens, à motu boni operis nullo tempore ceſſare debet, neque ocio vacare. Eccleſ. Quodcunque poteſt facere manus tua inſtanter operare. Eccle. 9.

Sexto, pulmo ſpiritui vitali nutrimentum continuum præſtat. Nam caro pulmonis eſt mollis, & concaua vt ouis, vt aer in ſuam naturam de facili immutetur, & ſic vitalis ſpiritus in ventriculum cordis ad conſeruationem vitæ animalis faciliùs tranſeat. Sic per opera pœnitentiæ nutritur interius ſpiritus, ſiue per auditum prædicationis, ſiue per ſtudium orationis, ſiue per fletum compunctionis, ſecundum illud Pſalm. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.

Septimo, pulmo cordis regionem ab inſtrumentis ſenſibilibus ſeparat. Et ſic pœnitentia ſeparat cor pœnitentis à delectationibus ſenſibilibus & carnalibus. Iſidor. Pœnitentia non menſium ac temporum curſu penſatur, ſed pœna, qua anima cruciatur, & mortificatur caro. Iſid. de ſu. bo.

Octauo, pulmo aerem ad ſupplementum caloris in ſuis folliculis & poris reſeruat. Vnde tam diu poteſt animal ſub aqua ſine ſuffocatione viuere, quamdiu poteſt recollectum aerem retinere. Sic pœnitens debet in ſecretis ſtudiis & affectibus conſeruare propoſitum non peccandi, & tamdiu viuit anima ſub aqua gratiæ, quamdiu poteſt tale propoſitum retinere.

Item pœnitentia aſſimilatur palpebris propter tria: primo propter officium. Nam palpebrarum, ſiue ciliorum eſt triplex officium; Sunt enim poſitæ ante oculos:

Primo ad cuſtodiendum, vnde dicuntur cilia, quia ſuo motu continuo aerem intercidunt,

dunt, & ſic oculos ab aeris læſione cuſtodiunt. Talis erat pœnitentia Pauli, quam faciebat ad ſuam cuſtodiam, ne ſcilicet caderet à gratia. Vnde dicebat: Caſtigo corpus meum, &c.

1. Cor. 9.

Secundo, palpebræ ſunt ad operturam: Nam quia natura oculi eſt aquea, & humida, ad ſui fortificationem & defenſionem indiget opertura. Sed ſicut palpebra eſt opertorium oculi, ita pœnitentia eſt opertmentum peccati: operit enim peccatum ne videatur ad iudicium Pſal. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, & talis fuit pœnitentia Magdalenæ. Sed nota, quod quædam animalia tegunt, ſiue claudunt oculum cum palpebra ſuperiori, ſicut omne animal quadrupes. (ſicut Philoſophus dicit.) Quædam cum palpebra inferiori, ſicut aues; quia quidam ſe affligunt in pœnitentia amore æterni præmij, & hæc eſt palpebra ſuperior; quidam timore ſupplicij, & hæc eſt inferior.

Pſal. 31.

Ari. 12. de anim.

Tertio, palpebræ datæ ſunt ad apparentiam, id eſt, ad pulchritudinem & ornamentum faciei. Et talis fuit pœnitentia Ioannis Baptiſtæ, & aliorum ſanctificatorum, quæ non fuit neceſſaria ad purgationem vel cuſtodiam vitiorum, ſed potius fuit ad decentiam & ornamentum virtutum.

Secundo pœnitentia aſſimilatur palpebris propter concurſum: Duæ enim ſunt in homine palpebræ quæ aſſidue ad inuicem concurrunt, vt reficiant aſſiduo motu obtuitum, vt dicit Conſtant. quæ dicuntur palpebræ, quia palpitando ſemper mouentur. Sicut igitur duplex eſt palpebra, ita duplex eſt pœnitentia, quæ ſibi inuicem in pœnitente aſſidue debent concurrere, & inuicem quaſi ſe tangere, ſcilicet interior, & exterior: Nam exterior ſine interiore eſt infructuoſa, vt patet in hypocritis; ſed interior ſine exteriori non eſt fructuoſa, ſicut patet in negligentibus & pigris ad ſatisfaciendum.

Conſt.

Tertio propter munimentum: Nam palpebræ munitæ ...nt villis pilorum, vt apertis oculis, ſi quid occurrerit, repellatur, & inuolutis oculis, in ipſis ſecurius dormiatur, vt dicit Conſt. Habent autem palpebræ pilos non omnino erectos, ſed in extremitatibus mediocriter reflexos, & hoc factum eſt vt ſe habilius & fortius clauderent, & ſi quod impedimentum ei occurreret, ei efficacius ob...rent. Quaſi autem villi pilorum, ſunt exempla ſanctorum, qui de ſtatu peccatorum, præcipuè carnalium, ad Deum conuerſi ſunt: nam pili ex ſuperfluitate quidem carnis naſcuntur, ſed carnei non ſunt, ſed aridi & tenues; vnde ſignant Sanctos ad Deum conuerſos, qui licet primo fuerunt carnales, tamen poſt conuerſionem effecti ſunt ſpirituales & caleſtes. Horum ergo pilorum villos, id eſt, exempla doctorum, debet pœnitens ad ſeipſum reflectere per imitationem ſi vult ſe contra tentationes claudere, & ſecurè dormire in morte.

Item pœnitentia concipit, & parturit hominem in eſſe ſpirituali, ſicut parturitur & concipitur in eſſe naturali, quod patet ex quatuor.

Primo ratione conceptionis: Nam ad conceptionem infantis, requiritur materia conueniens, locus expediens, & cauſa efficiens. Materia ergo conueniens, humor eſt menſtrualis, ſiue ſeminalis fœminæ: Cauſa vero efficiens (ſecundum Philoſophum) eſt ſemen viri, inſtrumentalis cauſa eſt calor naturæ, virtutem corpori influens, & diſponens, locus autem conueniens, eſt matrix. Similiter dum aliquis ad pœnitentiam conuertitur, & quaſi ſpiritualiter Deo concipitur, velut locus conueniens in anima, eſt mens ſiue memoria, quæ eſt, vt matrix, in qua velut humor menſtrualis eſt peccati recordatio, quæ eſt velut materia pœnitentiæ. Sed cauſa efficiens huius conceptionis eſt timor Dei, ſecundum

illud Iſa. A timore tuo Domine concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Et nota, quod ſi materia fœtus in parte dextra fuerit adunata, in naturam cedit maris, ſi vero in ſiniſtra, in naturam mulieris. Et hæc diuerſitas accidit propter dominium caloris, qui in dextra parte conſiſtit. Similiter quandoque calor diuini amoris, dominatur in mente pœnitentis, concipitur quaſi in dextra maſculus, id eſt, ſpiritus compunctionis virilis, & fortis; ſed quaſi in ſiniſtra, vbi eſt defectus caloris, id eſt, in corde tepidè pœnitentis, concipitur fœmina, id eſt, ſpiritus debilis, & inſtabilis. Iſa. 36.

Secundo ratione formationis: Nam corpus infantis in vtero matris non ſubito formatur: ſed ordinatè, & gradatim, & iſte ordo conſideratur ex tribus. Primo ex concepti partibus, ſiue membris. Quia primo formantur membra principalia, ſcilicet cor, cerebrum, & hepar, quæ aliorum omnium ſunt fundamenta. Et iſta quando ſunt ſimul in ſanguinis maſſa, ſibi vicinantur, & poſtea ad inuicem diuiduntur. De iſtis tribus fundamentis alia tria naſcuntur, ſcilicet nerui & nucha dorſi à capite, arteria à corde, vena ab hepate ſecundum Galenum. Ari. tamen dicit, quod principium venarum eſt cor. His autem ſic formatis tanquam omnium fundamenta, format natura oſſa horum cuſtoditiua, ſcilicet craneum ad defenſionem capitis, oſſa pectoris ad munimen cordis, & coſtas lateris ad tutelam hepatis, & ſic de aliis. Poſt iſta producuntur membra ſecundaria, ſcilicet manus, pedes, brachia & ſimilia, ſed iſta non ſimul, ſed ſucceſſiue formantur. Similiter in pœnitentiæ ſtatu non eſt homo ſtatim à principio perfectus ſed proficit gradatim, ſecundum illud Pſalm. Ibunt de virtute in virtutem. Vnde poſſumus per tria membra principalia, ſcilicet cor, cerebrum, & hepar intelligere tres virtutes Theologicas, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatem. Per membra vero ſecundaria, ſeu defenſoria, quæ hic adiiciuntur, virtutes intellectuales, ſed per officialia virtutes morales, in quibus omnibus homo non perficitur ſubito, ſed gradatim. Secundo conſideratur ordo formationis & conceptionis gradus; quia infans dum concipitur, quatuor habet gradus. Primus eſt cum adhuc eſt lacti vicinus, ſecundus eſt cum iam ſemen ſanguini ſe commiſcet: Tunc enim cor, vel cerebrum nondum perfecta ſunt, ſed eſt quædam maſſa ex ſemine ſanguineque commixta. Tertius eſt gradus, cum, corde, & cerebro, & hepate iam formatis, alia membra indiſtincta ſunt. Quartus eſt, quando corpus eſt completum, & organizatum, & ad animæ ſuſceptionem diſpoſitum, cui dum anima deſuper datur, in vtero mouetur; & ſi eſt fœmina, in ſiniſtra parte plus ſentitur; ſi vero maſculus, in dextra parte plus mouetur, vt dicit Galenus. In iſtis igitur quatuor gradibus formationis corporis, deſignantur quatuor gradus formationis pœnitentis, quorum primus eſt in peccati recogitatione. Et hæc aſſimilatur lacti, quia lac eſt faciliter conuertibile, & in bonos, & in malos humores. Sic recordatio peccati faciliter conuertitur, vel in bonum animæ nutrimentum, puta, quando ex recordatione peccati naſcitur dolor compunctionis, vel in nutrimentum malum, quando ex peccati recordatione naſcitur delectatio, vel voluntas reiterandi. Secundus gradus eſt in peccati deteſtatione: Tunc enim ſemen agnitionis & recordationis peccati, immiſcet ſe cũ ſanguine, id eſt, cũ dolore & abominatione peccati. Tertius gradus eſt in peccati confeſſione, vbi quædam mẽbra ſunt diſtincta, ſcilicet cor, cerebrum, & hepar, per quæ tria intelligitur triplex genus peccatorum, quæ homo tenetur diſtincte confiteri, præcipue mortalia, ſcilicet commiſſa in Deum, proximum, & ſeipſum, vel commiſſa corde, ore, & opere. Alia vero membra ſunt indiſtincta: quia vltimo fieri debet pœnitentis confeſſio communis, in qua indiſtincte, id eſt, generaliter ſe accuſet de venialibus, & mortalibus, Galen. Ariſt. de vig. Pſal. 83. Galen.

libus,

libus, quæ per obliuionem omiſiſſet, vel ignorantiam diſtinctè confiteri. Quartus gradus attenditur in ſatisfactione, in qua conſiſtit perfecta pœnitentia, ſeu pœnitentis diſpoſitio, ſiue ad ſuperna gratia ſuſceptionem, ſiue ad ſœtus, id eſt, boni operis motionem. Sed nota quod ſœtus interior, id eſt, diſpoſitio, vel propoſitum interius conceptum de pœnitentia exterius facienda, in quibuſdam eſt ſœmineus, id eſt, defectiuus, & non verus, ſicut in fictis, & hypocritis, & tunc eſt motus exterioris pœnitentiæ, ſiue operis in ſiniſtra, quia ſcilicet hypocrita, & fictus exteriora opera pœnitentiæ facit cum ſiniſtra intentione. In quibuſdam vero interior ſœtus, id eſt, contritio cordis, eſt maſculinus, id eſt, perfecta & vera; & rectè eſt motus in dextra, quia ſcilicet vere contritus facit opera pœnitentiæ
Matt. 5. cum recta intentione. Vnde dicitur: Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua. Tertio attenditur ordo formationis ex conceptionis diebus, quia in gradu lactis eſt infans per ſex dies, in gradu ſanguinis per nouem, in gradu maſſæ carnis 12. diebus exiſtit. In quarto vero gradu ante plenam perfectionem eſt per 18. dies, vnde à die conceptionis vſque ad diem completionis, & viuificationis, ſunt 46 dies, ita quod primus & vltimus commu-
Aug. ſuper Io. cap. 6. tetur: Nam in tot diebus communiter viuit ſœtus. Et ſecundum hunc numerum Auguſtinus computat ædificationem templi, cui comparat perfectionem corporis Chriſti, non quia talis proceſſus fuerit in formatione dominici corporis, cum perfectionem habuerit in inſtanti; ſed quia in tot diebus potuit membrorum diſtinctio comprehendi. In hoc igitur proceſſu dierum intelligitur quadruplex gradus electorum:

Primus eſt incipientium, & iſti ſunt ſub forma lactis, qui eſt paruulorum cibus. Eſt igitur eorum inceptio in operibus vitæ actiuæ, vnde aſsignantur eis ſex dies, id eſt, ſex ope-
Matt. 25. ra miſericordiæ, quæ enumerauit Dominus.

Secundus eſt proficientium, & iſti ſunt ſub forma ſanguinis, id eſt, ſub certamine paſſionum, ac tentationum, & tribulationum. Vnde quibuſdam, qui nondum iſtum gradum
Heb. 12. attingebant, dicebat Apoſtolus: Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, & iſtorum profectus debet eſſe in vita contemplatiua. Vnde aſsignantur eis 9. dies propter nouem Angelorum ordines, quibus aſsimilantur viri contemplatiui.

Tertius gradus eſt perfectorum, qui iam habens completam naturam carnis, id eſt, de-
Rom 6. bitam formam perfectionis. Tales ſunt quorum vita conformatur vitæ Apoſtolicæ: Vnde aſsignantur eis duodecim dies, propter numerum duodecim Apoſtolorum.

Quartus gradus eſt beatorum, quorum perfectio, quantum ad corpus, erit in octaua reſurrectionis, quæ iam incboata eſt in Chriſto, qui ſcilicet reſurgens ex mortuis, iam non moritur. Perfecta autem reſurrectio & plena erit in fine ſeculi, quando decima drachma perdita, fuerit reinuenta, id eſt, electorum eccleſia totaliter reſuſcitata. Vnde vltima
Luc. 15. conſummationi decem dies aſsignantur, propter numerum completum electorum, qui ſignantur in decima drachma prius perdita, poſtea reinuenta.

Tertio ratione completionis, ex eo quod quorundam infantium formatio citius, quorundam verò tardius completur: Sunt enim quidam qui dicunt, quod quidam in 30. diebus complentur, & tales ſexto menſe naſcuntur, & tales propter teneritudinem non viuere poſſe dicuntur; Quidam vero 35. die perficiuntur, qui ſeptimo menſe naſcuntur, & tales viuere poſſe probantur: quidam 40. diebus formantur, qui octauo menſe naſci perhibentur, neque tales in vita ſeruantur. Vnde Conſtant. & etiam Galenus, dicunt omnem infantem in ſeptem menſibus motum habere, qui ſi adeo eſt fortis vt exire poſsit ad vitam, vtique conualeſcit; Si vero tunc in ſeptimo menſe non egreditur, ipſo ſuo motu debilitatur,

debilitatur, & etiam ſummè patitur: vnde ſi etiam ſequenti menſe, id eſt, octauo exierit non conualeſcit, ſed ſi vſque ad 9. menſem, vel principium decimi quieuerit, iterum vires ſumit, vnde egrediens conualeſcit ad vitam: & tales qui nono menſe, vel decimo oriuntur, ſexdecim diebus in matrice formantur, vel forte qui decimo menſe naſcitur, quinquaginta diebus in vtero completur. Sicut ergo quorundam formatio citius, quorundam verò tardius perficitur; Sic etiam ad Deum quidam citius, & quidam tardius conuertuntur. Et iterum in amore Dei, in quo ſpiritualis vita perfectio conſiſtit, quidam citius, quidam tardius perficiuntur. Poſſemus etiam per prædictos quinque modos conceptorum, ſiue natorum, intelligere quinque diuerſitates fidelium. Quorum primi fuerunt Iudæi ante Redemptoris aduentum, iſtorum formationi aſſignantur triginta dies: Tricennarius enim numerus conſurgit ex numero ternario & denario, quia ternarius in denarium ductus, id eſt, ter decem faciunt triginta. In ternario ergo, fides Sanctæ Trinitatis, in denario verò, decalogi obſeruantia intelligitur. Et vtrumque Iudæorum iuſti, & eruditi viri habuerunt, ſcilicet fidem Sanctæ Trinitatis cum obſeruantia decalogi. Sed tamen ante Redemptoris, & paſſionis eius tempus, hoc non ſufficiebat vt ad vitam ingrederentur, cùm nondum eſſet aperta ianua Paradiſi. Et hoc ſignificatur in eo, quod natus in ſexto menſe, vel infra non viuit: Sex enim cucurrerunt ætates ante Saluatoris aduentum, quas ſex menſes conceptionis ſignant: ita vt prima ætas computetur ab Adam vſque ad Abraham, tertia ab Abraham vſque ad Moyſen: quarta vſque ad Dauid, quinta vſque ad tranſmigrationem Babylonis, ſexta vſque ad Chriſtum. Poſtrema ad aduentum Redemptoris, in quo per paſſionem Chriſti aperta eſt ianua vitæ. Secundi ſunt Chriſtiani, & iſtorum formationi, ſiue perfectioni aſſignantur triginta quinque dies, ita vt ternario addatur quinarius, qui eſt numerus quinque vulnerum Chriſti crucifixi: Nam poſt fidem Trinitatis, & impletionem Decalogi conformantur, qui viri Chriſtiani ſunt, cruci & paſſioni Chriſti, quaſi quinque vulnera eius in ſemetipſis habentes, ſecundum illud: Ego ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto: Tales nati ſunt in ſeptimo menſe, id eſt, in ſeptima ætate, quæ eſt Chriſti, ſecundum computationem ſupradictam, quamuis alij aliter computent ætates. Gal. 6.

Tertij ſunt hæretici, quibus aſſignantur quadraginta dies, quia quadragenarius numerus competit errantibus, ſecundum illud Pſalm. Quadraginta annis offenſus fui generationi huic, & dixi, hi errant corde. Tales licet octauo menſe naſcantur, non tamen viuunt: quia hæretici licet ad octauam generalis reſurrectionis ætatem, ſicut & cæteri ſint peruenturi & reſurrecturi, non tamen intrabunt in vitam æternam: vnde in Pſalm. prædicto ſubditur. Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Quarti autem ſunt viri perfecti, qui ſunt habitaculum & templum Dei, vnde talibus aſſignantur 46. dies, qui eſt numerus competens ædificationi templi Dei, ſecundum illud. Quadraginta ſex annis ædificatum eſt templum hoc. Nam 46. conſurgit ex duplici numero, ſcilicet ex 10. & ſex: Nam quater 10. faciunt 40. quia ſcilicet viri perfecti cum quatuor euangeliis obſeruant præcepta decalogi, quibus etiam adduntur 6. propter 6. miſericordiæ opera. Iſti 9. menſe naſcuntur, quia nouem Angelorum ordinibus finaliter ſociantur. Quinti autem ſunt beati, qui liberati à ſeruitute corruptionis, ſunt in libertate gloriæ filiorum Dei: vnde iſtis aſſignantur quinquaginta dies, quia quinquageſimus numerus deſeruit libertati propter Iubileum, id eſt, quinquageſimum annum, in quo ſerui libertati donabantur. Iſti etiam naſcuntur decimo menſe, qui ſcilicet (vt dictum eſt ſupra) pertinet

Pſal. 94. Pſalm. 94 Ioan. 6.

ad decimam drachmam, id eſt, ad naturam humanam, quæ per diuinam ſapientiam, id eſt, Chriſtum, recuperata, nouem drachmis, id eſt, nouem Angelorum ordinibus eſt iungenda.

Quarto, ratione parturitionis: quia infans dum naſcitur, matri infert triſtitiã, ſed poſt partum tribuit lætitiam. Egreditur etiam ex ventre veſtitus ſecundina. Similiter etiam pœnitentia confert triſtitiam in actu, relinquit lætitiam in fructu, & veſtit etiam animã gratia, & virtutibus ornat. Luc. 15. *Luc. Cito proferte ſtolam primam & induite illum.*

Item pœnitentia per quam homo moritur peccatis, aſſimilatur morti corporali: Primo ratione vtilitatis: Nam mors (ſecundum Iſidor.) vij. vtilitates inducit. Prima eſt, quia potentiam tyrannorum abſoluit: & ſimiliter pœnitentia abſoluit potentiam dæmonum quam habent ſuper animam propter peccatum. Secunda eſt, quia peccatis & voluptatibus finem imponit; voluptatibus per carnis macerationem, & etiam peccandi cauendo recidiuationem. Tertio, quia mors eſt terminus omnis miſeriæ. Et ſimiliter pœnitentia terminat miſeriam, dum culpam excludit, quæ eſt miſeriæ cauſa. Vnde non ſolum euadit pœnitens præſentis pœnæ miſeriam, ſed etiam ſequentis. Quarto, quia mors eſt confirmatio gratiæ, pœnitentia autem dum à culpa præſeruat, quodammodo in gratia confirmat. Quinto, quia mors eſt acquiſitio veniæ. Et ſimiliter per pœnitentiam acquiritur venia de offenſa quam effecit culpa. Sexto, quia mors eſt reparatiua innocentiæ. Similiter per pœnitentiam reſtituitur innocentia, & ſi non quoad actum, ſaltem quoad meritum: Nam pœnitentia reſtituit merita quæ quis acquiſiuit exiſtens in innocentia, vel etiam in gratia: multi etiam feruenter pœnitentes, æquiparant vel ſuperant in merito, vel gratia, multos innocentes. Septimo, quia mors eſt collatiua fœlicitatis æternæ. Et ſimiliter per pœnitentiam acquiritur æterna gloria.

Secundo, pœnitentia aſſimilatur morti ratione varietatis: Diſtinguitur enim triplex mors, quæ deſignat tres partes pœnitentiæ: Eſt enim mors acerba, quæ eſt infantium, immatura, quæ eſt iuuenum, & matura, quæ eſt ſenum. Sic pœnitentia debet eſſe acerba in contritione: & immatura, id eſt, infeſtina in conuerſione, & matura, id eſt, debita in ſatisfactione, vbi ſcilicet debitum ſoluitur pœnæ, quam meruit ex illatione offenſa.

Auguſt. *Tertio, ratione qualitatis, quia mors eſt incerta quoad tempus. Auguſtinus. Nil certius morte, & nil incertius hora mortis.*

Sen. li epi. *Item quoad locum; quia neſcit homo vbi ſit moriturus. Senec. Mors vbique te expectat, tu quoque, ſi ſapiens fueris, vbique expectabis eam.*

Aug. lib. de ciui. Dei. *Item quoad modum, quia neſcimus qualiter morituri ſumus. Auguſtinus. Non eſt multum curandum neceſſario morituro qua morte moriatur: ſed curandum eſt quo poſt mortem ire compellatur, quia mors non eſt dicenda mala quam bona vita præceſſit. Sit ergo mors habet aliquid certitudinis, ſcilicet, quod omnino eſt ventura, & aliquid incertitudinis, vt dictum eſt. Similiter pœnitentia habet quidem, ſi vera ſit, (certitudinem veniæ) ſed an peccator ad peccatum rediturus ſit, an in pœnitentia perſeueraturus, incertum eſt, quia non eſt in eius poteſtate: Non eſt enim volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei.* *Rom. 1.*

Item, quia mors eſt amara. Eccleſiaſt. O mors, quam amara eſt memoria tua. Sic memoria peccati debet eſſe cum amaritudine animi. Vnde Iſa. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. *Eccl. 41.* *Iſa. 38.*

Nam ſicut duo ſunt brachia, dextrum & ſiniſtrum, ita duplex eſt poteſtas, ſcilicet ſpi-

ritualis, quæ

ritualis, qua eſt vt brachium dextrum, & temporalis, qua eſt ſiniſtrum. Videmus autem, quod brachia primo quidem ſunt valde fortia: ex omni enim parte fortitudinem habent, ſcilicet ſuperiori, quia ſcilicet cum armo ſuperiori brachium fortiſsimis neruis connectitur.

Item ex parte interiori ſunt oſſa brachiorum groſſa, & dura, & medulla plena. Ex parte vero exteriori non nimium ſunt carnoſa, vt oſsibus & neruis compacta eſſent fortiora.

Item in cute, muſculis, & lacertis ſunt intermixta. Vnde in brachiis maxima eſt hominis fortitudo. Pſalm. Poſuiſti vt arcum areum brachia mea. Sic illi qui ſunt in poteſtate temporali, vel ſpirituali conſtituti, debẽt cum ſuperioribus, & maioribus, ſcilicet cũ Deo, & hominibus, eſſe per obedientiam & beneuolentiam fortiter colligati.

Item interius inſeipſis groſsis oſsibus, id eſt, magnis virtutibus fulciti, exterius parum carnoſi, id eſt, non delitioſi, vel voluptuoſi, muſculis, ſiue lacertis, id eſt, ſolicitudinibus ſemper ad bene operandum mouentibus intermixti. Et quando iſti ſic ſe habuerint, vt brachia erunt fortiſsimi. De tali enim brachio dici poteſt. Fecit potentiam in brachio ſuo. Luc. 1.

Sexto videmus, quod brachia ſunt valde vtilia: valent enim brachia ad eleuandum, ad portandum, ad ſtringendum, & ad repellendum, ad impugnandum, & ad operandum. Sic illi qui ſunt domini, & in poteſtate conſtituti, debent leuare humiles, portare debiles, ſtringere, id eſt, amplecti vtiles, repellere nocentes, impugnare hoſtes, & bene operari in omnes. Grego. Poteſtas cum habetur, cogitanda ad vtilitatem, quatenus is qui viuit, vt prodeſſe debeat, poſſe ſe ſciat. Grego paſt.

Tertio videmus, quod brachia ſunt valde flexibilia: Sunt enim brachia flexibilia in tribus iuncturis, ſcilicet circa armum, circa cubitum, & circa manum. Similiter illi qui ſunt in poteſtate conſtituti, debent eſſe flexibiles circa armos, id eſt, circa ſuperiores per obedientiam & humilitatem.

Item circa cubitos, id eſt, circa medios per beneuolentiam, & affabilitatem, circa manus, id eſt, circa infimos per ſubuentionem, & pietatem.

Quarto videmus, quod brachia ſunt valde compaſsibilia: Nam quia à capite beneficium ſenſus & motus recipiunt, ingrata non ſunt, ſed pro ipſo capite defendendo, contra ictus ferientium, liberaliter ſe exponunt. Ita Principes debent eſſe grati capiti noſtro, id eſt, Chriſto à quo habent & ſenſum diſcretionis, & motum boni operis. Et ideo pro fide ſua, ſeu eccleſia eius defenſione, deberent ipſi, cum neceſſarium eſſet, perſonas ſuas exponere.

Item in tantum compatiuntur brachia aliis membris, quod pro eis ſæpe in munitionibus vulnerantur, vt illa illæſa & ſana reddantur, vel in ſanitate habita conſeruẽtur. Vnde pro aliorum membrorum cuſtodia vulnerari & percuti non refugiunt, ſed ſponte ſe offerunt. Similiter debent facere Principes pro ſalute ſuorum ſubditorum; & maxime pro ſalute ſpirituali. Ioan. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. Ioan. 10.

Quinto, quia brachia ſunt cordi valde conformia: Nam per quaſdam arterias ab ipſo corde ſpiritum & pulſum recipiunt, & ideo ſtatum ipſius cordis lucidum nobis produnt. Cordi autem quod eſt membrum commune, ex quo procedit vita omnium membrorum, aſsimilatur reſpublica, ſiue communia bona, ex cuius proſperitate pendet ſalus omnium ſingularium perſonarum. Huic igitur debent ſe Principes totaliter conformare, ab ipſo pendet ſpiritus & pulſus eius, id eſt, vigor ſpiritualis, & corporalis, vnde eius ſtatum, quando defectiuus eſſet, debet brachium, id eſt, Princeps ipſe prodere medicis, id eſt,

ſapientibus

ſapientibus conſilarius, vt ſeparetur. Tanta etiam dilectione ſunt brachia cordi coniuncta (ſecundum Gale.) quod hoc habent inter omnia membra proprium, vt quod cor diligit & amat, brachia diligunt, & in eius amplexum voluntarie ſe extendunt, quod enim à corde diligi ſentiunt, quanto vicinius poſſunt cordi aſtringunt, in tantum vt totum directum amantis cordi imprimerent ſi valerent. Sic etiam boni Principes illos præcipue diligunt, & amplectuntur, quos vident cordis, id eſt. Reipublicæ, & boni communis magis eſſe amicos, & promotores, & ad hoc toto ſtudio tendunt, vt omnes quantum poſſunt cordi aſtringant, id eſt, ad amorem reipublicæ trahant.

Galen.

Sexto, quia brachia quandoque ſunt mortis indicatiua: Nam ſicut habetur in prognoſticis, denudatio brachiorum, & inquietatio eorum, in acutis eſt mortiferum ſignum. Similiter ſi Principes, & Rectores ſunt interius denudati virtutibus, & inquieti exterius, pacem ſubditorum deſtruentes, ſignum eſt in Republica mortis, & ruinæ. Prou. Regnantibus impijs ruina hominum.

Prouer. 28.

Idem ca. 58.

Potatur anima ad modum corporis tripliciter. Eſt enim potus inanis, medicinalis, & nutrimentalis: Nam (ſecundum Conſtan.) eſt aliquis potus qui tantum eſt potus vt aqua, quæ ſcilicet non eſt per ſe corporis nutritiua. Et huic aſſimilatur curioſitas, & vanitas ſcientiæ ſecularis, quæ non nutritur anima in ſpiritu, vel deuotione.

Item eſt potus qui eſt potus & cibus, vt vinum, quod (ſecundum Conſtant.) per omnes partes corporis portat cibum, nutriens & calefaciens ſpiritum; & confortans naturalem calorem. Huic aſſimilatur dulcedo ſapientiæ ſalutaris, ſcilicet ſacræ ſcripturæ, qua omnes ſenſus animæ nutriuntur, ſpiritus calefit, & inflammatur, & charitatis amor creſcit, & confortatur. Prouer. Bibite vinum quod miſcui vobis. Apoſtolus. Bibebant autem de ſpirituali, &c.

Prouer. 2.
1. Cor. 10.

Item eſt potus medicinalis, qui non datur ſecundum viam potus, ſed ſecundum regulam medicinæ, vt ſyrupus, & ſimilia. Talis eſt potus compunctionis pœnitentialis, qua anima purgatur, & ſanatur. Pſalm. Potum dabis nobis in lachrymis in menſura.

Pſalm. 79.

Prædicator verbi Dei aſſimilatur ori propter quatuor.

Idem ca. 59.

Primo, propter nutrimenti ſuſceptionem: nullum enim membrum in animali nutritur, niſi prius cibus in ore ponatur, & maſticetur, & propter hoc fuit os humidum interius, vt cibi ſiccitas eius humiditate immutaretur. Fuit neruoſum, vt cibi ſaporoſitas ſentiretur fuit etiam durum ne cibi duritie læderetur, fuit concauum & rotundum, vt cibus aſſumptus hinc inde facilius moueretur. Sicut ergo cibus in ore diſponitur qui poſtmodum ad membra nutrienda trahitur, ſic cibus ſpiritualis doctrinæ à Prædicatore diſponitur, & traditur, quo membra eccleſiæ, id eſt, fideles nutriuntur, vnde Prædicatorem ad modum oris oportet eſſe humidum per pietatem, neruoſum per charitatem, quæ eſt vinculum perfectionis, ſicut neruus ligamentum oſſium.

Item durum per firmitatem.

Item concauum per humilitatem, & rotundum, id eſt, motui aptum per operoſitatem. Hier. Si ſeparaueris pretioſum à vili, &c.

Hier. 15.

Secundo, propter aeris attractionem: Nam aer primo in ore immutatur & ſubtiliatur, & ſic ad cordis refrigerium per canalem pulmonis tranſmittitur. Sicut ergo os attrahit aerem reſpirando, ſic Prædicator debet gratiam ſpiritualis doctrinæ attrahere orādo. Pſal. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum. Auguſt. Prædicator laboret, vt intelligenter, vt obedienter audiatur. Et hoc ſe poſſe magis pietate orationum; quam orationis facultate non

Pſam. 113.
Augu. 4. de doc. Chri.

cultate non dubitet, vt orando pro ſe ac pro illis quos eſt allocutus,ſit prius orator,quam
doctor. Et in ipſa hora accedens, priuſquam exerat proferentem linguam, ad Dominum
leuet animam ſitientem,vt ructet quod biberit,vel quod impleuerit fundat.

Tertio,propter vocis formationem:ad hoc enim eſt palatum oris concauum, vt lingua
plectrum facilius moueatur,& ad vocem formandam expedite eleuetur,& deprimatur.
Similiter ad hoc,vt vox doctrinæ in ore prædicatoris recte formetur, oportet eum habere
palatum cordis concauum & vacuum ab amore mundi,& ab omni infectione peccati. 1.
Reg. Recedant vetera de ore vestro,id eſt: O vos prædicatores à vero affectu recedant tem- 1 Reg. 2.
poralia, quæ tempore veteraſcunt. Prouer. Remoue à te os prauum. Pet. Peccatum nō fe- Prouer. 4.
cit,neque inuentus eſt dolus in ore eius. 1. Pet. 2.

Quarto,propter ſuperfluitatum à pulmone & cerebro venientium electionem,& mē-
brorum à ſuperfluis exonerationem: Sæpe enim dum ſtomachus grauatur, per oris vo-
mitum expurgatur. Sic Prædicator eijcere à ſe debet ſuperfluas affectiones,quæ ſunt vt
ſuperfluitates venientes à pulmone,& ſuperfluas,& noxias cogitationes quæ ſunt ſuper-
fluitates deſcendentes à cerebro,debet etiam per oris confeſſionem vomere peccati graue-
dinem. Eccleſ. Surge de medio; & euome illud. Apoc. Incipiam te euomere ex Eccleſ. 31.
ore meo. Apoc. 3.

Notandum etiam,quod os patitur ex corruptis humoribus aliunde fluentibus. Nam ſi
ſit hominis ſocietas mala,ſi mens corruptionibus plena, ſi peccauerit in linguis,patitur os
eius. Mat. Ex abundantia cordis os loquitur. Mat. 12.

Item Prædicatores aſſimilantur oculis propter ſeptem: Septem enim ſunt Prædicatori
neceſſaria. Primum eſt intentionis humilitas,videlicet,vt non prædicet ad ſcientiæ oſten-
tationem,ſed potius ad Dei laudem,& animarum vtilitatem. Vnde oculi (ſecundum Iſi- Iſidor. lib.
dor.) dicti ſunt quaſi occulti, quia ſcilicet ſuum lumen intus occultant, & conſeruant, 11.
vel quia tegmina oculorum eos occultant,ne aliquibus iniurijs lædantur. Sic Prædicato-
res ne lædantur à ſuperbia,vel vana gloria,ſeipſos, vel lumen ſapientiæ, ſaltem quan-
tum ad inuentionem,debent occultare,id eſt,non ad oſtentationem prædicare. Greg. Sic Greg. in ſer.
opus ſit in publico,vt intentio ſemper maneat in occulto. Pſalm. Oculi mei ſemper ad Do-
minum ſuper rectam intentionem.

Secundo eſt neceſſaria diſcretionis ſagacitas, vt ſcilicet ſic medici ſpirituales anima- Pſalm. 24.
rum morbos ſagaciter diſcernant & oſtendant,ac curas debitas adhibeant, ſicut maximè
in oculis repræſentantur,& inducantur animæ paſſiones: Nam oculi inter omnes ſenſus
ſunt animæ viciniores; Vnde in eis omne iudicium mentis apparet,ſiue anima fuerit hi-
laris, ſiue triſtis, ſimiliter amor & odium, & omnes animæ paſſiones in oculis expreſſe
apparent.

Tertio docendi ſtudioſitas. Dicuntur enim oculi lumen, quia lumen quod ab exterio-
ribus accipiunt, interioribus refundunt. Et ſimiliter Prædicatores lumen ſapientiæ quod
acceperunt,ſiue à Deo inſpirante,ſiue ab homine docente,ſiue à ſcriptura inſtruente, aliis
ſtudioſe & copioſe tradere & refundere ſatagunt. Vnde Apoſtolus: Tradidi enim vobis,
& hoc quod accepi.

Quarto eſt neceſſaria officij ſocietas: requirit enim prædicationis officium ex quadam 1. Cor. 15.
honeſtate,ſiue commoditate,vt Prædicatores non ſoli vadant, ſed ſimul combinati vel ſo-
ciati; vnde primos Prædicatores quos Chriſtus inſtituit,binos ante faciem ſuam miſit vt
dicitur. Vnde oculi capitis,qui Prædicatores deſignant Chriſti geminati ſunt, vt ſi forte Luc. 10.

Eccleſ. 4. vnus læderetur, eius defectus per alium ſuppleretur. Eccl. Væ ſoli, quia cum ceciderit, non
Mat. 18. habet ſubleuantem, & ideo Religioſi combinati incedunt, Matth. Vbi fuerint duo vel tres
congregati in nomine meo, ibi ego ſum in medio eorum. Et dicit, duo, quia eorum eſt duo
teſtamenta prædicare, & duo præcepta charitatis ſeruare, & addit, vel tres; quia eorum
eſt ſanctæ Trinitatis fidem diuulgare, & tribus theologicis virtutibus, ſcilicet fide, ſpe, &
charitate vitam ſuam adornare.

Quinto neceſſaria eſt circa crucem Christi deuotionis ſingularitas, vt prædicator quiſ-
Gal. 6. que cum egregio prædicatore dicat: Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu
Chriſti. Vnde nerui qui ad oculos ſpiritum viſibilem deferunt, ſunt in modum crucis diſ-
poſiti: Nam à prora cerebri exeunt duo nerui, qui in ſubſtantiam cryſtallini homoris ocu-
lis ſe infigunt, & hi nerui tranſuerſaliter in modum crucis infiguntur in oculis & in pun-
cto contactus inuicem ſe contingunt, & hoc ingenioſe factum eſt, vt altero oculorum clau-
ſo, vel penitus excecato, ſpiritus viſibilis ad alterum totum tranſiret, & ſuam ibi perfice-
ret actionem, vnde tunc pupilla, & actus videndi confortatur, propter virtutis
viſiuæ coadunationem, vt patet in ſagittarijs, qui vno oculo directius ſagittam
emittunt.

Item ideo ſe contingunt puncto, ne quodlibet vnum duo eſſe videatur. Semper enim
vna res duo eſſe appareret, ſi vterque oculus ſuum idolum diuiſim videret. Neceſſe ergo
fuit vt virtus viſiua continuaretur ad organum, in quo eſſet virtus vna fontalis, deriuati-
ua in pupillis, ſicut auctor perſpectiuæ dicitur. Sunt ergo nerui oculi in figura crucis diſ-
poſiti, vt prædicator cum Chriſto confixus ſit cruci, & non ſeipſum, ſed crucifixum Chri-
1. Cor. 1. ſtum ſtudeat prædicare, ſecundum illud; Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum.

Sexto, neceſſaria eſt ſcientiæ luminoſitas: quia ſicut oculo ſiue pupillæ neceſſarium eſt
lumen ad videndum, ita prædicatori neceſſaria eſt ſcientia ſacræ ſcripturæ ad prædican-
dum: Debet enim eſſe prædicatoris mens velut pupilla oculi, quæ interius immutatur à
ſpiritu veniente à cerebro & exterius à lumine reſulgente: nam mediante lumine, ſpe-
ciem rei exterius recipit, & receptam animæ iudicio trãſmittit. Sic prædicatoris mens vt
recte ſpeculetur quæ ſunt docẽda, oportet, quod illuminetur interius à Spiritu ſancto inſpi-
rante, & etiam exterius ex ſacræ ſcripturæ lectione inſtruente: & ideo opportet, quod ſit
ad modum pupillæ, in qua eſt puritas, paruitas, dignitas, & ſui per reflectionem viſi-
bilitas. Propter primum dicitur pupilla, quaſi pura & puella, & ſic prædicatoris mens
debet etiam eſſe pura, vt à Deo illuminetur: Sed cauendum eſt ne hæc pupilla, id eſt,
puritas mentis tollatur per mortem peccati, non ſolum exterioris oculi operis, ſed etiam
interioris conſenſus, vel delectationis moroſæ: Dicunt enim Phyſici, ipſas pupillas per tri-
duum ante mortem morituros homines non habere, quibus non viſis certa deſperatio eſt
de ægro..

Item pupilla eſt parua, & ideo ſic dicitur, eo quod paruuli, pupilli eſſe dicuntur. Sic
prædicatorum mentes debent eſſe per humilitatem paruæ. Et hoc multum valet ad reci-
Pſalm. 18. piendum lumen diuinæ ſapientiæ, ſecundum illud Pſal. Sapientiam præſtans paruulis, vn-
de pupilla licet ſit parua in quantitate, eſt tamen maxima in virtute, & ideo maxima
comprehendit.

Item pupilla eſt magna dignitatis: quia (vt dicit Hali.) omnia quæ in ipſo oculo ſunt,
aut ſunt pupillã adiuuantia, aut pupillæ vt ſeruientia, ipſa vero ſedet in medio quaſi om-
nium regina. Similiter omnia, quæ ſunt in prædicatore, debent ſubdi menti & rationi
eius. Quæ-

eius. Quadam ad ſeruiendum, vt corporis membra: Quadam vero ad iuuandum, ſicut ſenſus & alia vires. Quaſi etiam in ſignum dignitatis pupilla circa ſe habet quendam circulum, qua corona dicitur, quo diſcreta nigredine albæ partes oculi à pupilla ſeparantur. Et in hoc ſignatur gloria, & corona, qua fideli prædicatori ſeruatur, ſecundum illud Apoſtoli: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitia. 1.Thi. 4.

Item pupilla cum omnia iudicet, & diſcernat, ſeipſam non videt, & ſi contingat per accidens ſe videre, hoc eſt, per radiorum reflexionem, ſcilicet quando ſpecies ſua vadit ad ſpeculum, & à ſpeculo reflexio fit ad viſum. Et hoc forte eſt cauſa quare viſus in ſpeculo delectatur, quia per reflexionem radiorum in ſeipſum reuerſus coadunatur, & per conſequens fortificatur, & confortatur. Sic ſi prædicator neſcit ſeipſum cognoſcere, vel videre, accedat ad ſpeculum ſcripturæ, & reflectat applicando ad ſeipſum, quæ legit, vt ex reflectione radiorum, id eſt, diuinorum verborum, ſiue exemplorum, quæ ibi reperiuntur, poſſit ad ſuos defectus, & etiam profectus intueri.

Septimo eſt neceſſaria prædicatori virtutum & donorum varietas: Nam oculus eſt compoſitus ex tribus humoribus, quorum primus dicitur albugineus, ſecundus cryſtallinus, tertius vitreus. Qui non dicuntur humores, quia ſunt liquidi, vel fluxibiles; ſed propter mollitiem quam habent vltra catera membra. Sed in hos humores ſolus cryſtallinus eſt inſtrumentum viſus. In his igitur tribus humoribus deſignantur tres virtutes theologicæ, quas prædicator debet habere; ſed præcipue charitatem, quæ cæteris præeminet, ſicut humor cryſtallinus. Apoſtolus: nunc manent fides, ſpes, & charitas, tria hæc: horum autem maior eſt charitas. Vnde prædicator ſine ea nihil eſt, ſecundum illud ibidem: Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, &c. 1.Cor.13. 1.Cor.13.

Item oculus habet ſeptem tunicas, id eſt, ſeptem pelliculas ſiue telas, quæ circundant illos humores, & ab inuicem diſtinguunt, ſ. quatuor à parte anteriori, & tres ab interiori: nam interius immediate iuxta cryſtallum, eſt tunica, quæ dicitur retina, à venis & arterijs piæ matris, id eſt, ſubtilioris cerebri panniculi, qui pia mater vocatur, exorta & contexta in modum retis, quæ portat ſpiritum viſibilem ad vitreum humorem, & cum ſuis neruis ſenſum ad cryſtallinum: Poſt retinam ſequitur ſecundina, quæ ab ipſa pia matre eſt generata vt retinam defendat, ne aliquo caſu lædatur. Tertio ſequitur ſcliretica tunica valde dura, quæ à dura matre, id eſt, à ſuperiori & groſſiori panniculo cerebri procedens, omnia alia eſt defendens, & eſt quaſi ligamentum oculorum; A parte vero anteriori, immediate iuxta cryſtallinum humorem, eſt tela aranea, ſic propter ſuam ſubtilitatem dicta vt ſit ſpiritui viſibili peruia, ex ſubtilioribus partibus retinæ tunicæ generata; & hæc tunica inter albuginem, & cryſtallinum humorem eſt collocata, ne ſimul commiſceantur, & hæc tunica coniuncta cum interiori retina facit primum orbem: Nam hæ duæ tunicæ in ſe claudunt cryſtallinum humorem. Hanc ſequitur vuea, ſic dicta, quia vuæ nigræ eſt in colore ſimillima: quia enim omnia prædicta in compoſitione oculi erant clara, & alba, & viſum diſgregantia, ideo neceſſaria fuit tunica vuea, quæ ſua nigredine lumen in oculo ſegregaret. Hæc autem tunica ad modum ſpongiæ eſt, quodammodo poroſa, & villoſa, neruorum continens fila, vt cryſtallinum humorem ab humiditate ſuperflua depuraret, & ſpiritum viſibilem alijs circunſtantibus miniſtraret. Hæc tunica vuea à parte anteriori cum ſecundina coniungitur; & faciunt ſecundum orbem, claudendo albugineum humorem. Hanc ſequitur tunica cornea, ſic dicta, quia cornu lucido eſt ſimilis: vnde & peruia eſt ſpiritui viſibili ratione ſuæ tranſparentiæ, & tamen ratione aliquantulæ

denſitatis, eſt aggregationis viſus aliquantulum operatiua, & ratione ſiue fortitudinis & coharentia ab exterioribus nocumentis eſt interius defenſiua. Hac autem cornea ſclirotica interiori coniuncta, tertium facit orbem, dum vitreum humorem circulariter intra ſe claudunt. Vltimo autem in ſuperficie oculi exteriori ponitur tunica, qua dicitur coniunctiua: qua à craneo deſcendens non tantum tetigit oculum, ſed conſiſtit in angulis oculorum, eos ligans, & retinens, vt in ſua maneant fixione. Per has ergo ſeptem tunicas, qua oculum veſtiunt, ſeptem dona Spiritus ſancti repreſentantur, qua mentem prædica-
Iſai 11. toris ornare debent: de quibus dicitur. Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientia, & intellectus, ſpiritus ſcientia, & pietatis, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, & repleuit eum ſpiritus timoris Domini. Vbi aduertendum, quod ſicut prima ſex tunica in tribus ordinibus oculi cõnectũtur ita prima ſex dona in tribus gradibus ſpiritus cõbinantur.

Primus gradus eſt ſpiritus ſapientia, & intellectus: vbi ſapientia combinatur intellectui, ſicut in primo orbe oculi aranea tunica connectitur retina.

Secundus eſt ſpiritus ſcientia, & pietatis, in quo ſcientia pietati combinatur, ſicut tunica vuea coniungitur ſecundina.

Tertius gradus eſt ſpiritus conſilij, & fortitudinis, vbi conſilium combinatur fortitudini, ſicut cornea tunica ſclirotica copulatur in tertio oculi orbe: ſed donum timoris ponitur per ſe, & alteri dono non combinatur. Et replebit, inquit, eum ſpiritus timoris Domini, ſicut etiam ſeptima tunica oculi, qua dicitur coniunctiua alteri tunica non connectitur.

Idem cap. 60. Prælatus aſsimilatur capiti propter ſeptem:

Primo propter ſuam ſituationẽ. Nam quia caput eſt inter exteriora membra pars hominis principalis, ideo propter dignitatem locatum eſt in corporis ſupremo. Et etiam propter neceſsitatem, ſ. vt poſsit inferiora membra regere, & qua ſub ipſo ſunt vniuerſa diſponere. Sic prælati poſiti ſunt in altitudine dignitatis & auctoritatis, vt poſsint ſibi ſubditos congruenter regere, & gubernare: Sed tamen ſicut eminent dignitate, ita conari debent, vt emineant ſanctitate, humilitate, & operoſitate. Vnde B. Petro dixit Chriſtus: Tu vocaberis Cephas, quod dicitur caput, antiquitus enim capita lauabãtur. Vnde Chriſto di-
Ioan. 13. centi: Si nõ lauero te, &c. Petrus reſpondit: Domine non tantũ pedes meos, ſed & manus, & caput: & figurabatur in lotione capitis, quod prælati debent eſſe mundi, itẽ capita inun-
Matt. 6. gebantur, ſecundũ illud: Vnge caput tuum. In quo ſignificabatur, quod prælati debent eſſe pij, oleo ſcilicet miſericordia pleni.

Thre. 2. Item capita cinere aſpergebantur. Thre. Aſperſerunt cinere capita ſua: in quo figurabatur, quod debent eſſe humiles.

Exod. 29. Item ſuper capita manus imponebantur Exod. Imponent Aaron & filij eius manus ſuper caput illius: in quo ſignificabatur quod debent eſſe actiui, & operoſi.

Secundo prælatus aſsimilatur capiti propter ſenſationem: Nam omnis ſenſus apparet
Iſid. lib. Eth. in capite: vnde dicit Iſid. quod caput dicitur à capiendo, eo quod omnis ſenſus, & neruĩ ab eo initium capiunt: vnde caput eſt ſedes omnium ſenſuum: Sunt enim in eo ſenſus tam exteriores, quam interiores; Exteriores enim ſunt viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus; qui ſenſus omnes myſtice competunt prælatis; ſcilicet viſus contemplationis, auditus confeſsionis, vel conſultationis; guſtus diuini amoris, quo anima ſpiritualium delitiarũ ſaporem percipit, odoratus diſcretionis, & tactus boni operis.

Senſus interiores ſunt quatuor:

Primus eſt ſenſus communis, qui poſitus eſt in anteriori parte cerebri, vbi concurrunt

nerui ſenſi-

nerui ſenſitiui quinque ſenſuum, qui locus medulloſus & humidus eſt.

Secundus eſt virtus imaginatiua, & hæc etiam in anteriori parte cerebri ponitur poſt ſenſum communem, & ibi eſt magna duritia ex frigiditate cerebri proueniens. Hæc eadem virtus dicitur phantaſia, vt vult Auerro. Sed imaginatiua vocatur, in quantum imagines rerum ſenſibilium in ea reſeruantur: vnde etiam vocatur theſaurus formarum: ſed fantaſia dicitur, in quantum huiuſmodi imagines ſiue formas componit, vel diuidit: vt cum apprehendit aliquid eſſe album, & frigidum, & ſimilia.

Tertius eſt virtus æſtimatiua, ſed in homine vocatur ratio particularis, & hæc virtus eſt in media cellula cerebri, quæ calida eſt ex motu multi ſpiritus ad ipſam. Vnde in homine media cellula cerebri, rationalis, ſiue logiſtica dicitur.

Quartus eſt virtus memoratiua, quæ communiter ponitur in poſteriori parte ac cellula capitis. Iſtæ ergo quatuor virtutes deſignant quatuor perfectiones quæ debent eſſe in prælato.

Prima eſt peritia diuinarum ſcripturarum, & iſtam deſignat ſenſus communis: Nam ſenſus communis eſt (vt dicit Algazel.) à quo omnes ſenſus proprij deriuantur, & ad quem omnis impreſſio eorum renunciatur & reducitur, & in quo coniunguntur omnes, & ſic ſunt quaſi ſuggerentes ipſi. Sicut ergo à ſenſu communi deriuantur ſenſus proprij, ita à diuina ſapientia, quæ traditur in ſacra ſcriptura, deriuantur omnes ſcientiæ ſeculares, & phyſica. Vnde Caſſi. dicit, quod omnis ſplendor rhetoricæ eloquentiæ, omnes modi locutionis poeticæ, qualibet varietas pronunciationis decoræ, à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. Et iterum, ſicut omnis ſenſuum impreſſio ad ipſum ſenſum communem reducitur, ita omnes ſcientiæ aliæ ad ſacram ſcripturam reducuntur, ſicut ad regulam dirigentem. Caſſio.

Item, quia finis eius eſt vltimus finis, ad quem fines aliarum ſcientiarum ordinantur, ſ. beatitudo æterna: etiam quantum ad hoc omnes aliæ ſcientiæ coniunguntur in ea: Nam quælibet ſcientia eſt quædam perfectio hominis, & quælibet perfectio hominis ad vltimam perfectionem eius ordinatur, quam principaliter iſta ſcientia reſpicit, ſcilicet fælicitatem æternam. Vnde Aui. dicit, quod omnes ſcientiæ communicant in vna vtilitate, quæ eſt acquiſitio perfectionis animæ præparantis ea ad futuram fælicitatem.

Item ſicut omnes ſuggerunt ſenſui communi, id eſt, expectans complementum cognitionis ab ipſo circa particulare, quod eſt in ſenſu; ita & per ſacram ſcientiam omnis humana cognitio recipit complementum, propter quod dicitur; quod vani ſunt omnes homines quibus non ſubeſt ſcientia Dei. Sap. 3.

Secundo debet eſſe in Prælato cura & cuſtodia animarum, quam deſignat virtus imaginatiua, quæ eſt conſeruatiua, & cuſtoditiua ſenſibilium formarum. Inſuper ad modum phantaſiæ debet ſubditos ad inuicem ſociare, vel ab inuicem ſeparare, prout eorum ſaluti viderit expedire.

Tertio debet eſſe in eo prudentia & diſcretio rerum agendarum, vt ſciliret omnia cum diſcretione & ratione agat; & hanc deſignat virtus logiſtica, id eſt, rationalis.

Quarto debet eſſe in eo iugis memoria, ſeu recorda io ſuorum defectuum & culparum quæ, ſ. eum in puritate & in humilitate conſeruet; & hanc deſignat virtus memoria.

Tertio Prælatus aſſimilatur capiti, propter capitis diſpoſitionem: Diſpoſitio enim capitis (ſecundum Ariſt.) ex tribus cognoſcitur, ſcilicet ex quantitate, ex figura, ex capillis. Ex quantitate quidem, quia caput debet eſſe mediocre inter paruum & magnum,

membris aliis in quantitate proportionatum: nam caput nimis paruum, ſignat defectum materiæ, & debilitatem virtutis formatiuæ; ſed nimis magnum, ſignat ſuperfluitatem materiæ, & defectum virtutis operatiuæ. Sic Prælatus neque debet eſſe nimis magnus per ſuperbiæ elationem, neque etiam nimis paruus per puſillanimitatis defectionem; ſed vt vtroque vitio careat, magnanimus, & humilis eſſe ſtudeat, vt ſ. ex vtraque virtute quoddam medium, & temperamentum conficiat.

Item cognoſcitur diſpoſitio capitis ex figura, quia figura capitis eſt rotunda, tum propter læſionis & paſſibilitatis amotionem, tum propter medullæ cerebri ampliorem receptionem. Et tamen debet eſſe aliquantulum oblongum, & circa tempora aliquantulum planum. Nam perfecta diſpoſitio capitis eſt, quando in rotunditate diſponitur ad ſimilitudinem globi cerei, inter manus vel duo ſigna compreſſi. Talis enim globus eſt figura rotundus, & tamen aliquantulum in vtroque latere planus: in parte tamen interiori in vtraque parte erit acutum, aliquantulum eleuatum, & hoc neceſſarium fuit ad retinendum ventriculum cerebri in prora, id eſt, in anteriori parte capitis, ex qua quinque nerui procedunt ſenſus facientes. Simili modo parum acuitur à poſteriori propter retentionem alterius ventriculi in pupilli. i. in poſteriori parte, ex qua procedunt medulla ſpondiles, & nerui motum voluntarium facientes. Debet ergo ad modum capitis prælatus eſſe rotundus, id eſt, iuſtus, vt non ſit in eo aliquis angulus iniquitatis aliquam partem retinens, præcipue in iudicio, vbi partem, vel perſonam accipere non debet.

Item debet eſſe oblongus per longam diſcuſſionem, & deliberationem, ſcilicet vt non cito præcipitet ſententiam; quia velox conſilium ſiue iudicium ſequitur pœnitentia. Debet etiam eſſe ex vtroque latere planus, id eſt, firmus, ſcilicet tam in proſperis quam in aduerſis. Illud enim quod planum eſt, vbi applicatur, vel ponitur, reſidet firmum; ſed non ſic quod eſt ſphæricum, ſed debet etiam eſſe acutus ante in prouiſione futurorum, & retro in recordatione præteritorum, & in medio eleuatus, præſentia ſublimiter diſponendo.

Item cognoſcitur diſpoſitio capitis ex capillis, quia ſecundum eorum quantitatem, & qualitatem, & cadendi velocitatem, ſiue tarditatem, de complexione capitis iudicatur. Quaſi autem capilli adhærentes capiti, ſunt officiales, & familiares, vel conſiliarij, vel amici ipſius Prælati, qui ei iugiter adhærent, ex quibus multum pendet, & oſtenditur qualis Prælatus ſit: Capilli enim bene diſpoſiti, quandiu adhærent capiti, ipſum cuſtodiunt, ornant, & defendunt; ablati vero, vel male diſpoſiti, ipſum turpe reddunt. Et ſimile accidit de amicis, vel conſiliariis, & familiaribus Prælati, quia ſi boni ſunt, ipſum cuſtodiunt, & honorabilem reddunt, ſi vero praui, ipſum corrumpunt, vel ſaltem infamem & odioſum efficiunt.

Quarto, Prælatus aſſimilatur capiti propter eius compoſitionem: Nam primo quidem caput eſt ex multis oſſibus conſtitutum, & hoc propter cerebri defenſionem: Nam ſubſtantia cerebri tenera eſt & mollis, vnde de facili læderetur, niſi eſſet interpoſitio cranei & oſſium aliorum, per quæ ab extrinſeca læſione ſeruatur. Oſſa autem iſta quæ debent eſſe in Prælato vt ipſum defendant, & cuſtodiant, ſunt miſericordia, iuſtitia, clementia,
Prou. 20. *& cæteræ virtutes. Prouerb. Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem, & clementia roboratur thronus eius.*

Item caput habet aliquid de carnoſitate, & hoc fuit neceſſarium ad temperamentum oſſium & neruorum, ne forte nimium oſſium frigiditate teneritudo cerebri occaſionaliter lædere-

lęderetur. Similiter in Prælato eſt infirmitas carnis, ſiue paſſibilitas, ad humilitatem. ſ. & cuſtodiam virtutum. Nam (ſicut dicit Apoſtolus,) virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12.
Habet tamen caput parum de carnoſitate & pinguedine reſpectu aliorum membrorum, & hoc propter viuacitatem ſenſus, & iuuamentum intellectus (ſicut dicit Philoſophus.) Forte ratio huius eſt, quia ſpiritus in neruis ſenſibilibus per carnis groſſitiem & nimiam Ari. 12. de ani.
pinguedinem in ſuo tranſitu impediretur, & ſic ſenſus hebetaretur, & intellectus obtunderetur. Hieron.
Vnde Hieronymus dicit, quod venter pinguis non gignit ſenſum tenuem. In hoc ergo ſignatur, quod Prælatus non debet eſſe delicioſus, neque intendere ad impinguandum corpus, ſed paruam curam debet habere vel impendere carni ſuæ.

Item debet Prælatus parum habere de carne, id eſt, de amore carnali conſanguineorum, id eſt, vt non intendat ad ditandum, vel impinguandum eos de patrimonio Crucifixi, id eſt, de bonis eccleſiæ.

Item caput quamuis multam videatur exterius habere duritiem, multam tamen habet intus mollitiem in medulla, ita vt ipſius mollitie irrigetur totius corporis machina. Sic Prælatus quamuis ſe debeat quandoque durum oſtendere in corripiendo exterius, tamen in compatiendo mollis debet eſſe interius.

Item caput multum eſt neruoſum; & hoc fuit neceſſarium propter oſſium ad inuicem coniunctionem, & propter ſenſus & motus operationem. Nam per neruum medium anima in corpore omnem motum operatur & ſenſum, neque ſine neruo deſcendēte à cerebro membrum coniungitur membro. Iſti ergo nerui ſunt bona verba, & exempla prælati, quibus ſubditorum ſenſus informantur, & ad bene operandum mouentur, & in pacis, id eſt, vnitatis conſortio inuicem connectuntur. Vnde ſi virtus fluens de capite per neruos impeditur corporis corruptio ſequitur, & omnis compactio diſſoluitur; quia ſi virtus doctrinæ, vel bonæ vitæ, Prælato ſubtrahitur, ſubditorum vita quoque corrumpitur, & vnitatis per conſequens concordia diſſipatur.

Quinto, propter cerebri incluſionem. Nam intra caput cerebrum eſt incluſum, quod eſt corpus album ſine ſanguine, de ſpiritu & medulla habens multum, & in tribus cellulis eſt diſtinctum, & intra duos panniculos, ſcilicet piam matrem & duram, ſitu naturali eſt contentum. Eſt autem album, vt cuiuſlibet ſimilitudinis colorum ſit facile ſuſceptiuum, habet multum de ſpiritu, vt multus in eo ſit motus; habet multum de medulla, vt acumen caloris, qui ex eius motu generatur, temperaretur; parum habet de ſanguine, ne eius colore inficeretur, & ſic omne apprehenſum videretur rubeum. Ideo etiam fuit humidum ſine ſanguine, vt cito in naturam ſentiendi mutaretur. In tribus autem cellulis eſt diſtinctum, quæ ventriculi appellantur. In anteriori cellula formatur imaginatio, in media ſenſibilis ratio, in vltima memoria ſiue recordatio. Hæc omnia competunt Prælato, ſcilicet vt ſit albus per puritatem, & ſine ſanguine. i. ſine inordinato conſanguineorum amore, ſc. vt non ædificet Sion in ſanguinibus, & debet habere etiam multum de ſpiritu, id eſt, multum eſſe ſpiritualis.

Item de medulla humoroſa, ſ. deuotione animæ, vel de pietate compaſſionis. Diſtinctio autem trium cellularum, ſeu virtutum, ſignat tres partes prudentiæ; quarum vna eſt poſterior, ſ. memoria præteritorum: alia anterior, ſcilicet prouiſio futurorum: tertia media, ſcilicet intelligentia præſentium. Debet etiam ad modum cerebri eſſe inter duram & piam matrem incluſus. Iſtæ enim duæ matres ſunt duo panniculi ad defenſionem cerebri poſiti; vnde vocantur matres cerebri, vnus eſt groſſus, & ideo dicitur dura mater;

hic

hic autem craneo ſupponitur, ſed in medio cerebri ingroſſatur, & ad maiorem fortitudinem ſolidatur, non tamen immediatè cum craneo coniungitur, ſed potius ab eo ſuſpenditur, & huc atque illuc circa cerebri ſubſtantiam dilatatur. Hæc dura mater fuit neceſſaria, vt piam matrem, quæ eſt ea tenerior, à duritia cranei defenſaret, & vt venas & arterias cerebri colligaret, & vbi eſſent ſpatia vacua, illa impleret, ac pia mater duræ matri ſupponitur, & ipſa mollior inuenitur. Et ideo ſubſtantiam cerebri circumuoluit, & dictas cellulas inter ſe diuidit, & diſtinguit. Neque ſuperfluit hic pia mater, quia cerebri interius venas recolligit, & ne cerebrum ſua liquiditate defluat, coadunando cuſtodit; cerebrum etiam cooperiens & amplectens, ipſum à dura matre defendit. Iſtæ ergo duæ matres debent eſſe in prælato: dura enim mater eſt pœnitentia, pia mater miſericordia: debet enim eſſe ſibi per pœnitentiam auſterus, ſed per pietatem eſſe alijs largus, & benignus, vel debet eſſe dura mater in correctione iuſtitiæ, & pia mater in compaſſione miſericordiæ. Nam diſciplina ſine miſericordia multum deſtruitur, ſi vna ſine altera teneatur; vt dicit Greg. Vtraque tamen dicitur eſſe mater ex dilectione charitatis mota. Gregor.

Sexto, Prælatus aſſimilatur capiti propter fumoſitatum receptionem: Eſt enim caput totius corporis caminus, & tectum, & ideo multarum fumoſitatum à ſtomacho aſcendentium eſt receptiuum; & ideo fecit Deus illud poroſum & foraminibus plenum, vt per poros occultos, & foramina manifeſta eijceretur ſuperfluum, ne fieret receptaculum naturæ mortiferum. Iſtæ multæ fumoſitates ad cerebrum aſcendentes, ſunt multæ ſolicitudines, & anxietates, quas oportet Prælatum habere; ſed tamen ſuperfluas curas, & anxietates debet abijcere, ſiue per ſecretas conſiderationes, & orationes, ſiue per manifeſtas & vtiles occupationes.

Septimo aſſimilatur capiti Prælatus, propter ipſius capitis læſionem, ſiue paſſionem: Patitur enim caput multipliciter; aliquando quidem ex ſua mala complexione, aliquando vero ex nimio fumo à ſtomacho aſcendente, aliquando vero ex aeris intemperie, & aliquando ex aliorum membrorum aſſociatione, aliquando ex nimia repletione, aliquando ex nimia inanitione, aliquando ex nimia fatigatione, aliquando ex nimia dormitione; quæ omnia conueniunt malis Prælatis, qui aliquando deprauantur ex mala complexione inclinante; aliquando ex fumo ſuperbiæ aſcendente; aliquando ex intemperantia diſſoluente; aliquando ex malorum familiaritate inficiente; vel ex aliorum malignitate deficiente, aliquando ex nimia repletione ciborum, vel temporalis proprietatis, aliquando ex nimia inanitione expenſarum ſuæ neceſſitatis; quandoque etiam ex nimia fatigatione infirmantur, & inutiles efficiuntur; aliquando vero ex nimia dormitione negligentiæ & pigritiæ detinentur.

Item Prælatus aſſimilatur collo:

Primo ratione ſituationis: Nam collum ſituatum eſt inter caput & corpus; quia Prælatus mediator eſt inter Deum & populum. Vnde debet eſſe coniunctus Deo per puritatem Deut. 5. & populo per charitatem & pietatem. Vnde dixit Moyſes: Ego ſequeſter, & medius fui inter vos & Deum. Et quanquam Prælatus ſupra aſſimilatus ſit capiti, non propterea eſt inconueniens, quod etiam aſſimiletur collo; quia licet ipſe ſit vt caput reſpectu populi, ta- Ephes. 8. men eſt vt collum reſpectu Chriſti, qui eſt principale caput eccleſiæ, ſecundum illud Ephe. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus eius.

Secundo ratione compoſitionis: nam collum componitur ex duabus partibus, ſcilicet anteriori, quæ dicitur gula, & poſteriori, quæ dicitur ceruix, ſicut dicit Iſid. Et iſtæ duæ partes

partes colli ſignificant duas perfectiones Prælati. Quia gula ſiue guttur, ſignificat auctoritatem doctrinæ; quia, ſcilicet in gutture vox formatur. Ceruix vero ſignificat ſoliditatem vitæ. Ceruix enim non eſt concaua, vt gula, ſed ſolida eſt & plena. Sed nota, quod licet vox in gutture formetur, tamen ſi eſt vox ſignificatiua, & articulata, & literata, quæ propriè dicitur locutio, requirit plura alia inſtrumenta. Vnde ſecundum Conſt. Organa vocis ſunt plura, ſcilicet pulmo, arteria, guttur, vulua, & dentes, labia, atque lingua. Horum.n. organorum quædam ſunt vocis ordinatiua, vt gula, quæ (ſecundum Conſt.) vocem pulchram reddit, & fortem, quando proportionabiliter ſe habet ad alia inſtrumenta. Nam aerem introeuntem temperat, & ne nimis impetuosè exeat detinet & refrænat. Conſt.

Item à receptione pulueris guttur & arterias conſeruat. Quædam vero ſunt vocis emiſſiua, vt canales pulmonis, & arteriæ, quæ ſunt quaſi quædam fiſtulæ, quæ ſi ſint mundæ, lenes, & temperatæ, dulcem & lenem, & temperatam faciunt ipſam vocem; Si vero ſint aſperæ, aut plus debito latæ vel ſtrictæ, aut diſtortæ, grauem, vel exilem, diſſonam & inæqualem vocem emittunt. Quædam vero ſunt vocis diſtinctiua, i. verborum diſtinctè formatiua, ſicut lingua, labia, & dentes, & huiuſmodi. Igitur prima organa, quæ ſunt vocis ordinatiua, admonent prælatum, & doctorem, vt loquatur ordinatè, & temperatè. Illa vero quæ ſunt emiſſiua, admonent vt loquatur apertè: quia in emiſſione vocis fit oris apertio. Alia vero quæ ſunt vocis diſtinctiua, admonent, vt loquatur diſtinctè: Pars vero poſterior quæ dicitur ceruix, deſignat vitam prælati: Conſtant.n. ex carne, & oſſibus, & neruis, & eſt oſſea ad caput fortius ſuſtinendum, ſed neruoſa ad motum voluntarium faciendum, & ſenſum ad partes corporis deferendum. In quibus deſignatur, quod prælati, quantum ad vitam debent eſſe carnei, per manſuetudinis lenitatem, & oſſei, per fortitudinis firmitatem, & neruoſi, per dilectionis colligationem, & extenſibilitatem.

Tertiò ratione proportionis: Nam debet collum eſſe proportionatum corpori, ne excedat in paruitate vel in magnitudine modum. Tunc autem prælatus excedit in magnitudine modum, quando eſt nimis ſeuerus, tunc in paruitate, quando nimis remiſſus. Dicit autem Ariſtot. quod in quadrupedibus ſpiſſi corporis, & crurum mediocrium, collum eſt curtum, & groſſum, & huiuſmodi animaliũ in collo eſt maxima fortitudo, ſicut patet in bobus, bubalis, & vrſis, & lupis. Tali collo fortiſſimo, ſ. curto, & groſſo, aſſimilantur prælati, qui debent eſſe fortiſſimi in operando, curti & breues in expediendo, groſſi, & pleni, vel pingues in ſubueniendo & largiendo. Ariſt. 14. de anim.

Item prælati debent eſſe ſimiles tibijs: quia primo debet eſſe in eis fortitudo patientiæ, & hoc deſignatur in tibijs, quæ ſcilicet intrinſecus ſunt ex oſſibus fortibus facta, etiam ſunt tanquam columnæ ad corpus portandum habiles. Sic prælati debent eſſe columnæ per debilium ſuſtentationem, & fortes & patientes in portando ſubditorum onera.

Secundò, debet eſſe in eis compaſſio miſericordiæ, & hoc ſignatur in tibijs, quarum oſſa interius ſunt medulla plena, vnde ſunt exterius dura, & interius molles: & ſic ipſi prælati, vt & videantur exterius duri per correptionem iuſtitiæ, & ſint intrinſecus molles per compaſſionem miſericordiæ.

Tertiò debet eſſe in eis manſuetudo conuerſionis extrinſeca: & hoc ſignificatur in tibijs, quæ ſunt carnoſitate veſtita, & in complicatione earum cum femoribus: neque ab eis recipiunt, neque inferunt offenſam. Vnde tanquam culcitra ad molem corporis ſupportandam carnoſitas ipſarum à parte ſuperiori eſt interius oleata. Sic prælati cum ſe

alijs complicant, ſiue applicant, cum eis conuerſando, debent eſſe ſic manſueti & temperati, vt neque ipſi illos offendant conuerſationis aſperitate, neque ipſi offendantur ab eis nimia familiaritatis, vel dulcedinis contemptibilitate: debent autem omnes ſubditos, vt culcitra, ſcilicet dulciter & leuiter ſupportare.

Quartò, debet eſſe in eis longitudo perſeuerantiæ, quæ etiam ſignificatur in tibijs ſiue coxis, quæ ſunt longæ: Vnde ideo dicuntur tibiæ, quia ſimiles ſunt tubis in ſpecie & lon-
Iſi. lib. Etij gitudine, (vt dicit Iſi.) quia, ſ. ipſi prælati longanimes & perſeuerantes eſſe debent in ſui officij ſolicitudine & labore.

Idem ca. 61. Prudentia & diſcretio aſſimilatur odoratui, & hoc patet ex quinque.

Primò, ex parte principij effectiui: Nam virtus animæ, mediante ſpiritu animali, perficit odoratum, ſic & anima, mediante Spiritus ſancti lumine, & gratia, efficitur prudens
1. Cor. 2. ad diſcernendum proficua, vel nociua. Vnde Apoſt. dicit quod ſpiritualis homo omnia di-
2. Cor. 12. iudicat, & ipſe à nemine iudicatur; & quod per Spiritum ſanctum datur diſcretio ſpirituum. Vnde vera prudentia, non poteſt eſſe niſi in bonis & ſpiritualibus viris, & ideo
Ariſt. 6. Ethi. etiam Philoſophus dicit, quod impoſſibile eſt prudentem eſſe non entem bonum.

Secundò, ex parte organi receptiui: Organum enim odoratus, eſt aliquid circa cerebrum, ſed in hominibus requiritur ad odorandum perfecta diſpoſitio narium, in quibus ſunt duæ carunculæ ſiue cauernulæ, ad modum mammillarum dependentes, quæ videntur eſſe propria organa odoratus, & recipiunt ſpiritum animalem per quoſdam neruos à cerebro venientes. Nares enim non ſunt propria inſtrumenta olfactus, quod patet, quia ipſis abſciſſis non priuatur animal odoratu. Nos etiam per loca fœtida tranſeuntes, ſi flatum repreſſerimus, aerem fœtidum nares intrantem in nullo ſentimus, & hoc eſt, quia illæ caruncule quaſi quodam motu voluntario ſunt obſtructæ. Sunt etiam carunculæ huiuſmodi concauæ & ſpongioſæ: concauæ quidem, vt in ſua poroſitate concaua fumum recipiant à re odorabili reſolutum. Spongioſæ vero ſunt, vt in eis virtus attractiua ſit. Sicut autem ſunt duæ carunculæ velut inſtrumenta odorandi, ſic ſunt duæ virtutes, quæ ſunt quaſi animæ inſtrumenta nociua à proficuis diſcernendi.

Prima eſt intelligentia, ſiue ratio vniuerſalis animæ, quæ ſcilicet per prudentiam perficitur, vt ſe recte habeat circa ea quæ ſunt ad finem, vtilia ſcilicet à nociuis generaliter
Auguſt. lib. 83. quæ. diſcernendo. Vnde Augu. dicit in quo prudentia eſt cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum. Alia eſt æſtimatiua, quæ in homine dicitur ratio particularis, quæ eſt collatiua intentionum particularium, ſicut ratio vniuerſalis eſt collatiua vniuerſalium. Et hæc æſtimatiua etiam in brutis eſt, per quam ouis fugit lupum ſicut inimicum, quamquam hoc per ſenſum non percipit. Per hanc etiam mouetur auis ad colligendum paleas tanquam vtiles ad nidum: Vnde per hanc etiam ipſa bruta dicuntur participare aliquid
Ariſt. 8. de hiſt. ani. prudentiæ, ſicut patet per Philoſophum.

Tertiò ex parte medij delatiui: Nam (ſicut dicit Philoſophus) olfactus immutatur ab
Ariſt. 2. li. de anim. odorabili per medium ſcilicet aerem, aut aquam: Nam animalia quæ reſpirant, per aerem odorant. Dixerunt autem quidam, quod à corpore vaporabili quædam fumalis euaporatio reſoluitur, quæ eſt ſubiectum odoris, & peruenit vſque ad ſenſum olfactus. Et hinc eſt (vt dicebant) quod contrarij odores in medio ſe impediunt. Sed contra hoc eſt, quia odor cadaueris à vulturibus vſque ad quingenta miliaria ſentitur. Impoſſibile autem videtur, quod aliqua corporalis euaporatio cadaueris vſque ad tantum ſpacium diffundatur. Sed ad hoc reſpondent, quod talis euaporatio ad tam remotum ſpacium defertur per ventos.

ventos. Sed contra hoc eſt, quia ſenſibile immutat medium vndique, ſecundum eandem diſtantiam, niſi impediatur: Non autem ſufficeret ad occupandum tantum ſpacium, etiamſi totum cadauer reſolueretur in fumalem euaporationem, cum ſit certus terminus rarefactionis, ad quem corpus corporale peruenire poteſt, quæ eſt raritas ignis, & præcipuè, cum per huiuſmodi odorem cadauer ipſum appareat immutatum. Et ideo dicendum quod ab odorabili reſolui poteſt fumalis euaporatio quæ tamen non pertingit vſque ad terminum vnde odor percipitur: quia immutatur medium ſpiritualiter vlterius, quam prædicta euaporatio pertingere poſſit: Vnde etiam homines non ſentiunt odorem ſine reſpirationibus. Animalia autem aquatica, & quæ non reſpirant, ſicut ſunt quæ ſanguine carent, cum etiam odores ſentiunt (quod patet, quia quædam eorum de longinquo veniunt ad alimentum, quod non eſſet, niſi prouocarentur odore) oportet quod odorent mediante aqua. Per aerem igitur, qui ſubtilioris naturæ eſt, intelliguntur ſpiritualia, vnde quandoque aer ſpiritus vocatur. Per aquam vero quæ groſſior & fluxibilis eſt, intelliguntur temporalia, ſeu corporalia, quæ continuè tranſeunt. Vnde ſicut ad odorandum neceſſarij ſunt animalibus aer & aqua, ita ad rectè viuendum vel operandum, neceſſaria eſt hominibus duplex prudentia, ſcilicet ſpiritualium & temporalium ſcilicet vt prudenter ſciant vtraque diſponere, ſicut decet.

Prima ergo prudentia ſiue induſtria eſt circa ſpiritualia, quæ pertinent ad ſalutem, & inuenitur in omnibus habentibus gratiam: quia vnctio docet eos de omnibus, vt dicitur in 1. Ioan. 3. Sed ſecunda, ſcilicet ea quæ eſt circa temporalia, per quam ſcilicet ſibi & aliis quis poteſt prouidere, non ſolum de his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, ſed de quibuſcunque pertinentibus ad humanam vitam, non eſt in omnibus gratiam habentibus. 1. Ioan. 3.

Quartò ex parte officij diſcretiui: Eſt enim odoratus officium, odores fœtoreſq́; diſcernere, ſed odores percipit diligendo, fœtores vero horrendo. Et hoc eſt, quia odoribus tanquam conuenientibus adiuuatur, fœtoribus vero, tanquam corrumpentibus impeditur, & iſta prudentia competunt, de qua Auguſt. dicit, quod prudentia eſt virtus ea à quibus adiuuatur, ab eis quibus impeditur, ſagaciter eligens. Aug. de mor. eccl.

Regimen principantium, & Prælatorum aſſimilatur fronti propter quatuor: Idem ca. 62.

Primo, propter expreſſionem: Hæc enim ſtatum mentis noſtræ ſua ſpecie exprimit, dum nunc ſit læta, nunc triſtis. Similiter in ſtatu regiminis maxima notificatio fit. Vnde quidam Philoſophus dixit, quod principatus virum oſtendit. Eſt etiam ſtatus regiminis maxime variabilis, quem nunc triſtitia deprimit, nunc vero lætitia extollit. Sed tunc viri prudentes in hoc ſtatu exiſtentes, plus mœroribus afficiuntur, quam riſibus. Ezech. Signum thau ſuper frontes virorum gementium. Eze. 11.

Secundo, propter diſpoſitionem, quia (ſecundum Conſtantinum) frons eſt os ſemicirculare, neque multum durum, neque nimis molle: Nam neceſſarium fuit, vt eſſet ſic temperatum, ne læderetur vicinitas oculorum. Sic Prælatus, vel Princeps, licet debeat in ſe eſſe fortis ad modum oſſis, aliis tamen neque debet eſſe nimis durus, ne ſit crudelis, neque nimis mollis, ne ſit remiſſus. Et ideo (ſicut dicit Bern.) miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate, & faciendum eſt quoddam ex vtraque temperamentum. Conſt. Bern.

Item frons eſt modicæ carnoſitatis, & paucæ pinguedinis, quia (ſecundum Philoſophum) talia impediunt intellectum. Vnde ſignat, quod Princeps non debet carnalibus intendere, neque deliciis inſiſtere ad corpus impinguandum, niſi parum quantum requirit neceſſitas, ſcilicet ſecundum decentiam ſtatus. Eccle. Væ tibi terra, cuius

Rex puer eſt, & cuius Principes mane comedunt.

Tertio, propter repræſentationem; quia totius animalis virtuoſitas lucet in fronte: Eccle. 10. Frons enim (vt Philoſophus dicit) eſt ſedes verecundiæ, & honoris. Vnde perſonæ inuerecundæ dici ſoles: Hier. 3. Tu diſpoſuiſti frontem. Hiere. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Sic virtuoſitas plebis lucet in qualitate Rectoris, propter quod dicitur Eccle. 10. Qualis Rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Sedes enim regiminis maxime eſt ſedes verecundiæ vel honoris. Nam ſi laudabiliter tenetur, tunc reddit dignum honore Eccle. 10. In medio fratrum Rector illorum in honore, ſi vero male tenetur, opprobrio & verecundiæ patet.

Ariſt. de ani. lib. 1. Quarto, propter ſignificationem, vt dicit Ariſt. quod quando frons fuerit magna, ſignificat ſtultitiam, quando mediocris, ſignificat bonitatem complexionis, quando nimis eleuatur, & in ſuperficie rotundatur, exceſſum ſignificat choleræ & caloris. Sic ſi Princeps velit videri magnus per oſtentationem eſt ſignum ſtultitiæ mentis, & ſi eleuatur per ſuperbiæ elationem, ſignat exceſſum propriæ reputationis, & interioris inordinationis; ſed ſi mediocriter ſe habet, vt neque per ſuperbiam ſe extollat, neque contemptibilem per ignominiam ſe reddat, tunc eſt ſignum bonæ diſpoſitionis interioris.

Item Rectores & Prælati debent eſſe ſimiles neruis:

Primo quidem, quia nerui à cerebro originem ſumunt. Non autem à cerebro immediatè procedunt, ſed quidam ab eo nucha mediante deſcendunt. Et tale medium fuit neceſſarium, ne, ſi immediate à cerebro omnes venirent, aut ſe rumpendo læſionem incurrerent, aut propter longitudinem viæ à principio ſenſus ad actum ſentiendi potentiam non haberent. In hoc autem ſignatur, quod quorundam Rectorum inſtitutio, ſeu poteſtas, eſt immediate à Deo, ſic Moyſes & Aaron, & Apoſtoli inſtituti ſunt à Chriſto, præcipue Petrus. Alij Prælati & rectores, vt Epiſcopi & Reges, & huiuſmodi, eliguntur ab hominibus, vel poteſtatem habent à Deo homine mediante; ſed ſiue immediate, ſiue mediatè, Rom. 13. non eſt poteſtas niſi à Deo, ſicut Apoſt. dicit.

Secundo, quia nerui motum à ſpiritu accipiunt quem membris refundunt. Sic Prælati & rectores, in omnibus quæ faciunt debent moueri à Deo, vt videlicet ea quæ faciunt, propter eum operentur, & non propter fauorem hominum: Tunc enim dicuntur moueri 1. Cor. 10. à Deo, ſicut finis mouet agentem. Apoſtol. Omnia in gloriam Dei facite.

Tertio, quia nerui in ſua concauitate ſpiritum recipiunt, & cuſtodiunt. Sic Prælati in Iſai. 11. mentis ſuæ humilitate debent ſpiritum Dei habere, & cuſtodire. Vnde in Iſa. ſecundum aliam tranſlationẽ dicitur. Super quem requieſcit ſpiritus meus niſi ſuper humilem? &c.

Quarto, quia nerui partes diuerſas recolligunt, & annectunt; quia ſcilicet Prælatorum eſt ſubditos diſcordantes ad priorem reducere concordiam, & vnire. Eph. Solicit Epheſ. 4. ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

Quinto, quia nerui in ſuo exitu ſunt molles, ſed in fine ſe duros oſtendunt. Sic prælati leniter in principio incipiendo, ſemper ad perfectiora & arctiora ſubditos trahere debent. 1. Cor. 15. Apoſt. Prius quod animale, deinde quod ſpirituale.

Sexto quia nerui ſua mollitie & flexibilitate oſſa inflexibilia flectunt. Sic Prælati ſuæ manſuetudinis exemplo, debent duros & rigidos flectere ad mititatem, ſecundum illud: Matt. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Et talis rector erat Moyſes, qui fuit vir Iob 10. mitiſſimus, & ſuperpoſitus eſt populo duræ ceruicis, ſicut neruus alligãtur oſſa. Iob. in perſona Eccleſiæ habẽtis mites Prælatos & duros ſubditos dicit: Oſſibus & neruis compegiſti me.

Item

Item modificatio regentis debet eſſe ad modum cartilaginis:

Primo, quoad temperantiam; quia cartilaginoſa ſunt oſsibus molliora, ſed carnibus duriora. In quo ſignificatur, quod Rector (vt ſupra tactum eſt) non debet eſſe nimis durus, neque etiam nimis mollis, & pius, ſed quaſi quodam medio temperatus. Vnde in arca teſtamenti virga fuit ſimul cum mãna, vt in rectoris iuſtitia ſit virga, id eſt, aſperitas correctionis, ſimul cum manna, id eſt, cum dulcedine compaſsionis.

Secundo, ratione efficaciæ. Nam cartilago veſtit extremitates oſsium, ne ex nimia cõfricatione in ſuis iuncturis exaſperentur, & vt facilius oſſa cum carnibus iungerentur. Per oſſa intelliguntur ſubditi fortiores & maiores, quorum extremitates ſunt eorum defectus: nemo enim eſt tam perfectus qui non habeat aliquos defectus, ſaltem extraneos, & paruos, ex quibus contingit, quod inter fortes & probos viros nonnunquam & colliſiones ſcandalorum, & exaſperationes verborum, procurante diabolo, oriuntur. Sed iſta extrema, id eſt, parua ſubditorum vitia, vnde ſcandala oriuntur, ne ex nimia confricatione, id eſt, ex aſsidua ſimul conuerſatione, in iuncturis, id eſt, in locis, vel officiis, vel operibus quibus ſimul coniunguntur ſe inuicẽ oſſa, id eſt, ſubditi exaſperent, id eſt, inordinate perturbent, cartilagine ſunt veſtienda, id eſt, prouida & honeſta Prælati induſtria reprimenda & præcauenda. Tunc enim extremum ſubditi prælatus veſtit, & cooperit, quando ipſum ne ad alios turbandum prodeat reprimit, vel tunc cartilaginis mollities extrema oſsium veſtit, dum dominorum & perfidorum ſubditorum extrema, id eſt, parua vitia quædam diſsimulando, vel parcendo, Prælatus pertranſit; ex quo quandoque accidit, quod dum ſubditus ſic ſe patienter & benigne in ſuis defectibus à maioribus tolerari conſpicit, ipſe à confratrum iniuriis & exaſperationibus facilius ſe compeſcit. Ipſa etiam cartilaginis mollities oſſa cum carnibus iungit; quia benignitas & manſuetudo Prælati, etiam firmiores & fortiores in pacis vnitate connectit. Sic ergo per cartilaginis mollitiem, & oſſa ſimul, & carnes cum oſsibus ſine læſuris coniunguntur, quia ſub benigno & modeſto Prælato omnes ad inuicem ſubditi tam fortiores quam infirmiores, ſine ſcandalis, vel iniuriis, in pace cuſtodiuntur.

Tertio ratione deficientiæ: dicit enim Ariſto. quod cartilago præciſa non recreſcit; quia præciſa vel ablata operis moderatione non perficitur opus, ſed deficit à ſua perfectione. Vnde bene poetice dicitur: Semper ad omne quod eſt menſuram ponere prodeſt. Nam ſine menſura non ſtabit regia cura. Ariſ. 13 lib de anima.

Religioſi aſsimilantur dentibus:

Primo, quia dentes in carne radicati ſunt, & tamen terminos carnis excedunt. Sic Religioſi quamuis in carne ſint poſiti, tamen præter carnem viuere debent, ſecundum illud, in carne ambulantes, non ſecundum carnem militamus. 2. Cor. 10.

Secundo, quia dentes nihil inter ſe, vel in ſe eſſe patiuntur. Sic religioſi nihil inter ſe, vel in ſe pati debent, quod ſit charitatis eorum, ſeu vnitatis diminutiuum, vel ablatiuum. Rom. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Rom. 12.

Tertio, quia dentes ſuperiores ad inferiores reuertuntur, & ſibi inuicẽ mutuo coaptantur. Sic inter Religioſos ſuperiores debent redire ad inferiores per compaſsionem, & humilitatẽ, & per charitatem. Et inferiores debent coaptare ſe ſuperioribus, reuerendo & obediendo. Vel quia ſola maxilla inferior in homine mouetur, debent conuerſo inferiores cum offenderunt, redire ad ſuos ſuperiores pœnitendo, & veniam humiliter petendo, & ſuperiores inferioribus ſe debent coaptare miſericorditer recipiendo, vel inferiorum infir-

mitatibus

Rom. 12. *infirmitatibus diſcrete condeſcendendo. Apo. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere.*

Quarto, quia dentes ordinate inuicem componuntur. Sic Religiones vocantur ordines, 1. Cor. 4. *quia omnia debent in eis eſſe ordinata, ſecundum illud. Omnia honeſte, & ſecundum ordinem fiant in vobis.*

Quinto, quia dentes ad formationem vocis cooperantur. Sic etiam à Religioſis formari debet vox laudis, quoad diuinum officium cantantes, & vox prædicationis, quoad prædicantes. Etiam cooperantur quoad vocem confeſſionis, quoad confeſſiones audientes.

Sexto, quia etiam dentes toti corpori obſequuntur. Et ſic religioſi ſeruiũt vniuerſali eccleſiæ per exemplum conuerſationis, per verbum prædicationis, per ſuffragium orationis, Cant 4. *& etiam per miniſterium ſacramentalis adminiſtrationis. Cant. Dentes tui ſicut greges tonſarum, conuentus religioſorum ſunt, ex quibus eſt lac, id eſt, doctrina prædicationis, balatus, id eſt, vox laudis, vel orationis; & fœtus, id eſt, fructus multiplicis adminiſtrationis.*

Septimo, quia licet non ex ſe, tamen ex adiunctis patiuntur. Nam licet ſubſtantia dentium oſſea, & inſenſibilis, ſit de ſe impaſſibilis, tamen dolorem trahit ratione ſocietatis carnis, vel neruorum, qui ei ſunt coniuncti. Sic Religioſi propter amorem nimium quem habent interdum ad ſuos conſanguineos carnales, vel etiam ad aliquos ſeculares ſibi familiariter iunctos, de eorum malis dolorem ſentiunt quem per ſe non haberent; vel interdum Religioſi, qui ex ſe boni ſunt, tamen ex incautis, & non bonis ſecularium familiaritatibus inſtruuntur, & maculantur, & dolores, ſeu ſcandala patiuntur.

Octauo, quia dentes ab inuicem diſtinguuntur. Sunt enim in maſculis 32. quorum quatuor in anteriori parte pares; quadrupli vocantur, qui lati ſunt & acuti. Vnde & inciſores à medicis ſunt vocati, eo quod ad cibi inciſionem ſunt apti, & quicquid ore capitur, primo ab eis capitur, & mordetur; Mordendo autem cibum auferunt, quod eſt neceſſarium, & relinquunt quod eſt ſuperfluum. Sunt & duo alij, qui canini ſunt appellati, quadruplis coniuncti, in ſummitate acuti, & duris cibis commolendis apti, & rotundiores, & propter hoc canini dicuntur, quia canum dentibus aſſimilantur. Et ſunt canini dentes præciſoribus fortiores, acutiores, longiores, & rotundiores. Sunt iſtis colleterales groſſi, & lati, qui dicuntur molares, eo quod ad molendum cibum ſunt conuenientes: nam quæ à prioribus ſunt confracta, iſtis tanquam molis traduntur molenda. In primis ergo dentibus præciſoribus, vel qui tollunt, & præcidunt partem neceſſariam, & reliquam dimittunt, poſſunt intelligi Religioſi, & minus perfecti, qui ſeruant tantum ea ad quæ neceſſario tenentur ex voto, vel debito. Per caninos vero, qui duriora conterunt, intelliguntur quidã feruentiores; qui duriorem & auſteriorem vitam ducunt. Per molares vero latiſſimos, intelliguntur perfecti, qui habebant latitudinem charitatis, conſtantiam firmitatis, latebram humilitatis, efficaciam vtilitatis: Nam molares dentes ſunt lati, firmi, occulti, & vtiliſſimi.

Nono, quia dentes multa patiũtur: nam patiuntur putredines, fœtores, perforationes, mutationes, dolores, & alias conſimiles paſſiones, quæ omnes ſunt ex corruptis paſſionibus & humoribus deſcendentes. Iſta omnia competunt malis Religioſis, qui perforantur per tentationum iacula, putreſcunt per luxuriam, fœtent per inſaniam, mutantur aliquando per apoſtaſiam, torquentur & dolent per punitionis iuſtitiam.

Item Re-

Item Religioſi debent eſſe ſimiles pueris:

Primo, quia pueri ſunt ablactabiles. Vnde proprie puer dicitur cum eſt lacte remotus.
Sic Religioſus debet ſe à ſeculo velut infans ab vberibus alienare, ſicut dicit Iſaac. Pſal- Iſaac. de vi
miſta. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua. mon. Pſal.

Secundo, quia pueri ſunt diſciplinabiles; quia dicitur aliquis puer cum doli capax ef-
ficitur, & diſciplinæ aptus habere. Vnde ſub tutoribus poſitus, diſciplinæ ſubeſſe compel-
litur. Sic Religioſi debent eſſe ſub diſciplina patris ſpiritualis, ſ. Prælati. Prouer. Noli ſub- Prouer. 13.
trahere à puero diſciplinam.

Tertio, quia ſunt motus venerei inexperti: quia in hac ætate motus venerei homines
communiter non inuadunt, eo quod viæ adhuc ſtrictæ ſunt. Vnde ab hac puritate pueri di-
cti ſunt. Sic religioſi debent ſeipſos reſtringere, & ſibi vias præcludere, quibus poſſent à
carnis illecebris ſuperari, & in puritate non tantum mentis, ſed etiam carnis manere,
Apoſt. Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote, ſcilicet vt non ſit in vobis ma- 1. Cor. 14.
litia carnis, ſpiritus.

Quarto, quia ſunt ad motum flexibiles. Et ſic religioſi debent eſſe flexibiles per obediē-
tiam ad exequendum motum voluntatis ſuperioris, vt poſſit prælatus dicere illud. Nee. Nee. 5.
Omnes pueri mei congregati erant ad opus, ſcilicet per promptitudinem obe-
dientiæ.

Quinto, quia ſunt corpore leues, ſcilicet vt non ſint religioſi pigri, vel graues per acci- Mat. 8.
diam, ſicut erat ille de quo Matt. Puer meus iacet, &c.

Sexto, quia ſunt animo dociles: quia ſcilicet religioſi debent eſſe dociles Dei. Sapient. Sapient. 8.
Puer etiam ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam.

Septimo, quia ſunt pueri ſine ſolicitudine vitam ducentes: quia ſcilicet veri religioſi
nihil in terra appetunt, & ſine ſolicitudine viuunt, ſicut de Apoſtolis dicit quædam gloſſa,
ſuper actus Apoſtolorum; quod gloria Apoſtolorum erat nihil in terra poſſidere, & ſine ſo-
licitudine viuere; Tales enim pueri ſolum Deum quærunt, Paralipo. Cum adhuc puer eſ- 2. Para. 34.
ſet, cœpit quærere Deum.

Octauo, quia nullum periculum ſunt magis quam virgam timentes. Et ſic religioſi ti- Iud. 8.
ment virgam flagelli diuini: Plus enim timere debent flagella Dei, quam hominis. Iudic.
Timebat, quia adhuc puer erat.

Nono, quia ſunt neque laudes neque vituperia aliquid reputantes. Ita religioſi, vt Deo
placeant, vituperia debent & laudes hominum paruipendere, ſicut dicebat Apoſtolus.
Mihi pro minimo eſt, vt à vobis iudicer 3. Reg. Ego autem puer paruulus ſum, id eſt, 2. Cor. 4. 3. Reg. 3.
humilis.

Decimo, quia ſunt iniuriarum immemores. Et ſic religioſi debent iniuriarum obliuiſci,
parcendo exemplo Chriſti, qui dixit. Pater dimitte illis, &c. Vnde & ipſe vocatur puer; Luc. 23. Act. 4.
Conuenerunt enim vere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum.

Vndecimo, quia verberati à matre ſtatim ſunt reuertentes, nec ſe de iniuria vindican-
tes. Ita religioſi, etiam ſi affligantur in religione, non debent propter hoc ſuam religionem
relinquere; vel ipſam accuſare, & vituperare. Et de talibus pueris potes religionem dice-
re illud Iſai. Ecce ego, & pueri mei, quos mihi dedit Dominus, &c. Iſai. 8. Idem ca. 64.

Sanctorum virorum perfectio repræſentatur in corde:

Primo, quia cor eſt exterius carneum. Et ſic ſancti viri ſunt exterius carnei, id eſt. le-
nes per manſuetudinem conuerſationis, vel habent ſancti viri cor carneum per diſciplinæ
ſuſceptibilitatem

plenum humore ſanguinis, id eſt, affectione diuini amoris, vel deuotionis: Nam affectus
ſeu deuotio eorum non eſt immunda & impura, ſicut hypocritarum, quia ſimiles ſunt ſe- Mat. 23.
pulchris dealbatis, quæ foris apparent alba, & intus ſunt nigra, & fœtida.

Item eſt clara, non obſcura vel tenebroſa ſicut hæreticorum.

Item calida, id eſt, feruens, non tepida ſicut imperfectorum.

Item ſenſata, non fatua, vel indiſcreta ſicut præſumptuoſorum.

Item eſt fontale principium caloris. Vnde dicit Philoſophus, quod propter calores cordis, Ariſt. 16. de
poſuit natura membrum frigidum ex oppoſito cordis, ſ. cerebrum. Vnde in generatione ani.
animalis ſtatim creatur caput poſt generationem cordis. Sicut ergo cor eſt plenum calore,
ita ſancti viri ſunt pleni amore. Sed calor cordis à cerebro temperatur, quia feruor amoris
ſapientia regulatur. Vult enim Deus diligi ſapiẽter, quia & ipſe neminem diligit, niſi eum
cui cum ſapientia inhabitat, vt dicitur Sap. 7. Sap. 7.

Octauo, quia cor eſt membrũ primo formatum. Vnde Philoſophus dicit ibidem, quod Ariſt. 12. de
cor animalis eſt complementum primo à natura creatum, i. ante omnia alia membra for- ani.
matum. In quo ſignatur, quod homo primo intendere debet ad compoſitionem & ſanctifi-
cationem cordis interius & poſtea ad componendum, & ordinandum mores, & facta ex-
teriora Matth. Munda prius quod intus eſt. Mat. 23.

Nono, quia cordi accidit multiplex nocumentum. Nam quandoque patitur ex alio-
rum membrorum colligantia, quandoque ex propria diſtemperantia, quandoque ex defi-
cientis regiminis cauſa. Sic etiam ſpirituales læduntur quandoque ex prauis ſocijs, quan-
doque ex proprijs vitijs, quandoque à defectibus prælatorũ; patitur etiam cor ex virtutis ſuæ
diſſolutione, ex ſpiritus euaporatione, ex prima repletione, & ex vena concauæ oppilatio-
ne. Diſſoluitur autem cordis virtus ſpiritualis per luxuriam, euaporat ſpiritus per ſuper-
biam, fit repletio nimia per gulam, oppilatur vena miſericordiæ per auaritiam. Accidit
etiam cordi timor, ſic quod patienti videtur, quod cor de loco ſuo moueatur; hunc timo-
rem facit accidia circa ſpiritualia. Nam accidia facit cor frigidum nimis, & omnia ope-
ra reddit mollia, & diſſoluta. Dicit autem Haly ſuper quendam textum Galen. quod ſi
cor fuerit nimis frigidum; & nimis humidum, & pulſus mollis, homo virilitate, & auda-
cia priuatus erit, piger & timidus apparebit.

Decimo, quia vigor cordis oſtenditur per multiplex ſignum. Dicit enim Galenus, quod
virtus, & complexio cordis oſtenditur per magnitudinem reſpirationis, per velocitatem
pulſus, per virilitatem feſtinam ad actionem, per iram, audaciam & feruorem: per am-
plitudinem pectoris & piloſitatem, hæc omnia calorem dominantem in corde ſignificant.
Hæc ergo cordis virtus debet apparere in pœnitentibus per magnitudinem contritionis,
per quam anima etiam incipit reſpirare per nouam attractionem ſpiritualis gratiæ.

Item per velocitatẽ confeſſionis, quæ eſt ſimilis pulſui: per hoc, quod indicat ſpirituali
medico infirmitatem animæ interius latentem. Item per feſtinam & virilem actionem ſa-
tisfactionis: & per iram, contra proprias tranſgreſſiones, per audaciam contra tentatio-
nes: per feruorem, contra omiſſiones, per amplitudinem pietatis, & piloſitatem auſterita-
tis: Nam caro piloſa eſt aſperior non piloſa. Gen. Noſti quod Eſau homo piloſus ſit, & ego Gen. 26.
lenis. Et ideo Ioannes Baptiſta pro aſperitate pœnitentiæ portabat veſtimentum de pilis
camelorum. Hæc ergo omnia oſtendunt calorem amoris diuini in corde domi-
nantem.

Vndecimo, quia cor quanto aui. noſ[illegible] tanto magis p[illegible]. Vnde animalia parui cordis

 in quanti-

in quantitate, ſunt maioris animoſitatis, propter maiorem adunationem virtutis: Omnis enim virtus quanto magis adunata, tanto potentior, & quanto magis diuiſa, tanto eſt debilior, vt in lib. de cauſis oſtenditur. Sic ſpiritualiter, tanto quis plus habet de magnitudine virtutis, quanto plus habet de paruitate humilitatis. Hæc enim eſt, quæ omnes virtutes
Greg. hom. 6. *vnitas & concatenatas tenet. Vnde Grego. dicit, quod qui cæteras virtutes ſine humilitate congregat, quaſi puluerem in ventum portat.*

Idem ca. 65. *Sapientia aſſimilatur guſtui propter quinque.*

Primo ratione officij: quia, ſ. guſtus eſt proprie ſaporum perceptiuus. Et ideo proprie, quia guſtus eſt proprie guſtus prout eſt diſcretiuus ſaporum: ſed guſtus prout eſt quidam tactus, quia, ſ. tangendo percipit ſuum obiectum, ſic habet diſcernere qualitates tangibiles, ſ. alimentum cuius ſenſus eſt tactus. Sicut igitur guſtus eſt quo ſapores ciborum percipimus: ſic quoque ſapientia eſt per quam quæ ſurſum ſunt ſapimus, & ideo ſapientia dici-
Eccleſ. 6. *tur à ſapore. Eccle. Sapientia doctrinæ ſecundum nomen eſt eius.*

Secundo ratione principij; Nam principium effectiuum guſtus eſt virtus animalis, i. virtus quædam animæ ſenſitiuæ, inſtrumentale autem quoddam principium eſt ſpiritus animalis, qui per quoſdam neruos ad linguam defertur. Sic etiam eſt duplex principium ſpiritualis ſapientiæ, vnum eſſentiale, ſ. fides, quæ eſt prima virtus neceſſaria animæ intellectiuæ: Nam ſicut initium artis ſecundum eſſentiam eius, ſunt principia eius ex quibus procedit; ſic initium ſapientiæ ſecundum eius eſſentiam ſunt articuli fidei. Vnde fides dicitur eſſe initium ſapientiæ. Sed principium ſapientiæ inſtrumentale eſt illud, quo anima diſponitur ad ſapientiam, & hoc eſt timor Dei, ſecundum illud. Initium ſapientiæ eſt ti-
Eccleſ. 1. *mor Domini. Dicitur autem timor initium ſapientiæ quantum ad eius effectus. Nam ſicut dicitur initium artis, vnde ars incipit operari, ſicut ſi dicatur, quod fundamentum ſit principium artis ædificatoriæ, quia ibi incipit ædificator operari, ſic dicitur, quoad effectum timor initium ſapientiæ, vnde ſapientia incipit operari. Et hoc modo timor ſeruilis dicitur initium ſapientiæ, ſicut principium extra diſponens ad ſapientiam, in quantum aliquis timore pœnæ recedit à peccato ſecundum illud. Timor Domini expellit peccatum: & per hoc habilitatur ad ſapientiam. Sed timor filialis, & caſtus, eſt initium ſapientiæ, ſicut primus ſapientiæ effectus. Cum enim ad ſapientiam pertineat, quod humana vita reguletur per rationes diuinas oportet ſumere principium, vt homo Deum reuereatur, & ſubijciatur ei: Sic enim conſequenter in omnibus ſecundum Deum regulabitur.*

Tertio, ratione organi: Organum enim, & inſtrumentum guſtus, (vt Philoſophus dicit) eſt aliquod intrinſecum circa cor, & ſimiliter, organum tactus. Nam ad alios tres ſenſus
Ariſt. de ſen. & ſen. *deriuatur virtus ſenſitiua ex corde, mediante cerebro, ita quod à corde primo venit ad cerebrum, & à cerebro poſtea ad ipſos ſenſus. Tactus autem & guſtus, referuntur ad ipſum*
Conſt. *cor per medium coniunctum, quod eſt caro. Sed Conſtantinus dicit, quod proximum, & manifeſtum inſtrumentum guſtui, prout eſt diſcretiuus ſapporum, eſt lingua, quæ ſpiritum animalem ad perfectionem virtutis guſtabilis defert: Fit enim guſtus, ſicut ipſe dicit, hoc modo; quia duo nerui linguæ medio infiguntur, qui in multos ramos in extremis lateribus linguæ diſperguntur, & per eos, (vt dictum eſt) ſpiritus animalis ad linguam defertur. Cum ergo res guſtanda ſubintrat linguam, ſpiritus animalis qui ibi eſt, immutatur ſecundum proprietates eius, quas poſtea iudicio animæ repræſentat. Sicut ergo circa cor eſt primum guſtus inſtrumentum, ita in corde dicitur eſſe primum ſapientiæ habitaculum,*
Prouer. 14. *ſecundum illud Prou. In corde requieſcit ſapientia prudentis; ſed proprium inſtrumen-*

tum ſa-

tum ſapientia quo aliis manifeſtatur, eſt lingua. Pſal. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius, &c. Sed duo nerui infixi ſunt duæ cautelæ, quæ debent eſſe in lingua ſapientis, vna ad loquendum, & alia ad tacendum, ſecundum tempus opportunum, vel ſignificant duplex opus ſapientis, ſcilicet veritatem defendere, & falſitatem repellere. Prou. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. Et nota, quod lingua ſecundum ſuam complexionem eſt concaua, poroſa, humida, & inſipida. Concaua, vt bene quodlibet retineret. Poroſa facta eſt, vt quod groſſum, vel ſubtile de re guſtãda eſſet, neruos linguæ facile ſubintraret, & virtus actiua ad perficiendum eandem plus vigeret. Humida vero eſt, vt humiditas cooperetur ad acceptorum diſſolutionem; vt ſi aliqua dura, vel ſicca palato applicarentur, humiditate linguæ facile ſoluerentur. Facta eſt etiam inſipida, vt cuiuſlibet ſaporis ſit facile ſuſceptiua: Nam ſi determinatum ſaporem haberet, qualitatem alterius ſaporis percipere nõ valeret. Hæc etiam omnia competunt linguæ prout eſt inſtrumentum ſapientiæ. Pſalm 38. Prouer. 8.

Primo, vt ſit concaua ad retinendum & cuſtodiendum verbum vſque ad tempus opportunum loquendi. Malac. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, ſ. vſque ad tempus docendi. Mal. 2.

Item vt ſit poroſa ad groſſa vel ſubtilia, prout decet dicendum, diſponendum: Nam humidum in re poroſa per diuerſa foramina minutim diuiditur.

Item vt ſit humida, ſcilicet, vt dicta, & acta ad diſſoluendum dura, id eſt, obſcura vel dubia, quæ ſunt difficilia ad intelligendum, ſicut durum & difficile ad comedendum, humectet, i. declaret & exponat.

Item eſt inſipida ex ſe, ſuſcipiens ſaporem aliunde, quia. ſ. ſapientiam loquendi ex ſe non habet homo, ſed à Deo, ſecundum illud Luc. Ego dabo vobis os, & ſapientiam. Aug. Quod ſapienter loquamini, ab illo eſt, non noſtra ſapientia. Contra quod ſuperbi Philoſophi dixerunt: Labia noſtra à nobis ſunt. Quarto ratione medij: Nam guſtus, vt dicit Philoſophus, non fit per medium extraneum, ſicut viſus fit mediante aere; ſed tamen ſicut non fit viſio ſine medio, vel ſine lumine, ita non fit guſtus ſine humido: Nullum enim ſaporoſum facit ſenſum ſui ſaporis ſine humiditate. Vnde ſicut calor fit actu viſibilis per lumen, ita ſapor fit actu guſtabilis per humidum, & ita oportet, quod guſtabile, vel actu habeat humiditatem aqueam ſicut vdum, & huiuſmodi, aut ſit potentia humectabile ſicut illud quod ſumitur per modum cibi. Et ideo oportet, quod ſit ſaliua in ore, quæ bene liquida eſt, & etiam liquefactiua, per quam ea, quæ ſumuntur etiam humectantur, vt eorum ſapor percipi poſſit. Sicut ergo guſtui ad percipiendos ſapores neceſſaria eſt humiditas vel ſaliua, ita etiam ſimiliter ipſi homini ad percipiendam veram ſapientiam, neceſſaria eſt Chriſti doctrina: Cum enim Chriſtus ſit caput eccleſiæ, (vt dicit Apoſtolus) quaſi ſaliua fluens à capite, eſt doctrina deriuata à Chriſto, & hæc per quam vera ſapientiæ guſtus habetur, quia ipſe verbum Dei eſt, qui eſt fons ſapientiæ, vt dicitur Eccl. 1. Luc. 21. Ariſt. de ani. Epheſ. 5. Eccleſ. 1.

Quinto ratione obiecti, quod eſt proprie humidum ſaporabile. Enumerat autem Philoſophus ſaporum ſpecies, ad quas omnes aliæ reducuntur, ſ. dulce, & amarum, pingue, & ſalſum, acetoſum, auſterum, & acutum. Hos itaque ſapores ſicut corporaliter per guſtum, ſic etiam ſpiritualiter per ſapientiam deguſtamus: Facit enim nos ſapientia deguſtare dulce in contemplatione cæleſtis gloriæ. Amarum in conſideratione æternæ pœnæ. Ariſt. 2. de ani.

Pingue in refectione æterna gratia. Salſum in conſideratione præſentis miſeriæ. Acetoſum in recognitione culpæ, & compunctione conſcientiæ. Auſterum in aſſumptione exterioris pœnitentiæ. Et acutum in intelligentia ſcripturæ.

Item ſapientia aſsimilatur ſaliuæ propter quatuor.

Primo propter ſaporis perceptionem. Nam (ſecundum Conſt.) ſaliua eſt inter guſtum & eius obiectum media: Nihil enim guſtu percipitur, niſi cuius ſapor mediante ſaliua guſtui præſentatur. Sic quoque per ſapientiam ſuperna deguſtamus, eorumque ſaporem

Col. 3. *ſentimus, ſecundum illud: Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſupra terram.*

Secundo propter eius humectationem, ſine qua humectatione lingua non bene volueretur, neque loqueretur. Sic etiam per ſapientiam cordis os ad recte loquēdum diſponitur &

Prouerb. 16. *dirigitur, ſecundum illud. Cor ſapientis erudit os eius.*

Tertio propter digeſtionis præparationem: ciborum enim ſiccitatem ſaliua temperat, & eorum ſuccoſitatem augmentat, vt melius poſsint dentibus conteri, & facilius poſtea digeri. Sic quoque ſapientia facit verbi Dei, quæ ſunt cibus animæ, conterere per expoſitionem, & digerere per diſcuſsionem, & conſiderationem.

Quarto propter ſuperfluitatem cerebri & pulmonis faciliorem euacuationem. Sic ſapientes euacuat ſuperfluitates cerebri, id eſt, inordinatas, & phantaſticas imaginationes, quas ſapientes vel non habent, vel in eis non inhærent.

Item ſuperfluitates pulmonis, i. ſuperfluas, & inordinatas locutiones: Nam ſine pulmone locutionis vox formari non poteſt, neque anhelitus reddi valet, ſicut dicit Ariſtot.

Ariſt. 14. de ani. *Non autem homo ſapiens, aut ſuperflue, aut inordinate loquitur, omnia verba eius ſunt ponderata, & menſurata. Eccleſ. Verba ſapientum ſtatera ponderabuntur.*

Eccl. 21.

Idem ca. 66. *Scientia hominis aſsimilatur naſo:*

Primo propter eius ſenſibilitatem: nam per nares odorifera ſentimus, & per eas inter odorifera & fœtida diſcernimus. Eſt autem verum intellectus, ſicut res odorifera naribus, falſum autem eſt, vt res fœtida odoratui. Vnde ſcientia per quam verum falſo diſcernimus recte aſsimilatur naribus, & hinc eſt quod neſcij & imperiti vocantur ignari, i. ſine nare.

Secundo, propter continuitatem. Habet enim naſus duas concauitates, ſiue duo foramina, quæ per quādam cartilaginoſam ſubſtantiam ab inuicem ſunt diſtincta, & vnum horum foraminum ad concauitatem palati tendit, alterum ſurſum ad cerebri pelliculas vadit, vt aerem attrahat cerebro, & ſpiritum deferat naribus animalem ad ſenſum odoratus perficiendū. Primum ergo foramen fuit neceſſarium ad eijciendas ſuperfluitates de cerebro euenientes. Aliud vero ad ſpiritum attrahendum, & odoratum perficiendum. Duo ergo foramina narium, ſunt duo modi ſcientiarum: Eſt enim ſcientiarum alia ſpeculatiua, quæ ad ſuperiora tendit, alia prædicta, quæ inferiora diſponit. Vna, ſcilicet practica ſuperfluitates eiicit, ſicut patet de ſcientia medicinæ, quæ docet expellere ſuperfluitates humorum, & de morali, quæ docet reprimere, & expellere exceſſus, & extrema vitiorum, Altera, ſcilicet ſpeculatiua, ſpiritum attrahit, id eſt, ſpiritualem, & intellectualem perfectionem.

Tertio, propter neceſsitatem. (Nam ſecundum Conſtan.) naſus fuit neceſſarius ad aerem attrahendum. Et ſic eſt neceſſaria ſcientia naturalis ad attrahendum aerem, id eſt, ad acquirendam notitiam reſpectu ſenſibilium: nam aer præcipue eſt medium, per quod ſenſibilia deferūtur ad ſenſum, ſicut patet in olfactu, & etiam in auditu, & viſu, qui ſunt ſenſus qui præcipue deſeruiūt ſcientiæ, & ſicut aer per attractionem recipitur in naribus,

ita ſpecies

ita ſpecies ſenſibilium per abſtractionem recipiuntur interius; Primo in ſenſu, poſtea in intellectu, ſicut aer attractus primo recipitur in naſo, poſtea in pulmone.

Item eſt neceſſarius naſus ad cerebrum expurgandum, & ſic eſt neceſſaria ſcientia moralis, ſcilicet ad expurgationem animi à vitiis per contrarias virtutes.

Item eſt neceſſarius naſus ad calorem in ventriculis cerebri temperandum: Quaſi enim calor cerebri, eſt deſiderium naturale. Vnde dicit Philoſophus. Omnes homines naturaliter ſcire deſiderant. Hoc deſiderium non totaliter ſatiat, ſed tamen quodammodo perficiendo temperat, præcipue ſcientia metaphyſicalis, quæ eſt circa maxime intelligibilia, quibus intellectus magis reficitur, non tamen calor iſte extinguitur, quia per nullam ſcientiam humanam ſciendi deſiderium ſatiatur. Ariſt. 1. Met.

Item eſt neceſſarius naſus ad reſolutum odorem à quacumque ſubſtantia diſcernendum; quod competit ſcientiis reſolutiuis, ſiue demonſtratiuis, quæ ſcilicet concluſiones, in principia reſoluendo diiudicant & diſcernunt, ſicut ſunt ſcientiæ Mathematicæ. Fuit etiam neceſſarius naſus ad decorandum, & honeſtandum: Nam (ſecundum Galenum) naſus eſt faciei maximum ornamentum, & ipſius carentia faciem maxime dehoneſtat. Sic quoque per ſcientiam homo honeſtatur, & ornatur, & honorabilis redditur: propter quod Philoſophus ſcientiam inter bona honorabilia computat. Galen.

Quarto, propter naſi quantitatem. Debet enim diſpoſitio naſi mediocris eſſe, ita quod & longitudine, & latitudine, & altitudine modum debitum non excedat. Sic quantum ad ſcientiæ ſtudium, exceſſus longitudinis eſt in his qui longo tempore ſcholas exercuerunt & parum, vel nihil proficiunt, de quibus Apoſt. Semper quidem diſcentes, & nunquam ad ſcientiam veritatis peruenientes. Exceſſus autem latitudinis attenditur ad numerum ſcibilium; & his exceſſus prohibetur cum dicitur: Non plus ſapere quam oportet ſapere, & Eccleſiaſt. In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus. Sed exceſſus altitudinis prohibetur, cum dicitur: Altiora te ne quæſieris. Ariſt. 1. de anim. 2. Ep. 4. Rom. 12. Eccle. 4. Eccle. 3.

Quinto, propter naſi paßibilitatem, quia (ſecundum Conſt.) naſus quandoque impeditur ex mala cerebri diſpoſitione, & ex eadem cauſa etiam impeditur ſcientia; quia ex mala diſpoſitione cerebri naturali, vel violenta, efficitur homo male diſpoſitus ad ſcientiam, & læſis etiam organis interioribus cerebri, ſcilicet phantaſia, vel memoria, perditur vſus ſcientiæ. Aliquando vero impeditur ex nerui oppilatione, quaſi autem oppilatio nerui, eſt großitudo, & durities ingenij, quæ etiam ſcientiam impedit. Quandoque vero ex humorum fœtidorum repletione, & hoc pertinet ad fœditates carnalium peccatorum, quæ à ſtudio, & ſcientia retrahunt, & noſtri intellectus acumen obtundunt: vel humores fœtidi ſunt errores immißi, quibus aliquis repletus lumine veritatis caret, & veram ſcientiam non habet. Aliquando vero ex carnis ſuperflua generatione; & hoc impedimentum eſt in guloſis, quia venter pinguis non gignit ſenſum tenuem, vt Græcorum prouerbium dicit. Aliquando ex humorum à capite diſſolutione, & hoc impedimentum eſt in ſuperbis; quia ſuperbia eſt caput omnis peccati, à qua deſcendant humores, id eſt, cogitationes, vel affectiones tumefacientes oculos mentis, vt lumen veritatis conſpicere non poßit. Aliquando vero ex nimia conſtrictione; & hoc eſt in illis qui ſtudium ſuum coarctant ſolum circa ſcibilia alicuius ſcientiæ, & vlterius diſcere non curant.

Seruorum Dei mentes debent eſſe ſimiles venis:

Primo, quia venæ ſunt concauæ; quia ſcilicet mentes ſeruorum Dei ſunt humiles, &

Prou. 5. ad diuinæ gratiæ receptionem habiles. Prou. Sit vena tua benedicta, ſcilicet benedictione gratiæ.

Secundo, quia venæ in corpore hominis ſunt ſanguinis cameræ, ſiue vaſa; quia ſcilicet mentes ſeruorum Dei ſunt diuinæ gratiæ non ſolum receptiuæ, ſed etiam contentiuæ, & reſeruatiuæ: ſanguis enim quo vita corporalis ſuſtentatur, & viuificatur, ſignat diuinam gratiam, per quam etiam anima viuificatur & nutritur. Apo. Gratia Dei ſum
1. Cor. 6. id quod ſum.

Tertio, quia ſancti ſunt miniſtri ſanguinis & baiuli: quia ſcilicet Dei gratiam quam
1. Pet. 4. habent, etiam aliis miniſtrare & communicare ſtudent, ſecundum illud. Vnuſquiſque qui accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes.

Quarto, quia venæ ſunt ſanitatis & infirmitatis nuntiæ. Sic ſerui Dei aliis infirmi-
Iſai. 58. tates vitiorum, & ſanitatem virtutum annunciant & demonſtrant, Iſaia. Annuncia po-
1. Pet. 2. pulo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et de virtutibus, 1. Pet. 2. Vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum.

Idem ca. 68. Solicitudo, & cura ſpiritualium, aſſimilatur vigiliæ: Hæ enim ſunt vigiliæ, quæ conueniunt laborantibus. i. bene operantibus, vt meritum augeant: conueniunt ſpeculatiuis, i. contemplantibus, vt dominum venientem recipiant, conueniunt medicinam ſumentibus, id eſt, pœnitentibus, vt non ſe lædant: conueniunt ægrotantibus, id eſt, tentatis, vt citius conualeſcant, conueniunt itinerantibus, ſ. per exilium huius vitæ, ne per ſomnum pigritiæ dietam amittant: conueniunt & gregem paſcentibus, id eſt, prælatis, ne damnum gregis per lupos, i. per hæreticos, vel malos homines, aut dæmones incurrant: conue-
Matth. 26. niunt etiam orantibus, vt coronam promiſſam vigilantibus non amittant Matt. Vigilate, & orate.

Item ſolicitudo, & ſuperflua cura temporalium aſſimilatur maxime inordinatæ vigiliæ. Vigilia niſi fuerit nimia (vt dicit Conſt.) calorem augmentat. Et ſimiliter ſolicitudo nimia temporalium æſtum auaritiæ augmentat.

Item corpus deſiccat. Et ſimiliter ſolicitudo ſuperflua deſiccat animam ab humore pietatis, & etiam corpus ratione inordinati laboris.

Item oculos grauat. Et ſimiliter ſolicitudo auaritiæ grauat, oculos mentis deprimens ad terram, id eſt, terrena.

Item viſum hebetat. Et ſic ſolicitudo temporalis hebetat viſum contemplationis ſpiritualis.

Item dolorem capitis generat, id eſt, impatientiam & turbationes mentis. Vnde Do-
Luc. 10. minus dixit Marthæ: Solicita es, & turbaris erga plurima.

Item totum corpus debilitat, & eneruat. Et ſimiliter ſuperflua ſolicitudo eneruat to-
Luc. 12. tius animæ virtutem: propter quod Dominus admonet, dicens: Nolite ſoliciti eſſe, &c.

Spiritus ſanctus tria operatur in anima: Nam eſt conſeruator naturæ, largitor vitæ, & inſpirator ſapientiæ. Et ſecundum hæc tria aſſimilatur triplici ſpiritui, qui eſt in humano corpore: Eſt enim in corpore humano ſpiritus naturalis, vitalis, animalis. Naturalis habet ſedem in hepate, vitalis in corde, animalis in capite; Spiritus enim naturalis habet ſic generari, dum enim per calorem agentem in ſanguinem fortis in hepate fit ebullitio, fumus reſoluitur, qui ex neruis hepatis ſubtiliatus, & depuratus, in quandam ſubtilem, & ſpiritualem ſubſtantiam, ſiue naturam aeream commutatur, quæ ſpiritus naturalis dicitur, eo quod ſua potentia naturaliter ſanguinem ſubtiliat, & ſua leuitate ipſum

ad ſu-

ad ſingula membra impellit. Iſte ergo ſpiritus, eſt virtutis naturalis regitiuus; ſimiliter quoque ſpiritus ſanctus eſt omnis eſſe conſeruatiuus, & omnis virtutis regitiuus, ſecundum illud Pſal. Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Spiritus vero vitalis fit, quia ſpiritus naturalis prædictus in hepate generatus, per venas quaſdam ad cor mittitur, vbi per colliſionem & motum partium cordis adinuicem, magis depuratur, & in naturam ſubtiliorem conuertitur. Et tunc ſpiritus vitalis dicitur, eo quod à corde per arterias ad membra totius corporis ſe diffundit, & ſpiritualem vitam augmentans, eius operatione rectificat, & cuſtodit. Similiter Spiritus ſanctus veniens in animam ſpiritualem, vitam gratia in eam infundit, & ad ſingula membra animæ, id eſt, ad ſingulas eius potentias ſuas virtutes ſpirituales diffundit, quibus operationes hominis producuntur, & rectificantur; ſed quadam arteria à ſiniſtro cordis ventriculo exiens in ſuo motu mox in duos diuiditur ramos quorum vnus tendit ad inferiora in plurimos ramos diuiſus, quibus mediantibus ſpiritus vitalis ad omnia membra interiora viuificanda portatur. Alter vero ramus tendit ad ſuperiora, & in tres ramos iterum diuiditur, quorum dexter ad dextrum brachium, ſiniſter ad ſiniſtrum æqualiter ſe diffundit; & ſic vitalis ſpiritus per totum corpus transfunditur, & vitalem pulſum in arterijs operatur. Medius vero ramus ad cerebrum ſe extendit, & ſuperiora viuificans, vitalem ſpiritum in omnibus circumfundit. Sicut ergo ſpiritus vitalis viuificat & perficit inferiora & ſuperiora membra corporis, ſic etiam Spiritus ſanctus viuificat vita gratiæ, & perficit interiores, id eſt, actiuos per dilectionem proximi: & hic habet diuerſos ramos, id eſt, diuerſa opera vitæ actiuæ, & ſuperiores, id eſt, contemplationis in dilectione Dei. Et iſte diuiditur in tres ramos, ſecundum tres modos diligendi, quos ponit B. Bernardus. Diligunt enim ſancti viri Deum fortiter, ſapienter, & dulciter: fortiter quoad patrem, ſapienter quoad filium, dulciter quoad Spiritum ſanctum, vel fortiter contra mundum, ſapienter contra diabolum, dulciter contra carnem. Vel diuiditur ſpiritus ſuperiora petens in tres partes: quia Spiritus ſanctus ſuperiores, id eſt, ſublimiores viros & contemplatiuos perficit tribus virtutibus, ſcilicet, fide, ſpe, & charitate. Vel, quia eleuat eos ad tres contemplationis gradus quos B. Dionyſius ponit, ſcilicet rectum, circularem, & obliquum. Spiritus vero animalis fit, quia idem ſpiritus ventriculos cerebri penetrans, ibidem magis digeritur, & magis ſubtiliatur, vt in eſſentiam animalis ſpiritus, qui cæteris ſubtilior eſt, tranſmutetur. Iſte autem animalis ſpiritus in anteriori ventriculo cerebri generatus, particulatim diffunditur per organa ſentiendi, ex quo quinque ſenſus perficiuntur: pars tamen in eiſdem cerebri ventriculis remanet, vt ſenſus communis, & vis imaginatiua formetur, deinde tranſit ad medium ventriculum, ſcilicet ad cellulam logiſticam ad perficiendum intellectum. Deinde tranſit ad cellulam memoriæ, vt impreſſiones factas in alijs cellulis ibi condat; & poſtea inde per medullam ſpinæ dorſi, quæ dicitur nucha, tranſit & penetrat ad neruos motiuos, vt ſic motus voluntarius in omnibus inferioribus partibus corporis generetur. Sicut ergo animalis ſpiritus ſeruit ſenſui, intellectui, & motui, ſic quoque Spiritus ſanctus acuit ſenſum ad diſcretionem, eleuat intellectum ad contemplationem, & mouet affectum ad dilectionem.

Pſalm. 32.

Diony. 4. c. de diui. no.
1. Cor. 2.

Item ſicut animalis ſpiritus perficit tam ſenſus interiores quam exteriores; ſic quoque Spiritus ſanctus perficit, & illuminat ad diſcernendum, & diiudicandum tam interiora propria, quam exteriora aliena. Vnde Apoſtolus dicit, quod ſpiritualis homo omnia diiudicat, & ipſe à nemine iudicatur.

Triſtitia

Idem ca. 74. Triſtitia pœnitentiæ de peccatis perpetratis, aßimilatur cholera nigra, id eſt, melan-
cholie.

Primo ratione dominij; quia melancholia dominatur in latere ſiniſtro; quia ſcilicet
triſtitia de peccatis, vitiis animi ſubiicitur quæ ſunt in ſiniſtra parte.

Secundo ratione principij, quia ſedem habet in ſplene; quia licet cantriſtentur de per-
petratione culpæ, tamen gaudent in ſpe de conſecutione veniæ. Nam (vt dicunt Phyſici)
de ſplene generatur riſus, ex qua vicinitate ſequitur, quod melancholici aliquando ri-
deant, aliquando fleant.

Tertio ratione qualitatũ, quia melancholia frigida eſt & ſicca, & frigus & ſiccitas ali-
quando in bona ſignificatione accipiuntur, aliquando in mala. In mala ſignificatione ac-
Cant. 2. cipitur frigus, in Cant. vbi dicitur: Hyems trãſiit, imber abiit & receßit, vt ſcilicet in
Pſalm. 63. frigore hyemis accipiatur torpor tentationis. Sed in bona ſignificatione accipitur in Pſal.
vbi dicitur: Tranſiuimus per ignem, & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium, vt poſt
æſtum, & diſſolutionem tranſeamus ad requiem. Ignis enim vrit, aqua diſſoluit: vrit
enim tribulationis aduerſitas, diſſoluit blandientis mundi proſperitas, vas autem igne ſo-
lidatum aquam non timet, poſt tranſitum vero tribulationis educet nos Dominus in re-
frigerium mentis. Similiter & ſiccum duobus modis accipitur; quandoque in bonũ, ſic-
Pſal 94. ut Pſal. ait: Siccam manus eius formauerunt; ſiccam enim vocat cordis noſtri terram à
Num. 11. malis humoribus exſiccatam. Aliquando verò in malum, ſicut dicitur Nu. Anima noſtra
arida eſt, id eſt, rore carens gratiæ cæleſtis. Ergo triſtitia pœnitentiæ ad modum melan-
choliæ eſt frigida, id eſt, refrigeratiua à vitiorum ardore; & ſicca, id eſt, à vitiorum hu-
moribus ſiue fluxibus ſiccatiua, & reſtrictiua.

Quarto, ratione effectuum; quia melancholia facit homines iracundos, quandoque ti-
midos, quandoque vigilantes, quandoque dormientes. Similiter triſtitia pœnitentiæ facit
Pſal. 4. homines iraſci ſibiipſis. Pſalmus: Iraſcimini, & nolite peccare.
Pſalm. 118. Item facit paueſcere, & timere diuinum iudicium. Pſalm. A iudiciis tuis timui.

Item quandoque facit vigilantes, id eſt, intentos cæleſtibus deſideriis, quandoque dor-
mientes, id eſt, grauatos curis.

Quinto ratione ſimilitudinum; quia ſimilis eſt melancholicus autumno, terra, & ſe-
nectuti, vt intelligamus in autumno maturitatem, in terra ſtabilitatem, in ſenectute
morum grauitatem.

Sexto, ratione purgationum; quia purgatur per oculos. Et ſimiliter ab his vitiis de
quibus triſtamur, ſi per confeßionem eiecta fuerint, lachrymis purgamur.

Item triſtitia & dolor peccati aßimilatur dolori ſtomachi: Nam, ſecundum Auicen.
in dolore ſtomachi inuenitur quadruplex diuerſitas; quia quidam ſunt quibus accidit do-
lor ſtomachi, non quidem quando comedunt, ſed in fine ſpacij comprehenſionis cibi in ſto-
macho, & poſt horam decimam quæ ſequitur eam. Et tali quidem dolori aßimilatur tri-
ſtitia peccantis; quæ prouenit ex remorſu conſcientiæ, quia licet peccator dum comedit,
id eſt, dum actu peccatum agit, non triſtitiam, ſed delectationem ſentiat de peccato; ta-
men in fine ſpacij comprehenſionis cibi, id eſt, in fine completionis peccati, ſcilicet poſt
conſenſum, vel poſt peccati actum, ſequitur triſtitia animi ex remorſu conſcientiæ, &
Ariſt. in cal. reatu peccati. Vnde Philoſophus dicit, quod beati replentur pœnitudine, & bene poſt de-
cem horas, quia in tranſgreßione decalogi, id eſt, decem præceptorum legis, omne pecca-
Ambr. tum perficitur. Vnde Ambroſius dicit; quod peccatum eſt tranſgreßio diuinæ legis, & cæ-
leſtium

leſtium inobedientiam mandatorum. Alij vero ſunt quibus accidit dolor ſtomachi dum comedunt, & ſedatur poſt digeſtionem. Et huic dolori aſsimilatur triſtitia pœnitentium, qui dum comedunt, id eſt, dum peccata ſua conſiderant, vel comedunt, id eſt, dum verbum prædicationis, quod eſt cibus mentis, audiendo percipiunt, compunguntur, & contritionem concipiunt. Sed contritionis dolor poſt digeſtionem ſedatur: Quia ſicut eſt triplex digeſtio cibi in ſtomacho, in hepate, & in membris, ſic etiam eſt triplex purgatio peccati, ſ. in corde, in ore, & in opere, id eſt, in contritione cordis, in confeſsione oris, & in ſatiſfactione operis. Vnde poſt digeſtionem completam, ſtomachi dolor ſedatur, quia poſt plenam purgationem peccati, pœnitentis dolor mitigatur. Alij autem ſunt, quorum dolor non ceſſat quouſque euomant quoddam, ſicut acetum ex quo bullit, deinde ſedatur dolor eorum. Talis eſt dolor, & pœna in purgatorio exiſtentium, qui non ceſſat, id eſt, non deficit quouſque euacuetur, & expietur peccati reatus, qui rectè aſsimilatur aceto bullienti, ſcilicet ad modum aceti pungit dolor, & bullit ardore: Eſt enim vehemens dolor ex dilatione præmij, & vehemens ardor ignis exiſtentis ibi. Quia (ſicut dicit beatus Auguſtinus) licet ille ignis æternus non ſit, tamen eſt miro modo grauis, in tantum, quod excedat omnes pœnas quas vnquam in carne aliquis paſſus fuit. Alij vero ſunt, quorum dolor ſedatur, non cum vomitu, ſed cum deſcenſione cibi, & talis eſt triſtitia iraſcentis; qui licet non euomat, id eſt, licet iram à corde non abijciat, neque iniuriam remittat, tamen cum cibus à ſtomacho deſcendit, id eſt, cum memoria iniuriæ ab animo diſcedit, triſtitia & ira ſedatur. Auguſt.

Verba bonorum hominum debent eſſe ſimilia linguæ. Nam lingua eſt influentiæ ſpiritus receptiua, & talis fuit lingua Prophetarum, & Apoſtolorum, quia Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. Idem ca. 75. Matth. 10.

Secundo, quia lingua eſt de tenera & molli materia, ſcilicet de carne, quia interdum loqui debemus mollia, & placabilia verba. Prou. Lingua mollis confringit duritiam, & Prou. Lingua placabilis, lignum vitæ. Prou. 25. Prou. 15.

Tertiò, lingua eſt in complexione calida, & humida: & ſic lingua bonorum eſt feruida & deuota.

Quartò, quia lingua in diſpoſitione eſt tenuis, & longa, & talis eſt lingua doctorum, ſcilicet tenuis, id eſt, ſubtilis ad exponendum, & longa ad continuandum & multiplicandum.

Quintò, quia lingua eſt ad ſimilitudinem gladij facta: & hoc eſt vt ſit ad defenſionem veritatis, & expugnationē erroris. Iſaia. Poſuit os meum Dominus quaſi gladiū acutum. Iſai. 49.

Sextò, quia lingua eſt in corio rubicunda vt ſcilicet verecundetur proferre verba inhoneſta, & indecentia.

Septimò, quia eſt vocis & modulationis formatiua: & ideo eſt in concauo poſita, vt ſcilicet ſit ſuauis, & dulcis, ſicut & eſt modulatio muſica.

Octauò, quia lingua eſt ſaporis diſcretiua, vt ſcilicet ſit ſapida & diſcreta ad loquendū.

Nonò, quia eſt conceptionum animæ interpretiua; vt ſcilicet loquatur verba deliberata, & prius in anima limata.

Decimò, quia eſt labijs quaſi clauſtro duplici circumſepta, ſcilicet vt ſciat ſe claudere tacendo, & aperire loquendo.

Vndecimò, quia lingua eſt oris humectatiua: Nam (ſecundum Conſtan.) in lateribus ligamen-

gamentorum linguæ, ſunt quadam venæ vocatæ ſaliuales, quæ ſaliuam linguæ adminiſtrant, initium vero linguæ vnde exeunt hæ venæ, eſt caro glandulosa & alba, ipſius ſaliuæ generatiua, quæ linguam humectat; & ciborum ſiccitatem tempera, & eorum ſuccitatem augmentat. Iſtæ autem duæ venæ quæ adminiſtrant linguæ ſaliuam ſapientiæ, id eſt, ſaporoſa doctrina, ſunt vita, & ſcientia.

Ariſt. 6. de ani. Duodecimò quia eſt lingua grauidorum animalium, & fœtuum ſignificatiua. Nam (ſicut dicit Ariſt. qualis eſt vena ſub lingua, talis eſt fœtus generatus ab ea; Oues enim aliquando habent ſub lingua venas albas, & tunc pariunt fœtus albos, & ſi habuerint nigras, pariunt nigros, & ſi varias, pariunt varios. Venæ autem ſub lingua exiſtentes, vel ad linguam venientes, poſſunt etiam dici cogitationes & affectiones quæ lingua exponuntur. Et quales ſunt in homine cogitationes, & affectiones, tales etiam ſunt linguæ locutiones, & tales etiam ſunt fœtus, id eſt, operationes, ſcilicet vel nigræ, id eſt, malæ, vel albæ, id eſt puræ, vel variæ, id eſt mixtæ, ſicut opera hypocritarum.

Item verba malorum aſſimilantur linguæ:

Primò, quia lingua eſt in lubrico poſita. Et ſic mali habent linguam lubricam, id eſt, ſabilem ad verba inhoneſta, & mala.

Secundò, quia lingua eſt acuta, & maxime lingua quorundam ſerpentium. Ita mali ad modum gladij habent linguas acutas ad percutiendum, & diuidendum proximos.
Pſalm 139. Pſal. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. Et iterum: Lingua eorum gladius acutus.

Tertio. quia quorundam animalium lingua eſt venenoſa, & mortifera, ſicut ſerpentis, & draconis, & rabidi canis, cuius lingua ſemper apparet iuxta os, & diſtillat venenum, & inficit aquam ſi cadat in eam, de qua ſi quis bibat (vt dicit Auic.) efficitur rabidus. Hæc lingua venenoſa, eſt lingua inficiens, & alios corrumpens, vel lædens, ſiue per detractionem. Et hæc eſt lingua ſerpentis mordentis, & tortuosè incedentis: ſiue per malam ſuggeſtionem. Et hæc eſt lingua draconis infernalis, id eſt, dæmonis, cuius eſt mala ſuggerere: vnde etiam homines qui hæc faciunt ſunt quaſi lingua eius, vel etiam per malam doctrinam corrumpendo fidem, ſicut hæretici faciunt. Et hæc eſt lingua canis rabidi, venenum inficit aquam ſapientiæ ſalutaris, id eſt, ſacra Scriptura, per falſas expoſitiones, ita vt bibens ex ea, id eſt, eorum doctrinam recipiens, ſpiritualiter efficiatur rabidus, & infectus.

Auic.

Ariſt. de ani. Quartò, quia aliqua lingua eſt in colore varia, ſicut (ſecundum Ariſtot.) Serpentium linguæ, ſunt nigræ, ſiue liuidæ, ſubruſæ, maculoſæ, & ad motum velociſſimæ, ita vt cum ſint in motu, biſurcari videantur, tam velociter agitantur. Linguæ ergo liuidæ ſunt inuidorum, ſubruſæ adulatorum, quia ſub ruſedine, id eſt, ſub dulcedine verborum: Nã ruſedo & color mellis immittunt aculeum deceptionis, ſed maculoſæ ſunt linguæ infamatorũ qui aliorum famam maculare ſæpiſſime conantur, ad modum autem linguæ velociſſimæ ſunt linguæ relatorum, qui verbum auditum vel conceptum retinere non poſſunt, quin ſtatim proferant. Biſurcatæ autem ſunt bilinguium. Omnes autem tales linguas optabile eſſet quod Deus ſiccaret & abſcideret, quia tunc ceſſaret venenum, de quo dicitur in Pſal.
Pſalm. 13. Venenum aſpidum ſub labijs eorum: Dicitur enim quod lingua aſpidis, quamuis in corpore ſerpentis viuentis ſit plena veneno mortifero, tamen ab eius corpore ſeparata & ſiccata, venenum amittit, & alterius ſerpentis venenum prodit. Vnde præſente veneno ſudare conſueuit:

Item verba hominum aſſimilantur ſputis.

Primo quidem, quia ſputum venenoſis animalibus reſiſtit: Nam dicit Ambr. quod

ſputum hominis eſt venenum animalibus venenoſis, & maxime ſi homo ieiunus ſit. Sic verbum hominis ſobriy, & placati, mitigat vel exunguit venenum hominis irati, & intemperati. Nam: reſponſio mollis frangit iram. Amb. in ſer. in Leui. Prouer. 15.

Secundo, quia ſputum ſuperfluitatem reumatis minuit. Vnde dicit Galenus, quod Ptiſicis vtile eſt ſpuere. Vnde dum ſpuunt ſe à ſuperfluitate exonerant, qua retenta ſuffocati moriuntur. Sic quoque per verba confeſsionis exonerat ſe peccator à ſuperfluitate peccati, qua anima ſuffocatur, & occiditur. Gale.

Tertio, quia ſputum aliquando quidem digeſtum, aliquando vero indigeſtum exiſtit: & hoc pertinet ad verborum varietatem, quia aliquando loquitur homo conſulte, & præmeditate, & tunc loquitur ſapienter aliquando vero præcipitanter, & inconſiderate, & tunc etiam vt plurimum loquitur inepte. Vnde ponitur differentia inter ſputum, & ſaliuam: quia ſaliua eſt ſuperfluitas naturalis nutrimenti pectoris, & generatur digeſta. Sed ſputum eſt illud, quod ad pectus aduenit ſecundum diuerſitatem curſus naturalis, vel præter naturam, nec eſt ſemper digeſtum (ſecundum Galenum.) Per ſaliuam ergo quæ ſemper eſt digeſta, intelligitur ſapientis locutio, quæ ſemper eſt præmeditata, & ordinata: ſed per ſputum, quod quandoque eſt digeſtum, quandoque non, intelligitur communis locutio aliorum hominum, quæ aliquando eſt conſiderata, aliquando non.

Quarto quoque, quia ſputum interiorem corruptionem oſtendit: Dicit enim Galenus, quod in ſputo tria ſunt attendenda, ſcilicet color, odor, & ſapor: Nam ſi ſputum eſt in colore liuidum, cordis ſignificat læſionem: ſi ſanguineum ſanie admixtum, pulmonis ſignificat vlcerationem: ſi fuerit vero in odore fætidum, interiorem ſignificat corruptionem: & ſi in ſapore fuerit amarum, vel acidum, humoris ſignificat corruptionem in ſtomacho, & in pulmone: Quidam enim ſunt qui habent verba liuida, & maleuola, & hoc ſignificat læſionem cordis per inuidiam. Quidam vero habent verba ſanguinolenta, i. comminatoria, & contumelioſa, admixta ſanie, i. rabie, & furore; & hæc oſtendunt læſionem pulmonis per iracundiam: Nam pulmo eſt cordis flabellum, quia ad temperamentum & refrigerium continue aerē attrahit, & emittit. Vnde pulmo poteſt dici quoddam refrigerium cordis. Sed ira dum ſanguinem circa cor incendit, & ebullire facit, cordis refrigerium impedit etiam corporale; Dicit enim Damaſc. quod ira eſt feruor eius qui circa cor eſt ſanguinis, ex euaporatione fellis fiens. Et quia iracundia cor incendit, ideo iracundi proferunt verba ſanguinolenta, & comminatoria, & maledica. Quidam vero proferunt verba fætentia, id eſt, infamantia: quia infamia comparatur fætori, vel fætida ſputa ſunt verba turpia, id eſt, carnalia, & immunda, quæ ſigna ſunt interioris corruptionis, illa quidem odij, hæc vero luxuriæ. Quidam vero proferunt verba amara, & fellea, ſignificantia corruptionem in ſtomacho, id eſt, in memoria per reminiſcentiam iniuriæ receptæ; Eſt enim memoria receptaculum cognitorum ſicut, ſtomachus ciborum, ſed tamen memoria eſt etiam conſeruatiua receptorum.

Virgines aſſimilantur fœmoribus: Idem ca. 76.

Primo, quia fœmora ſunt ex magnis oſsibus compoſita, vt dicit Con. quod neceſſarium fuit, quia omnium oſsium corporis ſunt fundamenta, vel quia portant maiores neruos, vel lacertos, per quos fit pedum motio voluntaria. Sic virgines indigent magnis oſsibus, id eſt, viribus, quia (ſicut dicit Aug.) inter omnia certamina Chriſtianorum, duriora ſunt prælia caſtitatis. Pſal. Accingere, gladio enim ſuper fœmur accingitur qui contra tentationes carnis viriliter præliatur. Aug. de Ar. Vir. Pſal. 44.

Secundo, quia fœmora ſunt tota à parte ſuperiori concaua. Et ſic virgines à parte ſuperiori, i. à parte mentis, debent eſſe concauæ, i. humiles, vt ſint ad diuinam gratiam recipiendam & conſeruandam habiles, ſine qua nihil valet virginitas. Augu. Quid prodeſt cuique continentia, ſi dominetur ſuperbia? quaſi diceret nihil. Tertio, quia fœmora à parte anteriori ſunt gibboſa, duo habentia acumina. Vnde ſunt exterius fortia, vt ibi locum habeant lacerti, & nerui, qui ſi eſſent intrinſecus, læderentur. Sic virgines debent eſſe fortes contra exteriora prouocantia, & impellentia ex parte carnis vel mundi, & ſunt neceſſaria duo acumina, ſ. oratio, & abſtinentia. Vnde ſunt etiam fœmora ex parte ſuperiori groſſiora, ſed inferius graciliora: quia per orationem ingroſſatur & impinguatur ſpiritus, & per abſtinentiam attenuatur, & coarctatur pars inferior, id eſt caro. — Auguſt.

Idem ca. 77. *Virtutes interiores animæ, quinque ſenſibus corporis adaptantur: Nam viſus animæ eſt fides, qua quicunque caret, cæcus eſt: & aſſimilatur illi qui erat cæcus à natiuitate, quia ſcilicet omnes ſine fide naſcuntur. Illum cæcum cum Dominus illuminaret, expuit in terram, & fecit lutum de ſputo, & liniuit ſuper oculos eius: quia tunc illuminatur mẽtis oculus, cum fidem Verbi incarnati ſuſcipit intellectus. Et quod fide illuminatur, ſatis oſtenditur Matth. quando curauit Dominus Barthimæum cæcum, à quo cum Dominus quæſiuiſſet. Quid vis vt tibi faciam? Reſpondit. Domine vt videam, & dixit ei. Reſpice, fides tua ſaluum te fecit, & confeſtim vidit. Ac ſi diceret, fides eſt quæ te illuminat.* — Matth. 10.

Auditus autem eſt obedientia Pſal. Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi, & Leuitici, dicitur. Si inueneris ouem, & bouem, aure & cauda amputatis, voluntarie offerre poteris. Votum autem ex his ſolui non poteſt. Auris amputatio, eſt obedientia imperfecta, quæ ſi ſeculari ſufficit qui voluntarie offert, non tamen clauſtrali, qui ex voto obedire tenetur. — Pſalm. 17. Leu. 22.

Odoratus, eſt ſpes. Vnde ille odoratu caret, qui ſpem non habet. In Ezechiele comminatur Dominus mulieri adulteræ: Præcidam aures tuas, & nares tuas: Aures enim naribus in præciſione iunguntur, quia à quibus mandatorum obedientia tollitur, in fruſtra de vita æterna ſperatur.

Iob. 34. *Guſtus, eſt charitas. Iob: Guttur eſcas guſtu dijudicat. Prudentia enim mundi habens palatum infectum, temporalia bona iudicat dulcia tanquam vera bona, ſed guſtus charitatis illa reſpuit, nec libenter ſuſcipit, quia meliora bona eſurit. Prou. Anima eſuriens amarum pro dulci ſumet.* — Prou. 17.

Tactus eſt humilitas, quia tactus maxime nobis adhæret, vtpote ſine quo animal viuere non poteſt: talpa enim viuit ſine viſu, muſca, ſine auditu, & ſimile inuenitur de alijs ſenſibus, ſed nullum animal viuit ſine tactu, immo aliquod viuit ſolo tactu, vt oſtrea, & concha. Humilitas igitur ad modum tactus maxime dicitur adhærere, quia nihil ex nobis habemus vnde ſuperbire debeamus. Eccl. Quid ſuperbis terra, & cinis: & Michę. Humiliatio tua in medio tui, ſed quia tactus duas habet manus, etiam patientia quæ humilitatis comes eſt tactui comparatur. Hæc enim eſt qua filij Dei probantur. Geneſ. Dixit Iſaac. Accede huc, tangam te, & probem an tu ſis filius meus. — Eccl. 10. Mic. 6. Gen. 27.

Item virtutes aſſimilantur oſſibus;

Primo, quia oſſa ſunt totius corporis ſolidamenta, eo quod in ipſis robur eſt animalis. Vnde cum ſint omnium ſtabilimenta ab exterioribus defendunt interiora. Ita etiam ex virtutibus eſt totum robur & ſoliditas animæ, ſine quibus anima ab exterioribus tentationibus minime ſe defendere poteſt: & ideo animæ velut arma defenſionis, de quibus

Philoſophia

Philoſophia Boetij loquitur, dicens: Talia ibi contuleramus arma, quæ ni prior abieciſſes inuicta reſirmitate tuerentur: Iob. Oſsibus & neruis compegiſti me. Iob. 10.

Secundo, quia oſſa ſunt in corpore multiplicata, & hic propter motus leuiorem facilitatem, & ad vitandam corporis paſsibilitatem: tanta enim eſt inter membra colligantia, vt vno patiente omnia ſint compatiua. Vnde natura fere duplicauit omnia membra, vt ſi vnum illorum deficeret, alterum eius effectum suppleret. Vbi ergo oportuit plura oſſa compegit. Sic vt anima ad diuerſa, oportuna, & meritoria opera faciliter moueatur, & vt contra diuerſorum paſsiones tueatur, neceſſarium ei eſt, vt diuerſarum virtutum habitibus muniatur. Et ideo neceſſarium eſt animæ non vnam tantum, ſed multas virtutes habere, vt quod per vnam non poteſt, per aliam ſuppleatur. Ezech. Dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſsibus. Talis enim campus eſt anima virtutibus plena. Ezech. 37.

Tertio, quia oſſa ſunt diſparia, & diuerſimode figurata: diſparia quidem ſunt, quia in magnis membris magna, & in paruis parua; diuerſimode etiam figurata, quia quædam ſunt longa, quædam rotunda, quædam concaua, & quædam ſolida. Similiter, & virtutes non ſunt in omnibus pariter, vel æqualiter, ſed ſecundum maius, & minus inſunt diuerſis hominibus, ſiue eadem virtutes, ſiue diuerſa: Dicuntur enim virtutes longæ, in quantum faciunt bonum continuare, ſicut conſtantia, perſeuerantia, & huiuſmodi. Rotundæ vero ſunt in quantum habent nos ad ſuperiora ab inferioribus eleuare. Nam ſecundum Mathematicos: Rotundum, ſiue ſphæricum ſic eſt vndique eleuatum, quod non tangit planum ſuppoſitum, niſi in puncto. Sic homines virtuoſi non hærent inferioribus, & temporalibus, niſi in puncto neceſsitatis, vndique ſcilicet ſuperiora petentes: & hoc præcipuè faciunt virtutes Theologicæ, ſcilicet fides, ſpes, & charitas. Concauæ vero ſunt, in quantũ ſemper ſunt aptæ ſuſcipere augmentum: concauum enim eſt bene receptiuum. Solidæ vero ſunt, in quantum, ſcilicet firmant hominem in bono: Oſſa enim ſolida facta ſunt propter maiorem firmitatem. Iob. Oſſa eius, vt fiſtulæ æris. Iob. 4.

Quarto, quia oſſa ſunt inuicem colligata: Sunt enim quibuſdam neruis inuicem ſtricta ne motu ſoluerentur, & vt ſibi inuicem cooperentur. Nam minora ſuper maiora radicantur, & maiora minoribus miro naturæ artificio coaptantur. Similiter virtutes omnes ſunt inuicem connexæ, & colligatæ, ita vt vna ſine altera ineſſe, vel haberi non poſsit, & minores virtutes in maioribus radicantur, ſicut dicit Apoſtolus de charitate. Vt in charitate radicati, & fundati, &c. Omnes etiam virtutes ſibi inuicem coaptantur; vnde Gregorius dicit, quod omnes virtutes vicaria ope ſe ſubleuant. Eze. Acceſſerunt oſſa ad oſſa. Eph. 3. Ezech. 37.

Quinto, quia ſunt intrinſecus medullata, vt ſcilicet ex ipſa medulla nutriantur: vnde propter euaporationem medullæ per poros oſsium, carnes, quæ magis oſsibus ſunt vicinæ, magis ſunt ſaporoſæ. Quaſi ergo medulla intrinſeca quibus virtutes nutriuntur, & ſine qua conſeruari non poſsunt, eſt gratia diuina, quæ per ipſas virtutes operans circumſtantes proximos afficit, & ſaporat. Iob. Medullis oſſa illius irrigantur. Iob. 21.

Vnitas fidelium Eccleſiæ debet eſſe ſicut vnitas membrorum in corpore quoad ſeptem. Idem ca. 78.

Primo quidem, quia membra quadam proportione quaſi armonia ſunt inuicem coniuncta, & fideles eccleſiæ debent eſſe ſimul coniuncti per charitatis amorem diligentes ſe inuicem ſecundum debitam proportionem, quia non omnes ſunt æqualiter diligendi.

Secundo,

1. Pet. 4.

Secundo, quia membra ſibi inuicem ſunt adminiſtratiua, & ſuarum virtutum & operationum mutuo communicatiua. Sic fideles eccleſiæ debent ſibi inuicem ſeruire, & bona ſibi mutuo communicare, ſecundum illud: Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. Vnde ſicut ſuperiora membra adminiſtrant inferioribus influentiam & gubernationem, inferiora vero ſuperioribus ſupportationem, media vero impendunt vtriſque cooperationem. Sic maiores, & ſuperiores debent inferiores & ſimpliciores dirigere & gubernare, ſicut oculi inferiora membra dirigunt & rectificant. Inferiores vero debent ſuperioribus obedire, & eos ſupportare, ſicut pedes & crura pondus ſuperiorum ſupportãt. Alij vero quaſi medij debent vtroſque iuuare, ſicut manus & brachia tam ſuperiora quam inferiora membra defenſant, & iuuant.

Tertio, quia membra quamdiu reguntur ab anima, permanent ſana, & ad complexionem ſuæ actionis ſunt ſufficientia; ſed regimine ſpiritus priuata, toti corpori ſunt nociua. Similiter quoque fideles, quamdiu reguntur à Spiritu ſancto, ſcilicet, dum ſunt in vnitate eccleſiæ & charitate, ſunt ſpiritualiter ſani, ſed quando regimine Spiritus ſancti priuantur, ſcilicet per ſciſma, vel per peccatum mortale, tunc potius ſunt corporis eccleſiæ peſtiferi, & nociui.

Quarto, quia tanta eſt vnio inter membra, quod propter mutuam inter ſe colligantiã, ſibi ſunt inuicem compaſſiua. Vnde vnum membrum ab alio patiens, non ſe vindicat, ſed potius illud iuuat. Et ideo ſi vnum membrum fuerit læſum, ad ipſum confluunt humores aliorum membrorum. Sic etiam fideles Chriſti debent ſibi mutuo compaſſionem impendere de iniurijs vel offenſis, non vindictam expetere, ſed potius ſibi remittere, & dum aliquis patitur, alij debent occurrere ad iuuandum.

Quinto, quia membra ſunt per patientiæ exemplum ſui mutuo confortatiua: nam dolor maior alicui membro ſuperueniens, dolorem minorem alterius membri mitigat, & eius paſſionem alleuiat, vt non ſic grauiter ſuum malum ſentiat, dum malum commembri participat, ſicut patet in phreneticis, quibus dum brachia ſiue crura fortiter ſtringuntur, dolor capitis alleuiatur. Sic paſſio Chriſti, & aliorum ſanctorum conſiderata, debet dolores & labores noſtros alleuiare.

Sexto, quia quanto membra ſunt nobiliora, tanto vehementius & citius ſentiunt cuiuſlibet læſionis moleſtiam. Vnde oculus grauius læditur modico puluere, quam manus magno vulnere. Vnde læſio quæ fit in iuncturis, maxime eſt læſiua, eo quod per impedimenta talium impeditur maxime vis motiua, & reſoluitur totius corporis armonia. Sic peccata vel delicta maiorum, & grauiora & periculoſiora ſunt, quam aliorum, tum propter ſtatum, tum propter ſcandalum: quod enim à maioribus delinquitur, facile trahitur à ſubditis in exemplum.

1. Ioan. 3.

Septimo, quia membra ſunt pro inuicem ſe periculis exponentia: Nam tanta eſt mẽbrorum dilectio vt ſæpe vnum vulneretur, vt aliud liberetur, ſicut in cauterijs, & in coſturis, in phlebothomijs, & inciſionibus membrorum oſtenditur, ſicut Dominus noſter qui eſt caput noſtrum, pro ſalute noſtra ſe morti expoſuit. Et ſic dicitur Ioan. Chriſtus pro nobis animam poſuit, & nos debemus pro fratribus animam ponere.

Robertus Bellarminus conc. 52, de Natiuit. B. Mariæ virg.

Chriſtus caput eſt Eccleſiæ: & Maria collum eſt Eccleſiæ: omnia munera, omnes gratiæ, omnes cæleſtes influxus, à Chriſto tanquam à capite & per Mariam, quaſi per collum in eccleſiæ corpus deſcendunt. plures ſunt in corpore manus, plura brachia, plures humeri, plures tibiæ, plures pedes, ſed vnum eſt caput, & vnum eſt collum: ita & in eccleſia plures ſunt

res ſunt Apoſtoli, plures Martyres, plures Confeſſores, plures Virgines, plures viduæ: ſed vnus eſt filius Dei, & vna eſt mater Dei.

Ac vt quod dicimus clarius & illuſtrius fiat ad elegantiſsimam illam comparationem Apoſtoli Pauli, qui eccleſiam corpori humano ſimilem facit, paulisper, ſi places animum conuertamus, & ad memoriam reuocemus. Eccleſia igitur integrum quoddam & pulcherrimum corpus eſt cuius caput eſt Chriſtus. Deus, & homo: ipſum (inquit Apoſtolus dedit: caput ſuper omnem eccleſiam. Quid eſt caput? Principium corporis; caput igitur Chriſtus, qui ait: Ego ſum principium, qui & loquor vobis; quid habet caput præ cæteris membris. Hoc habet quod cum reliquum corpus vno ſenſu duntaxat eoque omnium abiectiſsimo præditum ſit, in capite omnes vigent; ergo caput eſt Chriſtus, in quo ſunt oculi prouidentiæ, quibus ſuper nos reſpicit: aures clementes, quibus ſemper nos audit: naſus iudicij, quo bonos à malis ſecernit: & palatum experientiæ quo de virtutibus electorum periculum facit. Quod eſt præterea capitis munus, ſenſum & motum omnibus membris ſuppeditare. Chriſtus igitur caput, qui ſenſum & motum, id eſt, fidem & charitatem, & cæteras virtutes, ac dona liberaliſsime fidelibus impertitur. Et quanquam interdum ſenſuum aliquorum functionem hominibus permittit, vel potius committit, vt doctoris oculorum prædicatoribus linguæ, & paſtoribus oculorum, aurium, narium, & cæterorum munus; tamen tribuendi ſenſum, & motum, quod capitis eſt maxime proprium, ſibi vni reſeruat: cor autem quod in medio corpore inuiſum, atque non aſpectabile reſidet & per omnia membra vitam & calorem ſpargit, Spiritus Sanctus eſt, qui non eſt humana carne veſtitus, vt cerni poſſit ſicut caput noſtrum Chriſtus. mentiuntur. n. mentiuntur, qui vel Melchiſedechum, vel Manichæum ſpiritum ſanctum eſſe volebant. Non eſt aſpectabilis nec videtur Spiritus ſanctus, & tamen occulto & admirabili quodam modo Eccleſiã tegit ac fouet, & ei vitam & calorem tribuit: iam vero collum vt diximus, virgo mater eſt: ipſa enim capiti proxima, ipſa corpus cum capite iungit, per ipſam cæleſtis capiti iſti fluxus in membra deſcendunt. Porro humeri Apoſtoli, & Epiſcopi, ac paſtores cæteri dici poſſunt; vt enim ſuper humeros onera imponuntur, ita ſuper Apoſtolos ædificata eccleſia eſt; & nunc quoque Epiſcoporum ac Paſtorum humeris ſuſtentatur; hinc Epiſcopatus non honor, ſed onus à ſanctis patrib. dicebatur. Hinc etiam Pontifex ſummus, cui grauiſſimum onus impoſitum eſt, ſe ſeruum ſeruorum appellat, & ſicut Aaron figura Pontificum eccleſiæ in ſuperhumerali nomina filiorum Iſrael ſcripta gerebat, ita Pontifices noſtri, non nomina ſed animas Chriſtianorum humeris ſuis impoſitas, tanquam boni Paſtores ad regnum cælorum ferre debent. Brachia vero qui, niſi martyres fuerunt, qui ſcuto & gladio verbi Dei armati, cruentum bellum cum hoſtibus Eccleſiæ commiſerunt, & ſanguinem proprium effundentes, acies inferorum fuderunt, diſsiparunt, profligarunt; nec ſolum martyres, ſed etiam Doctores brachia fuerunt. Nam cum duo ſint genera hoſtium Eccleſiæ, vnum Paganorum, alterum hæreticorum: contra primos martyres dimicarunt; Doctores contra ſecundos: illi cominus gladijs & pugionibus: iſti eminus iaculis & ſagittis; & quidem martyrum bellum atrocius, doctorum periculoſius, vtrumque glorioſum eſt, & lauream ac triumphum ſuis bellatoribus vtrumque parit. Pectus autem, qui niſi Prophetæ, dici debent; ipſi enim ſecreta ſpiritus ſancti, qui cor eſt, nouerunt: ipſi futura præſciuerunt, qui latebant in pectore Domini: & ſicut cor in pectore: ita ſpiritus ſanctus in prophetis potiſsimum habitabat: Non enim humana voluntate, vt ait Apoſtolus Petrus, allata eſt aliquando prophetia: ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homi-

Corpus myſticum eccleſiæ.

Epheſ. 1.

Ioan. 8.

Caput eius Chriſtus.

Collum eſt Maria.

Humeri prælati.

Brachia martyres & doctores.

Pectus propheta.

2. Petr. 1.

Dei homines. Hinc inter Apoſtolos ſolus Ioannes Propheta fuit, & Apocalypſim ſcripſit,
Renes pœnitentes. *plenam miſteriorum, quia ſolus ipſe ſupra pectus Domini recubuit. Renes vero illi, qui*
pœnitentia ieiunijs, vigilijs alijſque id genus rebus incumbunt, & renes ac lumbos accincti
contra libidines ac voluptates fortiter pugnant. Eſt enim & hoc graue & periculoſum
Iob. 40. *belli genus. Nam, vt ait Iob. Diaboli poteſtas potiſſimum in renibus dominatur. Viſcera*
Viſcera virgines. *virgines ſunt, non ſecus enim ac viſcera cordi, ita ipſæ Domino adhærent, & ab eo fouen-*
tur, diliguntur, cuſtodiuntur; ô, ſi intelligerent pecudes iſtæ, heratici noſtri temporis, ve-
neris cultores, animalia ventris, quam meriti ſint virgines apud Deum quomodo, ſequan-
Apoc. 14. *tur agnum quocumque ierit, & cantent canticum nouum, quod ne cantare poteſt, qui*
Iſai. 56. *virgo non ſit; O. ſi legiſſent apud Iſaiam: non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum:*
quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierunt Sabbatha mea, & elegerunt, quæ ego
volui & tenuerunt fœdus meum: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & no-
men melius à filijs, & filiabus, nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Itaque
Matt. 19. *Eunuchi, qui ſe ipſos caſtrauerũt propter regnum Dei, locum & nomen melius habebunt*
à filijs & filiabus nomen videlicet ſponſi & ſponſæ, & thalamum in palatio omnipotentis
Regis; O ſi olfacerent canes iſti, flores virginitatis? ô ſi viderent quantum Eccleſia vir-
ginibus condecoratur? ô ſi ſcirent lupi iſti rapaces, ſe viſcera Domini lacerare, & ab eius
corpore violenter abſtrahere, dum ſacras virgines nubere cogunt, fortaſſe non tam furio-
ſè & impiè in ſanctam & dulcem, & Domino dilectam virginitatem debaccharētur. Ge-
Genua monachi. *nua, auditores illi ſunt, qui genibus flexis, fundendis precibus; vel in eremis; vel in mona-*
ſterijs reconditi ſemper incumbunt. Denique pedes qui duo ſunt & terram perpetuo tan-
Pedes coniugati. *gunt, matrimonio copulatos deſignant, qui licet diuerſi ſint, vt Apoſtolus ait, & de rebus*
terrennis aliquando cogitare pane illis neceſſarium ſit: tamen ſi permaneant in fide &
1. Cor. 7. *charitate, & operibus bonis, diuites fieri ſatagant, bonum gradum ſibi acquirent. Ecce igi-*
1. Timot. 6. *tur quale ſit corpus Eccleſiæ.*

Sed vbi ſtomachum, partem corporis tam neceſſariam derelinquimus? certe niſi hīc
Stomachus eccleſiaſtici ſunt. *tam multos clericos vidiſſem, fortaſſe ſtomachi oblitus fuiſſem; ſtomachus igitur Auditores,*
qui latet in corpore & cordi proximus eſt, & cibos coquit, & omnibus membris alimen-
tum ſubminiſtrat, clerici ſunt; ipſi enim primum latere debent, nec implicari negotijs ſæ-
cularibus; deinde cordi, hoc eſt ſpiritui ſancto via eſſe debent; vt calorem ad cibos pro
toto corpore coquendos habeant. Poſtremo ipſi ſolliciti eſſe debent, quomodo membris om-
nibus ſpiritualia alimenta præbeant: locus hic admonebat, vt multa clericis dicerem, ſed
tempus admonet, vt nihil dicam. Quid agemus. Auditores conſilium reperi: nec iſti, nec
3. Reg. 3. *illi ſed diuidatur: nec multa, nec nihil; ſed pauca quædam dicantur. A ſtomacho bona*
valetudo corporis dependet: medicus cum ægrum viſitat, primum de ſtomacho petit, quo
pacto ſuo munere fungatur. Et Dominus cum Ieroſolymam intrabat, primum omnium
1. Pet. 48. *ad templum ſe conferebat: & ementes & vendentes eiiciebat. Et nunc auditores, tem-*
pus eſt vt incipiat iudicium à Domo Dei, quis non videt quam grauiter affligetur corpus
Eccleſiæ, quàm atroci, & quam diuturno morbo laboret? quam debilitatem & laſſitudi-
nem membra omnia præ ſe ferant. Et hoc vnde, niſi quia ſtomachus calorem ad cibos co-
quendos non habet, ſi clerici qui duces, aliorum, & matres & nutrices eſſe debent, lac non
Cant. vlt. *habent, perfectionē ignorãt, quomodo cæteros alere docere, ac ducere poſſunt? Soror noſtra*
paruula eſt, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ, in die quãdo alloquenda eſt.
Quid quod hæretici nihil habeant in ore, quam corruptos mores clericorum? Qui igitur
illis diſceden-

illis diſcedendi occaſionem fortaſſe aliquando dedimus, obſecro & redeundi occaſionem demus, conſeruemus, Auditores, ignem charitatis, muneribus noſtris diligenter incumbamus, & tum ſine dubio ſanitas ſua, & priſtinæ vires Eccleſiæ corpori reſtituentur.

Ecce igitur quale ſit corpus Eccleſiæ, in quo quis non videt, quam præclaram, & quam inſignem partem virgo mater obtineat? Nihil eſt enim in toto corpore, quod magis emineat, & magis ornari ſoleat, quam caput, & collum, caput ornatur diademate, collum aureo torque, & monilibus ex auro, & Gemmis condecoratur. Sic igitur caput noſtrum Chriſtus eſt omni gratia & gloria ornatum. Ad ipſum autem proxime Maria, quæ collum eſt accedit, vt veriſſime dicatur: Electa vt Sol. Zeuxis excellentiſſimus pictor, cum formoſiſſimam pingere vellet, fertur multas pulcherrimas virgines ante conſpectum ſuum conſtituiſſe, vt vnius frontem, alterius oculos exprimeret, huius imitaretur manus, illius pedes: denique illud à ſingulis accipiens in quo maxime enitebant, pulcherrimam imaginem efficeret: ſic etiam ſi parua licet componere magnis, ſummus artifex Deus noſter cum collum iſtud Eccleſiæ ornatiſſimum eſſe vellet, quidquid decoris & gratiæ in cæteris ſanctis poſuerat vel poſiturus erat, id totum tranſtulit in Mariam, vt merito primis verbis Gabriel Archangelus diceret: Aue gratia plena, &c.

Natura cordis humani cognata eſt actioni dilectionis, vt patet per quinque pro- Iacob: de
prietates eius: cor enim eſt in complexione calidum, & ſiccum, id eſt igneæ naturæ, quia Graf. in ſer.
ſicut naturale eſt igni calere, ita naturale eſt cordi amando ardere: vnde Hugo: vita Ser. 2 par. 2.
cordis amor eſt, & ideo impoſſibile eſt, vt ſine amore, ſit cor quod viuere quærit: hinc Cordis pro-
Pſalm. concaluit cor meum intra me, calidum conſequitur leue, & per conſequens prietates
ſurſum mobile: ſed heu filij hominum vſquequo graui corde? graues quia frigidi: vn- quinque.
de Euangeliſta. Quoniam abundauit iniquitas refrigeſcet charitas multorum; incipit Pſalm. 38.
iniquitas in cogitatione creſcit in delectatione, abundat in conſenſu, ſuper abundat Pſalm. 4.
in actu, vel vſu; item cor eſt in ſubſtantia ſolidum ne facile, à voluptate diſſoluatur, Matt 24.
quo contra Iudith cor Holofernis concuſſum eſt; vnde fortis eſt vt mors dilectio: ſurſum quoad formam inferius eſt acutum, & ſtrictum ſuperius latum, & apertum, Cant. 8.
quod pulchre fuit figuratum in exodo, vbi præcepit Dominus ſibi fieri tabernaculum Exod. 28.
ex parte meridiei, aquilonis, & occidentis ſtrictum, & ex oriente latum, & apertum; quia cor noſtrum tam in meridie, id eſt, in proſperitatibus debet eſſe clauſum, id eſt ne multum appetat, quam in aquilone, id eſt ne multum aduerſitates timeat, ſic in occidente, id eſt, vt non reuertatur ad peccata, quæ per pœnitentiam occubuerunt, ſed
ad orientem debet eſſe apertum, qui eſt Chriſtus oriens ex alto: iuxta illud viſitauit nos Lucæ. 1.
oriens ex alto, apertum inquam, vt ad cæleſtia dilatet affectum, vnde Eſai. Mirabitur, Eſai 60.
& dilatabitur cor tuum inſuper inferius debet eſſe concauum, quia per creaturas ſuf- Bernard.
ficienter impleri non poteſt; vnde Bernard: capacem, quippe animam rationalem cor duplici
quicquid Deo minus eſt non implebit deinde duplici motu mouetur cor, id eſt conſtri- motu moue
ctionis quo expelluntur fumoſitates ſuperfluæ & dilatationis, quo attrahitur aër ad mi- tur.
tigationem innati caloris, Sic ex corde amat qui prudenter diſcernens, expellit ſuperflua, id eſt impedimenta, & attrahit neceſſaria ad amandum ſcilicet, qui cohibet imaginationem ne imaginetur non imaginanda & imaginetur imaginanda, cohibet viſum

Cyprianus de ſingularitate clericorum.

ne videat non videnda, & vt videat videnda, & ſic de cæteris ſenſibus.

Sicut oculus verti non poteſt, quo & alius non vertatur, ita & quicquid vnus voluerit, eo & aliorum voluntas vertetur.

Ioannes Bouequetius in præfat. Ioannis Nider de reformatione religioſorum.

Sicut efficiendum eſt, vt caput ſit ſanum, & nunquam ægrotet, quia capite dolente vt communi prouerbio dicitur, cætera membra languent; ſic enixe procurandum eſt vt magiſtratus ac religioſi ſuo officio recte fungantur, vt enim inquit Ioannes Bouequetius: *vt inferior hic mundus pendet à corporibus cæleſtibus atque ea præcipue, quæ prima tenent, inter ſydera: ita rerum publicarum ac populi ſtatus pendet* à viris Eccleſiaſticis, præſertim religionem aliquam profeſſis, ad quorum affectus mores vitaſque rationem vulgus componit; haud aliter quam ad lunæ curſum, mare reciprocis eſtibus nunc defluit, aut ad ſolis motum terra nunc vernat floribus, nunc æſtu funditur, nunc fœtibus oneratur, nunc gelu riget.

PETRI

PETRI ANDREÆ CANONHERII IN PRIMVM HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBRVM MEDICÆ, MORALES, AC THEOLOGICÆ INTERPRETATIONES.

I.

Vita breuis, ars longa, occaſio præceps, experientia periculoſa, iudicium difficile. Nec vero ſat eſt ſuum feciſſe officium, niſi ſuum quoque ægrotus, ſuum aſtantes faciant, ſintque externa ritè comparata.

QVemadmodum aphoriſtica doctrina ad medicinæ praxim exercendam medicis, qui corpora curant; ſic medicis ſpiritualibus, id eſt confeſſarijs & parochis eſt vtilis ac neceſſaria: & hac de cauſa Sylueſter, Nauarrus, Toletus, Caietanus, & multi alij ſummas caſuum conſcientiæ breuiſſime conſcripſerunt, nuperrimeque Emanuel Sa, præſtantia ac neceſſitate aphoriſtici ſermonis conſiderata, conſcientiæ caſus aphoriſticè tradidit, eoſque aphoriſmos confeſſariorum inſcripſit. *Aphoriſtica doctrina eſt parochis neceſſaria.*

Sicut aphoriſmorum medicorum doctrina eſt conciſa & magna: conciſa, quia breuiſſimis verbis in tradenda diſciplina vtitur; magna, quia vt inquit Hieremias Thriuerus: locupletem ſupellectilem continet; ſemperque noua materia eruitur, & quotieſcumque ad eos quis rediuerit, ſemper in ipſis inueniet, quod antea neſciuit: tanta eſt hic rerum congeſta copia: *In com. aphoriſ. 81. lib 5.* ſic ſacra ſcriptura eſt breuiſſima, quia in ea nullum redundans verbum in-

 uenitur,

uenitur, anguſtéque myſteria tradit, & eſt ampla, quia vniuerſa Theologia ab illa dependet; & ipſamet Theologia eſt tam copioſa, & abundans, vt ſemper noua argumenta ſcribendi, & intelligendi auctoribus ſuppeditet, & quandoquis ad eam redit, ſemper aliquid noui reperit, quod antea ignorabat, quamobrem Sanctus Bartholomæus, vt refert Dionyſius Ariopagita, ipſam Theologiam ſimul copioſam & breuem eſſe dicit. *Diuinus Bartholomaeus ait, & plurimam Theologiam eſſe, & minimam: Euangeliúmque & latum, & magnum, rurſuſque conciſum: quia & plurimis verbis exprimitur bona omnium cauſſa, & breuibus ſimul & nullis: vtque neque verbum nec intelligentiam admittat, ſed omnibus ſuperſubſtantialiter & excellenter emineat.*

Dionyſius Ariopagita Theol. cap. 1.

Sicut omnes medici aphoriſticum ſermonem laudant, quia is breuitate verborum magnam ſententiam complectitur: Sic Theologi breuitatem orationis concelebrant: quippe quæ maximam efficacitatem contineat. *Diſcite breuiter Deo aperire neceſſitates. 1. Perſequente patrem Abſalone, David hoc tantum orabat. 2. Reg. 15. Faciat Deus, quod bonum eſt coram ſe. 2. Heli audiens è Samuele futuris ſibi malis, ait. 1. Reg. 3. Dominus eſt. quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. 3. Idem docemur Matth. 6. fiat voluntas tua ſicut, &c. 4. vt optime ſoluit qui auro: ſic qui precatione breui. Hæc vt aurum pondere, non mole præſtat. 5. Ageſilaus Rex Laconum ſubduxit ſe orationi ampullatoris dicens: Ne ſutor bonus qui maiorem pede calceum fecerit. 2. Lyſandri Laconum Ducis poſt deuictos Athenienſes epiſtola erat: captæ ſunt Athenæ; cui ciues reſcripſerunt. ſat eſt; cap. 3. Iidem Philippo Macedonum multa ſuſcitanti; ſic reſcribunt: Ad id, quod ſcripſiſti. Non: ſcribenti eidem: Hoſtili, an amico modo veniret ad eos, reſcribunt: Neutro. Iſta Alex. ab Alex. l. 2. c. 18.*

Ioannes Andreas coppenſternius in epitome conceptuum prædicabilium Petri beſſei. parte 3.

Si ſermo breuis ad hominem ſit efficax: magis ad Dei omniſcientia oratio breuis Matth. 6. Orantes nolite multum loqui, ſicut Ethnici. Putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Ergo non tam multa, quam multum ora.

Sicut libri aphoriſmorum, ſemina ac myſteria totius rei medicæ continent: ſic ſacra ſcriptura ſemina, ac ſacramenta totius Theologiæ complectitur.

Sicut vita ob quatuor potiſſimum cauſas breuis eſt; primo reſpectu medici curſus, qui eſt longus, cùm ars ſit longa, & non poſſit medicus ad eius perfectionem ob temporis breuitatem peruenire; ſecundo reſpectu morborum curandorum, qui cum ſub infinitis quaſi ſpeciebus contineantur, & neceſſe ſit omnes, & ſingulorum circumſtantias cognoſcere, idque niſi longiſſimo temporis ſpatio effici nequeat, ſequitur vitam medicam reſpectu humanarum infirmitatum breuiſſimam eſſe: præterea qui multos curandos ſuſcipiunt (vt plurimum euenit) non poſſunt omnes recte, & vt decet viſitare, ac curare: tertio reſpectu mercedis & gloriæ: nam hac tempeſtate debiti honorarijs, & honoribus (ſi illuſtres Italiæ, Galliæ, Hiſpaniarum, ac Angliæ ciuitates excipias) defraudantur, veramque gloriam in medica profeſſione conſequi, non ſit res breuis, ſed longiſſimi, & difficillimi temporis. Qua de re vt diteſcere, & gloriam præclarumque nomen ſibi comparare valerent; neceſſe eſſet vt Neſtoreas viuerét ætates: quarto re-

ſpectu igna-

ſpectu ignauiæ; ſunt enim multi medicorum tam negligentes, & inertes in medicina facienda, vt quamuis ætas longa eſſet, breuiſſima tamẽ eis videretur: Sic ob eaſdem cauſas, tempus vitæ noſtræ breue eſt & exiguum.

Primo reſpectu itineris peragendi: Secundo diluendi criminis: Tertio reſpectu ex- Ioannes à S.
pectandi muneris: Quarto, vitandæ pigritudinis: Quæ omnia occurrunt in ipſo de- Geminiano in
curſu humanæ vitæ. Primo, dico reſpectu itineris. quia cum alicui conficiendum eſt conc. funeb. 5.
longum iter, & ei terminus breuis aſſignatur, dicitur habere tempus exiguum. Atque diſtinct. 1.
iter quod homo habet conficiendum, eſt longiſſimum, eſt enim de terra hac infima ad cælum, id eſt, de hac vita ad æternam: Cuius itineris tanta eſt longitudo, quanta eſt diſtantia meritorum noſtrorum ad futuram gloriam. Ait enim D. Paul. Rom. 8. Non Rom. 8. 18.
ſunt condignæ paſſiones, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Propterea dici- 3. Reg.
tur Eliæ 3. cap. 8. Grandis tibi reſtat via. Terminus autem aſſignatus huic itineri admodum breuis eſt, eſt enim ſpatium huius vitæ breuiſſimum Iob. 24. breues dies hominis ſunt. Vnde Seneca dicit tempus eſſe punctum, quo viuimus, reſpectu æternitatis ad Eccl. 18. 8.
quam pergimus Eccleſ. 18. cap. Numerus dierum hominum, vt multum centum anni, quaſi aquæ gutta maris deputati ſunt, & ſicut calculus arenæ ſic exigui anni in die æui. Inde colligo ſemper vigilandum eſſe, & incumbendum bonis operibus, vt Suadet 1. Cor. 9.
Apoſtol. 1. Cor. 9. Sic currite vt comprehendatis.

Secundo tempus hominis eſt exiguum, reſpectu diluendi criminis. Nam ſi quiſpiam virum clarum & illuſtrem offenderit, omnibus modis eum placare nititur ſæpeque nihil proficit: Unde Abſalon cum fratrem Ammon occidiſſet, vix potuit, multo poſt tempore, placare Regem Dauid per Ioab, & per mulierem Thecuitidem 2. Reg. 14.
Quanto magis ergo longius tempus, & ſolicitudo maior requiritur ad placandum Re- 2. Reg. 14.
gem regum, & Dominum Dominantium, quem toties offendimus? Et tamen tanta eſt ſtultitia noſtra, vt ne vnum diem, Imo ne horam quidem ad ſatisfaciendum illi, & ad remiſſionem peccatorum obtinendam impendere velimus: Imo potius ad articulum mortis noſtram pœnitentiam remittamus: Inde cæcitas, peruerſitas & ſtultitia multorum maxime apparet.

Tertio, dicitur tempus hominis eſſe breue, ſiue exiguum, reſpectu expectandi muneris, id eſt remunerationis cæleſtis: Videmus enim eos qui ab aliquo Prælato, aliquod beneficium Eccleſiaſticum ſperant ſe impetraturos, multo tempore illis inſeruire, eos colere & venerari, in omnibus illo obedire. Quod ſi contingat aliquod ab illo obtineri, ignorant quanto tempore illo gaudere debeant: quandoquidem poſt nimias impenſas & labores inſumptos, frequenter qui obtinuit beneficium ſtatim è viuis excedit, ſicque inanis eſt labor, & vanæ expenſæ. Quod ſi ita eſt, quid agẽdum putas? quantum temporis & laboris inſumere debent homines, vt beneficium illud cæleſte, infinitum, indeficiens, immortale, omnibus bonis affluens & æternum conſequantur? Deus aliter ſe habet, quam Domini temporales, qui paruo præmio, multos labores remunerant, Ec-
cleſ. 20. Exigua dabit, & multa improperabit. At vero Deus pro exiguo ſeruitio, exi- Eccl. 20. 15.
guique temporis, dat omnibus affluenter, & nihil improperat D. Iacob. cap. 1. Iacob. 1. 5.

Quarto, Dicitur tempus hominis exiguum, propter pigritiam, & negligentiam noſtram, quia homini negligenti & pigro, etiam multum tempus ad operandum videtur eſſe exiguum. At vero quis neſcit nos negligentes eſſe admodum ad actiones virtutum exercendas, ad agendam pœnitentiam, & ad gratiã Dei impetrandam? quæ ad regnum

Dei & gaudia æterna peruenitur: Quæ negligentia quandoque manat ex infidelitate, quandoque ex tepiditate, nonnunquam ex infirmitate, aliquando ex malitia. Ex infirmitate, Sapient. 9. Homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum: Sap. 9. 5. *Homo infirmus dicitur propter infirmitatem, & minor ad intellectum, propter ſtoliditatem, & exigui temporis, ſiue reſpectu itineris, ſiue reſpectu criminis, ſiue reſpectu muneris, ſiue reſpectu pigritiæ.*

Sicut vita apud medicos eſt breuis, quia multis ac varijs infirmitatibus eſt ſubiecta: ſic vita apud Theologos eſt breuis, quia plurimis ac diuerſis miſerijs, ærumnis, & calamitatibus atrociſſime conflictatur.

Sicut vita apud medicos eſt breuis, quia corpus eſt ex quatuor humoribus conſtitutum, ex quorum intemperie ac perturbatione infiniti morbi exoriuntur, qui vniuerſum corpus infringunt, & labefactant; ſic apud Theologos vita eſt breuis, quia anima eſt ex quatuor humoribus, id eſt ex quatuor affectibus conflata, ex quibus humana natura perfringitur ac diſ-

Richardus Victorius de ſtatu interioris hominis. cap. 34.

ſoluitur. *Nam quod ſunt quatuor humores in corpore; hoc ſunt quatuor affectiones in corde, amor itaque, odium, gaudium, & dolor, quatuor principales affectiones ſunt, ex quibus cætera omnia deſideriorum, voluntatum, votorum, affectionumque originem trahunt. Quemadmodum autem humores in corpore: ſic & affectiones in corde, ſecundum quod ordinem modumque congruum perturbant, varias infirmitates procreant.* Quamamobrem cum vita noſtra breuiſſima ſit: iure optimo à ſapientiſſimis viris faculæ, bullis, quæ ſtatim euaneſcunt, auiculæ quæ pueri manu tenetur, & ſæpius in ipſis primordijs euolat; ſomno quod ſtatim vaneſcit fauillæ, vento, vapori, vmbræ & ſimilibus fuit comparata, & à diuerſis ſcriptoribus ob eius breuitatem, fragilitatem, leuitatem, & calamitatem diuerſimode appellata, vt *militia*, mutatio continua, curſus feſtinus, chorea

Wolfangus Lindenerus in ſpeculo ſacro de vitæ humanæ breuitate, &c.

mortis, tempus currens, *vmbra fugiens, fluctus maris, fluxus aquarum, mercenarij dies, ſentina malorum, flos arboris, Torrens abundans, tela araneæ, momentum, carcer; Macellum, ſtella ſitula, ſtipula, arcus iridis, eremus, lanugo, nubes fauilla, plena malorum, fauilla ſtuppæ, vallis lachrymarum, inſania, nauis pomaria, turbo, curſor, hoſpes abiens, vorago, locuſta, tela textoris, carex, peregrinatio, aquila volans, ſpes vana, lunæ imago, Gleba minuta, lapis abſciſſus, dies tranſiens, vas deperditum, vana bulla, nauis fluens, domus terreſtris, paſſer ſolitarius, olla figuli, momentum ſtateræ, hedera Ionæ, aqua effuſa, ſtatus periculoſus, auis volans, lapis molaris, fluuius ſiccatus, fœnum tectorum, herba, gramen, veſtimentum, ſcintilla, nebula, vmbra, luſus, piſcis amatus, auis illaqueata, vermis, lagena figuli, ſomnus vel ſomnium, ſagitta emiſſa, ſeptuaginta anni, labor, dolor, luctus, cura, timor, puluis, ſpuma, ros matutinus, fuga, labor, & dolor, cera, folium, meta laborum, ventus, vapor, fumus, vas luteum, trochus, arundo, candela ardens, fabula, glacies, fulgor, nix, vter, lucerna, rota, pruina, cinis, centum anni, gutta maris, calculus arenæ, ſphera ſmigmatica, tonitruum Cymbolon, fortunæ rota, pila vel bulla, pallea, aurora, Rhamnus, vel ſpina; nundinum, vel mercatus, nauigatio, miles conſcriptus, iugum; flos agri ſpes fallax, ſtabulum, ſepulchrum animæ, modicum, breuis, circulus, organon, tædium, mare feruens, vox loquentis, filum: clepſidra, domus peruia, ſtella, flos, Nauicula textoris: calamus textoris, poſſeſſio aliena, via, putredo, vitium; pendens enſis, veſica inflata; filum parcarum; anguſtia, tribulatio ærumna; formido*

Laqueus:

I aqueus . imago , auis inconſtans, ouum, pomum putre : tumulus, tabernaculum vnius noctis . orbis vel pila : comœdia, lac, caſeus, ſal, pluma, ictus aqua, via lubrica, imber, iuncus, veſtigium pedis, pomum, nidus, murmur, domus pueriles, incõſtans, tempus præfixum : mons cadens, lapis excauatus : Germina rivi : homo de muliere, ſcala ; continua mors, labor inanis: nihil.

Porro præclariſſimi autores vitæ humanæ breuitatem ac miſeriam perbelle deſcribunt: Petrus Berchorius.

Nota, quod vita aliquãdo accipitur pro ipſa naturali diſpoſitione, aliquando accipitur pro morali conuerſatione. Generaliter ergo ſumendo, dico quod inuenitur, *Petrus Berchorius in promp. moral. verb. vita.*

Vita naturalis,
Vita virtualis,
Vita triumphalis,
Vita Noxialis,
Vita Gehennalis,

Vita naturalis, eſt vita cunctorum, de qua Iacob. 4. Quid enim eſt vita noſtra, niſi vapor ad modicum parens, 5. Vita virtualis eſt vita bonorum, & de qua Gal. 2. viuo ego, iam nõ ego, viuit autẽ in me Chriſtus. Vita triũphalis eſt vita ſanctorũ, de qua Sap. 5. Iuſti autẽ in perpetuũ viuent. Vita noxialis eſt vita malorũ: de qua 1. ad Tim. 5. vidua quæ in delicijs eſt viuẽs mortua eſt. Vita gehẽnalis eſt vita damnatorũ, qui ſecũ habẽt vitã cum morte & mortem, cum vita, de quo in Pſal. Veniat mors ſuper illos, &c. His ergo præmiſſis dicamus, 1. Quid eſt vita naturalis, quæ eſt vita cunctorum. Iſta enim eſt illa quæ ex anima & corpore conſtituitur, quæ aere & ſpiritibus perficitur; quæ à ſtellis & orbibus influitur, quæ cibis & potibus ſuſtentatur, quæ pannis & veſtibus veſtitur : & iſta chariſſimi, eſt fragilis & defectibilis, & difficilis, & ex multis alijs conſtituitur, & tamen facillime diſſipatur. Iſta ergo eſt quaſi tela aranea,

Cuius conditio laborioſiſſima,
Cuius ſubſtantia debiliſſima,
Cuius diſtinctio facillima,
Cuius reparatio impoſſibilis.

Sic vere chariſſimi tela vita noſtra eſt difficilis ad conſtituendum. Quæ enim homini ſunt ad conſtitutionẽ, & ad conſeruationem vitæ neceſſaria, qui vult ſcire legat illud Eccleſ. 39. vbi dicitur : Initium neceſſariæ vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum, & Sal. &c. Item eſt debilis & fragilis ad durationem. Illa enim durare non poſſent : quinimo admodum venti, & fluminis ſubito labitur, atque tranſit Iob. 7. Memento mei Deus quia ventus eſt vita mea. Item eſt facilis ad deſtructionem, nihil enim facilius quam vita deſtruitur, & nihil triſtabilius diſſoluitur; nihil impoſſibilius reperitur : De quo lamentando dicebat Dauid in Pſal. Defecit in dolore vita mea, &c. Nam ſicut tela per multos dies texitur, & ceditur, quia tamen ſubito rumpitur, ac quaſſatur : ſic vere vita noſtra cum multos dies & annos durauerit, ex momento ſcindetur, deficiet & ceſſabit. Eſaiæ. 38. Præciſa eſt veluti à texente vita mea, &c. & ſicut tela ſucciſa nunquam poteſt ad eandem integritatem redire; ſic nec vita morte ſucciſa poteſt naturaliter in priſtinum ſtatum redire. Vnde Iſai. Ibidem. Morieris tu, & non viues . & ideo de conditione huius vitæ mortalis quantum ſit fragilis, & defectioſa, varia, triſtabilis & doloroſa dicitur, Sent. 28. Erit vita tua quaſi pendens ante te, quaſi diceret tota vita noſtra eſt quaſi in pendulo & in incerto.

Robertus Bellarminus, *ſed nunquid propterea totum ; non ſane. Vere enim humanæ miſeriæ multæ & magnæ ſunt. Et cum vita noſtra omnium aliarum rerum penuriam,* *Reobrtus Bellarminus.*

nuriam,

Conc. 5. de natura humanæ vitæ.

Variæ miſeriæ hominis.

nuriam patiatur, ſolarum calamitatum maximam copiam habet; & cum ad reliqua breuiſſima ſit, ad hoc ſolum ſæpenumero valde diuturna eſt, vt multis ac varijs miſerijs homo miſerrimus repleatur. Ac vt de peccatorum ac ſcelerum miſeria nihil dicam, quæ tamen maxima eſt, & magnam partem occupat cordis humani, non eſt membrum, non eſt ſenſus, non eſt facultas in homine, quæ hic in terris ſuam gehennam non patiatur. Deinde omnia elementa, omnia animantia, omnes Dæmones Angeli, quoque, & ipſe Deus contra hunc vnum Adæ filium conſpiraſſe, atque arma ſumpſiſſe videntur.

Miſeriæ ſenſuum.

Senſus tangendi vt hinc potiſſimum ordiamur, quot generibus febrium, apoſtematum, vlcerum, plagarum, & aliorum morborum affligitur. Plena ſunt volumina medicorum, ægritudinibus, & remedijs contra ipſas ægritudines, & tamen quotidie noua ſpecies morborum, & noua contra ipſos remedia inueniuntur, & inter ipſa remedia vtinam vel vnum reperiretur, quod non vehementius, quam ipſe morbus hominem ægrotum vexaret. Inediæ longiſſimæ, pharmaca amariſſima, venarum inciſiones, membrorum aduſtiones, dentium euulſiones, remedia morborum ſunt, vt iam ego non mirer, ſi plerique hominum magis laborari, & mori, quam remedijs iſtis vti velint. Deinde eundem ipſum ſenſum tangendi nunc immoderatus calor, nunc immoderatum frigus, nunc immoderata ſiccitas, nunc immoderatus humor lædit; ſenſum autem guſtandi, modo fames, modo ſitis, modo cibaria incondita, amara, acida, ſalſa, diſcruciant. Senſus, olfaciendi; quot fœtores, quot graues anhelitus, quot res male olentes ferre cogitur. Senſus audiendi, quot iniurias, quot maledicta, quot mala nuncia audit, quæ veluti acutiſſimi mucrones cor ipſius tranſuerberant? Et ſenſus videndi, quam multa non cernit, quæ vellet, & quam multa cernit, quæ non vellet, Deinde cogitatio

Imaginatiuæ.

quam frequenter ſpectris, ſomnijs, phantaſmatibus deluditur? ſi quem in loco obſcuro ac deſerto ſolum eſſe, caſu aliquo neceſſe ſit; is quam vehementer laborat, vt cogitationem continere poſſit, ne monſtra horenda ac formidabilia ſibi ſurgat. Tanta vero vis eſt cogitationis, vt nullo periculo imminente erigi capillos, & frigidum ſudorem erum-

Intellectus ſpeculatiui.

pere, & nullo perſequente hominem fugere, & exclamare compellat? Quid iam de intelligentia, ac mente dicemus, quæ ludibrio errorum expoſita, ſæpe falſitatem recepit pro veritate.

Et paulo inferius, ſed maior adhuc miſeria practicam intelligentiam occupatam tenet. Nam quot modos, quot rationes, quot vias excogitat, vt ad gradus altiores aſcendere, & in opinione atque exiſtimatione hominum creſcere poſſit. Quo circa vere Pſalmographus ait, Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur, vt enim aranea toto vitæ ſuæ tempore in telis texendis occupatur, & ex ſuis ipſius viſceribus extrahit ea fila, quibus retia ad muſcas capiendas efficiat, & ſæpe fit vt cum aranea nihil mali ſuſpicatur, famulus aliquis domum purgaturus accedat, & telam cum aranea ſcopis abreptam in ignem proijciat: ſic etiam magna pars hominum omne ſuum tempus, omne ſuum ingenium omnes ſuas vires conſumit, vehementiſſimeque laborat, vt retia parata habeas quibus muſcas honorum, & diuitiarum aucupetur, & cum multas muſcas cepiſſe ſe gloriantur, & ſibi quietem in poſterum pollicentur, ecce mors Dei adminiſtra cum Scopis diuerſarum ægritudinum adeſt, & homines iſtos vtramque aurem dormientes arripit, & in gehennæ incendium proijcit, atque ita opus cum architecto ſimul, in momento temporis perit. Neque vero immunis à miſerijs voluntas exiſtit; imo vero

quis

quis numeret appetitus, amores, odia, ſuſpitiones, zelotypias, ſpes vanas, inuidias, timores & moleſtias voluntatis humanæ, nihil ſine formidine aggredi audet; ſi male agit, timet iudices, exilium, verbera, ignominiam, cruciatus; ſi bene agit, linguas timet obtrectatorum; quid iſte dicet, quid ille cogitabit? iſte nimis ſanctum, ille hipocritam ſuſpicabitur. Si diues eſt, timet latrones, ſi pauper, metuit creditores. Si amat, zelotypia illum conſumit: ſi odit odium illum excruciat. Deinde quis explicet quanta cupiditate omnes flagrent, ſtatum ſuum cum ſtatu alterius commutare, omnes enim aliorum ſtatum meliorem, quietiorem, & beatiorem eſſe exiſtimant: quam ſuum. Agricolæ mercatores, mercatores agricolas beatos appellant; priuati magiſtratibus inuident poteſtatem, & tribunalia; Magiſtratus priuatorum otium & tranquillitatem laudant. Clerici ſtatum clericorum tranquilliorem eſſe contendunt: & hoc eſt argumentum nullum plane non miſerum atque infelicem eſſe, cum nemo ſua ſorte contentus viuat, & laudent omnes (vt ille ait) diuerſa ſequentes, & agros homines imitentur, qui nunc ad iſtam nunc ad illam lectuli partem ſe conuertunt, & nuſquam tamen quietem inuenire poſſunt, lege ſequentia apud eundem.

Boiſſardus Veſuntinus, *ſed obſecro, quid eſt hominis vita diu? Nihil ſane diuturnum videtur, in quo eſt aliquid extremum, cùm enim id aduenerit, tunc illuc quod præterit effluxit. Quæ ætas longa eſt? aut quid omnino homini longum? Nonne modo pueros modo adoleſcentes in curſu à tergo inſequens, nec opinantes aſſecuta eſt ſenectus? omnia iſta perinde, vt cuique data ſunt pro rata parte à vita, longa, aut breuia dicuntur: horæ cedunt, & dies & menſes, & anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur; nec quid ſequitur ſciri poteſt. Quis eſt quamuis ſit adoleſcens, cui ſit exploratum ſe ad veſperum eſſe victurum? Senſim ſine ſenſu ætas ſeneſcit: nec ſubito frangitur, ſed diuturnitate extinguitur. Nihil ſemper floret: ætas ſuccedat ætati: volant anni, vires debilitantur, corpus flaceſcit: ſenſus hebetantur, forma dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate. Nihil in ſuo ſtatu diu manet. Nemo confidat ſemper ſibi illud ſtabile, & firmum permanſurum, quod fragile & caducum eſt. Quæ poteſt eſſe in vita iucunditas ſolida, ſi res humanas, earumque inconſtantiam ſerio perſcrutemur? cum dies ac noctes cogitandum ſit, iam eſſe moriendum. Nemini enim exploratum eſſe poteſt quomodo habiturum ſit corpus, non dico ad annum, ſed ne ad diem integrum, circundant hoc corpus imbecille & fragile, mille morbi, & dolores, cruciatuſque innumeri. Animum percellunt, & à ſua ſede demouent, curæ, metus, ſolicitudines, affectus inordinati, & paſſiones infinitæ: à quibus nulla ratione, nullo conatu nos poſſumus extricare, vel expedire, ingredimur hanc vitam lachrymis, ſudore metimur, abſoluimus languore. Et ab hac conditione nemo cuiuſcumque ſtatus ſit, ſe potis eſt eximere. Prima ætas cito ſeneſcit: media curis obruitur; vltima ſenectute moleſta premitur.*

Boiſſardus Veſuntinus in theatro vitæ humanæ c. 1.

Laurentius Ioubertus, *Quo magis (ita me Deus amet) deflenda videtur miſella noſtra animula indigna conditio, quæ quamdiu hoc tetro & caliginoſo carcere concluditur impuri corporis contagione, pedore: & ſitu veluti obſita, varios (vt iam ante diximus) pro varia humorum ſpecie, excrementorumque colluuie, colores & habitus, Prothei cuiuſdam aut chamaleontis modo induit. Ipſa enim diuina ſuapte natura, ſibi ſeruiens, ſibi imperans, ſi à corpore abſoluatur, interim corpori implicita, per eius officiales atque adminiſtras partes recipit impreſſiones: cumque intellectionis ſuæ primordia à ſenſibus ſit conſequuta, qualia illis conſeruatur, talibus picta ſit. Interdum alia à ſe ipſa accidentibus*

Laurentius Ioubertus de elam. de nutrit. &c.

quidem tantum, non ſubſtantia, Nonnunquam tamen vel diuina luce illuſtrata, vel diſ-
ciplinis exculta, vel vſu excitata; demum in ſe collecta perinde ac facto globo, hoſtes ſuos
ſtrenue depellit. Hac autem referre debet accepta, aut ſanctis Theologorum præ-
ceptis, ex ſacris Bibliorum oraculis petitis, aut atrocibus legum humanarum minis at-
que terroribus.

Ioannes Crombetius, & quidem à primo actus noſtri momento dilabi incipimus
Ioa. Crombetius de ſtudio perfectionis. tanquam aqua & abſorpti a terra imbibimur nunquam emerſuri: O breuis vita quæ à
ſuo actu deſinit, & quaſi momento ſpargitur nec amplius apparet; vnde ſapientiſſimus
Iob: Dies mei velocius tranſierunt, quam à texente tela ſuccidıtur, & conſumpti ſunt
Lib. 1. c. 24. abſque vlla ſpe. Heſterni quippe ſumus, ait idem Iob. (nam heri nati hodie morimur) &
Iob. 7. ignoramus quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram. At vmbra nunquam in
Iob. 8. eodem ſtatu permanet: amplius dicit Rex Dauid. Ecce (ait) menſurabiles poſuiſti dies
Iob. 14. meos & ſubſtantia mea, tanquam nihilum ante te ita eſt, exactis enim diebus ſi eos meti-
Pſal. 38. ri velimus & ſubſtantiam noſtram, iam tranſierunt, & ad nihilum redacta ſunt; vnde
Pſal. 89. nihil ponderis, ne momentum quidem in balance adijcient; ſed graue eſt quod addit: om-
nes dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus, ſi enim & diebus, & ſubſtantia deper-
dita deficiamus in ira eius, quid ex nobis ſupererit? id ſane de quo ſaluator bonum erat, &
Matth. 26. ſi natus non fuiſſet homo ille, & ſapiens, quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere cum
Eccle. 7. ignoret quid conducat ſibi in vita ſua numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore
quod velut vmbra præterit? aut quis ei poterit indicare quid poſt eum futurum ſub ſole
ſit? Moritur enim nobis mundus dum morimur, & quaſi non eſſent quæ in eo fiunt nos ea
Eccle. 18. ſcire non poſſumus. Denique numerus dierum hominum vt multum centum anni quaſi
gutta aquæ maris deputata ſunt & ſicut calculus arenæ ſic exigui anni in die æui. En cō-
parati anni ſinguli ſingulis guttis aquæ, & calculis arenæ: Et quid ergo minus quid leuius
excogitari poteſt?

Et hæc vita eſt breuis, & miſera, quam adeo amamus, ob quam conſeruandam omnia
Epiſt. 45. ad Armene. Riparium. exponimus neglecta anima vita æterna, & ex memoria prorſus depoſita; de qua D. Au-
guſtinus: labores & pericula & exitia huius tranſitoriæ vitæ, ſi pro eadem vita quando-
que finienda ſubeuntur vt mors eius non omnino auferatur, ſed paululum differatur;
quanto magis pro æterna ſubeunda ſunt, vbi mortē nec natura ſollicite cauet nec ignauia
turpiter timet, nec ſapientia fortiter ſuſtinet? nulli quippe erit, quæ non erit. Habeat igi-
tur te vita æterna in dilectoribus ſuis. Nonne cernis, hæc vita miſerabilis & egena quam
vehementes habeat quantumque ſibi obliget amatores ſuos? qui tamen periculo eius ſæpe
turbati, citius eam finiunt eo ipſo quo finire formidant, &, mortem dum declinant, acce-
lerant; veluti ſi quiſquam fluuio rapiendus irruat, latronem beſtiamve fugiendo, Iactant
in mare tempeſtate ſæuiente aliquando & alimenta; &, vt viuant, proijciunt vnde viuāt,
ne cito finiatur quo vel in labore viuitur. Quantis laboribus agitur, vt longiore tempore
laboretur; & mors, cum impendere cœperit, ideo cauetur, vt diutius timeatur. Nam inter
tot caſus fragilitatis humanæ quam multæ mortes timentur? quarum certe vna cum ve-
nerit, reſtat cæteras non timeri: & tamen fugitur vna, cum omnes timeantur. Quibus
excruciantur doloribus, qui curantur à medicis, & ſecantur: Numquid vt non morian-
tur? Multi cruciatus ſuſcipiuntur certi, vt pauci dies adijciantur incerti. Et nonnunquam
ipſis doloribus victi continuo moriuntur, quos mortis timore ſuſcipiunt. Et cum omnino
non eligant vitam finire ne doleant, ſed dolere ne finiant, accidit eis vt doleant & finiant:
non ſolum

non ſolum quia & ſanati vtique vitam finiunt poſt dolores, quæ tantis pœnis comparata nec ſempiterna eſſe poteſt, quia mortalis eſt; nec diuturna, quia tota breuis eſt; nec de ipſo breui ſpatio ſui ſecura, quia ſemper incerta eſt; verum etiam quod aliquando eam dolore finierunt, quam ne finirent, dolere voluerunt. Habet etiam hoc magnum malum, ac vehementer execrandum & horrendum, nimius amor vitæ iſtius, quod multi, dum volunt paulo diutius viuere, grauiter offendunt Deum, apud quem eſt fons vitæ: atque ita, dum ab eis fruſtra qui neceſſario futurus eſt vitæ finis metuitur, illinc prohibentur, vbi ſine fine viuitur. Huc accedit, quia vita miſera, etiam ſi poſſet eſſe perpetua, nullo modo beatæ vitæ etiam breuiſſimæ comparanda eſt: & tamen iſti, amando miſerrimam ac breuiſſimam, perdunt beatiſſimam ac ſempiternam, cum in ipſa hac, quam male diligunt, hoc velint, quod in altera perdunt: quia vtique in iſta nec miſeriam diligunt, nam beati eſſe volunt; nec breuitatem, nam eam finire nolunt; ſed tantum quia vita eſt, ſic amatur, vt ſæpe propter eam (licet miſeram & breuem) beata & ſempiterna amittatur. Hæc Auguſtinus.

Pſal. 36.

Apuleius: *Homines ratione plaudentes, oratione pellentes, immortalibus animis moribundis membris, brutis, & obnoxijs corporibus, leuibus, & anxijs mentibus, diſſimilibus moribus, ſimilibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci ſpe, caſſo labore, fortuna caduca, ſigillatim mortales, cuncti tamen in vniuerſo genere perpetui viciſſim ſufficienda prole mutabiles, volucri tempore, tarda ſapientia, cita morte, querula vita, terras incolunt,*

Apuleius in lib. de Deo Socratis.

Henricus Suſo: *Reuera namque vita tua eſt inſtar auiculæ ſedentis in arboris ramuſculo, mox ab accipitre deuorandæ, & vt hominis in fluminis ripa aſſidentis nauemque magna celeritate prænernauigantem præſtolantis in quam recipiendus, & in ſolus terras deportandus, vnde numquam liceat reuerti ad patriam.*

Henricus Suſo in dialog. de præcipuis chriſtianæ pietatis adminiculis cap. 29.

Baſilius hom. 5. examerон. *Omnis caro fœnum. Breuitas enim temporariæ iſtius ac deciduæ vitæ, oblectamentumque proſperitatis humanæ, atque hilaritatis exiguo tempore perſiſtens, accommodatiſſimam eſt apud Prophetam ſimilitudinem ſortita. Hodie florulentus corpore, propter delicias obeſus, & florente colore præditus, ob ætatis viriditatem eſſloreſcentem, laſciuiens, vehemens impetu intolerabilis, nec quoquam ſecum conſiſtens: cras idem ipſemet miſerabilis, aut tempore marcidus, aut morbo forſan diſſolutus ſenioque confectus. Eſt quiſpiam ob amplitudinem patrimonij illuſtris ac ſuſpiciendus, & adulatorum hominum copia, & ſatellitum circa ipſum verſatur, ſeptuſque eſt fictis amicis, qui gratiam ipſius venantur: magna quoque caterua ſanguine propinquorum & ipſa ſimulata ſtipatus: innumerata denique ſequitur illum eorum hominum multitudo, qui partim alimoniæ emerendæ gratia comitantur, aut propter alios vſus ei adſunt: quos abiens domo ſeſeque recipiens domum ſecum trahens, inuidioſus eſt occurrentibus. Adde diuitijs ſi volueris, & ciuilem aliquam poteſtatem, vel etiam honores ex regibus, curam & adminiſtrationem gentium, imperatorium munus exercitus ductandi, præconem præitantem & anteambulonem, ipſius qui exerta voce reboet, ferulígeros lictores, qui vel ipſo progreſſu terrorem incutiant ſubditis imperio, plagas ingerant, & irrogent facultatum publicationes, abreptiones, carceres: è quibus intolerabilis ſubditorum metus emergit atque accumulatur. Quid poſt hæc quæſo? Nox vna, vna febris, aut certè pleuritis, abreptum hunc è medio hominum cœtu abit*

Baſilius hom. 5. examerон.
Iſaiæ. 45.

cetu abit ſecum abducens hominem, omni prorſus quæ eundem circumſtabat, ſcena ſpoliant in veſtigio ac nudant.

Chryſoſt. hom. 24. in ep. ad Rom.

Chryſoſt. *ſomnus eſt præſens vita, nihilque ab inſomnijs differunt, quæ in ea geruntur. Et quemadmodum qui dormiunt, & delirant ſæpe numero, & nihil ſani vident: ita & nos, imo vero multo etiam peius, Nam qui turpe quid in ſomno vel fecit, vel dixit quam primum à ſomno liberatus Protinus & ab ipſa turpitudine liber nullas dat pœnas: Hic vero non ita, ſed & turpitudo & ſupplicium perpetuo durant. Rurſus qui ſomniando diuites ſunt, orto die fruſtra ſe diuites factos apparuiſſe ſibi deprehendunt: hic vero, & ante diem ſæpe deprehenſio illa incidit & antequam hinc abeatur, varia huiuſmodi ſomnia iam auolarunt.*

Franciſcus Petrarcha de

Franciſcus Petrarcha: *Breuis eſt in primis vita, & fugaciſſimum vitæ tempus, rerum humanarum inquietum aduerſus, fluctibus, & procelloſum pelagus: rari & vix hominibus acceſſibiles portus, ſcopuli vndique innumerabiles: inter quos difficilis & prorſus ambigua nauigatio eſt, iam vix vni contigit ex millibus vt integer enataret: Sic nos fortunæ imperium exercet in omnes gradus hominum pari iuri graſſantis. Ita in quiduis obuium cymba fragilis noſtræ mortalitatis alliditur. Et poſſimus inter hæc nobis; aut noſtris longiuſculam vitam (vt verius dicam) longius periculum optare; fingatur aliquis tam benigno ſidere, tam propitia fortuna, tam denique fauente Deo iter hoc ingreſſus vt nihil ei poſſit aſperum moleſtumque contingere. Rem impoſſibilem & inauditam ſæculis fingi iubeo, nec ideo tamen quamuis periculum abſit, aberit metus idcirco fortaſſe nõ infelicius nec inconſultius foret, modo noſtri eſſet arbitrij. Sicut in æquore ſuſpecto nautæ ſolent circumſpecti clauum flectere diuque ante ſolis occaſum vela ſubmittere? ſic in vita portum petere & adhuc florenti ætate atque animo virenti, & valentibus membris, mori prius, quam eo peruentum ſit, quo ſaltem vita longior perducit ad vltimas, ſcilicet anguſtias ſenectutis, inter quas arctati quidam & vixiſſe dolent, & mori metuunt, & totis votis exoptatum tempus accuſant: denique quid velint & quid nolint neſciunt, tanta eſt diſcordia. Hæc & in his ſimilia cogitantes abſtinere decet, ne decretum cœleſte ſeu mortis feſtinantiam accuſamus: alioquin pro nobis ipſis tantummodo conqueri videbimur & affligi.*

Iſidorus Clarius orat. 10. morte m. I.

Iſidorus Clarius. *Quid obſecro boni habet hæc vita, cur expetatur, ſi ſpatium cogites, atque illud conferas cum æternitate, quid ab his beſtiolis diſtamus, quas ferũt apud Hyppanim fluuium, qui ab Europæ parte in pontum influit naſci, atque vnum diem viuere? ſicut ergo ex his ea, quæ octaua hora mortua ſit, prouecta ætate eſſet mortua, quæ vero occidente ſole decrepita eo magis, ſi etiam ſolſtitiali die: Sic ſi longiſſima ætas cuiuſuis hominum conferatur cum æternitate, in multo minore breuitate, quam illæ beſtiolæ reperiemur. Nulla eſt enim temporis cum æternitate comparatio. Quare rectius vix duarum horarum fabulæ quæ in ſcena agatur, valet comparari. At quis vel mediocriter prudens eiuſmodi fabulæ ſpectandæ ſtudio ita afficiatur, vt ſi ea careat mœrore contabeſcat, aut ingens ſe damnum feciſſe arbitretur? ſi ergo hæc huius vitæ ſcena, ſi etiam, toto hoc ſpatio omnibus afflueret bonis, ſine vllo mali aut incommodi cuiuſquam ſenſu, ob vitæ tamen breuitatem pro nihilo eſt imputanda, quãti facienda eſt, cum tot malis eſt obnoxia, vt longo interuallo mala ſuperent, quorum ſolus metus poſſe illa accidere, quamuis nunquam euenirent inficere ac commaculare omnem vitæ iucunditatem poſſet, multo vero magis cum experiamur illa euenire morbos, labore*

bos, labores, rerum iacturas, lites, controuerſias inimicitias, quæ & huius generis alia plerumque mortem vita optabiliorem faciunt, ſed fingamus hominem, quod quam rariſſime, aut nunquam potius continget, fingamus tamen hominem cui nulla vnquam experiri priuata incommoda contigerit, nonne ſaltem illud quod commune cum omnibus eſt ſatis incommodorum ſecum affert, ſomnus ipſe qui ſingulis diebus tot horas aufert? ac mortuis perſimiles reddit, an morbus per ſe non eſt, ſed conſuetudo ipſa eſt impedimento, quo minus hæc attendamus. quemadmodum & de cibi quotidiana neceſſitate. Quod ſi aliquot annos viuere ſine alimento & ſomno contingeret, proceſſu vero temporis per ætatum gradus & capiendi cibi & dormiendi neceſſitas accreſceret, profecto iudicaremus nos cœpiſſe in cibum incidere, qui pro cibi vel ſomni portione augeretur. Quamuis enim in cibis capiendis voluptas quædem eſſe videatur, primum exigua, & vix duorum digitorum obtinet latitudinem, deinde obruit animum præcipuam hominis partem, præterea bona ipſa quibus frui in hac vita contigit, quæ aut quãta tandem ſunt? excepta enim virtute, in qua tandem quo maiores progreſſus fiunt, eo magis vitæ huius cupiditas imminuitur, cætera quid ſunt opes, honores, imperia, quæ cum animi bonis efficere plurimum ſoleant ne bona quidem ſunt appellenda. Atque hæc cogitatio efficiebat, vt ipſi etiam Ethnici dicerent, cum accidit, vt à Deo denuntietur, vt exeamus è vita lætos & gratias agentes parere debere, emittique nos è cuſtodia & leuari vinculis arbitrari atque è tenebris in lucem excedere.

Cæſarius Arelatenſis, *via ipſa quæ per ſe arcta & ardua eſt santis ſpiritualium latronum inſidijs obſeſſa eſt, tantos nos ſcopulos tantoſque fluctus tranſire neceſſe eſt, vt ignoremus quid deueniat, antequam ad horam oblato in littore collocemus; & tamen nos de præteritis eſſe ſecuros, & ſine quotidiana cura ſine quotidiano timore & tremore diẽ noſtrum debemus tranſire. Quid trãſiens ſuper alicuius profundi fluminis per arctiſſimi pontis anguſtias etiam ſi maiorem partem inoffenſo tranſierit pede, iam periculum euaſiſſe ſe credat cum in vltimi pontis ſpatio, ſi paululum titubauerit, caſum quem medio ſpatio vitares incurrit? ſic nos etiam? ſi magna pars vitæ in iſtius videatur fuiſſe tranſacta, non ideo fiduciam præſumamus, cum adhuc periculum pars extrema minetur: Quis in acie poſitus ante finem certaminis, aut ante victoriæ ſecuritatem arma deponet? Nemo ergo ſecurum ſe iudicet, antequam ad finem fœlici conſummatione perueniat.*

Cæſarius Arelatenſis hom. 25.

Dugo Philomimus, *Miſeria eſt hæc vita, quamlibet fœlix, non fœlicitas, & hoc nomine vallis lachrymarum vere dicitur, hic mundus non campus Elyſius, nouit hoc Heſiodus, nouit hoc Homerus, nouit vtroque antiquior Orpheus, nouerunt & alij, vel paris aut maioris vetuſtatis, vel Ethnici, qui homines in hoc mundo viuentes quamlibet fœlices à vulgo iudicatos peculiari ſemper epitheto notauerunt, & adhuc in ſuis momentis vocant miſeros mortales; quid hac de re ſentiant Eccleſiæ Doctores? meo iudicio non operæpretium eſt referre: quum omnium paribus placitis doceant in hac vita, quemadmodum nihil eſſe fœlicitatis, ita calamitatum & miſeriarum plena eſſe, & referta omnia & ipſe ſeruator Chriſtus promiſſionibus vitæ beatæ nihil aliud innuit quam huius præſentis miſeriam.*

Dugo Philominus de ſcientia bene moriendi.

Hector Pintus: *Omnis caro fœnum; vt peritus pictor quando vult vt aliquis color emineat, opponit iuxta eum contrarium colorem: ſic diuinus vates, vt Dei miſericordiam cognoſceremus oppoſuit iuxta illam hominum miſeriam; vnde aptiſſimam*

Hector Pintus in c. 4. Iſaiæ.

 ſimilitu-

ſimilitudinem hominem cum fœno comparat & eius gloriam cum flore agri. Quid vilius fœno. Quid agri flore fragilius? ideo dicebat Iob. Homo quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & rurſum: contra folium, quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris, vbi vides appellari hominem folium vento raptum, & aridam ſtipulam: & D. Iacobus. Quæ eſt inquit vita noſtra? vapor ad modicum parens. Vnde dicitur in prouerbio. Homo bulla quia nihil ſit humana vita fugacius. Homerus comparat hominis vitam caducis arborum folijs. Euripides ait huius vitæ fœlicitatem durare vnum diem; ſed reprehenditur à Demetrio Phalareo, quod non vnum diem, ſed vnum temporis inſtans dicere debuerit. Pindarus hominem vmbræ ſimilem vocauit.

Iob. 14. *Iacob. 4.*

Robertus Bellarminus conc. ſuper miſſus eſt.

Verum quod difficultaté auget, eſt, quod in tam breuiſſimo ſpatio omnes vitæ ſuę ſpatium ignorant, vt enim inquit Bellarminus, *ſed age videamus, num hoc vitæ ſpatium ſaltem, etiamſi breuiſſimum ſit, nobis tuto polliceri poſſimus; ita vt certo ſciamus nos vſque ad annum quinquageſimũ, vel ſexageſimum ſine dubitatione victuros. Non multum auditores laborandum eſt, vt hoc inueſtigemus. Nam excepto rege Ezechia cui Dominus annos quindecim donauit, experientia ipſa clamat, nec punctum temporis ita eſſe in noſtra poteſtate, vt certo affirmare poſſimus in illo nos non morituros; ſiue enim comedimus, ſiue bibimus, ſiue dormimus, ſiue iter facimus, ſiue quieſcimus, in periculis ſemper verſamus.*

Philippus Boſquierus in orbis terrore.

Cur autem vita noſtra ſit tam breuis, variæ à Philoſophus, & Theologis cauſæ afferuntur. *Cauſæ autem. Deus, natura, mores cuiuſque.*

Iob. 14. Dei decreto.

1 *Deus, conſtituit enim vnicuique terminos, qui præteriri non poterunt.*

Ex reis magnates aliquos adſeruari, turbam contra necari ſæpe Reges iubent, & ex cruciarijs iuſſis mori, alterum alteri præripi in crucem minime inſolens, aut nouum.

Sic & Deus ex toto genere noſtro mortis reo Patriarchas olim & nunc pleroſque velut heroes gentis ſerius iuſſit ex corporis huius carcere ad mortem rapi, cæteros quaſi plebeios citius.

2. Natura.

2 *Natura 1. hominis cuiuſque complexio, & loci, Aeris, nutrimentique temperatura, in quorum etiam manu habere ſecunda mortis & vitæ.*

3 *Mores 1. noſtra vel temperantia, vel intemperantia, à cibis, à potu, à libidinibus generatim vitia noſtra ac virtutes, à quorum quarumque ſtudio fila vitæ longiora aut breuiora,* quæ omnia prolixe, idem auctor explanat.

Ioan. Oſorius in conc. tom. 2. Dominic. poſt Paſcha. 3.

Sed morales cauſę ſunt ex quas Ioannes Oſorius in conc. ponit. *Breuem hanc vitam fecit Deus, vt quaſi rem modicam parum curaremus de ea: & c. 1. videas homines, qui ſic in ea radicari volunt, ac ſi perpetua futura eſſet. Breuiauit etiam eam, quia cum plena ſit laqueis, doloribus periculis, & malis, oportuit eam breuem eſſe, ſicut aſpera via, ſi breuis ſit non ita affligit. Et tandem eam breuem fecit, quia quaſi ſe ſolum reputat, donec nos ſecum in cœlo habeat: tanto nos amore proſequitur, quia deliciæ eius eſſe cum filijs hominum.*

Ioan. à S. Gemi. in conc. princ. 6. conc. 15. diſ. 5

Porro quinque ſunt, quæ longiorem vitam efficere ſolent. Primum eſt honor exhibitus parentibus. Eccl. 3. Qui honorat Patrem ſuum, vita viuet longiori: Et merito, quia ſuſtentando vitam Patris eam facit longiorem, & Deuter. 5. 16. Honora Patrem tuum, & Matrem tuam ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore &

pore &

pore & bene ſit tibi. Quidam illam auctoritatem exponunt de futura vita, quia poſt hanc vitam, æterna vita viuet, pietas enim promiſſum habet vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.

Secundum obſeruantia præceptorum Dei. Prouerb. 3. Ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiant: longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.

Prou. 3. 1. obedientia.
Eſai. 38. 1. 5.

Tertium eſt pœnitentia ſicut patet exemplo Ezechiæ Eſai. 38. Qui ægrotauit vſque ad mortem. Et venit Eſaias propheta & dixit ei: Morieris tu & non viues: Sed poſtquam orauit & fleuit fletu magno, dixit illi Eſaias. Hæc dicit Dominus, audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas: Ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos: Vnde in Pſalm. 20. Vitam petij à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum.

Humilitas.
Pſal. 20. 4.
Odium vitiorum.

Quartum eſt odium vitiorum, potiſſimum auaritiæ. Prouerb. 28. 16. Qui odit auaritiam longi fient dies eius. Ad literam enim multi auari citius moriuntur: quia vel immoderate laborant pro diuitijs acquirendis, vel quia ſe periculis exponunt: Vel quia propter ſuas diuitias nonnulli occiduntur, quæ omnia effugit, qui auaritiam odit. Vel longi fient dies eius, participes erunt claritatis æternæ, vt gloſa exponit.

Prouidentia.

Quintum autem eſt, vſus intellectualium virtutum, ſcilicet ſapientiæ & prudentiæ: quibus mortis pericula præcauentur, & regimen vitæ debito moderamine exercetur, remediaque contra euentus fortuitos adhibentur. Et ideo Prouerb. 3. poſtquam dixit Salomon. Beatus homo qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia, ſubdit: Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. q. d. Si ſit in dextera proſperitatis, ſcit eam ita tenere & vti, vt inde ſequatur longitudo dierum ſicut patet in Abraham: Et dato, quod ſit in ſiniſtra aduerſitatis, ſcit eam ita prudenter & ſapienter tolerare, vt inde ſequatur diuitia & gloria, vt in Iob manifeſtum eſt, cap. vlt. quia Dominus benedixit nouiſſimis Iob magis quam prioribus. Vidit enim filios ſuos & filiorum ſuorum vſque ad quartam generationem, & mortuus eſt plenus dierum. Huius ergo noſtri ducis, & ſi non fuit longior ætas, tamen propter ſapientiam peruenit citius ad longitudinem æternitatis vitæ ſequentis.

Prou. 3. 15.

His omnibus de cauſis medici tam corporales, quam ſpirituales & cæteri ſcientiarum profeſſores vitæ breuitatem illuſtribus & frequentibus actionibus ac operationibus compenſare deberent; quia ſi enixe id effecerint vitam longam degebunt. *Vita enim longa eſt, quando eſt plena, & quæ non menſuratur tempore: ſed actione, ſecundum Philoſophum. Tunc autem vita eſt plena, quando eſt virtuoſa: & ideo virtuoſus & ſanctus diu viuit, quamuis cito moriatur corporaliter: Et dicitur Sap. 8. Conſummatus in breui compleuit tempora multa: optime enim mercatur, qui tantum facit in vna die, quantum alius in vno anno.*

Ioan à S. Geminiano in conuiuio Quadrageſimali ſer. 5. hom. 11. Quadr.

Sicut ars medica: ſic Theologia non quò ad habitum; ſed quò ad vſum eſt longa: nam actiones, operationeſque omnium ſcientiarum, ob vitæ noſtræ breuitatem ſunt difficiles ac longæ. Etenim vſus, quamuis centum annos homo viueret, nunquam perfecte poſſet comparari.

Sicut in re medica ars eſt longa, ob eius difficultatem, periculum in experiendo,

riendo , varias hominum ægritudines, ægrorum inobedientiam , remediorum diſtinctionem , opportunæ occaſionis iacturam, iudicij difficultatem, infirmitatum ſimilitudinem cauſas morborum, ſymptomatum ac differentias, corporum temperaturam, omnium partium corporis eſſentiam, ac infinitarum fere rerum cognitionem, vt longiſſima vita ad medicinam perfecte addiſcendam ſufficere non videatur. ſic in re ſpirituali Theologia practica , ſeu munus concionandi eſt difficile ac res diuturni temporis, ob
Lib. 1. cap. 4. cauſas à Lud. Granatenſi in lib. de ratione concionandi allatas quæ multo tempore multa induſtria , ſapientia, ac experientia indigent. *Verum cum ita natura comparatum ſit, vt nihil in rebus ſublime, atque magnificum ſit, quod non etiam ſit arduum atque difficile: tantum certe in hoc munere (ſi vtiliter & recte tractari debeat) difficultatis, quantum dignitatis & vtilitatis eſt. Cum .n. præcipuum cōcionatoris officium ſit, non modo pios doctrinæ pabulo ſuſtentare, ſed improuos etiam à ſceleribus & improbitate reuocare: & non modo currentibus calcar addere, ſed ad curſum iacentes atque dormientes inuitare: atque poſtremo non modo viuentes in vita gratiæ doctrinæ miniſterio conſeruari, ſed mortuos etiam vno peccato eodem mini-*
Seneca in epiſt. *ſterio ad nouam vitam traducere, quid hoc ſtudio & conatu difficilius? pugnat enim aduerſus, hoc collapſæ naturæ vis; & potentia quæ communis peccati lue infecta, procliuis in vitia eſt: pugnat deprauata ne dicam inueterata multorum conſuetudo: cuius tanta vis eſt, vt Seneca dicat, ne vniuerſa quidem philoſophia etiamſi in hoc omnes vires ſuas aduocet. duram iam & veterem ab animo extrahet peſtem. Quid hic mundum in maligno poſitum commemorem? Quid ſceleratorum hominum inter quos neceſſario viuendum eſt, contubernia, exempla, conſilia, iniurias, & contumelias, fraudes, & ſubdolas adulationes referam? Quid antiqui ſerpentis vires, aſtus, inſidias, variaſque nocendi artes atque tentationes oratione recenſeam? An non ſatis con-*
Iob. 26. *ſtat verum eſſe, quod in lib. Iob ſcriptum eſt obſtetricante manu eius (nempe Dei) eductus eſt coluber tortuoſus? Quæ enim alia niſi omnipotentis Dei manus ad tortuoſum, hunc colubrum (qui cauda ſuæ voluminibus, improborum animas ſtringit) foris protrudendum, ſufficiens eſſe valeat, dum enim fortis armatus cuſtodiet atrium ſuum, niſi fortior illo ſuperueniat, qui arma eius auferat, & ſpolia diſtribuat, dictu mirum eſt quanta arte atrium ſuum cuſtodiat , & vinctos ſuos retineat ; ita enim omnes ſenſus atque aditus per quos lumen aliquod illis affulgere poſſit , claudit & obſtruit, vt mirabili quadam & obſtruoſa ratione videntes, non videant & audientes non audiāt, nec intelligant, neque vero exiguo nobis impedimento eſt vtriuſque fortunæ ſiue aduerſæ ſiue ſecundæ conditio: Dum enim illa vehementer premit, nihil num audiunt homines, niſi quod illorum inopiam & laborem leuare poſſit ; quod filijs Iſrael in Ægypto oppreſſis euenit , qui Moſis verba ex ore Domini, propter operum, quibus premebantur anguſtiam audire noluerunt; vbi vero ſecundæ fortunæ aura ſpirare, & ad votum omnia fluere incipiunt, ſic humani cordis, anguſtia ſucceſſibus , impletur & intumeſcit vt ad omnia fere alia obſurdeſcat. Quam rem D. Auguſtinus & experimento didicit, & his verbis expoſuit, ego cū amatores ſeculi huius intueor . neſcio quādo poſſit eſſe ad eorum animos ſanandos opportuna prædicatio : quando enim res huius mundi velut proſperas habent , faſtu ſuo reſpuunt ſalubres monitiones, & quaſi anilem reputant cantilenam, quando autem aduerſis anguntur, magis conantur euadere vnde ad præſens an-*

ſens anguntur, quam capere vnde curentur. Sed vt multa breui oratione complectar, tam ingens & arduum opus eſt hominem a peccati ſeruitute ad Dei obſequium reuocare, vt D. Greg. dicat, ſi inuiſibilia penſamus, nimirum conſtat maius eſt miraculum prædicationis, & orationis ſolatio peccatorem conuertere, quam mortuum carne ſuſcitare. His igitur argumentis intelligere Eccleſiaſtes facile poterit, quam ingens prouincia ſibi demandata, quantumque onus humeris eius impoſitum ſit: quantoque ſtudio contendere debeat non modo, vt parem huic difficultati animum, ſtudiumque adhibeat, ſed vt multo magis quo ſe erga Deum pietate, reuerentia animique ſubmiſſione gerere debeat, vt diuina bonitas & prouidentia, quæ fere inferiorum cauſarum miniſterio cuncta operatur, eo tanquam idoneo inſtrumēto, ad hoc tantum opus vti velit. Hinc etiam intelligit, ſi non ſuam, ſed Domini ſui gloriam & animarum ſalutem quærit, quanto magis negotium hoc orationibus quam ſermonibus; lachrimis quam literis, lamentis quam verbis, & virtutum exemplis, quam rhetorum præceptis vrgere debeat.

Gregor.

Sicut, *quia vita hominis breuis eſt, artes diſcendæ longiſſimæ, neceſſarium ſtudioſis bonas horas in optimis quibuſque collocare, fugere vero, inutiles & manes quæſtiones, quas Galenus Logicas vocat. Sunt autem Logica, & inutilia medico quæcumque, neque ad ſanitatem tuendam, neque ad corporis noſtri cognitionem, neque ad morbos cognoſcendos, aut curandos, & prædicenda futura faciunt, & demum quicquid ad medici finem non refertur:* Sic eadem ratione in perdiſcenda Theologia eſt faciēdum: ea enim eijcienda ſunt, quæ ad fælicitatē conſequendam, ad animi affectus cognoſcendos ac ſedandos & ad ſalutis animæ noſtræ cognitionē nō faciunt. (nam certū eſt omnia mala noſtra oriri *ex defectu cognitionis, & attentæ conſiderationis quoniam Dæmon, nō ſecus ac carnifex, obuelat oculos peccatoris, ne grauitatem peccati cognoſcat, quæ grauitas eſt gladius ille acutus, quo præſcindit illi ceruicem, & occidit, vt quando aperiendi ſunt oculi, inueniat ſe in inferno vbi nullum amplius remedium ſalutis ſupereſt*) & tandem quidquid ad optimum & perfectiſſimum ſalutis finem non refertur, ex noſtro animo exterminandum.

Gulielmus Rondeletius de vrinis c. 1.

Nicolaus Montmorency in ſpirit. dulce art. 1.

Porro particulas aphor. (vita breuis, ars longa) Antonius Gomezius ad iuriſprudentiam transfert.

Cogitanti mihi, quod præclare dicebat ille medicorum facile Princeps, Hippocrates, hominis breuem eſſe vitam, artem longam, experientiam periculoſam: id in noſtra iuris prudentia veriſſime quoque vſurpari poſſe videtur. Tanta eſt enim librorum, qui in ea ſcripti ſunt moles, & vaſtitas, vt vix triplex hominum ætas, eos percurrendo (ne dicam legendo atque cogitando) poſſit ſufficere: ſcientia vero adeo longa eſt: tot nouis paſſim emergentibus negotijs, dubijs, contrarijs hominum opinionibus, in toto iuris ciuilis corpore diſperſis, vt cum ad metam perueniſſe putes, te in medio curſu deficiſſe longumque iter tibi adhuc conficiendum ſentias, experientia denique cum & dubia ſit, & pro conſuetudine locorum diuerſa, atque ſæpenumero ab ipſo ciuilis prudentiæ fonte exorbitans, tot præſertim antiquis abrogatis, tot nouis Regum & principum conſtitutionibus, tot ciuitatum enaſcentibus conſuetudinibus, nihil fere certum, quod ſequaris, inuenias, cum vnum quid didiceris, aliud quoque addiſcendum, experiendum eſſe animaduertas.

Antonius Gomezius in proœmio var. reſol. iur. ciuil.

V Et Iaco-

Iacob. Aluarez de vita ſpirituali eiuſque perfectione lib. 5. par. 3. c. 34. Et Iacobus Aluarez ſpiritualibus rebus graphicè adaptat. *Celebris ſenten-
*tia, qua unus ex ſapientibus huius ſeculi medicæ artis, à ſe elaboratum volumen ince-
*pit, ars longa, & vita breuis, commode poteſt ſpiritualibus aptari, & de vita ſpiritua-
*li & eius perfectione proferri: Quæ tot habet addiſcenda, tot acquirenda, tot actione
*& labore præſtanda, vt niſi vires gratia aſpiceremus, vix ad ea non dico vita breuis,
*ſed nec illorum antiquorum patrum anni ſufficerent. Breuis eſt vita hominis, quæ ve-
lut curſor tranſit, vt auis volat, vt vmbra præterit, vt cogitatio euaneſcit, & vix cœpit,
Iob. 14. *cum iam finem ſibi inſidiantem, & ſe ad victoriam parantem agnoſcit; Iob. ait: Bre-
Pſal. 89. *ues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt. Dauid dicit. Anni noſtri ſi-
*cut aranea meditabuntur, dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni: ſi autem
*in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor, & dolor. Iacobus clarius ex-
Iacob. 4. *plicat, quæ eſt vita veſtra, vapor eſt ad modicum parens, & deinceps reterminabitur:
*Quid breuius eo quod nunquam ſtat, ſed mors fluminis rapidi, non ad mare, ſed ad
*non eſſe decurrit? Quid inutilius eo quod magnis occupationibus diſtentum ſæpiſſi-
*me ſine vllo fructu pertranſit? Quid vilius eo, quod in modum vaporis diſſipatur, &
*ad nictationem oculi, nunquam comparet? Homo profecto vanitati ſimilis factus
*eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt, vt ſicut nihil vanitate inanius, nihil vmbra inſta-
*bilius eſt, ita humanam vitam, & inanem & inſtabilem, & breuiſſimam eſſe dicamus.
*Nec in nos Deus crudelis fuit, dum poſt Adæ peccatum, ita noſtram vitam abbreuia-
Ambroſ. ſer. 42. *uit, ideo enim illam breuem fecit inquit Ambroſius, vt moleſtiæ eius quæ proſperitate
*non poterant, temporis exiguitate finirentur, & ideo etiam (& quidem ego, ita con-
*templor, vt ipſe ſuam potentiam in humana imbecillitate monſtraret, qui in tanta vi-
*tæ breuitate, artem longam perfectionis hominem docet. Nam rogo quænam ars vita
*ſpirituali longior, & virtutis perfectione prolixior? Hac homo diſcit, non tantum
*Deum cognoſcere, ſed ſuum Deum amore complecti, Deum ad ſe pertrahere Deum
*actibus imitari. Hac diſcit terram in cœlum conuertere animale in ſpirituale, impu-
rum in ſanctum, commutare, &c. Et paulo inferius. *Profecto ars longa & vita bre-
*uis, ſed in hoc potentiam ſuam, ac miſericordiam commendat Deus, quod artem lon-
*gam breuiter ingerit, & non ſolum annoſos homines, & ſenio confectos, ſed & pueros
& teneras puellas perfectione virtutis imbuit.

*Cum ergo perfectionis ars longa ſit, quæ docet peccata deſtruere, vitia extinguere,
*affectus moderari, virtutes acquirere, Deum amore complecti, & vitam cœleſtem,
*atque diuinam in terris reſtituere, neceſſe eſt, vt nos perfectioni aſſequendæ, inceſſabili
*diligẽtia corporemur, & vt in rem magnam, & non paruam, ſed plane difficilẽ & la-
Mat. 12. *borioſam incumbamus. Ne ſimus ex illis qui dicebãt. Magiſter volumus à te ſignum
*videre, quod in nos quadrat. cum nihil volumus, ſi nobis exigi & volumus omnia
*quæ ad noſtram emendationem pertinẽt, Dominum quaſi per miraculum operari in eo
*autem ſollerter cooperabimur, ſi nullam occaſionem proficiendi, & aliquid virtutis
*acquirendi, perdamus. Qui enim occaſiones proficiendi elabi ſinunt, ſimiles ſunt man-
*cipijs negligentibus, qui cum multa ab hero facienda ſuſceperint totum diem in ludis
*in iocis, in comeſſationibus, & in rixis inſumunt, & inſtante nocte nihil ex ſibi iniun-
*ctis factum inueniunt, & nihil aliud niſi heri indignationem, increpationes, & verbera
*expetant. Tales reuera ſunt, qui cum ſe Deo cõſecrauerint innumeras quæ quotidie oc-
*currunt perficiendi occaſiones, contemnunt. Nam ſuam ſalutem operandam accepe-
runt, &

runt; & dum animi diſtentioni vacant, & nunc iſtum actum virtutis, nunc illum abyciunt, & vacui & inanes ad diem mortis accedunt, in quo Dominum ſuæ negligentiæ obiurgatorem, & vltorem reperient.

Quemadmodum medicus debet vti occaſione, quando ſeſe offert; & ſtatim agere, quia eſt præceps, & velociſſime præterlabitur: ſic homines occaſione diuinitus oblata debent vti, ne aduerſus Deum ingrati videantur: nam *quod occaſione diuinitus oblata vtendum ſit; non modo ſacræ literæ, ſed etiam ſapientum Ethnicorum ſcripta docent. Sic enim Demoſthenes prima olynthiaca inquit: Non patiamur talem occaſionem diuinitus oblatam elabi, nec committamus, vt fraudi nobis ſit cunctatio: Quemadmodum ſæpe antea. Et olynthiaca ſecunda, Iam nobis prouidendum erit, ne noſtræ vtilitatis rationem minus habere videamur: quam fortunæ: quæ nos ſuo beneficio prouocat. Turpiſſimum enim eſt, non ſolum oppida & loca quæ tenuimus proycere, ſed etiam auxilia, atque occaſiones à fortuna oblatas: ſi quis igitur negligit occaſiones diuinitus oblatas, ingratus eſt aduerſus Deum.*

Quidam

Quemadmodum *temporis occaſionem, quia eſt præceps, medicus & poteſt, & debet ſcire, quam ſi prætereat, nec obſeruet, omnia in contrarium delabuntur.* Sic eandem non debet medicus ſpiritualis ignorare: nam ſi è manibus præterlabitur, omnia fruſtra erunt ſuſcepta: quamobrem non eſt procraſtinandum, ſed quando ſeſe offert, eſt ſtatum arripienda. Temporum enim occaſiones non minus corporis, quam medelæ ſunt animæ; quas qui neglexerit, mortem animi inducet.

Hippocrates de locis in homine.

Sicut medici occaſionem ſanitatis quando ſeſe offert debent aucupari: ſic & gratiæ diuinæ occaſionem ſubito, vt ſaluti noſtræ opportunam ſtatim Chriſtiani arripere tenentur, vt enim inquit Apoſtolus; *Gratia Dei ſum, id quod ſum: & Gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, ſed gratia Dei mecum. Quapropter, & nos omnes hortatur vt gratiam Dei non negligamus: ſic etiam ait: Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Et quo apertius videamus, occaſionem temporis gratiæ, vt opportunam ſaluti, curæ nobis eſſe debere; ſubdit. Ait enim (Deus ſcilicet per Iſaiam) tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, propter quod (inquit alibi) remiſſas manus, & ſoluta genua erigite: & greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans quis erret magis autem ſanetur, pacem ſequimini, cum omnibus, & ſanctimoniam; ſine qua nemo videbit Deum: contemplantes, ne quis deſit gratiæ Dei.*

Refert Ioannes Dauid in lib. cui titulus Occaſio arrepta, neglecta & c.
Schemat. 1. c. 6.
2. Cor. 6.
Iſaiæ. 19.
Hebr. 12.

Vt Pharmacopolæ, chirurgi, aſſiſtêtes cæteriq; miniſtri ſunt Medicis plerumque præſidum in occaſionis cura: ſic Angeli Miniſtri Dei, occaſionem diuinamque gratiam in aſpectum adducunt. *Videmus ſiquidem ſacris diuinæ ſcripturæ monimentis expreſſum. Angelorum adminiculo tempus acceptabile, rerumque rectè gerendarum opportunitatem, hoc eſt Occaſionem percommodam, atque adeo gratiæ diuinæ præſidium ſubminiſtrari: Deo vt ſupremo omnium datore ac moderatore, ſic diſpanente.*

Idem Schemat.

Ita Angelus Agar, Ancillæ Saræ fontem aquæ peropportunum oſtendit, quo & ſuam, & filij ſui Iſmahelis ſitim reſtingueret, languentemque præ ariditate animulam refocillaret. Cui antea quoque tempeſtiuum ſe exhibuerat conſolatorem, cum indignabunda,

Gen. 21.
Gen. 16.

bunda, ab hera ſua profugiſſet viam modumque ei ſuggerens, quo in gratiam Dominæ ſuæ humiliata rediret, quæ ſuperba receſſerat.

Gen. 19. Sic quoque cœleſtes illi nuncij, Lot filio, fratres Abraham in extremo diſcrimine conſtituto, vxorique eius, & filiabus modum methodumque oſtenderunt accommodum, quaſi tempus, occaſionem, diuinamque operam ob oculos ſtatuentes, quo ſe præſenti periculo eriperent atque in tuto collocarent. Quod dum non arripuerunt, eius duo generi, ſed ſpernentes oblatam cœlitus occaſionem, quaſi per ludum, & iocum talia in terriculamenta ſibi proponi exiſtimarent, cum impijs Sodomitis male mulctati ſunt.

Quin & vxor Lot, dum iam apprehenſæ occaſionis præſcripta neglexit, reſpiciens retro, in ſtatuam ſalis conuerſa, alijs exemplo ſtatuta eſt maioris obſeruantiæ, & prudentiæ. Solent enim, vt ait Gregorius, oues Petram ſalis lambendo reddi meliores, magiſque ab inſidiante illis corruptione immunes: ita & nos ſi hanc petram lamberimus, altiori ſenſu caſum hunc expendendo.

Vt Medici & ægri: ſic & Chriſtiani bene agendi occaſiones quærere, &
Idem S. quæſitæ ſeu oblatæ cauere ſedulo ne vnquam elabantur, ſed ſemper
chemnat. 2. eas cordi habere debent. Iacob cum primis recenſeatur, is ſiquidem occaſione
1. 7. habita fratris ſui Eſau prouocatur ingluuie, ius primogenituræ (ſibi alioqui a Deo
Gen. 25. conſignatæ) acquiſiuit, occaſione item arrepta, mater eius Rebecca, ipſi apud patrem morti vicinum, benedictionem procurauit. Audierat ſiquidem Iſaac dicentem Eſau, vt venatione aliquid captum adferret, acciperetque nouiſſimam benedictionem vſa, eſt prudens, mater opportunitate in gratiam dilecti, & à Deo electi filij Iacob, & ſucceſſit è voto.

Gen. 19. 4. Ioſeph, de neceſſitate virtutem faciens, occaſione venditionis ſuæ oblatiſque ad exi-
& 41. mia medijs opportune vtens, Princeps Ægypti factus eſt, & ſaluator mundi publico triumpho proclamatus.

Gen. 42. Iacob Pater eius opportunitatem coemendi in Ægypto frumenti, à Deo non putauit negligendam, vt etiam filios ſuos eam ſegnius obſeruantes, grauiter nec ſine expoſtulatione increparet. ſic habet hiſtoria, Audiens autem Iacob, quod alimenta venderentur in Ægypto, dicit filijs ſuis: Quare negligitis. Audiui quod triticum venundetur in Ægypto: diſcedite & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & non conſumamur inopia: ſicque famem vniuerſalem non modo mortemque euaſit, ſed hac occaſione, & filium Iceſep'e; quem, a fera peſſima deuoratum credebat, viuentem, triumphantemque inuenit, & ipſe cum tota ſua familia in Ægyptum commigrans, tam ho-
Gen. 47. norifice à rege eſt receptus, vt diceret ipſe rex Ioſepho; Terra Ægypti in conſpectu tuo eſt, in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Geſſen, idque totum per occaſionem bene captatam.

Exod. 2. Moyſes occaſione opportuna adaquationis gregis Iethro Sacerdotis Madian gener eius factus eſt. Erant ei ſiquidem ſeptem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris ſui: ſuperuenere Paſtores; & eiecerunt eas, ſurrexitque Moyſes, & defenſis puellis adaquauit oues earum. Et quemadmodum occaſionem fugiendi ex Ægypto arripuerat eo quod Pharao illum quærebat occidere; ita bene merendi de filiabus Iethro occaſionem non negligens apud illum inuenit gratiam, quam apud regem amiſerat.

Vrgente

Vrgente quoque famis neceſſitate, ſimilem cum prædictis Patriarchis occaſionem arripiens Noëmi, cũ Ruth, nuru ſua Bethleẽ eſt reuerſa: audierat enim quod reſpexiſſet Dominus populũ ſuum, & dediſſet eis eſcas. Oblatam à Deo occaſionem amplectens, & communi Bethlehemiticarum matronarum acclamatione dicentium: Hæc eſt illa Noëmi gratanter excepta eſt, & nurus eius Ruth opportune quoque occaſionis vſa ſuffragio, vxor magni illius Booz, & Dauidis abauia facta eſt, atque in rectam genealogiæ noſtri Saluatoris ſeriem regeſta, vt vere de ipſius fœlici fœcunditate dicerent mulieres, Socrari eius Noëmi congratulantes benedictus Dominus, qui non eſt paſſus, vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſraël, & habeas qui conſoletur animam tuam, enutrias ſenectutem: de nuru enim tua natus eſt qui te diliget, & multo tibi melior eſt, quam ſi ſeptem haberes filios. Ruth. 1. Ruth. 4.

Quæ omnia non obſcure gratiam illam, & benedictionem ſubindicant, quodamque præconio vaticinantur, quam per Chriſtum filium Dauidis accepimus. Illuſtriuſque id ipſum præſagire ſunt viſi viri iudices dum ipſam Ruth Booz, vt proximo, vxorem traderent, dicentes; Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael; vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethleem. Tanti referebat iuſtæ occaſionis pretia bene æſtimaſſe: Quam celebre nacta ſit nomen in Bethleem, & Eccleſia Dei hæc ſancta familia, ex radice Ieſſe ſuccreſcens, nemini non manifeſtum eſt, niſi, cui forte nomen ignotum eſt proprium.

At quia plurima ſequentium ſchematum occaſione, de occaſione diligenter captanda, neceſſe erit exempla producere, hic pluribus afferendis ſuperſedebimus.

Verumtamen, quis non videat, neque iter, neque ædificationem, neque ſationem nec meſſem, neque bellum, neque coniugium, neque negotiationem, neque adeo opus vllum, vllumve virtutis alicuius exercitium recte inſtitui, niſi data à Deo acceptaque bona id peragendi opportunitate? Adeo per omnia viuit, vigetque occaſio: quod ſequenti capite clarius oſtendetur.

Sicut Medicus & prudentiſſimus quiſque multum momenti in temporis opportunitate collocat; ſic & vir ſpiritualis temporis opportunitatem debet maxime æſtimare, vt enim idem inquit, *ex hactenus hoc Schemate dictis liquet prudentiſſimum quemque multum in temporis opportunitate momenti collocare, ſiue quod ad gratiam, ſalutemque animi procurandam, ſiue quod ad rem in alijs negotijs bene gerendam attinet, idque iuxta ſapientis ſententiam, omnia tempus habent & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo: vnde ſequitur, eum qui opportunum rerum, quarumcumque vſum quærit, tempus earumdem proprium expectare debere, & captare opportunitatem.* Schemat 3. c. 6.

Nam veluti importunum fuerit, ſi aliquid non ſuo tempore attentaris, ita ſimiliter, ſi ſuo quidpiam tempore prætermiſeris; vnde Chriſtus Saluator noſter, tametſi ardentiſſime ſalutem humani generis ſitiebat, toties tamen ingeminabat, tempus meum nondum venit, nondum venit hora mea. Abſcondebat ſe quæſitus ad necem, & cum iam ſalutare illud momentum ab æterno ſtatutum aduenit; nullo modo ſibi illud prætermittendum exiſtimauit; vt etiam tum ſuis perſecutoribus obuiam ſponte proceſſerit. Adeo

apud altiſſimum quoque diuini conſilij ſecretum locum habet, cuncta tempore opportuno in effectum deducere.

Hinc ſicut ſponſa dilectum ſuum, Dei filium, ad humanæ naturæ conſortium noſtrique generis reconciliationem inuitauit, temporis opportunitatem allegando, hiſce ſignis velut teſſeris, ex ore ſponſi ipſius collectis; Cant. 2. Hiems tranſiit imber abiit, & receſſit: flores apparuerunt, in terra noſtra tempus putationis aduenit: Vox turturis audita eſt in terra noſtra, &c. Opportunitas Dei exemplo captanda. Ita Deus noſter temporum ipſe rerumque omnium opifex, qui vnicuique rei tempus proprium conſignauit ipſe inquam (vt iam cœpi dicere) mundum renouaturus genuſque redempturus humanum, aptiſſimum tempus, & occaſionem, tantæ rei opportuniſſimam elegit, ſtatuit, obſeruauit.

Idem Schemat. 7. ca. 4. Sicut Medicus in re medica debet celeritate vti, quãdo vrget opportunitas, ſic idem faciendum in re ſpirituali: Quantum in celeritate momenti ſit poſitum, dum res ferunt, natura quoque ipſa in piſcibus demonſtrauit: vtraque pars in piſcibus (inquit Ambroſius) armata eſt dentibus, quia in aqua ſunt: ſi namque diutius cibum verſarent & non cito tranſmitterent aquarum alluuione de dentibus eorum eſca poſſet auferri ac dilui ideo denſos & acutos habent, vt cito incidant, & cito conficiant cibum facile, & ſine aliqua mora & dilatione tranſmittant.

Quare arbitramur etiam hirundines tantæ eſſe celeritatis, tamque crebris inflexionibus adeo eſſe agiles, niſi quia ita cogit docente Natura neceſſitas & occaſionis nullo Plin. lib. 10. ca. 24. & 25. modo prætermittendæ lex eis innata: volucrum (inquit Plinius) ſoli hirundini flexuoſi volatus, velox celeritas. At quam ob cauſam, addit. Hirundo ſola auium non niſi in volatu paſcitur; ecce, niſi ita natura prouidente captaret temporis opportunitatem, eſcam quoque non captaret, quia alioqui lento alarum ſtrepitu, præmonita muſcæ culiceſque in aëre volitantes, ſe à roſtris hirundinum tempeſtiue ſubducerent.

Hoc ipſum diligentiæ & agilitatis ſtudium nobis ſcriptura commendat. Feſtina Eccle. 36. tempus, & memento finis. Ac ſi dicat; ſtatim atque ſe tempus opportunum & occaſio offert, feſtina arripere; atque ita initium cœpti aggreditor; vt enim dicunt Philoſophi; finis eſt primum in intentione, ſed poſtremum in opere: ſique ita te geſſeris, rem præclaram facturus es: eritque quo enarrent poſteri mirabilia tua per te exantlata. Alioqui, tametſi optime finem rei capeſſendæ deſideres intendaſque; tamen ſi in principio temporis opportuni rationem nõ amplectaris, excides ſpe tua fruſtrabiſque vniuerſos mira de te expectantes.

Geneſ. 14. Celeritate vſus eſt Abraham, cum Lothum fratris ſui filium, à quinque regulis (qui regem Sodomorum prælio vicerant, & optimam prædam ereperant) abduci audiuiſſet. Numerauit expeditos vernaculos ſuos, trecentos decem & octo, & perſecutus eſt eos. Et diuiſis ſocijs, irruit ſuper eos nocte percuſſitque eos: reduxitque omnem ſubſtantiam, & Loth fratrem ſuum.

Eſther. 3. Niſi ita fuiſſent, vbi, celeritate Eſther & Mardochæus, in aduertendis hoſtium gladijs à Iudæorum ceruicibus, quibus, Amani inuidia impendebant; non euaſiſſent ſperatum excidium. Flagrante ſi quidem internecionis ſententia, feſtinabant curſores, qui miſſi erant, regis imperium explere; ſtatimque in Suſan pendebat edictum, vt occiderentur delerenturque omnes Iudæi, quis non videat temporis quantumlibet prætervolantis celerrimam habendam fuiſſe rationem; neque vllo modo vel puncto temporis, tam ardenti periculo indormiendum? ideoque rebus omnibus ad opus neceſſarijs rite

comparatis,

comparatis, regiſque mutata iam (Eſther interueniente) ſententia egreſſi ſunt veredarij celeres nuncia perferentes, & edictum regis (priori contrarium) pependit in Suſan. Mora nulla, & ita res poſtulabat: alioqui fruſtra omnia, etiam ad rem quam maxime conducentia.

Eſther. 8.

Vix dici queat, quam egregios conceptus, optataſque magnarum rerum expeditiones, frequenter impediat inuiſa illa cunctatio, & mora quæ quibuſdam nimis eſt in more: Hinc Pſalmographus tam ſui, quam noſtri occaſione toties ad Dominum clamabat: Accelera, vt eruas me Domine, ad adiuuandum me feſtina; Domine ne moreris, Deus meus ne tardaueris: cito anticipent nos miſericordiæ tuæ quia pauperes (viribus virtutibuſque deſtituti, & opis tuæ indigentes) facti ſumus nimis.

Celeritatem cuiuſmodi in neceſſitate & opportunitate expeditionem, temporiſque ſedulam rationem in Ioſue licet obſeruare. Quinque ſiquidem regibus cingentibus iam, iamque expugnantibus Gabaonem, miſere ſtatim (vt fit.) Gabaonitæ ad Ioſue dicentes, Aſcende cito, & libera nos, ferque præſidium: conuenerunt enim aduerſus nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis. Quid tum Ioſue? Quis dubitat? Quod præſens exigebat neceſſitas. Aſcendit Ioſue & omnis exercitus bellatorum cum eo, viri fortiſſimi irruitque ſuper eos, Repente tota nocte aſcendens de Galgalis, & de hoſtibus triumphauit.

Ioſ. 10.

Niſi ſimili feruore & accelleratione vſus fuiſſet Saul, cum ciuitas Iabes Galaad extreme periclitaretur (Naas rege Ammonitarum ad celerem æquè fœdam deditionem vel euaſtationem vrgente) nequiuiſſet eos liberare. Prima eius erat ab inauguratione expeditio: nuncij accurrentes inuenerunt eum, ſequentes boues de agro: qui confeſtim audiens rei neceſſitatem, flentemque populum Gabaa pro ingruente communi calamitate: ſtatim conſcripſit exercitum trecentorum, & triginta millium. At quo pacto tam cito tantum potuit conflare militem, præſertim cum necdum bellicum vllum actum exercuiſſet, ſatiſque acerbam ipſo regni in limine paſſus fuiſſet, plurimorum peſſimorum hominum auerſionem, ſtudentium vniuerſum, populum ab eius obedientia & obſequio publica rebellione diuertere? Quo itaque vſus eſt artificio, qua methodo ad tantas copias in momento temporis conſcribendas, occaſionem arripuit præſentem; neceſſitati temporis ſe totum dedit; quod res ipſa poſcebat aggreſſus eſt; rationem porro modumque ipſa docebat neceſſitas. Aſſumens vtrumque bouem concidit in fruſtra miſitque in omnes terminos Iſrael, per manus nunciorum dicens, quicunque non exierit, & ſecutus fuerit Saul, & Samuel, ſic fiet bobus eius, inuaſit ergo timor Domini populum, & egreſſi ſunt, quaſi vir vnus. Et recenſuit eos in Bezec, fueruntque filiorum Iſrael trecenta millia; virorum autem Iuda triginta millia, & factum eſt, cum dies craſtinus veniſſet (ecce opus grande vnius Dei, per accelerationem) conſtituit Saul populum in tres partes, & ingreſſus media caſtra in vigilia matutina, & percuſſit Ammon dum incaleſceret dies, reliqui autem diſperſi ſunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter.

2. Reg. 11.

Admirandæ expeditiones.

Sicut medica occaſio eſt captanda, nam qui præteritam neglexerit, veriſimile eſt non amplexurum venturam. Idem in re ſpirituali accidit. *Tantum abeſt, vt quis ſe neglectæ occaſionis merito purgare poſſit; vt potius quærere, captare, ac venatorum more debeat indagare, nec dum ſe offerentem: nam ſæpe accidit, vt neque opinanti ab alijs indicio aliquo demonſtretur, vel ipſa ſe ſponte præſeudat.*

Idem, Schemat. 8. cap. 3.

Huius

Actio. 17. Areop. agum.

Huius non obſcurum in Athenienſibus exemplum facile eſt obſeruare, ſtans enim Paulus in medio Areopagi, ait: viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſos vos video, præteriens enim & videns ſimulacra veſtra, inueni & aram in qua ſcriptum erat, Ignoto Deo. Ecce adſtabat ipſis eodem loco occaſio cognoſcendi verum Deum, ſi ſeruiati fuiſſent, & non videbant. Apoſtolus vero illum eis reuelat, hac occaſione, dicens, Quod ergo ignorantes colitis hoc ego annuncio vobis, Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, hic cæli & terræ. cum ſit Dominus omnium fecit ex vno omne genus hominum inhabitare ſuper vniuerſam faciem terræ; definiens ſtatuta tempora, & terminos habitationis eorum, quærere Deum ſi forte attrectent eum, aut inuenient; quamuis non longe ſit ab vno quoque noſtrum, in ipſo enim viuimus, & mouemur, & ſumus: ſicut & quidam veſtrorum Poëtarum dixerunt, ipſius enim & genus ſumus. Videte quomodo vndequaque eos captare doceat occaſionem, & quaſi Palpando, eam, vt viam ſalutis inueſtigare.

Inopinata ſæpe adeſt occaſio.

Aratus.

Qui præteritis tãti non attendunt ad præſentia raro capeſſunt futura.

Fruſtra itaque iſti in Schemate, cum ſui ſimilibus, elapſam requirunt, vel ſe purgant, quaſi vero eam ſi iterum coram ſiſtatur ſint amplexuri: cum circa præterita ſolum ſapientes, ſint circa præſentia vero multoque magis circa futura, æque ſemper futuri imprudentes, quod ſtultorum eſt.

1. Reg. 26.

Ideo & Saul de ſe confeſſus, ne pilo quidem melior, prudentiorue, ex ea confeſſione euaſit, dum ſi quidem Dauidem innoxium ad necem perſequeretur, accideretque vt David dormienti Regi ſeruiſque ſtertentibus, haſtam & ſchyphum aquæ, qui erat ad caput eius, auferret, atque eminentiori loco cuſtodes Regis negligentia accuſaret nominatimque ducem militiæ Abner dicens. Nonne reſpondebis Abner? & reſpondente Abner, ac dicente Quis es tu, qui clamas, & inquietas regem? ait David ad Abner: Numquid non vir tu es? & qui alius ſimilis tui in Iſraël? Quare ergo non cuſtodiſti Dominum tuum regem? ingreſſus eſt vnus de turba, vt interficeret regem Dominum tuum. Non eſt bonum hoc quod feciſti. Nunc ergo vide, vbi ſit haſta regis, & vbi ſit Scyphus aquæ qui erat ad caput eius: cognouit autem Saul vocem David, & dixit. Numquid vox hæc tua, fili mi David, vox mea Domine mi Rex. Quam ob cauſam Dominus meus perſequitur ſeruum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? & ait Saul. Peccaui, reuertere, fili mi David: nequaquam enim vltra tibi male faciam, eo quod pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie. Apparet enim quod ſtulte egerim, & ignorauerim multa nimis. David occaſionem nocendi ſui perſecutori toties ablatam nunquam arripuit, Saul vero toties, è contra oblatam, pacis amicitiæ & reſipiſcentiæ occaſionem viſus eſt quidem apprehendere; verum quoties oblatam permiſit elabi, toties deplorauit abſentem.

Inopinatæ occaſionis exemplum.

Auguſt. in confeſſ. lib. 6. cap. 6.

Quis merito, vel non datam vel elapſam conqueratur occaſionem, cum fere ſemper ipſa in vigilantis incurrat oculos: Auguſtinus de ſe lepidum refert exemplum, oblatæ inopinato occaſionis, cuius ope & efficacia ardentiſſimas ambitionis curarumque ſecularium febres in ſe, aliiſque curaret, inhiabam honoribus, lucris, coniugio, & tu Domine irridebas. Patiebar in eis cupiditatibus amariſſimas difficultates. Sed quid an ipſe ſuo malo, medelam, occaſionemve remedii conquirebat? non id lego. Sed Deo acceptum refert, qui mirabili eum iuuit occaſione. Quam ergo, inquit, miſer eram: & quomodo egiſti, vt ſentirem miſeriam meam? Pergit narrare. Die illo quo cum pararem recitare Imperatori laudes; quibus plura mentirer, & mentienti faueretur ab ſcientibus

ſcientibus, eaſque curas anhelares cor meum, & cognitionum tabiſcarum febribus æſtuaret ; tranſiens per quendam vicum Mediolanenſem (en tibi, à Deo datam occaſionem) animaduerti pauperem mendicum (iam credo ſaturum) iocantem atque lætantem : & ingemui vt locutus ſum cum amicis meis, qui mecum erant, multos dolores inſaniarum noſtrarum, &c. ſecuritas, lætitia, liber animus mendici, ipſi occaſionem præbuerunt, ſuam culpandi curandique cupiditatem, animique æſtuantis inquietudinem ſi non arripuiſſet, data quidem æque fuiſſet, ſed neglecta & inefficax, eius culpa.

Læta mendicitas.

Non præterijt quoque ablatam inopinato occaſionem Alipius ſingularis eius amicus, ſed inſanijs Circenſium Ludorum ſpectandorum multum deditus. Quodam namque die, cum ſederem (inquit Auguſtinus) loco ſolito, & coram me adeſſent diſcipuli, venit, ſalutauit, ſedit, atque in ea quæ agebantur animum intendit. Et forte (en tibi ſimiliter, & iſti occaſionem præter dantis, accipientiſque opinionem ſponte ſe ingerentem, ſed non negligenter exceptam prehenſamque) lectio in manibus erat ; quam dum exponerem, vt opportune mihi videretur adhibenda ſimilitudo Circenſium, quo illud quod inſinuabam, & iucundius, & planius fieret, cum irriſione mordaci eorum, quos illa captiuaſſet inſaniam : tu ſcis Deus noſter, quod tunc de Alipio ab illa peſte ſanando non cogitauerim. At ille in ſe rapuit (per occaſionem) meque illud non niſi propter ſe dixiſſe credidit : Ita Auguſtinus, vt autem videamus eandem rem ab aliquibus, aliquando in occaſionem boni accipi, ab alijs vero interdum rapi in malum : audiamus quod ibidem additur. Et quod alius inquit acciperet ad ſuccenſendum mihi, accepit honeſtus adoleſcens ad ſuccenſendum ſibi, & ad me ardentius diligendum.

Aliud Exemplum Auguſt. in confeſſ. lib. 6. cap. 7.

Auguſtinus ibidem.

Sicut dictum eſt ab Hippocrate, occaſio præceps, quia quæ difficillima videbantur, tempore opportuno tentata, facillima euadunt : ſic idem in re Politica eſt dicendum, vt enim inquit Guiccardinus. *Ea ipſa quæ tempore importuno ſuſcepta, difficillima aut impoſſibilia fuerunt, ſi tempore iuſto, & quando occaſiones*, vocant, aggrediaris, facillima ſunt. Quare denuo tentare *ea oportet*. Et idem quoque in re ſpirituali eſt obſeruandum, quando enim minima occaſio ſe offert vitioſos admonendi, ac corrigendi, ſtatim eſt arripienda. Vt inquit Philo. *Conandum eſt, vt etiam certo perdendos à ſuis vitijs ſeruemus, quantum poſſumus imitando bonos medicos, qui quamuis videant haud poſſe ægrum à ſe ſeruari, tamen libenter omnem curationem admouent, ne per ipſorum negligentiā videatur res ſucceſſiſſe ex ſententia : Quod ſi vel minima ſanitatis ſcintilla ſe oſtenderit, ea diligentiſſime ſicut in foco accendenda eſt.*

Guic. in Polit.

Philo. Iudæus lib. de ſacrif. Noe. & Cain.

Sicut dicitur occaſio præceps, quia non eadem ſemper ſe offert medendi occaſio : ſic in re ſpirituali *non ſemper eadem, & æque opportuna ſe offeret occaſio bene operandi; quam multis rebus præclaris fruſtati propter neglectum huius vel illius opportunitatem.*

Laurent. Beyerlinck in pro. mor. par. 3 in feſto S. Nicolai.

Et vt inquit Ioannes Fredericus Lumnius. *Importunitas enim opportunitati vtique contraria eſt, neque omnino vllum medicamentum ſanat, niſi quod opportune adhibueris.*

Ioan. Fredericus Lumnius in theſauro Chriſtiani hominis lib. 2. de Chriſt. Eccleſ. cap. 41.

Sicut occaſio *eſt tempus idoneum & opportunum aliquid peragendi, cum nihil ex parte agentis deficit, neque potiſſimum ex parte paſſi. ſic enim conueniens ſequitur*

Oddus de Oddis in ex; li. 1. Aphor. ſ.

actioque ſi quid deficiat, non ita conueniens actio efficietur : Sic occaſio in re ſpirituali idem præſtat : nam tunc optima eſt ea occaſio cenſenda, quando neque ex parte medici ſpiritualis, neque ex parte peccatoris, quidquã deeſt, ſed ſe promptum & obedientem exhibet. Sic enim ſpiritualia remedia ſuum finem opportunè conſequentur.

Thomas C. n- tipratanus boni vniuerſalis lib. 1.

Sicut occaſio dicitur præceps, vt quãdo ſe bona offert medicus eam arripiat, & quando mala, eam prætermittat, ſic & in re ſpirituali accidit. *Sic intelligendum eſt quod non totum in bonis hominum artibus perficiendis occaſionem ſancta anima ſumit, uerum etiam in malis dum in his videt, quod iuſte diſplicet, & in illis imitatur, quod bonum videt.*

Ludouicus Mercatus tom. 1. de morb. lib 3. part. 3. de ciuit. facult. claſſ. 2. q. 108.

Sicut cum medicis *ſtatuendum eſt veram occaſionem nil aliud eſſe, quam concentum, harmoniam ſeu qualitatem & modum quendam accidentarium, qui corpori ſuccreſcit ex viribus, ex morbi poteſtate, & ex certa quadam humoris peccantis quantitate, & qualitate qui ſane momento temporis durat, & certiſſime mutatur. Quo quidem modo ſeu qualitate ex his omnibus prodeunte, circumſcribitur eo breuiſſimo tempore, antequam hæc mutentur aliquid eſſe agendum, vel non agendum; & rurſus monſtratur ſi quid agendum ſit, quantum & quale debeat eſſe; nam paulo poſt ſi præſentem modum non conſideraueris, præteribit agendorum occaſio. Qua ratione ilico optime dictum fuit occaſionem eſſe præcipitem, & momentaneam, quia cum neque quantitatem, neque qualitatem, neque morborum aut virtutem viſum ſit in eodem ſtatu permanere, ſed propter mobilitatem alterationis augmenti, aut decrementi, vel motus humoris ociſſime mutentur : hinc factum eſt, quod illud quod nunc occaſio illa ſeu qualitas aut modus ille, expoſtulat, paulo poſt vel prorſus renuat, vel non admittat. Ex qua quidem conſideratione prodeunt difficiles, & vtiliſſimæ illæ auctorum ſententiæ, de dignitate, vtilitate, ac neceſſitate cognoſcendi occaſionem : & quanti ſit momenti : ſi quidem veram curationem, & prouidentiam ſola circumſcribat; cum in ſe includat qualitatem, & quantitatem, ac virtutis & morbi modum. Quibus profecto manent ſolutæ, & difficiles illæ controuerſiæ, ſit ne occaſio idem, quod quantitas, & qualitas, vt latius loco citato explicuimus, cum in Galeni & Hippoc. doctrina nunc ſeparari; nunc pro vno eodemque reputari videantur, itaque reuera ſtatuendum eſt occaſionem, neque qualitatem, neque quantitatem eſſe, ſed breue illud tempus, ſeu ſpatium, in quo modus ille ex omnibus inſtitutus, in eo ſtatu perſeuerat, in quo imminui quantitatem. ſi adaucta eſt, aut augeri ſi diminuta expoſtulat; vel qualitatem intendi; aut remitti, morbo contraria adhiberi, vel circa virtutem aliquid adminiſtrare : quo ſane tempore tranſacto & negligenter conſiderato ac non accepta prædicta occaſione, propter inſtabilitatem quantitatis, morbi, & naturæ(ſi quidem vt agentia naturalia poſitis præuijs diſpoſitionibus non poſſunt non agere)facile occaſio agendorum delitescit, & fugit, ac in alium ſtatum & modum corpus mutatur, quo primo indicata præſidia adhiberi non poſſunt, ſed alia excogitanda fere commonſtrat.*

Sic determinandum eſt veram occaſionem ſpiritualem, nihil aliud eſſe, quam concentum, ſeu modum quendam ſpiritualem, qui animæ ſuccedit ex viribus, & vitij efficacia, & excerta quadam affectus errantis quantitate, & qualitate, qui breuiſſimo temporis momento manet, & citiſſime immutatur : quo quidem modo ex his omnibus exeunte circumſcribitur eo breuiſſi-

breuiſſimo tempore,antequam hæc immutentur aliquid efficiendum, vel non, & deniq, demonſtratur,ſi quid efficiendum ſit,quantum & quale, &c. Nam paulo poſt, niſi præſens & opportunus modus conſideretur, agendorũ occaſiones prætetlabuntur. Qua de cauſa prolatum fuit, occaſionem eſſe lubricam,ac præcipitem: quia cum neque quantitatem, neque qualitatem,neque vitium, ad vim viſum ſit in eodem ſtatu remanere, ſed propter augmenti, aut decrementi, vel motus affectionis mobilitatem citiſſime varientur;hinc effectum eſt quod illud,quod nunc occaſio illa ſeu modus ille exigat,paulo poſt vel protſus renuat,vel non admittat.Ex qua quidem animaduetſione proficiſcuntur arduæ & proficuæ illæ præclarotum ſcriptotum,& inſignium politicorum ſententiæ,de excellentia, ac neceſſitate occaſiones aucupandi,de quo quidem in interpretatione politica primi Aphoriſmi ſatis ſuperque diximus.Itaque teuera conſtituendum eſt occaſionem eſſe illud breuiſſimum ſpatium, in quo modus ille ex omnibus conflatus in eo ſtatu perſtat, in quo imminui quantitatem, ſi aucta eſt, aut adaugeri imminuta ex poſtulat,vel qualitatem intendi,aut remitti,vitio contraria adaptari,vel circa animi vires aliquid miniſtrare,quo tempote præterito,& negligenter animaduerſo, ac non ſuſcepta prædicta occaſione,propter inſtabilitatem quantitatis, vitij, & mentis humanæ facile occaſiones rerum agendarum, & auxiliorum adhibendorum prætetuolant: & ad alium ſtatum animus mutationem facit, quo primo monſtrata auxilia admoueri non poſſuntꝗ, ſed alia inuenienda fere demonſtrat.

Sicut medici volucrem occaſionem obſeruãt,vt cito ac commode ægros ad ſanitatem reducant: ſic Medici ſpirituales eandem aucupari tenentur, & in corrigendis moribus,& vitijs repellendis,præſentibus temporum opportunitatibus prudentiſſime vti: cum nihil eis offerri poſſit, quod fructuoſius ac celerius animos ægros ſanitati reſtituat.

Sicut rei Medicæ, ſic rei moralis actiones in captanda occaſione conſiſtunt,alioquin qui procraſtinauerit,nihil efficiet,cum omnia quæ gerantur, temporis opportunitatem requirant.

Et vt inquit Vannotius. *L'Occaſione è vn'accidente di tanta importanza, che chi ſa ſeruirſene guadagna ſempre;& chi la perde,ſe ne pente poi in vano.Si come non è bene farſi incontro all'ocaſioni immature,coſi non conuenien laſciarle maturar tanto,che marciſcano;percioche,bene,ſpeſſo,eſcono altrui di mano; eſſendo l'Occaſion calua,& ſe non ci volta la fronte,non puo pigliarſi per lo ciuffetto & come baleno appariſce,ſpariſce,& fugge in vn ſubito, & quella, che per noi era buona. per la maturita del tempo,puo diuenir cattiua. E adonque vero,che ogni coſa vuole la ſua ſtagione,à guiſa de' frutti non acerbi,ne duri,ma ne anco troppo maturi.Concludiamo l'Occaſione nõ eſſer altro,che vna parte del tempo,nella quale conſiſte l'opportunità, del fare o non fare, vna coſa; impero importa molto,il conoſcer detto tempo, & nol perdere; perche nel perdere,o laſciar paſſar quel punto,o iſtãte,reca biaſimo,o danno,percio ſi dice eſſer bruttiſſima coſa dire, Io non penſaua. Loda, per tanto,Seneca grandemente colui, che ſa,* captare properantẽ occaſionem,*tanto queſto ſaperſi ſeruir delle buone* Il Vannot. q. 23.

congiunture che non biſogna anco aſtenerſi dal pigliar partiti pericoloſi, quando il tempo lo richiede, per non laſciarci vſcir di mano vna bella occaſione.

Sicut prolatum eſt ab Hippocrate, occaſio præceps, vt Medici ac aſſiſtentes anſam ægris tollerent ſanitati incommodandi: ſolent enim ægroti niſi ſtricte cuſtodiantur occaſiones comedendi, ac bibendi præcipitantes arripere, ex quibus aut morbi augentur, aut conduplicantur, aut ipſi ægroti intereunt, ſic Medici ſpirituales debent procurare, vt peccatores præcipites occaſiones peccandi relinquant, quia aut vitia adaugentur, aut multiplicantur, aut animæ æterno letho dantur. Ideoque omni diligentia eſſe faciendum graues autores affirmant.

Ioannes Pe- Ioannes Pelecyus. *Occaſiones illorum, otio libris inhoneſtis, locis pericu-*
lecyus huma- *loſis, ſocijs aperte vel occulte malis, & pernicioſis, vanis ac turpibus ſpectaculis, conui-*
norum affe- *uijs, hilaritatibus, ſaltationibus, &c. continentur; paſſiones enim adhamant, & per eas*
ctuũ morbo- *hominem perdunt, vt ad experientiam omnium notiſſimum eſt; Id oſtendit Sapiens*
rumque cura *his verbis: Ne intuearis vinum, quã lo flaueſcit, cum ſplenduerit ſicut aurum in vitro*
cap. 9. *color eius; ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit, vt coluber, & ſicut regulus,*
Prou. 23. 31. *venena diffundet. Et hoc regij vatis: Cum electo, electus eris, & cum peruerſo peruer-*
Pſal. 17. 27. *teris. Et: qui tangit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit ſuperbo. Et:*
Eccleſ. 13. 1. *ne commiſceamini fornicarijs, & cum huiuſmodi nec cibum ſumite. Exite de medio*
1. Cor. 5. 31. *eorum, ſeparamini, immundum ne tetigeritis; nolite iugum ducere cum infidelibus,*
&c. Quæ ſcripturæ maxime loquuntur de ſeparatione, quæ fit animo & conſenſu.
Non enim homines ſemper qui, vt D. Aug. inquit meliorum exemplo & verbo corrigi poſſunt, ſi hominum fugienda eſt iniquitas. Quo enim poterimus fugere, vbi non
Sent. 14. *ſint mali? Hinc Apoſtolus loquens viuentibus inter malos: Nolite, inquit, effici par-*
Eph. 5 *ticipes eorum. Noluit olim Deus vterentur Hebræi fermento, tempore paſchali; & vt*
Exod. 12. 15. *occaſionem, anſamque tolleret, præcepit, ne vel minimum fermenti domi eo tempore*
1. Cor. 5. 8. *retinerent: quod Apoſtolus exponit de fermento malitiæ. Sufficere debuerat Deo, prohibuiſſe Hebræis, ſub pœna mortis, ne ad montem accederent, nihilominus vt omnem*
Exod. 19. *eis præcluderet occaſionem acceſſus, concluſit eos vallo, ageribus, muris fortiſſimis.*
Deus pollicitus fuit populo Iſraël terram ſanctam, ſimul tamen prohibuit illi, ne cum gentibus vicinis, vel fœdus, vel matrimonium inirent; ne ſcilicet ea occaſione ſeduce-
Deut. 7. 3. *rentur ab illis. Iuſſit etiam ſculptilia ex auro quoque facta incendi, ne eorum aſpectus*
& 5. *populo incitamento eſſent ad peccandum. Ioſias rex, volens Hieroſolymam Idololatriæ*
4 Reg. 23. 19 *ſceleribus expiare, occaſiones omnes è medio ſuſtulit, vaſa nimirum, quæ facta fuerant Baal, & alia de genere eodem, comburens: Exiſtimauit videlicet rex ſapiens, fruſtra ſe laborem omnem & operam poſiturum, ſceleribus è medio tollendis, niſi ſimul eorum*
1 Reg. 7. 3. *occaſionem amoueret. Samuel item, cum populum ad pœnitentiam agendam hortaretur, non voluit eum tantum humi iacere, lacrymaſque fundere, verum idola quoque quæ colebant, tollere; Si in toto, inquit, corde reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio veſtri Baalim & Aſtaroth; & abſtulerunt filij Iſraël Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli. Occaſiones peccandi, idola veluti quædam etiam ſunt, quibus flagitioſi honores diuinos ſua ratione exhibent, fugienda ergo ſunt; in ijs*
De ſingul. *enim, vt D. Hieronymus ait, non cadere, cum homo ad caſum pronus ſit, miraculum*
Cler. *eſt. Aduerſa eſt Confidentia, inquit Cyprianus, quæ periculis vitam ſuam pro certo commendat, &*

mendat, & lubrica ſpes eſt, quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe poſſe ſperat. Incerta eſt victoria inter hoſtilia arma pugnare; & impoſſibilis liberatio eſt, flammis circumdari, nec ardere. Verendum eſt dormienti in ripa ne cadat. In hac parte expedit plus bene timere, quam male fidere, & vtilius eſt, vt infirmum ſe homo cognoſcat, quam fortis videri velit, & infirmus emergat. De qua re præſumptores obiurgat Apoſtolus, dicens. Si quis putat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ſe ſeducit. Pro certo ſeductor & implanator proprius animam ſuam decipit, qui nõ cauendo contraria, noxijs rebus ſe ipſum immiſcuit: Ille autem tutius ſibi conſulit, qui circa malos ſemper infidus ſpecies quaſcumque noxias ſemper extimeſcit. Hæc Cyprianus. O homo, clamat D. Bernardus, in periculo (occaſionum) vis eſſe ſecurus? time ſecuritatem; vis à Dæmone liberari? time & Angelos de Cœlo cadentes. Iuxta præcipitium vadens, inquit Chryſoſtomus, quamuis non decidat, tremit tamen, & ſæpenumero, ab ipſo ſubuerſus tremore decidit. Difficile eſt picem tangere, & non inquinari ab ea. De Iudæis dicit Propheta: commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Cum mens hominis, inquit Cyprianus, ad vitia ipſe ducatur, ſibi quid faciet ſi habuerit exempla? natura corporis lubrica, quæ ſponte corruit, quid faciet, ſi fuerit impulſa? Procliuis eſt malorum imitatio, ait Hieronymus, & quorum virtutes aſſequi nequeas, facile imitaris vitia. Dociles imitandis turpibus ac prauis omnes ſumus, ait Poeta. Ne in ſicco quidem ſatis firmiter ſtamus, quid fiet in lubrico? nullus diu tutus eſt, periculo proximus, ait Chryſoſtomus. Iuxta Serpentes non eris illæſus: Poteſt fieri vt te non lædat, poteſt tamen fieri vt aliquando remordeat. Coram igne, ferreus etiam ſis, diſſolueris. Occaſio facit furem & furcam. Sumuntur à conuerſationibus mores, inquit Seneca, & vt quædam in contactis corporibus vitia tranſiliunt, ſic animus mala ſua proximis tradit. Grex totus in agris, ait Poeta, vnius ſcabie cadit, & prurigine porci, Vuaque conſpecta liuorem ducit ab vna. Et natura rerum ſic habet, ait Chryſoſtomus, vt quoties bonus malo coniungitur, non ex bono malus melioratur, ſed ex malo bonus contaminatur. Vnde & Euripides: Si quis malorum gaudeat commercio, rogare qualis ille ſit, nil eſt opus: Nam quiſque ſimilis eſt ſodalitij ſui. Laborandum igitur eſt vt conſortium malorum fugiamus. Liberanda eſt de periculoſis locis nauis, ne inter ſcopulos, & ſaxa frangatur. Eruenda de incendio ſarcina, priuſquam flammis ſuperuenientibus concremetur, ait Cyprianus. Dicendum cum Dauide: quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo? Dictum eſt Arſenio in Aula Imperatoris verſanti: Fuge tumultus, & ſaluaberis. Glorioſa eſt fuga, fugere à facie peccati, ait Amb. & à peccatoribus, eoſque, vt Pſaltes ait, interficere, non reipſa, ſed efficaci firmoque animi propoſito. Et quando conatus noſter Dei imprimis ope nititur, precibus aſſiduis eam petamus, vt id facere dignetur, quod facere ſolet, iuxta veriſſimam hanc D. Auguſtini ſententiam, quæ ſic habet: Hic multa commiſit, & multorum debitor factus eſt; ille gubernante Deo pauca commiſit; cui deputat ille quod dimiſit, huic & iſte deputat, quod non commiſit. Adulter non fuiſti in illa tua vita præterita plena ignorantiæ, hoc tibi dicit Deus tuus, regebam te mihi, ſeruabam te mihi, vt adulterium non committeres; Suaſor defuit, & vt ſuaſor deeſſet, ego feci; adfuit ſuaſor non defuit locus, non defuit tempus, vt non conſentires, ego terrui. Agnoſce ergo gratiam eius, cui debes, & quod non admiſiſti; Mihi debet iſte, quod factum eſt, & dimiſſum vidiſti; mihi debes & tu, quod non admiſiſti. Nullum enim eſt peccatum, quod fecit homo, quod non poſſit facere alter homo, ſi deſit rector, à quo factus eſt

Gal. 6. 3.

Pſal. 105. De ſpect. Li. 2. con. Iouin. Iuuen. Sat. 14. Ad Pammac. Hieron. Lib. 3 de ira. 1. Epiſt. 11. in Pharisſa. Pſalm. 54. In vita de fuga ſec.

Hom 23. l. 50 hom.

Pſal. 100. 8.

Etiam eſt homo. Hæc ille. Prauarum cupiditatum remedia generatim vidimus, videamus & in ſpecie, &c.

Ioan. à S. Gem. in ſum. de exemp. lib. 5. ca. 75.

Ioan. à S. Geminiano. *Occaſiones peccatorum, & tentationum debet homo abſcindere, ſicut faciunt Elephantes de dentibus ſuis. Nam Elephas duos dentes habens eburneos, quando a venatorib. premitur ſimul ambos percutit & confringit, vt dum ebur perditur, non eum amplius perſequuntur: Hanc enim periculi ſibi ſentiunt eſſe cauſam. Similiter nos docuit Dominus etiam quæ chariora nobis ſunt abſcindere, ne ſ. per illa periclitemur in anima. Matt. Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Poëta: Ferre minora volo, ne grauiora feram.*

Cornelius Muſſus in conc euang.

Cornelius Muſſus, *ex ædibus tuis profanatis, conſortium & conſuetudinem concubinæ aut concubinarij relinque, palea igni proxima periclitatur, carbones igniti ſcintillant, rubigo ferri, quamdiu ferro adhæret, creſcit, & nutritur, aſpides ſpirant venenum: difficulter ſanitatem conſeruat qui bibit venenum, qui in ripa fluminis dormit, facile madeſcit, lupus & agnus difficulter in vna ſeruantur cauea; nemo poteſt manum in ignem mittere, & non vri; in ligno naſcitur teredo, in veſtibus tinea, & de mala muliere exit iniquitas, verba ſunt Salomonis de veſtimentis tinea, & à muliere iniquitas. Abſtrahite igitur vos ipſos ab amoribus profanis, & præcipue à meretricibus.*

Ludou. Granat. in Sylua locorum.
Prou. 4.
Prou. 5.
Eccli. 42.

Ludouicus Granat. *Non modo peccata, ſed peccatorum etiam occaſiones, Salomon iubet nos ſtudioſiſſime vitare cum ait, ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum via: fuge ab ea, nec tranſeas per illam: declina & deſere eam, vide quantum inſtet, & vrgeat, vt nos ab omni malorum occaſione auocet. Paulo vero inferius de meretrice loquens, ait: longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Omnem quippe occaſionem peccandi his verbis amouere voluit. Cæterum de vitando mulierum contubernio, ſic Eccleſiaſticus: in medio mulierum noli commorari, de veſtimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Melior eſt iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Hoc autem ad cohabitationem, contubernium fœminarum, de quo ſermo erat, referendum eſſe videtur.*

Num. 33.
Geneſ. 34.

Idem: *Quam ſint omnes peccatorum occaſiones radicitus vitandæ, aperte Dominus docet; qui num. 33. Sic ad filios Iſraël loquitur. Quando tranſieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, diſperdite cunctos habitatores terræ illius, confringite titulos, & ſtatuas comminuite, atque omnia excelſa vaſtate, mundantes terram, & habitantes in ea: ego enim dedi vobis illam in poſſeſſionem: ſi autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanſerint, erunt vobis quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduerſabuntur vobis terra habitationis veſtræ, & quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam. Idem etiam colligitur exemplo Dinæ: quæ tum paternæ domus clauſtra egreſſa, videre cupiens virgines regionis alienæ à principis eius gentis filio vi oppreſſa, magnarum poſtea ruinarum cauſa fuit. Nemo autem de ſua ſibi ſecuritate, & conſcientia blandiatur: quamuis enim nullum a te tibi periculum immineat, ab alijs imminet, ſi tu ſine periculo vides non tamen ſine periculo videris.*

Vannotius: *Chi pate di prurito, non ſi auuicini al fuoco: gli huomini tutti, patiſcono della concupiſcenza del peccato, che è il maggior pizzicore, che poſſa indurre la più contaminata infiammatione di ſangue: & però non biſogna appreſſarſi al fuoco, o*

fuoco,o al caldo,delle occaſioni, perche ſi eccita col prurito, la voglia del peccare: & ſi fanno quelle piaghe di lebra, che puzzano, & offendono tanto, la Maeſta d'Iddio.

Quemadmodum *occaſio praceps exiſtit: quoniam ſubiectum, circa quod vſus verſatur, non eſt adeo depoſitum, vt ſemper eodem ſe habeat modo, cum in continua alteratione, mutatione, & fluxu exiſtat: vnde maxima ſolertia ſummaque ſapientia occaſio reperienda, expectandaque eſt: vt tempeſtiue circa ipſum operari poſſimus. Non .n. ſimus vt fabri, aut coriarij, qui nulla ſumpta occaſione propter ſui ſubiecti immutabilitatem quocumque tempore operari incohant.* Sic ob eandem cauſam quo ad animi vitia, occaſio eſt præceps, quia animus hominis non ſemper in eodem ſtatu permanet, cum in continuo affectionum motu elabatur: vnde maxima diligentia ſummaque prudentia occaſio bene agendi eſt expectanda, vel reperienda, vt animi morbis medicina fructuoſè adhibeatur.

Montanus in explicatione 1. Aphor.

Quemadmodum *experimentum fallax eſt: non enim ſemper quæ experimur ad finem intentum deducuntur:* Sic apud Theologos experimentum eſt fallax, quia medici ſpirituales multoties ſalutem animarum diuerſis remedijs vanè experiuntur; ſemperque efficere non poſſunt, vt homines & præcipuè hæretici ad priſtinam animarum ſanitatem reducantur: & vt inquit quidam. *Præſidia humana ſunt fallacia, aut enim mutatur voluntas humana, aut vita:* & alibi. *Omnia humana præſidia & auxilia incerta ſunt, & fragilia: & celeriter tanquam floſculi decidunt. At Dei auxilium, & certum & ſalutare eſt, in vocatione & negotijs neceſſarijs, ſiue cauſæ ſecundæ nos adiuuent, ſiue deſtituere nos videantur.*

Montanus ibidem.

Quidam.

Sicut experimentum eſt periculoſum, ob corporis humani ſubſtantiam, & nobilitatem: nam valde ſtultum eſt, in tam nobili ſubiecto facere periculum, quoniam mors ſæpe ob malum experimentum inducitur: Sic experientia ſpiritualis eſt periculoſa ob animæ nobilitatem, atque excellentiam: & valde ſtultum eſt velle ſine vllo indicio, ſine occaſione, opportunoque tempore, ac ſine vlla prorſus animaduerſione, in tam nobili ſubiecto infinitis affectibus obnoxio, facere experimentum, cum multos peccatores importuna remedia non ſanauerint: ſed perdiderint.

Vt experientia docet ea, quæ proſunt, quæ nocent; ratio vero expendit omnia atque confirmat: adeoque muneris officijs omnia ſemper agere vtraque docet: Sic in re ſpirituali rationem, cum experientia coniungere neceſſe eſt.

Martinus Rolandus, in præfat. curationum empiricarum.

Sicut experiẽtia Medica, ſic & ſpiritualis non ſolũ diſcendo: verum etiã patiendo fit. *Hierotheus addiſcit non modo diſcendo, verum patiendo diuina atque ex paſſionis ſocietate ad indocibilem eorum miſticamque bonitatem atque fidem conſummatus.*

Dionyſ. de de diuinis nominib. cap. 2.

Sicut medici quando aliquid experiuntur, experimentũ prius in corpore temperato, quam in intemperato faciunt, quia illud facilius remedijs cedit, ac obedit: ſic Medici ſpirituales prius facile obtemperantes, quam contumaces, & prius faciliora, quam difficiliora debent tentare: hoc enim modo experimentum, non inutile euadet.

Sicut

Sicut experientia eſt periculoſa, quia medici in experiendo ſunt timidi, propter interitum hominis,ſi experimentum ſuo fine fruſtraretur: ſic in re morali experientia eſt periculoſa ob duritiem ac obſtinationem plurimorum,qui remedijs magis exacerbantur: quare oportet ſpiritualem Medicum in eiuſmodi hominibus corrigendis conſideratiſſimum eſſe, ne penitus obdureſcant.

Cæterum experientia eſt periculoſa,aut quia multi Medici eam non habent,aut quia iudicium cum ea nõ cõiungunt,aut quia tyrones cum ægrotum incommodo incipiunt experiri,aut quia corpus humanum non eſt ob ſui præſtantiam crebrarum experientiarum capax,aut quia multi etiamſi plurima experiantur,nunquam tamen ob ingenij hebetudinem, & iudicij defectum,rerum experientiam conſequuntur.

Sic idem dicendum eſt de medicis ſpiritualibus, aut Philoſophis moralibus quorum multi in corrigendis vitijs,ac animi affectibus ſedandis ſunt iiſdem difficultatibus obnoxij,præſertim ij, qui ſolum contemplationi ac nudæ doctrinæ incumbunt: cum ſine experientia quaſi impoſſibile ſit, proximo opitulari,& animi morbis,qui peſſimi omnium ſunt,eos poſſe mederi.Quibus de cauſis experientia multarum rerum ornatum eſſe oportet, vt præſtantiſſimi viri affirmant.

Matthæus Tympius ſ. aureo ſpeculo principũ ſigno. 63. Experientia rerum inſtructum eſſe.

Nam Demades,*optime in Rep. verſatus,cum aliquando interrogaretur, quem in ſapientia quærenda præceptorem habuiſſet? Tribunal, reſpondit, Athenienſium: exiſtimabat enim foro,& in rebus agendis experientiam quauis inſtitutione Philoſophica potiorem eſſe. Certe,qui ſua decoxerunt, re quidem opitulari non poſſunt; attamen conſilio iuuant alios, ne profuſiores ſint quam oportet: & qui diu cum tenaci morbo colluctati ſunt,optime commonſtrant alijs,quomodo vel vitari malum vel ſanari queat: & qui fregerunt nauim,ſoluentibus oſtendunt vitanda pericula.*

2 *Taſſius Harmonæus interrogatus, quidnam in ciuili vita præ cæteris eſſet ſapientius? reſpondit,experientia: acies enim ingenij eruditione quidem acuitur & expolitur;at vis agendi multis experimentis rerumque tractatione. Stob. ex Plut. Hinc Philopœmenes dicebat: Doctrinam debere ad facta tendere, non otij aut inutilis loquacitatis cauſſa vſurpari.Plut.*

3 *Cum Paulus Æmilius per loca prærupta irrupiſſet in Macedoniam,& vidiſſet inſtructam hoſtium aciem, exhortante Naſica,vt protinus inuaderet hoſtem: Facerem,inquit,ſi tuæ eſſem ætatis,verum multarum experientia rerum prohibet,ne ex itinere ſtatim cum inſtructa acie congrediar,Idem.*

4 *Antonius interrogatus, quem e ſuæ ætatis Ducibus præſtantiſſimum iudicaret, Pyrrhum reſpondit,ſi ſeneſceret. Optimum fore pronuntiauit,ſi rerum experientiam ætas adiungeret. Neque enim magni momenti eſt eruditio ſine vſus experientiæque adminiculo.*

5 *Dux Albanus ſcientiam aiebat nuda tantum lectione paratam ſimilem eſſe lacu compluuio, quæ vero rerum vſu adipiſcitur aquis puris & limpidis. Quorum enim mentes varijs rerum euentibus illuſtratæ ſunt,perſpicaciores ſunt ijs,quorum vita quietis & vmbratilibus ſtudijs traducta fuit. Hinc qui cæteris eruditione & ſapietia præſtant, aperte fatentur,ſuæ prudentiæ & ſolertiæ fiduciam non tam a multis, quod aiunt,ma-*

diuini, magiſtris, quam à viuis, id eſt, rerum experientia accepiſſe.

Sicut experientia Medica, ſic & ſpiritualis eſt periculoſa, quia finis ferè omnium actionum eſt incertus. Nam *di ciaſcuna riſolutione, che l'huomo ſappia pigliare, per buona, o malnagia, che ſia hà voluto Dio, che l'eſito, & euento di eſſa ci ſia incerto, à fin che la noſtra temerità non preſuma d'attribuire alla propria prudenza, quādo che la Diuina Maeſtà ſua vuole, che la noſtra humiltà, & baſſezza, riconoſca dalla ſua onnipotenza.*

Bonifatio Vannozzi nella ſuppellettile degl. auertiment. Polit. & c. 78.

Idcirco cum vterque Medicus tam ſpiritualis, quam corporalis finem rerum certò non ſciat, experientia eſt in omnibus practicis operationibus periculoſa, cum multa inopinatò accidant, quæ eius finem poſſint facillimè impedire.

Sicut experimentum apud ſcientiæ Medicæ profeſſores eſt fallax, quando ſine vlla ratione, ſine vllo ſtudio, & rerum circumſtantijs remedia ægris corporibus: Sic apud medicos ſpirituales experientia eſt fallax, quando ſpiritualia remedia ſine vlla temporis conſideratione, aut diſtinctione, ſine vlla ratione, conſilio, ac occaſione, ſed præcipitanter ac confuſe infirmis animis adhibentur Neceſſe eſt enim medicum ſpiritualem, in adiuuandis ægris, multa, v. g. peccata proximi, cuius generis, aut ſpeciei ſint, ipſum peccatorem, cuius naturæ aut conditionis, an correcturus, an deterior correptione ſit euaſurus; an ſua ſponte vel per correptionem, ſit emendaturus, opportunitatem temporis & eiuſmodi alia conſiderare: qui aliter fecerit, animorum ægrorum curam inutiliter experietur.

Cæterum experientia eſt periculoſa, tum quia neceſſe eſt in omnibus actionibus non ſuadente voluntate., ſed neceſſitate ac temporis opportunitate exigētibus, de multis ac præclaris rebus experimentū facere, ſi ex poſteris ſunt relinquēdæ: vt enim inquit Columela. *Par eſt eos qui generi humano res vtiliſſimas cōquirere, & perpēſas, exploratasque memoriæ tradere cōcupierint, cuncta tentare*: tū quia res arduas ſine vlla ratione oportet experiri: tū etiam quia plerūque experientia nullam rationē admittit, imo, vt inquit Halicarn. *experientia omni ratione eſt præſtantior.*

Colum lib. 1.

Dionyſ. Harlica. lib. 3.

Quemadmodum iudicium eſt difficile, ob naturam morborum, qui latent, & à medico non percipiuntur: ſic iudicium theologicum eſt difficile, ob delicta quæ ſunt occulta, & quæ non intelliguntur: iuxta illud, Pſal. 18. *Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſeruo tuo.*

Quemadmodum medicum iudicium eſt difficile, quia medicus non poteſt certo actuto de ægri ſalute, & morte ob multa, quæ ſolent accidere, affirmare: ſic Theologicū quoque eſt perdifficile, quia nemo ſine vlla hęſitatione & formidine, niſi cui fuerit reuelatū, certo ſe in gratia eſſe, poteſt indubitabiliter aſſeuerare, nā vt legitur Prouerb. 14. *Sunt viæ quæ videntur viro iuſtæ: nouiſſima autem earum reſpiciunt in profundum inferni*, & 21. *omnis via viri recta ſibi videtur, appendit autem corda Dominus, &* 1. *Corint.* 4. *Sed neque me ipſum iudico; nihil enim mihi conſcius ſum; qui autem iudicat me, Dominus eſt, itaque nolite ante tempus, quo ad vſque veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita*

Y *tenebrarum,*

tenebrarum, & reuelabit conſilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo, & Iob. 9. *Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendere, prauum me comprobabit, etiam ſi ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea:* lege plurima quæ adducunt Theologi in quæſtione, nũ aliquis certò ſcire poſſit ſe gratiam eſſe conſecutum.

Vt iudicium à Medicis difficile æſtimatur, quia cauſæ malorum plerumque latent; ſic in re morali difficillimum cenſeri debet, cum animi affectus & eorum cauſæ, ac fines ſpiritualibus medicis nõ innoteſcant, quia præter Deum, nemo cor hominis agnoſcit.

Neque ab ipſis angelis cogitationes & affectiones certò, & vt ſunt in ſeipſis naturaliter cognoſci poſſunt, id eſt cogitationes & affectiones quæ intellectu & voluntate peraguntur: nam apprehenſiones, & affectiones potẽtiarum ſenſitiuarum internarum, ab angelis percipiuntur, cum eæ per corpus exerceantur: idque intelligendum, quatenus ab imperio rationis liberè non reguntur, & qui contrarium cenſuerunt, communiter refelluntur, vt Ægidius Romanus, qui cogitationes & affectiones in communi, non tamen in particulari naturaliter ab angelo cognoſci eſt opinatus; vt Thomas Argentinenſis, qui cogitationes quoad apprehenſionem ſimplicem, licet non quoad aſſenſum, vel diſſenſum, Angelum naturaliter cognoſcere exiſtimauit, vt Ochamus & Gabriel, qui Angelos naturalem facultatem cognoſcendi cogitationes habere, niſi à Deo impedirentur, cum is ad eam cognitionem eliciendam cum illis non cõcurrat, cenſuerunt: vt Henricus qui Angelum humanas affectiones, quoad illarum ſubſtantiam, licet non quoad ipſarum finem naturaliter cognoſcere iudicauit: vt Henricus qui cogitationes ab Angelo naturaliter cognoſci, quoad ſubſtantiam, licet non quoad morales circumſtantias opinionem habuit: Hæ inquam opiniones à communi Theologorum Schola exploduntur. Reſtat ergo ob prædictam cauſam iudicium eſſe difficillimum.

Sicut iudicium eſt difficile, quia ſcientia & præſertim Medica magnam prudentiam requirit; quæ cum in adaptando vniuerſalia, & ſcientias ad caſus particulares conſiſtat, & poſſit quis in diſſertationibus excellere, in practicis autem actionibus ignarus eſſe: ſic idem in omnibus rebus tam moralibus, quam politicis accidit, verumque quod Vannotius dicit. *Per imparar lettere de qual ſorte ſi ſiano, baſta vn poco di tempo, & vn po di memoria: ma per eſſer ſcientiato, vi vuol gran giuditio, il qual conſiſte nell' applicar bene al caſo, & al fatto, le ſcienze, & le lettere, che in vniuerſale, ſi ſono appreſe ſu libri. Onde può ſtar molto bene, che vno ſia valent huomo, nel diſcorrere, ma nell' atto pratico ſia vn grande ignorante.*

Bonifat. Vannozzi nella ſup. de gl' auuer. Polit. &c nu. 94.

Sicut iudicium in re Medica: ſic in re morali, eſt difficile: ratio eſt, quia ſcientiæ ac præcepta bene operandi facillime acquiruntur, & in ijs ingeniũ ſolummodo exercetur, ſed bene operari, diuerſis actibus, ac experientia quæ periculoſa eſt, tantummodo comparatur, vt enim idem inquit *è coſa molto piu difficile l'operar bene, che il fare aquiſto di alcuna cognitione, perche all' aquiſto delle ſcienze, & de precetti del ben operare, s'eſercita l'intelletto ſolo, quaſi ſenza gli af-*

Idem ſcol. 2. 586.

di affetti : ma all' operare ſono cimentati gli affetti, i quali ſe non ſono cimentati nel vniuerſi, verſo le coſe che ſi hanno da metter in atto, con proportione e temperamento, diſcompongono tutto l'huomo, e tutto il negotio ; e pero biſogna con molti & diuerſi atti, & eſperienze di ſe ſteſſo hauer fatto habito in eſſi : ne fidarſi di quello, che pare, & che da il cuore, prima che ſi venga all' atto dell' operare, perche l'huomo ſi troua ingannato. Saprà vn maeſtro di ſcrima tutti i partiti auātaggioſi da ferire, & di vincere il nemico, & per giuoco toccherà ciaſcuno. Ma poſto all' incontro d'huomo, che lo aſſaliſca per vccidere, ſe il cuore per iſperimento dato de ſe in altre occaſioni, non ſi fermerà al forte, ma titubérà, il maeſtro dell'arte perderà l'arte del vincere, & la vita inſieme.

Sicut iudicium apud medicos eſt difficile, ob morborum ſimilitudinem, accidentia, & ſymptomata, quæ medicæ artis profeſſores in errores ſane inducunt: quare in cognoſcendis ac curandis morbis, oportet Medicū perſpicacē eſſe, vt inter morbū, & morbū, inter remedia, & remedia diſtinguere ac meliora, & morbo aptiora eligere ſciat : ſic idem in re morali accidit : nam *gli inganni ; & gli errori ſon facili à commeterſi da noi tra le coſe ſimili ? & quando l'vna ha ſembianza dell' altra, perche ſe à vna viſta perſpicace noi meteſſimo inanzi vn poco di ſale, di Zucchero di farina, & di calcina, tutto ben macinato, & ciaſcuna coſà ſeparatamente, che ſarebbe vn huomo, il quale mancaſſe di guſto ſe con gli occhi haueſſe à conoſcere ciaſcuna di quelle polueri ſenza errore, certo vi ſi ingannerebbe, Ma ſe foſſe vn monte di grano, vno di pietre, è coſa certa che non s'ingannerebbe in dare il ſuo nome à ciaſchuno, ancor che la viſta foſſe debole, per la ſimilitudine e differenza notabile, che è tra di eſſe. Conuien per tanto eſſer molto aueduto nell' eletione del migliore tra le coſe ſimili in apparenza, & diſſimili nell' eſſere loro, vero & reale : e come è ſimile il zuchero, & la calcina, nella baanchezza, & diſſimili nella natura, & qualita loco, ò, quanti, ò quanti reſtano abbagliati in queſto giuditio ? & è veriſſimo che molto ſpezzo, decipimur ſpecie recti.* Idem 184.

Ex his omnibus concluditur, tam in arte Medica, quam in reliquis profeſſionibus, ijs eſſe credendum, non qui ingenio acuto pollent, quod magis ad ſcientias addiſcendas, & ad ſpeculationes facit, ſed qui optimo ſunt iudicio pręditi, quod ad practicas actiones pertinet. *Habbiate creduto a chi ha bon giuditio, e non a chi ha bell' ingegno: perche queſti col volere auanzarſi ſopra gli altri, & moſtrar di ſaper troppo, danno eſſi ſteſſi, & fano dare altrui in grandiſſime ſtrauaganze, & in pericoli grauiſſimi.* Idem 197.

Quemadmodum medicus vt omnia feliciter ſuccedant, debet occaſionem eligere, omnibuſque viribus inniti, ne experimentum fiat periculoſum, & iudicium reddatur difficile, ſed certum ſit, & tutum: præterea conari debet, vt æger obediat, & munere ſuo fungatur, & miniſtri ægro aſſiſtant, exterioraque recte adhibeantur : ſic medicus ſpiritualis in curatione vitiorum, ne fine ſuo fruſtretur; debet circa ægrum omnia optime agere ; optimam aucupari occaſionem, cum tuto experimento, & cauto iudicio ; omnique conatu debet præſtare, vt peccator faciat, quod debet ; & qui curam eius habent, munus ſuum obeant, cæteraque ſint eo modo præparata, vt ex his omnibus æger ſalutem conſequi poſſit.

Oribaſius in explicatione 1. Aphor.

Quemadmodum *non ſolum medicus debet eſſe cautus apud ſeipſum. ſed & omnia rationabiliter agere, vt ægri animum oblectet, & hic illi per omnia obediat; ſed & miniſtri ægris obſeruent, vt in nullo peccent; & ea quæ foris ſunt, nihil impediant:* Sic confeſſarius debet eſſe cautus apud ſeipſum, ſed & omnia ratione agere, vt in ægri animum ſpirituales delectationes infundat; & hic illi per omnia pareat; ſed & miniſtri nempe præceptores aut parentes debent ita ægrum cuſtodire, atque notare, vt nullo modo peccata committere poſſit. & extrinſecis eam præparationem adhibere, vt animarum ſaluti nihil poſſit nocumentum afferre.

Ioannes à S. Geminiano in concione funeb. conc. 4. diſtinct. 7.

Quemadmodum medicus non poteſt ægrum ſanare, neque ſanabit niſi hic quæ ille præcipit, exequatur: ſic Deus non ſanat eos, qui præcepta illius non ſeruant, vt enim egregie Ioannes à S. Geminiano. *Nuſquam promiſſam ſanitatem exhibebit medicus infirmo, niſi ea quæ agenda ſunt, licet laborioſa promittat, & velit efficere, ſic Deus licet promittat ſalutem æternam hominibus (vult enim omnes homines ſaluos fieri) vult tamen patienter feramus, ea quæ ad purgationem peccatorum noſtrorum ferenda iubet, antequam ſalutem conferat, ſiue damna bonorum temporalium, aut aliquid ſimile.*

Ioan. Rusbrochius in libello de ſeptem cuſtodijs c. 6

Et aſſiſtentes debent eſſe cum infirmis, humani; eiſque hilariter ſeruire, vt inquit Ioannes Rusbrochius. *Quod ſi infirmorum habere curam iubearis, ſerenum ac hilarem illis vultũ exhibeas, ſeruias illis hilariter, humiliter, ac cum manſuetudine, ac citra murmurationem*, lege multa de hac re apud eundem.

Cum Hippocrates affirmet, artem curandi & methodum medendi eſſe certam ac veram, ſi quatuor obſeruentur; nempe medicus, æger, & aſtantes munere ſuo recte fungantur, & exteriora, inter quæ remedia præcipuè numerantur, ſint recte præparata. de munere, officio, & de omnibus, quæ ad hæc quatuor pertinent prius in communi diximus: nunc in particulari de medicis corporalibus & ſpiritualibus, de ægris & remedijs dicemus: cum ſint in republica eccleſiaſtica maximi momenti ac ponderis. Primo ego de officio Medici corporalis & ſpiritualis, & de omnibus ad Medicos tam corporales quam ſpirituales requiſitis, & de ijs quæ circa eos contigere poſſunt, ſermonem habebimus. Idem enim in interpretatione aphoriſmorum Politicorum fecimus.

Medicum corporalem & ſpiritualem eadem munera obire.

Seſe m.

Quemadmodum erga ægrotos ſuos medicus: ſic erga alios homines vir ſapiens affectus eſt: eorum phreneſim, maledicta, ſcurrilia dicta, petulantiam patienter fert animo.

Sicut medicus nimia potione, vel medicina occidit ægrotum: ſic qui nimis dura

mis dura correptione corripit. non emendat,ſed perire facit. Seneca vitia animi,ſicut Ioan. à S.
vitia corporis leuiter tractanda ſunt. Gemin. in
ſum. de
Sicut medicus vulnera curat: ſic pœnitens debet curare peccata: nam primo me- exemp. lib. 9.
dicus vulnus detegit, deinde medicamentum apponit,quaſi enim vulnus detegit, qui cap. 17.
peccatum confitendo prodit, ſed qui ipſum cum amaritudine plangit,quaſi medica- Idem.
mentum apponit: & ideo ſicut (dicit Greg.) qui mala,quæ perpetrabat, inſinuat, ſci-
licet falſè,quæ inſinuauit recuſat,quaſi ſubducta veſte vulnus detegit, ſed torpenti mēte
medicamentum vulnerum non apponit.Confeſſionis igitur vocem ſolus neceſſe eſt, vt Idem ca. 54.
mœror excutiat, ne vulnus proditum,ſed neglectum,quod licentius,iam per humanam Pſal. 37.
notitiam tangitur,deterius putreſcat.Pſalm.Iniquitatem meam annunciabo, & cogi-
tabo pro peccato meo.

Quemadmodum medici explorant pulſum,venam incidunt, vt ſangui-
nem corruptum extrahant,carnem ſauciant,ſpecio vulnera percuntantur,
aperiunt, ſcindunt,vt ægrum ad priſtinam ſanitatem reducant. Idem facit
Deus. *Nam flagellum & percuſſio Dei eſt ad animæ ſalutem,eo modo, quo medicus* Idem lib. 9.
vulnerat ad corporis ſanitatem. Vnde Iob: ipſe vulnerat, & medetur, percutit & cap. 2c. Iob. 5.
manus eius ſanabunt. Vnde Gregor. dicit quod duobus modis omnipotens Deus vul-
nerat,quos ad ſalutem reducere curat: aliquando enim carnem percutit, & mentis
duritiem ſuo pauore tabefacit.Vulnerando ergo ad ſalutem reuocat, cum electos ſuos
affligit exterius,vt interius viuant: vnde per Moyſem loquitur dicens. Ego occidam,
& ego viuere faciam,percutiam,& ego ſanabo: occidit enim vt viuificet, percutit, vt
ſanet,quia idcirco foras verbera admouet,vt intus delictorum vulnera curet.Aliquā-
do autem ſi flagella exterius ceſſare videantur, intus vulnera infligit, qui mentis no-
ſtræ duritiam ſuo deſiderio percutit; ſed percutiendo ſanat, quia terroris ſui iaculo
transfixos ad ſenſum nos rectitudinis reuocat: corda enim noſtra mala ſana ſunt,
cum nullo Dei amore ſauciantur; cum peregrinationis ſuæ ærumnam non ſentiunt,
cum erga infirmitatem proximi quam libet,nec minimo affectu lāgueſcunt,ſed vulne-
rantur, vt ſanentur, quia amoris ſpiculis mentes Deus inſenſibiles percutit, moxque
has ſenſibiles per ardorem charitatis reddit.Vnde et ſponſa in Cant. dicit vulnerata Cant. 4.
charitate ego ſum, quæ enim ſana anima, atque in huius exilij cæca ſecuritate pro-
ſtrata. nec videbat Dominum, nec videre requirebatur,percuſſa autem charitatis
eius ſpiculis vulneratur, in intimo affectu pietatis, ardet deſiderio contemplationis,
& miro modo viuificatur ex vulnere,quæ prius mortua iacebat in ſalute; æſtuat, an-
helat etiam,videre deſiderat quem fugiebat: percuſſione enim ad ſalutem reducitur,
quæ ad ſecuritatem quietis intime amoris ſui perturbatione reuocatur.

Sicut medici interdum cum poſſunt celerius obducere vulnerum cicatrices, præ-
ſentem differunt & diſſimulant ſanitatem,melioris ſanitatis firmiorisque proſpectu, Idem.
dum melius eſſe norunt moram facere,in tumoribus vulnerum, & maligni humoris
fluentes paulisper ſinere meatum, quam feſtinare ad ſuperficiem ſanitatis, & obtru-
ſis in venis fomitem venenati humoris includere, qui vtique excluſus à ſalutis meati-
bus ſerpet ſine dubio in interiora membrorum,atque ipſa vitalia viſcerum penetra-
bit, non iam morbus corpori, ſed vita illaturus exitium: hoc ergo modo & Deus,
qui nouit occulta cordis, & prænouit futura,per multam pœnitentiam indulget fieri
quædam,quæ extrinſecus incidentia hominibus proferri, & in lucem procedere paſ-

ſiones & vitia,quæ celantur extrinſecus,vt per hæc expurgari & curari poſsint hi, qui per multam negligentiam,& iniuriam peccatorum in ſe radices,ac ſemina receperunt, vt eiecta foras,atque ad ſuperficiem prouocata; euomi ac digeri poſſint quodãmodo, vt etiam ſi videatur quis in grauioribus affici malis, dum membrorum omnium ſuſtinet conuulſiones,poſſit tamen ceſſare aliquando,& deſinere & ſacietatem capere malorum:& ſic ad ſtatum ſuum poſt multas moleſtias reparari.

Quemadmodum medici febre iactati, non debent morbis alienis mederi,& corpora, languida tremulaque manu contrectare, niſi ad ſanitatem prius fuerint redacti: Sic ſacerdotes animo ægri & ſceleribus implicati, ſacramentum non deberent miniſtrare, *vide quid agis ſacerdos, ne febrienti manu Chriſti corpus attingas.prius curare,vt poſſis miniſtrare.*

Ambr. de vid.lib. 1.

Quemadmodum pædagogorum medicorumque more , ex patria religione,dum aliud abrogat,aliud vero concedit,nonnihil priſtini ritus , quod voluptati ſit , ipſis permittit,non aliter quam medici ægrotantibus facere ſolent. *Hic ſpectantes, vt medicina alioqui acerba dulcore aliquo ad artis præſcriptum temperata, æquioribus animis recipiatur.*

Greg Nazia͂. lib. 5. de Theolog.

Sicut medicus ægrotum terrens,ait;ille frigida vſus,mortuus eſt: ſic & ipſe diuitem introduxit laborantem;quidem & vitam ſanitatemque concupiſcentem; ſed voti minime compotem,eo quod auaritiam ſectatus fuiſſet,ſed inanem repulſum.

Chryſoſt. ad populum Antioch.hom.58

Vt medicus propter contumeliam mente captorum non dolet; neque mordet ,ſed omnia facit,omnia molitur,quæ ad ſedandos illorum abſurdos mores attinent , non ſuam ſpectans,ſed illorum vtilitatem. Quod ſi tenuem ægrotus coniecturam temperantiæ & frugalitatis oſtendit,continuo gaudet & lætatur multoque accuratius medicinam apponit ; non aliter Deus poſtquam nos in externam cecidimus inſaniam non eſt vltor veteris flagitij , ſed vt morbum arceat , omnia dicit ac facit. Nam quis eſt rege Babyloniorum ſceleratior? nihilhominus ipſum,ad reſipiſcentiam exhortatur.

Idem epiſt.5. ad Theodoru͂ lapſum.

Quemadmodum optimi medici,difficili diuturnoque morbo decumbentes,varijs medicinis ad ſanitatem reſtituunt,non ſemper vtentes arte,interim enim nonnihil cupientibus diuerſa obſecundant:Sic Deus vehementer corruptos non impellit magna vi ad virtutem,ſed manſuetè & ſenſim promouet.

Ibidem.

Vt medicum non alentem ſolum,educantem,aut vrgentem,ſed fame quoque excruciantem domi includentem, vrentem,ſecantem obſeruamus , & admiramur.(nam licet quæ fiunt, contraria ſint, vnum tamen finem reſpiciunt:) ita etiam oportet Deum pro omnibus laudare,adeoque multo magis quatenus,hic quidem Deus, ille autem homo : & quod medicorum quidem res aliter, atque aliter eueniunt : quæ autem Deus facit, cum ſumma cura & ſapientia facit , ſiue puniat ,ſiue à ſupplicio eximat.

Idem, Pſal.148.

Sicut optimi ac peritiſſimi medici diſſimilibus morbis curas diſpares præſtant , atque alijs per dulcia medicamina,alijs per amara ſuccurrunt, & quoſdam curant cauteriorum aduſtione , quoſdam malagmatum placabilitate, alijs adhibent duram ferri ſectionem , alijs blandam infundunt olei lenitatem, & tamen diuerſiſſimis licet curis eadem ſalus quæritur : Ita Deus noſter , ſi quando nos plagis auſterioribus coërcet, quaſi cauterijs & ſectionibus curat : Quando autem rebus proſperis refouet,quaſi

Saluianus lib.6. de prouidentia.

ſpuet, quaſi oleo ac malagmatibus conſolatur; per diuerſam enim opem ad vnam nos vult perducere ſanitatem.

Anthonius de Rampegolis fig. Bibl.

Nullus vnquam repertus eſt medicus, qui ægrum ſtatim ſine conualeſcentiæ interuallo ſanauerit, niſi Chriſtus, vel ſancti aliqui virtute Dei; ideo apparet quam miraculoſe fecerunt & ſupra naturā. Sic igitur ille ſummus medicus ſaluauit genus humanum, medicorum, id eſt Prophetarum & Patriarcharum, omniumque ſubſidio deſtitutum & morte proſtratum.

Idem.

Secundum medicos repletio magis contingit ex dulcibus quam ex alijs cibis, eo quod ſtomachus nimis delectatur in illis. Ideo amaritudo quæ dulcibus contrariatur habet repletionem curare. Nam ſtomachus tantum amaritudinem abhorret, quia quicquid illam tangit ſtomachus reijcit: Spiritualiter cor humanum multum in dulcedine delectabilium ſibi complacet: Ideo ſæpe his in tantum repletur, quod meatus bonorum ſpiritualium opilantur, & totus homo diſponitur ad hydropiſin ſuperbiæ, humana autem medicina tunc eſt, vt amaritudinem inferni per conſiderationem ſumamus, & tunc quicquid ſuperfluum cor receperat repellet. Fig. Tob. 6. vbi legimus quod cum Tobias puer intraſſet flumen Tygris vt ſe lauaret, piſcis immenſus inuaſit eum, & dum nimium timuiſſet, & clamaſſet, angelus ipſum confortauit, dicens: Trahe ipſum ad te, & euiſcera ipſum, & tolle fel ipſius, & iecur eius, & repone illa, habent fugare dæmonem, & illuminare oculos, quod & fecit. & ſic factum eſt per effectum, quia & fugauit Dæmonem & lumen patri reſtituit, vt ibidem patet; Spiritualiter Tobias, qui interpretatur bonitas Domini, ſignificat Chriſti fidelem, qui Angelo Domini ſecutus patris exequitur mandatum. Intrat igitur in flumen tygris, quod interpretatur velocitas: quia aliquando cor ſuum ponit in conſideratione & affectione fugacis vitæ præſentis. Ex qua ſtatim piſcis id eſt peccatum exiens ipſum inuaſit ad interficiendum per voluntatem. Et tunc ſummum eſt remedium arripere amaritudinem inferni. & iecori ſcilicet delectationi peccati comparare, & videre, & menſurare, quantum eſt quod in peccato delectat. Et quid & quantum reſtat in futuro ſæculo pro peccati delectatione portandum. Et ſic videbitur plane eſſe modicum quod delectat, & æternum quod cruciat. Et tunc quod in dulcedine damnabiliter ſuadebat, purgabitur timore talis amaritudinis. Vnde Aug. in quodam ſermone. In præſenti quidem vita temporales delectationes dulces ſunt, & tribulationes amaræ; ſed quis non bibat tribulationis poculum metiens ignem infernalem, aut delectationes ſæculi non contemnat? habet enim illuminare mentis oculos, ſcilicet intellectum & appetitum, quos ſæculi caligo excæcat: Expellit etiam diabolum, eo quod properetur ad remedium pœnitentiæ, hoc aduertens Ezechias Eſai. 38. dicit: in dimidio dierum meorum in his de commiſſis pœnitentiam agam, & in eodem corripies me & viuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amariſſima.

Idem.

Dicunt medici quod omne dulce eſt opilatiuum, & ratio eſt quia ſtomachus nimis delectatur in dulci, ideo nimis ipſum retinet in ſe, nolens illud alijs membris condiuidere, ideo obeſt corpori. Oppoſitum eſt de amaro, quod ſtomachus non ſolum proijcit, ſed etiam quicquid per illud in ſtomacho tactum fuerit, Ideo prodeſt amara medicina, quia pellit ſuperflua. Spiritualiter dulce eſt de ſe audienti bona audire, & eſt ſibi velut mel in ore adulatorum compoſitio: ſed animæ viſcera replentur languore. Greg. in homel. 2. ſuper Eze. Nihil eſt quod tam facile corrumpat mentes hominum vt adulatio: plus

Freg.

latio: plus enim nocet lingua adulatoris quam gladius perſecutoris. Ideo fugienda eſt adulatio & recipienda eſt fraterna correctio, quæ licet auribus ſit amara, pellit tamen ab anima omnem languorem peccati.

Idem.

Peſſime facit medicus, qui ægroto videns vulnus ſanie plenum, claudit illud ante plenam purgationem, licet videatur placere ægroto, eſt enim aliquando dulcius infirmo ſubire mortis periculum, quam ſuſtinere amarum remedium. Spiritualiter adulator eſt peſſimus medicus, videt enim interdum mundi diuites tumeſcere ſuperbiæ vulnere, & non conatur hanc extrahere & curare inſaniam per increpationis emplaſtrum, quod Propheta commemorat, dicens: Increpaſti ſuperbos, maledicti qui de. a. man.

T. Et alibi ſuperbis comminando, ait: vos autem ſicut vnus de principibus cadetis, ſine moriemini, ſcilicet cum prauis angelis moriemini: adulatio enim claudit vulnus ſuperbiæ per blandimenta, quibus clauſo vulnere: & cor & viſcera putredine replentur mortali: in qua magis ſibi elatus complacet, quam in ſanatiua increpatione, & ſic miſer decipitur. Eſa. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt.

Iacobus de Graffijs in ſer. ſpirit.

Aſſimilantur namque exoratores medicis corporalibus, qui & ſi omnia exhibeant medicamenta, ſi tamen qui infirmantur non abſtineant à noxijs cibis nihil medicorum proficiet cura ac ſolicitudo: ſic licet ſancti Domini exorent miſericordiã pro eis qui eorum orationibus ſe poſtulant adiuuari, niſi & ipſi cum omni mentis attentione, quæ Deo placita ſunt fecerint. nihil ſanctorum orationes eis negligentibus animæ ſuæ ſalutem proficient & in tali caſu precantes non exaudiuntur, quandoque non obtinemus quod petimus quia non vtilia poſtulamus, ſæpius quid precemur, neſcimus.

Clemens Alex. 1. Pedag. c. 5.

Quemadmodum ſpeculum non eſt malum deformi, eo quod ipſum non oſtendat qualis ſit, & quemadmodum medicus non ægrotanti malus, quod ei febrem annumeret, non enim medicus febris cauſa eſt, ſed ipſe febrim arguit; ita nec is qui reprehendit, ei male vult, qui laborat animo.

Petrus Chryſol. ſer. 25.

Et ſi Medicus, cum ſaniem vulnerum tractat, cum curat verecunda membrorum, non iniuriam computat, ſed honorem: quanto magis Deus non arbitratur iniuriam, dum vulnera noſtra curando reſpicit, tangit ad remedium, viſitat ad ſalutem; Per conſpectum offendunt peccatorum vulnera, non dolorum: morbi criminum non corporum paſſiones: vitiorum ſanies; non viſcerum fluxus: quia homo habetur voluntarius in delictis, in languoribus tenetur inuitus: Hinc eſt quod peccator pœnam recipit, ægrotus recipit curam.

Pythagoras apud ſtobæum ſer. 86.

Quemadmodum Medicinæ nullus eſt vſus, niſi morbos à corporibus exterminet: ita neque philoſophiæ, niſi animæ vitia expellat.

Tyrius Platonicus ſer. 29.

Sicut Medici cum faſtidientibus ægrotis porrecturi ſunt ſaporis amari medicamentum, dulci ipſum liquore aſpergunt, atque adeo ſalutarem amaritudinem tegunt: ſic etiam illa Philoſophia, vetus ſententijs ſuis fabularum, carminum ac cantus amictibus velatis, antiquos illos animos cepit, neque aliter quam diſſimulata diſciplinæ moleſtia ad inſtitutionem illexit.

Sicut inter cætera Medicinæ officia ac fines reſtitutio ſanitatis præcipuum eſt, quia illud à medico præcipuè intenditur. *Sic præcipuus Euangelicæ*

promulgationis

Didacus Stella de modo concionandi.

promulgationis finis & Scopus, & qui maxime à cõcionatore debet eſſe intentus, eſt animarum ſalus; quod quidem fit, ſi animos alioqui confractos, & languentes commoueat, excitet & inflammet, dum eos ab inueterata conſuetudine peccandi euellit, & ad pœnitentiam allicit, & ad veram compunctionem, & lacrymarum effuſionem eos trahit. Nefas enim eſt alios, vt moneas, niſi te prius ipſe moneas: Gallus prius ſe expergefacit, alis corpus concutiendo, quam ſublimi cantu alios exuet. Ignis etiam prius in propinquiora agit, quam in longe diſtantia. Eiuſmodi ſpiritus & animi affectus prius debet te inflammare, & commouere, quam audientiũ animos incendas, vocis quidem ſubiectum auditus eſt, & verba quæ non ex animo, ſed ex ore dũtaxat prodeunt ibi ſiſtunt, neque amplius progrediuntur. Quapropter ſi cupis vt verba tua vim & energiam habeant, & non ſolum aures, ſed & audientium animos pertingant: oportet, vt ex animo proferantur, & vt intrinſecus ſentias, quæ alios doces: cor enim cor alloquitur, & audientes mox coniectant, & ſentiunt, quod ex animo loquaris. Tunc enim concionator monet, cum ipſius verba, quaſi iaculum cor audientis feriunt: & excitant. Nam carbonem niſi ignitum præſtes, aduret? Nequaquam expedit te dum aliis prædicas à peccati noxa ſolutum eſſe. Grauiter enim peccant, qui hoc concionandi munus in mortali exercent. Nam licet recta conſcientia ſufficiat ad prædicandum ſine nouo crimine, ad audientium tamen affectus excitandos plus requiritur, Propterea que tibi expedit ſpiritualem, deuotumque virum eſſe, & feruidum, & orationis contemplationisque ſtudio vocare: vt ea quæ dicis, ſpiritu proferantur; & audientium corda incendas.

Lud. Granat. tom. 2. conc. 1. ſer. 4. poſt Dom. in paſſ.

Vt peritus medicus amico ægro amarum pharmacum, valde tamen eius morbo neceſſarium porrigat, quod is tamen bibere recuſat; cumque nullis precibus flecti poſſit, vt medico pareat, ipſe vt horrorem recuſanti adimat, partem eius bibit, vt hoc exemplo, ſui gratia æger faciat, quod medicus nulla morbi neceſſitate, ſed ſola charitate conſtrictus propter illum facit; hoc igitur cœleſtis ille medicus nobiſcum agere miſericorditer voluit; quos cum videret neque minis, aut promiſſis ad ſalutaria diuinæ legis medicamenta ſumenda induci poſſe, ipſe prior illa omnia, & multo grauiora, nulla ſua neceſſitate, ſed ſola charitate ſubire dignatus eſt: vt quos ſuæ ſalutis cura minus mouere poterat, ardentiſſima eius charitas incitaret; quo factum eſt, vt huius tantæ dilectionis beneficio incenſi homines, non ad obſeruantiam modo diuinarum legum; ſed ad cruces, ad gladios, ad ferrum, ad ignes, ad rotas excarnificandi alacri & prompto animo currerent.

Idem tom. 1. cap. 3.

Quemadmodum medici ars atque præſtantia, niſi morbi magnitudine perſpecta intelligi non poteſt: ita nimium eccleſia hoc habitu & ſqualore deformata, antiqui illius morbi vim & immanitatem repræſentat; ita demum, quid huic tanto medico è cœlis in terram venienti debeamus oſtendit.

Idem c. 1. Domi. infra oct. epipha.

Cum prudentiſſimus legiſlator hæc ipſa penitus cognita & explorata haberet, inſtar ſapientiſſimi Medici, ita laboranti alicui membro concludere voluit, ne alteri noceret, quod erat religioni proficuum, quandoquidem cum virtutis huius detrimento, nulla poteſt ei placere religio, &c.

Idem conc. 2. Dom. 3. poſt oct. epiphan.

Sicut non ſatis eſt Medico morborum rationem indicaſſe, niſi ſalutaria quoque medicamenta adhibeat: ita non ſatis eſt nobis nauigationis huius pericula explicaſſe, niſi de periculorum etiam remediis nonnulla diſſeramus.

Idem conc. 5. Dom. in ſexageſima.

Non protinus de ægri ſalute deſperamus quamuis grauiter ægrotet, ſi adhuc medicamentis aliquomodo iuuatur. At cum morbus in dies ingraueſcit, & medicamenta nihil conferunt; quæ ſpes ſalutis reliqua eſt? Quis autem dubitat ægroti animi medicamẽtum eſſe hoc verũ? At hoc fruſtra ægræ mentis adhibitum, imminentis exitij maximum argumentum eſt, &c.

Idem conc. 5. ſer. 5. in cœna Dom.

Quemadmodum medicis amara pharmaca exhibentibus, non ſuccenſemus, quamuis acerba eſſe ſentiamus (quoniam quæ faciunt omnia, ad ſalutem noſtram ſpectare, credimus, quin potius eorum nos curæ fideique committimus, vt pro voto ſuo nobis vtuntur: ita cum cæleſtis ille medicus aduerſas res nobis immittit (quæ exitium nobis minari videntur) nos tamen ea omnia tanquam ſalutaria pharmaca, ad incolumitatem noſtram firmiter pertinere credamus, noſque illi pro beneplacito ſuo tractando præbeamus.

Idem tom. 3. in S. Petri. conc. 2.

Parum quidem Medici hiſce remedijs, & fomentis tribuunt, quæ ægris corporibus exterius adhibentur. Salutis enim præcipuam ſpem in ijs ponunt, quæ in ipſa viſcera immiſſa, noxios humores (è quibus tota vis morbi manat) foras egerunt. Lex autem hominibus olim data, ſacrificia & ſacræ cerimoniæ velut externa quædam medicamenta ægris mentibus adhibita erant, quæ malum quod in imis viſceribus conditum erat, non pellebant. At Spiritus ſanctus aduenients, ſeſeque cordibus noſtris (in quibus tota morbi vis & peccati fomes hærebat, inſinuans, & noxios peccatorum humores, foras protrudit, & fomitis ardorem gratiæ ſuæ voce temperat, & verum ad ſpiritualia omnia robur confert: atque ita naturam peccati morbo ægram ſanat.

Idem tom. 8. conc. 1. Dom 3. poſt Pent.

Vt nauta ars in tempeſtate & Medici in conclamata ægritudine magis enitet: ita cæleſtis Medici virtus in deſperatis peccatoribus ad ſanitatem conuertendis Paulum & Magdalenam pœnitentiam agentes, quam multos ex veteribus patribus, qui iuſtitiam perpetuo retinentes, ſimili pœnitentia non eguerunt.

Idem conc. 2. domin. 13. poſt Pent.

Quemadmodum Medici ſalutaria pharmaca, quæ frequenter amara ſunt, melle aut ſaccharo delibuta ægrotis porrigunt: ita cæleſtis Medicus pios homines charitatis, delicijs alluit, allectos vero varijs laboribus & certaminibus exercet.

Idem conc. vnicain communi calamitate. Pſal. 80.

Sic medici, quoties in ægro aliqua ſalutis ſpes eſt, magna cura noxijs ei cibis interdicunt: cui tamen deſperata ſalute, omnia quæ edere voluerint, libere permittunt. Hoc ipſum illa homini comminatio. Non audiuit populus meus vocem meam & Iſrael non intendit mihi: & dimittit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis, &c.

Idem conc. 1. ſer. 6. in Paraſceue.

Aiunt medici res aliquas eſſe tactu quidẽ ipſo minus calidas (qualia aromata multa ſunt) quæ tamen ob occultã quandam proprietate adeo calida ſunt, vt ægris adhibita maiorem calorem efficiant, quam quæ tactu ipſo calidiores eſſe videntur: idem igitur in propoſito noſtro contingit: nempe Dominicæ paſſionis myſterium (quod ſpecie quidem ipſum ad inſtitutionem vitæ noſtræ minus, pertinere videtur) ſi illud tamen penitus introſpicias, & cauſas eius euoluas, inuenies plane id magis ad vitiorum odium, & virtutum ſtudium facere, quam ſi explicite, & ſigillatim de vitijs ipſis, & virtutibus ſermonem haberes.

Idem conc. 2. ſer. 3. in Paraſceue.

Vt ad medicinæ virtutem cognoſcendam, morbi grauitatem & incommoda omnia, quæ ſecum affert, noſſe prius oportet: Ita ad ſalutarem redemptionis noſtræ medicinam agnoſcendam communem, naturæ morbum & mala omnia quæ ex eo conſequuta

conſequuta ſunt, præcognita habere neceſſe eſt, quod nunc agere incipiemus.

Quam quæſo ſpẽ haberet Medicus de ægri ſalute, ſi is omnia, quæ illi erãt ſalutaria, vehementiſſimè faſtidiret, contra vero nocitura omnia auidiſſime concupiſceret? Quiſquis autem in hoc ſtatu eſſet, non dubium quin à Medicis penè deſperaretur. Periculum autem eſt, ne nos in eodem ſalutis diſcrimine verſemur, qui tanto ſtudio diuitiis huius opes captamus, tantaque contentione labores & Chriſti crucem fugimus.

Idem tom. 3. Dom 3 poſt Paſcha conc. 2.

Quemadmodum Medici, cum ægrotos animaduerterint faſtidio laborare, & ob eam cauſam de vita periclitari, varios modos condiendi cibos quærunt, vt quod ſub vna ſpecie, & condimento faſtidium parit, ſub alia iacentem atque proſtratum edendi excitet appetitum; ſic diuina ſapientia, cum homines videret ſpiritualis doctrinæ pabulum faſtidire, varias eius tradendæ rationes excogitauit; vt quod ſub vna doctrinæ ſpecie faſtidium forte infirmis parebat, ſub alia faſtidientis animæ palatum alliceret. Quædam igitur tradit ſimplici doctrina: quædam hiſtoriæ dulcedine atque ſuauitate condit, quædam claro & aperto ſermone pronunciat, quædam vero parabolarum & figurarum inuolucris ſolicite inquirenda proponit.

Idem.

Medicus corporalis debet ægros admonere, vt medicos aduocent animarum, quia id ſacri canones præcipiunt: nam *cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat; dicente Domino languido, quem ſanauerat, vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: Præſenti decreto ſtatuimus, & diſtricte præcipimus Medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contingerit; ipſos ante omnia moneant & inducant: vt medicos aduocent animarum, vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum; ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur. Cum cauſa ceſſante, ceſſet effectus,* & infra: *cæterum cum anima ſit multo precioſior corpore; ſub interminatione anathematis prohibemus, nè quis medicorum pro corporali ſalute, aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur, de pœnitent. & remiſſione cap. eodem.* Verùm hac occaſione doctrinam Thom. Sãchez, cui nihil addi poſſe videtur, hîc ponemus, vt medici quam opinionem tutò ſequi debeant, non ignorent præſertim cum ea ad eorum conſcientiam maximè faciat.

37 *Decimo deducitur, quid de medico in curationibus adhibendis ſentiendũ ſit, & quidem non diſputamus, quando opinionum varietas in eo conſiſtit, an liceat medico hoc, vel illud in curationibus agere: tunc enim dicendum eſt, licere illi vtramuis opinionem amplecti probabilem, etſi altera minus probabilis ſit. Id enim generaliter eſſe licitum diximus, numero decimo quarto. Sed difficultas eſt, quando circa ipſa medicamenta, an ſalutifera ſint, an potius noxia, diuerſæ opiniones extant.*

Thomas Sanchez in opere morali in præcepta decalogi lib. 1. c. 9. num. 37.

38 *Conſtat hac in re, quando eſt medicamentum certum, nefas eſſe eo poſtpoſito opinionibus vti. Quia cum ſequendo quamuis opinionem, adhuc maneat periculum in medicamento, non fideliter munus ſuum medicus obit, electo eo periculo, medicamentum certum omittens, & ideo imprudenter agit, & moraliter peccat in re graui. Et ita ſuſtinent Azor. tom. 1. lib. 2. inſtit. moral. cap. 7. q. 11. Vaſquez 1. 2. q. 19. art. 6. diſp. 94. cap. 4. num. 23. & omnes. Inſuper conſtat iniquum eſſe præbere ægro medicamentum dubium, an ſalutiferum an potius noxium futurum ſit. Sicut rem, quamuis dubiam efficiens, peccat. Et ita fatentur omnes allegandi, & Nauarr. umm. cap. 25. num. 61. & ideo peccant medici gratia experiendi, tribuentes id me-*

 dicamentum

dicamentum dubium. Ut bene Sayr clauis reg. lib. 1. cap. 10. num. 6. Azor ea q. 11. Salas 1.2. q. 21. tract. 8. diſp. unica, ſectione 14. num. 136.

Duplex autem eſt circa medicum difficultas. Prior eſt, quando de remedio dubitatur, an ſalutare, an noxium futurum ſit, nec remedium adeſt certius, & aliunde eſt mors ægri certa, ac de ipſius ſalute deſperatur, an liceat id remedium dubium adhibere? id negant Azor eo lib. 2. inſtit. moral. cap. 17. q. 11. Salas ea ſectione 14. num. 136. Vaſquez d. cap. 4. num. 22. Quia ſi non applicetur id dubium remedium, mors infirmi ſubſequuta non culpæ medici, ſed morbi violentiæ tribuetur. Si vero applicetur, exponitur periculo vita ægri, qui forſan eo non applicato ad ſanitatem reſtitueretur, aut ſaltem diutius viueret; Idem videntur ſentire Innocent. cap. tuo nos, num. 1. de homic. & ibi Anton. num. 15. Abb. ibi §. ad ultimum num. 4. Felin. num. unico vers. Poſtremo ſcias, Anani. ibi, initio, num. 4. Ang. verbo, medicus, num. 2. & ibi Syluest. q. 4. dicto 1. Ubi generaliter aiunt medicum peccare, ſi huiuſmodi medicamenta dubia applicet. Et eam rationem reddunt, quia in eo dubio medicus partem minus tutam eligit. Quippe minus tutum eſt exponere ægrum nouo illius medicamenti periculo, quam ſoli naturali ex morbo conſurgenti eum relinquere. Inimo addunt Inno. & Anan. Id verum eſſe, etſi medicus id medicamentum profuturum valde ſuſpicetur. Quare Ang. Syluest. & Vaſquez Sayr eo c. 10. num. 9. 10. & 11. Salas eo num. 136. Tunc tantum admittunt poſſe hoc remedium adhiberi, quando medicus non eſt vere dubius de medicamenti effectu, ſed probabili opinione ſua, & aliorum, credit medicamentum profuturum: nec aliud certius ſuppetit. At mihi probabilius videtur etiam in dubio licere id medicamentum adhibere. Quod docet Valentia 2. 2. diſp. 3. q. 10. puncto. 2. columna, penult. paulo ante verſ. Altero modo, & in hoc euentu ait intelligi id Galeni documentum: Interfice audacter. Ratio eſt, quia cum vita infirmi proſus deſperata ſit, conformius prudentia, ac ipſius infirmi, eiuſque ſalutem optantium voluntati videtur, id remedium applicare. Quia ſi noceat, præter voluntatem erit, & eo quoque remedio non applicato æger obiturus erat: & ex altera parte dubium eſt, an proderit. Et confirmatur, quia applicare id medicamentum eſt tutius. Nam eo non applicato mors eſt certa, applicato autem eſt ſalutis ſpes, quamuis dubia. At tutius eſt, dubiam ſalutis ſpem adipiſci, quam in morte certa relinqui. Et hoc videntur ſignificare Corduba in ſuo quæſtionario, lib. 2. q. 5. poſt 2. proportionem verſ. Pro declaratione & Manuel. 2. tom. ſum. c. 51. num. 6. conclu. 4. ubi docent medicum certum de ægri morte, non adhibito aliquo medicamento, ſi habeat probabilitatem, non tam certam fore, ut id noceat, debere certius mortis malum fugere, adhibendo id medicamentum. Quare non tantum ei licere ſentio, ſed eum quoque obligari. Id enim rationes adductæ probant.

Poſterior difficultas eſt. Quando nullum medicamentum eſt certum, ſed variæ inter medicos opiniones verſantur circa medicamenta illi morbo applicanda, an liceat prædicamento uti, iuxta opinionem, quam medicus minus probabilem credit? Aliquibus videtur, fas ei eſſe uti opinione minus probabili. Quia, quod ex probabili ratione fit, temeritate, ac imprudentia vacat. Ergo & culpa. Item, quia eſt licitum in ſacramentis uti opinione minus probabili, quamuis non tollatur periculum irritationis illius, (ut diximus num. 33.) Ergo ſimiliter in medicinis, etſi id periculum non eſſet. Et ita ſuſtinent Azor tom. 1. lib. 2. inſtit. moral. cap. 17. q. 11. Aragon. 2. 2. q. 63. art. 4. dub.

4. *dub. penult. Salas dicta ſectione 15. n. 156.*

41 *Alijs videtur teneri eligere opinionem probabiliorem. Quod aliter infideliter ſaluti ægri conſulat, nec tollat periculum, quod in re ipſa eſt nocendi, infirmo, ſi forte opinio illa non ſit vera: & quamuis maneat quoque periculum ſequuta opinione, quam probabiliorem credit, ſi ea vera forte non ſit: at ipſe excuſatur, ſuoque muneri recte ſatisfacit eligens id quod verius, & tutius credit. Ita ſuſtinent Sotus lib. 3. de iuſt. q. 6. art. 5. ad. 4. Salon Suarez num. 32. allegatus, docens generaliter in omnibus quæſtionibus ad rem ſpectantibus, quando inde valor rei pendet, non ſatis eſſe opinionem probabilem ſequi. Sed quamuis illud fundamentum generale non approbarim, num. 33. nec hac ſola ratione ducar, exiſtimo hanc ſententiam veriorem eſſe. Non, quod ſit contra obligationem iuſtitiæ ex medici officio debitam vti opinione illa probabili, ſed contra debitam charitatem proximo indigenti exhibendam: quæ petit, vt certiori medio quo poſſumus, ei ſubueniamus: ſicut in ſimili agentes de ſacramentorum miniſtro eligenti opinionem minus probabilem diximus, num. 33. Et non eſſe contra iuſtitiam probant rationes ibi, & num. præcedenti allatæ.*

42 *Tandem duo circa medicum obſeruanda ſunt; Prius eſt, non licere medico conſulere ægris medicinam, quam putat illis noxiam fore, quamuis norit doctiores ſentire fore illis ſalutiferam. Quia conſulit aduerſus propriæ conſcientiæ dictamen. At poteſt ægro dicere doctiores medicos id ſentire, quamuis ipſe eius ſententiæ non ſit: atque ita licite poſſe eum illa medicina vti, ſic Nauarr. cap. Si quis autem, num. 74. & 75. in ſolutione ad 3. de pœnit. dict. 7. Quod intelligo, in quantum ait non poſſe eam medicinam conſulere, retento eo dictamine: Nam attendens doctiores contrarium aſſerere, poſſet prudenter id deponere, ac eam medicinam conſulere. Poſterius eſt, quando medicamentum minime nociturum nouit, dubitat autem, an proderit, teneri illud adhibere. Quia prudentia id dictat, & ſic bene ſaluti infirmi proſpicitur. Ita Valentia 2. 2. diſp. 3. q. 10. puncto 2. colum. penult. Verſic. Altero modo. Quando autem eſt par, aut fere par mortis periculum, ſiue adhibeatur, ſiue non, non licet. Sic Salas ea ſectione 14. num. 135. Quod credo quando non adeſt probabilitas aliqua fore, vt proſit.*

Quomodo cum medicus apponit viſceribus aliquod forte epithema moleſtum, & ardens, vnde tamen curandus eſt ille, cuius viſcera tumebant; cum illa ardere cœperint & cruciari medicamento rogat medicũ, vt auferat medicamentũ. Medicus autẽ conſolatur, monet eum patiẽtiam, quia nouit quam vtile ſit quod appoſuit, ita & Apoſt. ſequitur, & dicit, cum dixiſſet: Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet: prædixit autem quare. Ne magnitudine reuelationum extollar datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet, propter quod ter Dominũ rogaui vt auferres eum à me, hoc eſt dicere. Rogaui medicum vt auferret à me moleſtum epithema, quod mihi appoſuerat, ſed audio vocem medici, & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea, quia virtus in infirmitate perficitur.

Thomas à Campis de diſcip. cler. 14.

Chirurgus plorat, ſcindens pedem filio ſuo, plorat & ſcindit, nec quod ploret, deſinit ſcindere nec quod ſcindat, deſinit plorare. Cæleſtis eſt hæc doctrina; vtinam diuina maieſtas eam in cordibus veſtris imprimat, vt ſciatis quomodo cum filijs veſtris vos gerere debeatis, & cum ſubditis veſtris, qui eſtis prælati, & iudices & quomodo ſeruos veſtros, illi qui eos habetis, tractare debeatis, & quomodo filias veſtras, & famulos gu-

Philippus Diez in cõc. ſer. 3. poſt Dom. 1. in Quadrag.

bernaturi ſitis, quę eſtis patresfamilias: vt in omnib. malorum filum frangantur, & in bonis vlterius ſemper progrediamini.

Idem. Chirurgus, qui vulneri medetur, vt bene munus ſuum exequatur, debet applicare medicamenta, iuxta id, quod vulnera expoſcunt, licet magis infirmo doleant, quod ſi opus eſſet aliquam partem carnis ſcindere, & id non faceret, malus eſſet chirurgus: bonus muſicus cum vult pulſare lyram, ſi aliqua cordarum eſt diſſona, clauiculam torquet, & chordam attollit quouſque infringit, & tunc non fuit defectus in muſico, ſed in chorda, imo vt bonus muſicus eſſet, id debuit facere quod fecit: ſatius eſt enim chordam abſcindi, quam diſſonantem eſſe muſicam, & illum malum muſicum reputare. O diuinę medice cœleſtis, chirurge, muſice, excellentiſſime non mala facis, vocans hos generationem prauam, quia hoc eſt applicare medicinam vulneri, & clauiculam reprehenſione torquere. Quod ſi chorda per impatientiam frangatur, eius eſt culpa, minus inconueniens eſt hoc, quam Chriſtum non exequi munus ſuum. diſcant prælati, prædicatores, & omnes patres familias, grauiter punire, quando neceſſitas poſtulat, nec ſint timidi dicentes: O indignabuntur, impleam ego officium meum, iuxta charitatis, & iuſtitia leges, etſi tu indignaberis, & confringeris, ſi quidem tua eſt culpa, tua etiam erit & pœna.

Idem. Quemadmodum ad grauiſſimum morbum, quem aliqui medici iam curauerunt, nec aliquid efficere potuerunt: quæritur maximus medicus: Sic quamquam de cœlo deſcenderim ad omnes curandos, tam gentes, quam Iudæos, Iudæis tamen debet ipſemet mederi: eorum .n. maximum eſt vulnus, quod nullus ex meis prophetis, nec omnes ſimul curare potuerunt. Gentibus, etſi ſceleribus oppreſſis, cum non ſint tam duræ ceruicis, alij prædicatores ſufficiunt; diſcipuli mei ipſis mederi ſufficiunt, quibus ego dicam: ite, & docete omnes gentes.

Idem. Eſt quædam hominum congregatio medicum laudans; prodit autem quiſpiam quem ipſe à lethali morbo liberauit, efficaciſſimeque ac feruentiſſime dicit. Ecce adſum, qui eius ſcientiam atque peritiam ſatis ſuperque expertus ſum, ipſe enim me ab omnibus deſperatum, atque depoſitum, morte liberauit. Eo quod medici peritiam fuerit expertus, feruentius quam alij locutus eſt: Ob hanc cauſam voluit Chriſtus redemptor noſter, vt Sancti apoſtoli, qui vniuerſo mundo mirabilia ſua prædicaturi erant; prius illa guſtarent, & potentiſſima ipſius manus ab acerrimo necis periculo liberarentur, quod illa efficacius prædicarent, ô ſi diuinis nos rebus occupare illoſque exercere curaremus, maxime, vero prædicatores, quam efficaciter de illis ageremus. Bene illos expertus fuerat ſanctus Dauid, ſiquidem maximo ſpiritus feruore dicebat: Audite & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ, non ſolum autem prædicatores, ſed omnes etiam, ſi diuinarum rerum exercitationibus intenderemus Dei præcones eſſemus, alijque alios cum ſpiritali prouentu, & gratia animaremus, quo locupletati ad cæleſtem gloriam conſcenderemus; ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius.

Idem. Medicus ægrotos, qui in prandio cibum neceſſarium ſumunt, cœna priuari iubet: ſic Deus ijs, qui in hac vita temporalibus bonis ſaturantur, & ſtomachum ſuum videlicet voluntatem caducis voluptatibus implent, præcipit ne æterna beatitudinis cœna perfruantur, ideo in fine huius Euangelij, ait: Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum guſta-

rum guſtabit cœnam meã: hic dicitur vero cœna magna propter magnitudinem epularum, quæ in illa exhibentur.

Tonſor, cum aliquem nouacula vult radere, prius eius vultum odoriferis aquis, ne radendus cædatur, abluit; omnes ſeculi calamitates nouaculæ quædam ſunt, quibus Deus culpas; ſine quo animo perferantur, aufert quando vero pijſſimus Pater his nouaculis nos tondere vult, prius ſpiritualibus conſolationibus mentem ſolet abluere; manumque leniter ac ſuauiter, ne tanto dolore afficiamur ſuperponit. Idem.

Sicut medicus vetus & expertus, cui cum infirmus dicit, illum in medicamentis errare, reſpondet: Non ſum medicus ab heri, plures & grauiores morbos curaui, quam hunc. Idem.

Quemadmodum cuiuſdam natura morbo proſtrata, atque diuturna conſuetudine diſſipata, ſæpe numero medicamina, quæ illi apponuntur grauiorem illam reddunt, atque in venenũ conuertuntur, eique magis officiunt: ſic etiam illis infelicibus contingit. Fratres dilectiſſimi diuinam maieſtatem ſupliciter exoremus, ne vnquam in tam miſerum ſtatum, nos deuenire patiatur, vt ex diuinis ipſius beneficijs deteriores nos efficiendi occaſionem ſumamus. Idem.

Habuit ſe Dominus ſicut medicus, qui viſit ægrum, & conſiderans eius pedem tumidum, præcipit vt ſanguinis effuſionem patiatur, hic eſt medicinæ ordo, radici occurrere: ſic eſt, diuinus hic medicus omnium malorum origini obuiat. Idem.

Quemadmodum chirurgus in ſua arte peritus, membrum putridum vel ſauciatum ſine læſione illorum membrorum curat; ſic prudens prælatus debet corrigere in ſubdito, id quod corruptum inuenerit, ex lege & cõditione, vt id quod, in eo boni eſt minime annihilet, vel inficiat. Idem.

Dicite mihi ô Domini, ſi ad hanc vrbem medicus veniret, qui fixis, in angulis vicorum, & platearum ſchedulis, hortaretur fœminas, vt illa quæ ex vetula fieri vellet adoleſcentula, & ex nigra alba, & ex lipposa pulcra oculis, pergat in domum talem & ibi remedium inueniet, quæ veſtrum remaneret, abſque eo quod illuc pergeret? Qualiter ad inuicem vos inuitaretis? Qua diligentia nũmos quæreretis ad tribuendum illi medico. Qualiter denique illuc omnes confluereretis? Et quædam medico diceret, Domine da mihi faciem albam colorem rubicundum, dentes albos, ac proportionatos alia vero diceret, da mihi frontem ampliorem, collum altius, & manus delicatas, &c. Qua lætitia & quo gaudio in domos veſtras rediretis, medico ipſi bene precantes: vobis igitur annuntio perquam excellentem medicum è cælo veniſſe, qui ſchedulas figit, dicens: venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Seruate obſecro fratres & ſorores huius cæleſtis medici ſchedulas vulgo, Receptas, quæ ſunt diuina eius præcepta, & Angelos Dei pulchritudine æquabitis, ſicut per quindecim dierum ſpatium; con vueſtras bieles y mieles. Delibutæ eſtis, vt vna die pulchræ videamini; ita parum vitæ quod vobis reſtat, antiquos mores commutate, vngite vos felle pœnitentia, & ſuaui orationis melle iugum ſanctiſſimi Euangelij veſtris humeris imponentes, & his vnctionibus pulchriores ſole apparebitis, in illa die, quis omnes bonorum operum præmium, accipient vel deprauatorum dignissimas pœnas dabunt. Idem. Matt. 11.

Medicus cum ægroto potionem præbet, ex rubarbaro, & caſia fiſtula confectam: ſi cum his res adeo impertinentes immiſcet, vt efficiat quod potio amara non ſit potio, Idem.

ſit potio, id eſt, (que la purga no ſea purga, y que el ruybarbo no haga ſu oporation,) non elicitur fructus ab infirmo deſideratus: ſic vaniloqui prædicatores tot inanes rhetoricas cum ſacro-ſancto Euangelio coniungunt; totque dicendi modos, & curioſa verba inquirunt, vt efficiant quod ipſum ſanctum Euangelium in auditorum cordibus non operetur, nec ſuum faciat effectum.

Idem. *Habuit ſe Deus in hoc, ſicut chirurgus, qui vt putrefacti vulneris corruptam carnem auferat parti ſanæ & incorruptæ, vulnus infligit; vniuerſum quippe genus*

Pſalm. 13. *humanum erat corruptum: quia corrupti ſunt, abominabiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum: Nulla erat pars ſana præter vnam, quæ eſt Chriſtus redemptor noſter, & in hac parte ſana oportuit vulnus fieri, vt corruptio & culpa humani generis tolleretur, & hoc factum eſt in pretioſiſſima paſſione eius, vt ait Iſaias. ipſe vulneratus eſt propter iniquitates noſtras & liuore eius ſanati ſumus.*

Idem. *Quum medicus ſcire vult, an homo omnino mortuus ſit, pulſus eius, brachia ac tempora ipſius tangit, ſentiens autem ibi nullum eſſe motum, abſolute ait: mortuus eſt hic homo: ſic inter ſigna ad cognoſcendum, an quis ex numero horum mortuorum ſit, de quibus B. Apoſtolus hic agit: hoc vnum ſingulare eſt videlicet, ſi cum pulſus eius tanguntur, nullus motus eſt in eis, ſi enim alicui pulſus honoris tangatur, aut cupiditatis, aut voluptatis, & ipſe nullo modo ad hac mouetur, ſignum euidens eſt, eum mortuum eſſe mundo & viuum Chriſto. At inter tactus, I Toques, qui hanc mortificationem magis oſtendunt vnus eſt aſpera reprehenſio. Si .n. quis ſeuere increpetur, & ad iram vel indignationem non moueatur, quin potius illud patienter perfert, euidens profecto eſt ſignum., quod mortuus eſt, & vita eius cum Chriſto abſcondita.*

Idem. *Si peritum aliquem medicum, grauem alicuius morbum quodam medicamento curare videres, qui diceret; ſi omnes eo morbo curari vellent, eo vterentur remedio, & ipſummet medicum poſtea eo vti videres, merito ex eo conyceres eum eodem morbo laborare: Laborabat genus humanum originalis peccati morbo, remedium autem huius morbi erat circumciſio à Deo hac de cauſa inſtituta, qui dixit, ſi quis, vt mihi pareat circumcidetur, ab originali culpa curabitur. Adeſt ipſemet medicus Ieſus Chriſtus, à cælo in terram delapſus, verus Deus & verus homo, & eodem vtitur remedio, ſe hodierna die (octaua ſcilicet) ab eius ortu circumcidens ſignificare videtur, peccatum originale habere, quamuis eo reuera careret, & ideo in hoc opere potiſſimum plus quam in cæteris, peccati ſuſcepit ſimilitudinem, vt Diuus*

D. Aug. *Paulus ait. Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis non peccati, ſed carne, peccati carni ſimili; quin peccatricis carnis ſentiebat moleſtias, quia peccati ſunt pœnæ, & præterea tanquam peccati morbo laboraret, peccati medicinam adhibuit, & de peccato damnauit peccatum in carne, hoc eſt ſecundum D. Auguſtinum ipſius peccati armis peccatum vicit, vel vt dici vulgo ſolet. (A coſta del meſmo peccado) vt cum dicimus (a ſu coſta dan guerra al Rey) cum ipſiusmet Regis opibus Regem proſequuntur: peccati opes ſunt pœnæ, fames, frigus, labor, & mors.*

Idem. *Non eſſet bonus chirurgus, qui cum infirmis tribus vulneribus eſſet percuſſus, vnum tantum ei curaret: alia vero incurata, & ſine emplaſtro relinqueret: inimicus tuus percuſſus eſt in anima, tribus mortalibus plagis; & vnum ex potiſſimis remedijs,*

remedijs, quibus ſanari poteſt, eſt te ei amorem, ac beneuolentiam oſtendere quantumuis n. quiſquam ſit malus, videns, cum me ipſe perſequatur, me tamen eum diligere, eique benefacere, confunditur, & iniquitatem ſuam cognoſcit. Et quem non allicit timor Dei, amor ſaltem, & bonum opus, quod ſibi læſus facit, attrahere conſueſcit.

Idem.

Si quis magno quodam morbo in lecto teneretur, nec in tota Hiſpania eſſet, qui ei mederi ſciret, quãdo nuncij ad maximũ quendam medicum in Indijs commorantem perueniunt, quibus auditis ſtatim nauim aſcendit, & peruenit in Hiſpaniam, acceditque ad illius domum, vt eum curet, illumque incipit conſolari dicens: ne timeas frater, medicamina enim affero, quæ morbum tuum curare ſufficiunt, ſtatimque medicamenta incipit præparare, & ipſe ſe de ſuo met ſanguine effundit, ad ſaluberrimum quoddam vnguentum efficiendum, quibus omnibus præparatis, ſi ille nollet ex aliqua illarum rerum fructum percipere, ſed diceret illi: Domine abi cum Deo, nolo etenim remedijs tui vti, nec quicquam æſtimo, quod ex Indijs me curaturus veneris, & illum eiuſque medicamenta negligeret, qua pœna digna eſſet tanta ingratitudo? ô Deus optime maxime, ſi tu nobis ignorantiæ velum adimeres, oculoſque noſtros aperires, optime cognoſceremus, nos in hanc ipſam ingratitudinem incidere: quia cœlo in terram infirmitatem noſtram curaturus deſcendiſti, medicaminaque quæ ſunt ſanctiſſima Sacramenta proprio ſanguine confeciſti, quod autẽ hæc ſaluberrima medicamina tantopere negligamus, ſignum profecto eſt hoc condemnationis illorum, qui tale facinus tantamque ingratitudinem committunt.

Idem.

Prudens chirurgus, non per ipſum quidem vulnus facit, cauterium ad putridam auferendum, corruptionemque euellendam, ſed partem viuam, & ſanam perurit, vt per eam putredo erumpat: itaque ad vulnera curanda, opus eſt ſanam partem torqueri.

Idem.

Vt enim medicorum eſt, ægrotorum excrementa, & alia quæ memoratu indigna ſunt non horrere, quo ægrotorum ſaluti proſpiciant: ita cœleſtis ille medicus qui peccata mundi curaturus aduenerat, neque peccatorum genus, neque peccatorum contubernia, & menſam dedignari debuit; ſicut ipſe ait: Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus.

Matt. 4.

Vt Medico non poteſt aſſignari cauſa, quod maligni humores collecti ſint in corpore ægroti, licet per induſtriam artis ſuæ illos ita monſtret ac prædicat, vt ſentiri queant, ſed malicioſorum humorum collectio inordinatæ vitæ decumbentis adſcribi debet. Sic cœleſti medico multo minus culpa imputari debet, ſi ærumnis & affectionibus caſtigemur, talis enim medicina peccatrici noſtræ carni neceſſaria eſt: ideo quiſque ſeipſum accuſet cauſamque ſuæ miſeriæ in ſeipſo quærat.

Auctor libelli cui tit. orbis afflicti: diuinæ conſolationes c. 2.

Vt medicus induſtrius putridam carnem ferro reſecat vel adurit, ne totum corpus corrumpatur: ita quandoque Deus ſæuiſſimè noſtrum corpus affligit, vt anima ſaluetur. Etiamſi profundius carnem noſtram ferro tangere, & veluti mortificare videatur, tamen hæc omnia ſanandi cauſa facit, vt hoc pacto magis nos viuificet. Medicus in confectione Theriacæ vtitur ſerpentibus, & viperis, vt malum malo pellat: ſic Deus in afflictionibus miniſterio malorum in noſtrum commodum vtitur. Quamdiu medicus bene ſperat de valetudine ægroti, omnia remedia tentat dulcia & amara quamprimum autem de valetudinis recuperatione deſperat, ægroto permittit porrigi,

Idem c. 8.

quicquid deſiderat. Sic cum pater cœleſtis de noſtra correctione bene ſperet, non ſingula nobis concedit, quæ nos expetimus, quemadmodum illis quos deſeruit permittit vt genio ſuo indulgeant.

Idem c. 17. Vt medicus videns ægrotum liberalius edere & impingueſcere, cibum ipſi ſubtrahit, & illa ſubtractione reducit ad valetudinem: ſic ſi nos vino, frumentis & alÿs frugibus abutamur ad ebrietatē, vel luxuriā, fame, & alÿs plagis Deus nos caſtigat, vt poſtea donis ipſius in ſobrietate rectius vtamur.

Aug. tract. 18. in Ioan. Tales ſumus quaſi lippientes, cum producuntur ad videndum lumen, ſi forte antea viſum omnino non habebant, & recipiunt eundem viſum, per diligentiam medicorum vt cumque reparare, & comprobare vult medicus, quantum ſalutis eis acceſſerit, tentat & eis oſtendere, quod videre deſiderant. Et cum viderint fulgorem, in ipſo reuerberantur quodammodo, reſpondent medico demonſtranti, iam iam vidi, ſed videre non poſſum. Quid ergo facit medicus? Renocat ad ſolita, & addit collyrium, vt ad illud quod viſum eſt, & videri non poteſt deſiderium nutriat, & in ipſo deſiderio curetur plenius, & ſigna mordacia reparandæ ſanitati adhibentur fortiter ferat, vt amore illius lucis accenſus, dicat ſibi: quando erit vt firmis oculis illud videam, quod ſaucÿs infirmiſque non potui? vrget medicum, & rogat vt curet. Ergo fratres ſi forte tale aliquid eſt in cordibus veſtris, ſi vtrumque erexiſtis cor veſtrum ad videndum verbum, & ipſius luce reuerberati, ad ſolita recidiſtis, rogate medicum, vt adhibeat collyria mordacia, præcepta iuſtitiæ. Eſt quod videat, ſed non eſt vnde videat. Non mihi antea credebas, quia eſt quod videas duce quodam rationis adductus, propinquaſti, intendiſti, ſcis certe quod videas, ſed idoneum te non eſſe qui videas: Ergo curare: quæ ſunt collyria? Noli mentiri, noli periurare, noli adulterari, furari, ſed cōſueſti, & cum aliquo dolore à conſuetudine reuocaris, hoc eſt quod mordet, ſed ſanat. Nam dico tibi liberius ex timore, & meo & tuo, ſi curari reſtiteris, & eſſe idoneus ad perfruendum hac, luce neglexeris valetudinem oculorum tuorum, tenebras amabis, & amando tenebras in tenebris remanebis, & remanendo in tenebris etiam in tenebras exteriores proÿcieris: ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Ioan. Oſorius i conc. tom. 2. Hom 10. poſt pent. conc. 3. Plut. 18. Sicut vt grauiſſimam infirmitatem medicus curet, cum prauum humorem vincere nequit medicamine, illum deflectit in aliam corporis partē licet nocumento ſit, vt minus vnetur malum: & ſicut abſcindi membra ſolent, vt vita ſalua ſit: ita in alia grauia peccata cadere iuſti permittuntur, ne eis ſuperbia dominetur: grauiſſimum ergo peccatum ſuperbia eſt, de quo proinde Pſaltes ait, emundabor à delicto maximo. vbi gloſſa. Id eſt, ſuperbia. vtile eſt ſuperbis cadere, vt minori malo maximum vitent; ideo dicit Dauid: bonum mihi, quia humiliaſti me.

Idem. Solet medicus ægrum inuiſere, & morbi magnitudinem & mortis ſigna videns, ait: moreretur hic proculdubio niſi iuuenis eſſet, & viribus præualeret: nunc autem fortis natura eſt, morbo non ſuccumbet. Si vero eam humorum corruptionem & mortis indicia videt in ſene debili, virtute exili, quid annunciet, niſi mortem?

Idem hom. 3. in feſt. Beati Fabiani & Sebaſt. Sententia medicorum eſt, & quidem rationi conſona, qui venas habet amplas, atque extenſas, morſus à venenoſo ſerpente facile perit: venenum enim per amplam venam facile diſcurrit vſque ad cor, non ſic qui eas anguſtas habet. Senſus ergo tuos conſtringe, ne venenum tibi propinatum à dæmone facile cor tuum penetret, portas ſenſuum occlude.

Si videas

Si videas medicum, ſæpiſſime infirmum inuiſere, in multo diſcrimine infirmum verſari dicis, aut nimium a medico diligi. Utrumque vero in te agnoſce, & Dei eximium erga te amorem, & ſupremum tibi adeſſe periculum, cum toties Deus ad te veniat & domum cordis tui perambulet.

Sicut cum pharmacopola ad te defert pulpam caſſiam, quam ſumas, nec integram Idem tom. 4. *illam deglutire potes, in partes minutiores eam diuidit, & ſic totum ſumis, ſed non ſimul & ſemel, ſed aliquibus vicibus. Ita omnino parentes noſtri ſimul illud perceperunt, nequaquam moriemini: nos vero illud omne deglutimus ſicut illi, ſed multis vicibus & in plures partes diuiſum, dicis enim hoc anno non moriar, hoc menſe non moriar, hoc die non moriar, & ſic in poſterum, dicis ergo, nunquam te moriturum, deuoras ergo illud: nequaquam moriemini: & ſic viuis ac nunquam moriturus.*

Si nunc ad hanc ciuitatem medicus aduentaſſet, qui diceret potentiſſimas ab ipſo Idem. *confectas medicinas deferri, quibus nulla non ægritudo ſanatur, alioqui vero infirmi eis ſuſceptis nihil proficerent, quia non debite eis vtuntur, vt medicus præcipit, ſed cibis noxijs comeſtis medicinarum virtus impeditur, iure ac merito medicus de ægrotantibus hiſce conquereretur, diceret eos infamare tum ipſum, tum illius præclara medicamenta, quorum vis non cernitur, quia ipſi eis vtuntur male. Magnus de cœlo venit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus, vt Auguſtinus ait. Medicamina illius Sacramenta ſunt, in quibus ſui ſanguinis virtutem reliquit, & in Euchariſtia* Idem. *ipſummet ſanguinem. De his Sacramentis, & præcipue de Euchariſtia mirabiles* Aug ſer. 89. *prædicauit effectus, hoc autem ſæpius non experimur, non ob medicinæ debilem vim,* de verb. Domini. *ſed quia inordinate eam ſumimus, nec conuenientes ſuſcipimus.*

Sicut medicus qui alios vno modo curat, & ſeipſum vice alia moderatur, medicinæ ſuæ ſuſpicionem affert, alioſque de eius virtute facit dubitare: ſic etiam Magiſter & Idem. *prædicator cuius vitæ pietas, morumque integritas doctrinæ quam prædicat non conſonat, ſtulto ſaltem & ignaro occaſionem præbet, quo de veritate doctrinæ quæ illi prædicatur, dubitet.*

Medicorum eſt regula, omne dulce eſſe oppilatiuum quia ſtomachus, ita eo delectatur vt in ſe ipſo retineat, neque in alia membra diſtribuat; ex quo oppilatio con- Idem. *ſequitur: amarum è contra ſtatim reijcit, antequam concoquatur, & ita communiter medicinæ, quibus corporis noſtri ſuperfluitates expelluntur, amaræ ſunt: aſſentiatio cibus eſt dulcis & magna cum delectatione recipitur; & recepta detinetur, & ideo plurimum affert damnum, quia culpæ magnitudinis cognitionem tollit, & per conſequens eius etiam correptionem.*

Sicut medicus debet regulas artis medicæ ſequi, eaſque moderari circa illud ſolum quod ad ægros pertinere videtur: *Sic oportet eum qui præeſt non* E. Petrus A Sancto Audom ro inſtitutionum monaſticarum lib. 2. *fræna laxare ſuæ voluntati ſuper ſubditos, ſed præfixa ſibi ex regula, ſiue menſura, & ſic demum ſua imperia moderari, circa id ſolum, quod rectum eſſe conſtiterit.*

Si medici pharmaca dare volentes, vt putridum & corruptum humorem expurgent; à corporali hac voluptate abſtinere præcipiunt, ita vt pharmaci efficacia deſit Chryſo hom. de Iona Proph. *obſtaculum, & operari, ſuamque vim illa declarare poſſint. Multo magis nobis ſpiritual e hoc remedium, hoc eſt vtilitatem, quæ ex ieiunio eſt, ſuſcepturis, tenuitate*

victus noſtram mentem expurgare, & leniorem reddere conuenit, vt ne ebrietate demerſa, infrugiferam, & inutilem vtilitatem, quæ ex illo eſt, efficiat.

Pſal. 81. Vt Medicus: ſic Deus deſerit, quos curari nolle videt. *Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis.*

Clemens Alex. 1. pædag cap. 9. *Quemadmodum Medicus non ægrotanti malus eſt, quod ei febrem annumeret, non enim medicus febris cauſa eſt, ſed ipſe febrem arguit: Ita nec is qui reprehendit, ei mali vult qui laborat animo.*

Iulius lib. 10 de trinit. Sicut nefarij ac crudeles medici ſub ſpecie pharmaci venenum occultant: ſic Hæretici *Incluſam pernicioſam corruptelam exquiſitorum verborum velamine contegunt. Non prius venenatum virus infundunt, quam ſimplices & innocentes, ſub prætextu nominis Chriſtiani, captos atque irretitos inuoluant, ne ſoli pereant, ſed participes horrendi criminis ſui reos faciunt.*

Plutarc. in moral. *Vt medico carnem ſecante manus concinnitatem quandam & elegantiam ſeruat, abeſt autem ſaltatoria geſticulatio: Ita libertas admittit vrbanitatem ſeruata grauitate. Adulator niſi ineptis ſcurrilibuſque iocis libertatem, veluti malis condimentis edulcat.*

Idem. *Vt medicus dat operam, quo ſanitatem tueatur & augeat. Ita facit amicus: at adulator laceaoſas titillat partes.*

Vt medicus, & non ſentientem ſanat: ſic amicus etiamſi ignoretur, amicum iuuat.

Procopius in Geneſ. ca. 1. *Vti medici prædicunt morbos futuros, quos ipſi non pariunt, quia ipſorum profeſſio eſt morbos inhibere & curare: hinc frequenter legimus in ſcriptura ſacra Deum iubere Prophetas, vt prædicent pœnitentiam, fingentem ſe omnium, quæ futura ſunt: Ideo fit ſiue pœnitentiam arripuerint vel reiecerint, ne exiſtimetur per ſuam præſcientiam cauſam præbuiſſe, & occaſionem audientibus, vt caderent & perirent. Quo circa alicubi alloquitur Hieremiam, ad hunc modum: fortaſſis audient, & pœnitentiam agent: quod ſi vellent æquè fieri poſſet, ac in peccatorum luto hærere; ſi quis præſciret bonum ſe futurum, & ſic permanſurum vſque ad finem, certè nequaquam magna promptitudine repurgatus eſſet vitijs.*

Lipſ. in orat. de calum. *Quod medici de cucurbitulis dicunt, quas corpori affiguntnon niſi prauum eas vitioſumque ſanguinem educere: verius de calumniatore ego, qui adtrahit ad ſe non niſi mala.*

Greg. *Vt pharmacopolæ bracteis aureis tegunt remedia quædam, quò pluris vendant: ita quidam lenocinio verborum nihil ad rem pertinentium rem commendari putant.*

Plutarc. in moral. *Vt medicus curans eos, qui dentibus cruciantur, non tam contriſtatur aliorum malis, quam ſua bona valetudine gaudet; ſed placidus eis apparet; ſic qui cupit aliena mederi iracundiæ non debet ipſe ſimul commoueri, ſed placidè tractare animum ægrotum.*

Idem. *Vt bonus medicus mavult morbo mederi ſomno ciboque, quam ſcammonio aut caſtorio: Sic amicus, Pater, Præceptor magis ſtudet aude corrigere, quam obiurgatione ſi liceat.*

Idem. *Quemadmodum medici Pharmacum, cum ad vnicum morbum repertum ad omnes*

omnes ſimiles ac finitimos accommodant:ita conuenit autorum dicta ad varios vſus accommodari.

Vt medicus eruditus ægrotantis corpus interdum doloribus afficit, vrendo illud, atque ſecando recuperandæ valetudinis gratia: eodem modo mens voluptuoſam affligit animam, vt radices voluptatis euellat, ab hac enim omnis animæ morbus: morbus animæ grauiſſimus, impietas eſt. Mere. Triſmegiſtus in Pymandro.

Vt medici cauſa morbi inuenta, curationem inuentam eſſe putant: ſic nos ægritudinis cauſa reperta, medendi facultatem reperiemus. Cic. lib. 3. Tuſcul. quæ.

Quemadmodum medicus vbi ſecuit carnem, non ſtatim deſerit ſectum, ſed rigat ac lenit: ſic qui acrius obiurgauit, debet reliqua vitæ conſuetudine lenire eam moleſtiam. Plutar. in moral.

Sicut medici pharmacis amaris dulce nonnihil admiſcent, vt alliciant: ita parentes obiurgationis aſperitatem lenitate debent mitigare. Idem.

Vt medicus non debet amatum ac chariſſimum medicamentum ægroto, leuiſſimo morbo laboranti adhibere; ſic amicus non debet in friuolis rebus amicum vehementer reprehendere. Nam *qui in rebus leuiculis acriter obiurgat amicum, perinde facit vt inquit Plutarchus ac ſi medicus amarum, & acre pharmacum ac ſumptuoſum in leuiſſimis morbis paſſim admoueat.*

Vt qui coguntur ſecare, malunt ære ſecare, quam ferro, quod hoc pacto vulnus ſit ſanabilius: ita qui cogitur obiurgare quempiam, ita moderabitur orationem, vt ipſa in ſe nonnihil admiſceat occultæ medelæ. Plin.

Quemadmodum medici quo doctiores videantur, diuerſas rerum ſpecies ex diuerſis mundi partibus petitas inter ſe commiſcent; ita quidam oſtentatores orationem parum eruditam videri credunt, niſi ius Cæſareum ac pontificium, oratores, ſophiſtas ſimul commiſcuerint, & pluribus authoribus ac literis conſarcinauerint, quam Mithridaticum ferunt fuiſſe concinnatum, id conſtabat quinquaginta quatuor diuerſis rerum generibus. Plutar.

Sicut medico diligenti priuſquam conetur ægro adhibere medicinam, non ſolum morbi eius, cui mederi volet, ſed conſuetudo valentis, & natura corporis cognoſcenda eſt: ſic cum aggredimur ancipitem cauſam, & grauem ad animos iudicum pertrahendos, omni mente in ea cogitatione curaque verſari debemus, vt odorari quam ſagaciſſime poſſimus quid ſentiant, quid exiſtiment, quid expectent, quid velint, quo duci oratione facillime poſſe videantur. Cic. lib. de orat.

Vt non medentur, qui vendunt pharmaca: ita non ſunt Philoſophi, qui quicquid è Philoſophia ſumpſerint, id transferunt ad oſtentationem. Plin.

Vt medici toto corpore curando minimæ etiam parti, ſi condoluit, medentur: ſic Philoſophia cum vniuerſam ægritudinem ſuſtulerit, ſi paupertas momordit, ſi ignominia pupugit, ſi quid tenebrarum offundit exilium, ſemper ad eundem fontem reuertendum eſt. Cic.

Vt medicus libentius ſanat oculum, qui pro multis videt, multoſque cuſtodit, ſic Philoſophus libentius Principis animum inſtruet, qui pro multis ſollicitus eſt. Plutar.

Vt maximi medici minores quoque morbos optimè ſanant; Ita doctiſſimi præceptores & minima optime docent. Idem.

Vt me-

Lipſ. lib. 2. cap. 16. conſt.

Vt medici poſtquam vſſerunt, & ſecuerunt ſatis, non omittunt ſtatim ęgrum aut deponunt; ſed benigna fomenta & acopa adhibent doloribus mitigandis: Sic Deus illos quos ferro & igne ſapientię ſuę purgaſſe ſatis videtur, lenibus quibuſdam alloquijs fouet & tractat, manu quod dicitur molliori.

Idem cap. 9.

Vt medici ſanguinem interdum prouide demittunt, non quia ęger ſis; ſed ne ęgreſcas: ſic Deus per clades quędam nobis adimit, materiem alius & fomitem vitiorum.

Plutarc. in moral.

Sicut medicus ſi res poſtulat vt crocum & nardum inijcit, & lauat ſuauiter, & paſcit humaniter: ſic amicus aliquando blandus eſt.

Plutarc. in moral.

Vt medici in vehementi fluxu pituitę non ſtatim ſuccurrunt pharmacis, ſed foris admouent, quod tempore concoquat humorem, ac tum medentur: ita in recenti dolore tacendum, donec tempore mitior admittat conſolationem.

Plutarc. in nupt. pręcep.

Vt medici eas febres, quę ab incertis cauſis paulatim collectis eueniunt, magis ſuſpectas habent & timent, quàm quę manifeſtas magnaſque cauſas habent: ſic latentes plerumque, prauęque & frequentes ac quotidianę viri atque vxoris offenſę, magis eos diſiungunt, & vitę conſortium labefactant.

Plinius.

Vt medicus & non ſentientem ſanat: ſic amicus nihil oſtentat, ſed tum celat, cum maximè iuuat.

Idem.

Sicut medicus: ſic & Deus ab omnibus poſtremo cognoſcuntur: etenim non niſi in extrema neceſſitate coluntur.

Plutarc. de cohibenda ira.

Quemadmodum medici dum morbos extenuant, nullum curant: ſic *& in animi morbis; dum alium appellamus prouidentiam, alium ingenuitatem, alium pietatem, à nullo liberari poſſumus.*

Idem de curioſitate.

Vt medici quę corpora offendere poſſunt, à corpore depellunt: ſic ſi quę ſunt cupiditates peſtiferę noxięque tempeſtatem, ac tenebras inuehentes animo, optimum quidem fuerit eas expellere atque ad ſolum vſque demoliri, quo nobis ipſis paremus, aërem apertum lucem ac ſpiritum purum. Quodſi minus poterimus, certe illud adnitendum erit, vt quibuſcunque modis licebit tranſlatis, & inuerſis, quę nos offendunt, reddamus ea nobis aptiora commodioraque.

Eraſmus in Lingua.

Quemadmodum fruſtra moneas phreneticum, ſic incede, ſic compone veſtem, ſic moderare vultum, ni prius pharmacis expurgaris bilem, & alium corporis habitum induxeris; in vanum moneas cui dominatur ambitio, Ira, ſuperbia, auaritia, libido, zelotypia, amor, odium, quem excruciat ſpes aut metus pręcipui humanę vitę tyranni, ſic loquere, ſic moderare linguam niſi prius perſuaſeris vt rebelles animi motus rationis fręno coercat. Eſt autem illic pręcipua adhibenda cautio qua nos ſentimus maximè propenſos ad lapſum, quam ad rem plurimum adiuuabit, ſi ſibi quiſque iuxta pythium oraculum notus fuerit.

Paulus Ricius de ternino doctrinarum ordine.

Sicut non dicitur febricitans curatus, eo quod nauſea, paſſio, & rigoris impetus ablatus ſit: ſic quidem nec is qui hęc abſtulit, aut auferendi legem nouit, curator & medicus, ſed curatus dicetur: quia & ſitis & capitis dolor appetitus aliarumque virtutum læſio, demum & extraneus qui intus pręcordia, & viſcera occupat, ardor euanuit, & qui eiuſcemodi ſynpthomata, & languorem pepulit, aut pellere nouit, vere curator & medicus vocari meruit.

Diō Chryſ. de auar. orat. 17.

Quemadmodum & medicos & naucleros videmus ſæpius eadem pręcipere, non eo quod

eo quod non primum audiuerint, quibus iubent, ſed quod eos negligere animumque non attendere videant: ita & in vita vtile eſt ſæpe eiſdem de rebus dicere, quod multi quidem ſciant, quid conueniat, ſed non faciant. Non enim finis eſt neque ægrotantibus: ſcire quid ſibi profit, ſed eo (opinor) vti; hoc enim illis ſanitatem præſtat: neque alijs diſcere fructuoſa & nocíua ad vitam, ſed non aberrare in horum electione, ſicuti enim videre licet, quod qui ex oculis laborant, ſciant quidem ſe ſentire moleſtiam, ſi manus oculis admoueant, non velint tamen abſtinere: ſimili modo & in alijs accidit negotijs, vt multi quidem & clare ſciant quod non profit quid facere, nihilominus incidant in illud.

Quemadmodum medicus non repræhenditur, ſi ægrotus naturæ ſatisfaciat, dummodo culpa vacet, ſic malus caſus non eſt illi adſcribendus niſi culpa interuenerit vt inquit Ioan. à S. Gem. *Caſus malus non imputatur alicui niſi vbi culpa interuenit, ſicut medico non imputatur ſi potionem dat, & infirmus aliquo caſu fortuito moriatur: ita quod medicus non reprehendatur in culpa ante factum, vel in facto, vel poſt factum; extra. de cler. ægro. c. ad aures. Ante factum deprehenditur in culpa quando non eſt peritus in arte, vel quando intromittit ſe de miniſterio alieno: puta eſt religioſus qui intromittit ſe de chirurgia, quod officium non pertinet ad ipſum extra. de homici. c. tua not, in facto autem deprahenditur in culpa quando non dedit potionem iuxtà traditionem artis, imo innitebatur prudentia ſua contra iura de conſti. ca. & ce. ne innitaris. Et poſt factum deprehenditur, quando circa cuſtodiam infirmi non apponit diligentiam quam debet: nec excuſatur ſi cuſtodiam minus diligentem dimiſit; vbi videbat periculum imminere arg. extra de officio. Arch. c. ea quæ caueat, ergo quo modo plures, curas ſimul & ſemel ſuſcipiat, quia ſi infirmus continuam diligentiam exigit, pluribus intentus minor ſenſus tali ad aures ff. ad l. Aquil. qua actione 5. ſi. & l. ſeq.*

Ioan. à S. Gem. in ſum. de exẽp. li. 8. cap. 6.

Quemadmodum vulneratos frequenter curando medicus facile in aliorum calamitatibus commouetur, cum humanam intelligat naturam: Ita ſi ad opulandum inopes conuenıemus, omnia contemnemus.

Chryſoſt. hom 80. in Ioan.

Sicut medicorum quidam gnari curationis omnium ferme vitiorum, morborum languorumque nullius eorum rationem veram, aut veriſimilem poſſunt reddere: alij contra vehementer facundi, ſignorum & cauſarum remediorumque, ex quibus ars conſtat interpretes optimi in tractandis ægrotorum corporibus ſunt ignauiſſimi, ne minimum quidem remedium adhibere idonei: Ita qui ſe exercent in operibus ſapientiæ plerumque verba negligunt, qui vero dicendi artes callent, nullam bonam diſciplinam habent reconditam.

Philo. in lib. quod deterius à Potiori inſidietur.

Sicut multi medici ignari qui non poſſunt ægros ſanare, doctos & expertos venenaris pungunt aculeis, accerrimiſque maledictis inſectantur. *Sic multi ſunt qui ad virtutes & bona aliorum non attingere queunt, & per prædicationem alios peccatores aridos curare neſciunt, aut non poſſunt, vt pote nec prædicare aut diſcretè confeſſiones audire neſciunt, qui tamen alios benefacientes detrahendo corrodunt, nec quod ſubditi ſui ab alijs ſinentur, & doceantur, imo quando aliot vident, in ſuis parochijs prædicare, vel confeſſiones audire ſummè turbantur, vnde illud. Hi quicumque ignorant, blaſphemant. Et alibi: vos ipſi non intratis, &c.*

Petrus Berchorius Moral. Bibliorum li. 1. c. 8. in Matth.

2. Per. 2.
Matt. 23.
Mar. 7.

Sicut Imperitus eſt medicus, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat,

Cyprianus ſerm. 5. de lapſis.

trectat, & multis receſſibus viſcerum virus incenſum, dum ſeruat, exaggerat. Aperiendum vulnus eſt, & ſecandum, & putredinibus amputatis, medela fortiore curandum, vociferetur, & clamet licet, & conqueratur, æger impatiens per dolorem gratias aget, poſt modum cum ſenſerit ſanitatem. Sic oportet Dei ſacerdotem non obſequijs decipientibus fallere, ſed remedijs ſalutaribus prouidere.

Chryſoſt. hom. 5. in 1. Cor.

Quemadmodum medicus quiſpiam ſi medicam artem eos docere vellet qui pauca in ea male & perperam cognoſcerent, non facile doceri paterentur: qui autem nihil ſcirent, hi maxime quæ dicerentur acciperent, ſic hoc in loco vſu venit, indocti magis crediderunt, quippe qui in vltimam dementiam non venerant, vt ſe ipſis ſapientes arbitrarentur. Hi namque maxime ſtulti ſunt, qui cogitationibus ſuis, quæ niſi per fidem inueniri nequeunt, ſe inuenturos pollicentur. Etenim cum faber ignitum ferrum forcipe accipiat, ſi alius id digitis accipere contendat, vltimam illius amentiam coniectabimur: Itidem & Philoſophi, per ſeipſos huiuſmodi, inuenire conati, fidem coinquinarunt. Propterea nihil quod quærerent inuenire potuerunt.

Sicut inter medicos aliqui ſunt, qui ob elegantiſſimorum morũ ſuauitatẽ ac nobiliſſimam ſcientiæ medicæ facultatem ab omnibus amantur, atque obſeruantur: ſic inter nobiliſſimos ac præſtantiſſimos viros, aliqui inueniuntur, quos ob præcipuas & inſignes virtutes, omnes ſummo amore atque obſeruantia proſequuntur: etenim Aloyſius & Ioannes Perez de Baron amantiſſimi fratres, ob generis dignitatem, clementiam, manſuetudinem, humanitatem, moderationem in priuatis, ſplendorem in publicis, grauitatem, iuſtitiam, inſignem liberalitatem, mentis admirabilem ſolertiam, flagrantẽ pietatis amorem, ſuauiſſimorum morum indolem, religionem, largiſſimam virtutis æſtimationẽ, ſummam mentis prouidentiam, inuicti animi indomitum vigorem, magnanimam fortitudinem, præſtantiſſimam omnium eorum, quæ ad hominum mores, ad virtutes, ad vitam, ad rempublicam pertinent, cognitionem, & ob eximiũ cæterarum ſplẽdidiſſimarum virtutum concurſum, amantur, in ſummo pretio ac exiſtimatione habentur, nobiliſſimiſque dignitatum gradibus ab omnibus digniſſimi iudicantur.

Sicut præſtat, ciuitates plurimos medicos prudentes & expertos habere, quàm vnum: quia ægroti melius ac vtilius à multis, quàm ab vno curantur: vnus enim non poteſt omnes ſanare: ſic & melius eſt multos Parochos eſſe, qui animabus vitiis affectis medeantur, quam vnum, qui in omnium curam incumbere minime poſſet: ſic & pari modo quoque reſp. à plurimis ſapientibus, ac peritis viris nobilius ac commodius, quam ab vno reguntur; quod quidem multis argumentis probabitur; ſed antequam ea in medium afferamus, nonnulla ſunt ſupponenda &

1 Si natura diuerſorum populorum conſideretur, dicendum eſt vni monarchiam, alteri Ariſtocratiam, vel Democratiam, aut mixtam rempublicam, alijs, vt barbaris, Tyrannidem conuenire. Quod dentur populi, qui non poſſint monarchiam perferre, inter cæteros ſunt in Italia, Genuenſes, quos difficile eſt poſſe monarchæ niſi tyranno ſubijci, vt inquit Diuus Thomas

Thomas de Regimine principum, ſi modo autor illius operis eſt; quòd verò populi, & nationes extent, quæ monarchiam adament, teſtes eſſe poſſunt inter alias Galli, & Hiſpani; qui & ſi præclariſſimas occaſiones libertatem inſtituendi habuerint, tamen Ariſtocratiæ ſemper ſunt aduerſati, tum ob eorum ingenia, regimini vnius aſſueta, tum ob ſummam perſonarum inæqualitatem, quæ eſt cauſa, vt nulla reſpublica inſtitui vnquam potuerit. Quam ob rem cũ vna ciuitas ſeu natio ſit vnius formæ reipublicæ, quam alterius magis capax, nemo ratione ſubiecti, vnam altera eſſe præſtantiorem affirmabit.

Bartholus tract. 24. de regimine ciuitatis num. 1.

Verum hæc doctrina excellenter à Bartolo hoc modo traditur. *Hoc præmiſſo facio triplicem diuiſionem ciuitatum, ſeu populorum: nam aliqua eſt ciuitas, ſeu gens magna, in primo gradu magnitudinis. Quædam eſt ciuitas ſeu gens maior, & ſic in ſecundo gradu magnitudinis? Quædam eſt ciuitas, ſeu gens maxima: & ſic in 3. gradu magnitudinis. Si loquamur de gente ſeu populo magno in primo gradu, tunc dico quod non expedit illi regi per regem, primo hoc probatur per tex. quia cum ciuitas Romana erat in primo gradu magnitudinis, expulit reges, qui conuerſi erant in tyrannidem, de orig. iuriſ. §. exactis & §. in initio & hoc probatur per rationem de natura regum, & eſſe magnificos in faciendo magnas expenſas, vt in auth. de immendo; & per Ariſt. in lib. Ethicorum: ſed reditus regales vnius populi magni, in primo gradu magnitudinis non ſufficerent ad expenſas regales, ideo oportet quod extorquerent à ſubditis, & efficerentur tyranni, ſtatus ergo talis Regis veriſimiliter tendit ad tyrannidem, ergo non eſt bonum regimen, inſpecto eo quod veriſimiliter euenire poteſt. Et hac eſt ratio, quare Deo diſplicuit, quod populus regem petijt. 1. Regum 8. c. nec expedit tali populo regi per paucos vt per diuites ciui. nã quando contigit in ciuitate eſſe diuites, in paruo numero: contigit alterũ de duobus quia aut multitudo populi de illorum paucorum regimine indignabitur, quantumcumque bene regat vt fuit in ciuitate Senarum, fuit enim annis fere lxxx. quidam ordo hominũ diuitum regentiũ ciuitatem bene, & prudenter: tum quia quãdo populi multitudo indignabatur oportebat eos præſtare cum magna fortia militari. Qui ordo depoſitus eſt in aduentu Caroli IV. Illuſtriſſimi Roman. Imper. tunc regnantis. ipſius principis factum comprobat, quod talis regendi modus in talibus ciuitatibus non eſt bonus. Aliud conueniens poteſt ſequi, quia illa pauca, vt naturaliter euenit, poterunt inter ſe diuidi, ex quo in ciuitatibus concurrunt rumores, ſeditiones incendia, & ciuilia prælia, vt ſæpe videmus in ciuitate Piſarum: expedit autem huic populo, qui eſt in primo gradu magnitudinis, regi per multitudinem, quod vocat regimen ad populum ff. de ori. iur. l. 2. §. exactis vſque ad §. quia difficile eſt quod iſtud regimen ſit bonum, apparet quia illo tempore multum vrbs Romana augmentata eſt, vt patet ea l. §. ſeq. & ſeq. hoc etiam apparet ex dicta authoritate lib. regum videtur enim magis regimen Dei, quam hominum, hoc etiam experimur in ciuitate Peruſia quæ iſto iure reperitur in pace, & vnitate creſcit, floret, regentes eam ſecundum vices ſuas, à nullo ſe cuſtodiunt, ſed ipſi cuſtodiuntur ab hominibus, & ſæpe viſum eſt per conſilium hominum communium deliberari, quædam quæ à ſapientibus & prudentibus malefacta viſa ſunt. euentus vero manifeſtauit eſſe prudentiſſima facta: hoc ideo eſt, quia magis Dei quam hominum regimen eſt, hunc regendi modum*

dictus

dictus illuſtriſſimus imperator, cum apud eum eſſem maxime commendauit: iſtud itaque regimen appellamus regimen ad populum, ſeu regimen multitudinis, vt dictum eſt: iſtud autē regimen eſt ſic dictum quando iuriſdictio eſt apud populū, ſeu multitudinem, non autem quod tota multitudo ſimul actu reges, ſed regimen aliquibus per tempus committit ſecundum vices, & ſecundum circulum, vt §. exactis in corpo. de defen. ciuit. §. interim quod autem dico per multitudinem, intelligo exceptis viliſſimis, vt C. de digni. l. ne quis l. 12. item ab iſto regimine poſſunt excludi aliqui magnates qui ſunt ita potentes, quod alios opprimerent, vt ff. de off. præſ. illiciti §. ne potentiores, & ita obſeruari videmus; ſed in d. ciuitatibus: ſi honores & munera ſecundum gradus debitoris diſtribuuntur, bonum eſt regimen, & ad ſuperiorem ſpectat reformatio, vt ff. de mun. & hono. l. 3. §. præſes prouinciæ. Secundo eſt videndum de gente ſeu populo maiori & ſecundo gradu magnitudinis, tunc iſtis non expedit regi per vnum regem, per rationes ſupra dictas, nec expedit regi per multitudinem; eſſet enim valde difficile, & periculoſum tantam multitudinem congregari, ſed iſtis expedit regi per paucos, hoc eſt per diuites, & bonos homines illius ciuitatis, ita probatur expreſſe ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde quia difficile, vbi aucta ciuitate Romana facti ſunt ſenatores, eiſque data eſt omnis poteſtas: ſic enim regitur ciuitas Venetiarum, ſic ciuitas Florentiæ. Has enim pono in numero ciuitatum maiorum. in his enim ceſſant ſuſpiciones prædicta: Nam licet dicantur regi per paucos, dico quod pauci ſunt reſpectu multitudinis ciuitatum, ſed ſunt multi reſpectu ad aliam ciuitatem, & ideo quia ſunt multi per illos regi multitudo non dedignantur: item quia multi ſunt, non poſſunt de facili inter ſe diuidi, quin multi remaneant, modi qui ſtatum ciuitatis ſuſtentant, & de iſto modo regendi per paucos quando ciuitas augmentanda eſt in ſecundo gradu multitudinis ponit gl. in d. §. interim. in auth. de defen. ciuit. Prædicta vera, niſi de antiquo regendi modo ciuitatis aliud appareat; Poteſt enim eſſe quod vna gens vel populus ita aſſuefacti ſunt certo modo regendi, quod eis quaſi in naturam conuerſum eſt, & aliter viuere neſcirent, tunc antiquus modus regiminis ſeruandus eſt, vt ff. de mun. & hon. l. 1. §. 1. & l. in §. præſes & l. honor. §. de honoribus. Tertio videndum eſt de gente, vel populo maxime, qui eſt in tertio gradu magnitudinis, hoc aut fieri poſſet contingere in ciuitate vna per ſe, ſed ſi eſſet ciuitas, quæ multum alijs ciuitatibus & prouincijs dominaretur, huic genti bonum eſt regi per vnum, hoc probatur ff. de orig. in l. 3. nouiſſimo vbi aucto multum imperio Romano, & captis multis prouincijs deuentum fuit ad vnum ſ. ad Principem. Hoc etiam probant omnes rationes ſupra acta per dictum fratrem Ægidium. hic ceſſant rationes factæ in oppoſitum; In tanta enim multitudine de neceſſitate ſunt, multi boni, per quos oportebit ſe regem conſulere, & in iuſtitiæ via ſe ponere: & ſic de facto communiter videmus, quod tanto melius gens vel populus regetur, quanto ſub maiori rege regitur, & de hoc habemus autoritatem ſanctæ Scripturæ, vt Deuter. 7. vbi Dominus ſic ait, cumque ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſque in illa, & dixeris, conſtituam ſuper me regem ſicut habent omnes per circuitum nationes, eum conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit, de numero fratrum tuorum, non poteris: alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus, verba Domini ſunt. Ex eo quod dicit: cùm ingreſſus fueris & poſſederis & habitaueris & c. innuit, quod parua gens nō habitura eſt regem ſed magna

quæ

quæ eſt in magno ſtatu, & multis dominatur, ſicut dictum eſt ſupra. Ex eo quod dicit: Deus unus elegerit, ſ. quod omnis rex, aut mediate, aut immediate à Deo eligitur vel ab electoribus, inſpiciente Deo, cor enim eligentium in manu Dei eſt, vbi voluerit, inclinabit illud, vt dicitur de Rege C. de ſumma tri. epiſtola inter claras &c.

2 Si quæſtio ſit de optimo Ariſtocratiæ ſtatu, qui ſimpliciter & per ſe ipſe conſideratur, ſi inueniretur, Monarchiæ eſſet ſine controuerſia præferendus, nam hæc eſt vera Ariſtotelis opinio.

3 Si quæſtio ſit de Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia optimè mixta, & temperata, & de Ariſtocratia ſeorſim, fatendum eſt hac illam excellentiorem eſſe, quandoquidem mixtum eſt corporibus ſimplicibus nobilius & perfectius.

4 Si vero Monarchia pura & perfecta, & Ariſtocratia ſimpliciter optima, & per ſeipſa inuenirentur, certum eſt Monarchiam Ariſtocratiæ fore anteponendam: nam non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate, & quod poteſt fieri per pauciora æquè bene, non debet fieri per plura.

5 Verum ſi ſtatus reipublicæ Ariſtocraticus, qui proprie Ariſtocratia mixta aut Oligarchia, & non Monarchia pura, quæ ſolummodo eſt idealis, ſed quæ ſine illa relatione realiter inuenitur, & dubitetur, vter ſit præferendus, reſpondendum eſt Ariſtocratiam, quæ virtutem includit, eſſe monarchiæ abſolute anteponendam, quod quidem

Probatur 1. illud regimen eſt magis expediens in tempore naturæ lapſæ, & culpæ, quod magis aſſimilatur regimini in tempore innocentiæ, ſi manſiſſemus in illo ſtatu: ſed quod eſſent plures gubernatores, magis aſſimilaretur regimini, quod fuiſſet tempore innocentiæ, igitur: patet conſequentia de ſe, & maior eſt nota, & minor probatur, quia ſi parentes non peccaſſent, omnes fuiſſemus æquales. *Hoc argumentum eſt à Buridana deductum.*

2 Eadem ratio eſt de regimine totali, & partiali: ſed in regimine totali non præſtat mundum ab vno gubernari, quia vt inquit Buridana non poſſet gerere ſufficiētem curam omnium mortalium, & nullus ſolus Princeps poteſt habere omnes mortales in ſua cura, ergo idem de partiali eſt dicendum.

3 Melius eſt politiam regi ab illo, in quo eſt maior prudentia: Sed prudentia maior eſt in pluralitate; ergo & cætera: maior patet per Philoſophum dicentem, quod ad bonum regimen reipublicæ eſt ſummè prudentia neceſſaria, & minor apparet, quia plures poſſunt certius iudicare, quam vnus. *Idem quæſt. 3. lib. 3.*

4 Si politici contrariæ ſententiæ ſentiunt, melius eſſe politiam regi ab vno, dummodo non de proprio ſenſu, & capite ſine conſilio aliorum, ſed ex poteſtate ac conſilio magnatum & prudentium operetur, ad quid vnum ſolum, ſi omnibus præeſſe is commode non poſſit, & conſilio ſuo vti non debeat, multis in reipublicæ adminiſtratione anteponere? *Buridana.*

5 Quia illud regimen eſt nobilius, quod vniuerſi gubernationi aſſimilatur,

tur,ſed mundus in omni ſua totalitate acceptus,eſt eiuſmodi : ergo,maior patet quia de vniuerſo , quò ad præcipuas ſui partes,debet intelligi: minor probatur quia elementa nunc agunt,nunc patiuntur, modo omnia in vnum coeunt, modo aliqua tantummodo vniuntur. Et ſi inter ſe diſſideant,tamen in producẽndis rebus conſociantur omniaque , quæ in hoc mundi Theatro conſpiciuntur , componunt. Sic in Ariſtocratia ciues modo imperant , modo parent, modo omnes eandem conſultationem, modo nonnulli ſolummodo ineunt : & ſi ciues videntur in ſententijs diſcordes,tamẽ in negotiorum executione iunguntur. In homine non vnum membrum,ſed plura nobiliora ſecundum medicos exiſtunt: nẽpe cerebrũ, hepar,& cor : etenim *tres tantum ſtatuendæ ſunt principes partes,cerebrum, cor, hepar. Cerebrum in editiſſimo loco ſedet pro tribunali ſingulis ſenſuum αισθητηρίοις dignitatum officia diſtribuens. Cor regis inſtar in medio thorace ſitum partium omnium vitam ac ſalutem vitali ſuo calore & viuifico nectare fouet, tuetur, conſeruat. Hepar gratioſi humoris fons proprijs ſumptibus vniuerſi corporis familiam tanquam munificentiſſimus princeps alit. A cerebro animalis facultas per neruos tanquam funiculos in vniuerſum corpus influit. A corde vitalis per arterias tanquam tubos & aquæductus in ſingulas partes excurrit. Ab hepate ſi non facultas, ſaltem ſpiritus aut ſanguis per venas in totum corpus diffunditur. Reliquarum partium ad totius conſeruationem nulla eſt neceſſitas : ſingulæ principibus famulantur. Sic ſenſuum organa ſolius cerebri gratia ſunt constructa. Sic pulmo, diaphragma, arteriæ tam læues quam aſperæ ſoli cordi temperando , nutriendo expurgandoque dicata ſunt : Adeo vt res tantum abſolutè ad totius indiuidui conſeruationem ſint neceſſariæ : Quæ tamen tanta conſpiratione inter ſe apta connexaque ſunt , vt mutuis egeant auxilijs , earumque vna intercidente , reliquæ pariter emoriantur.* Ex hac deſcriptione colligi poteſt corpus humanum verè Ariſtocratiam repræſentare. In cœlorum regimine,quod in hæc inferiora exercent, Ariſtocratia non Monarchia, vt aduerſarij opinantur, euidenter conſpicitur,& euidentius ex Pontani doctrina cognoſcetur:is enim ita inquit. *Itaque vt ſeſe habent in generatione materia & forma,rerum principia,vt genus quod è mare conſtat.& fœmina,vt tempus in quo nihil non a natura efficitur,idque , die ac nocte conſtituitur : ſic ſeſe habent Sol & Luna, vt generationis ipſius autores & pene dixerim parentes vt primæ quoque ac potiſſimæ generationis & vitæ cauſæ. Præſtruit enim Luna aptatque materiam;Sol autem inducit formam : hic diurnum moderatur tempus, illa nocturnum : Luna corpori præſtat alimoniam, Sol animalitatem conſeruat : nihil ille negligit eorum quæ ſpiritus ac ſenſibus,quæque animato conferant corpori,nihil hæc eorum quæ ipſi accidunt homini : vt vterque ſimul Sol ac Luna tum corporis ſenſuumque, id eſt animalitatis,ac hominis denique ipſius tum accidentium atque euentorum,quæ in vita eius tam multa contingunt , tum auctores tum miniſtri prorſus videantur ac ſuppeditatores : cum autem ſcopus, vti dictum eſt naſcentis hominis animalitatem inducit animæque eius cum corpore conglutinationem,cui rei Sol vt dictum eſt præeſt : erit aſcendens ipſum ſolis iurisdictioni in hominis genitura ſubiectum , cui in vniuerſa vita ius à Sole ipſo dicetur : quo ſit vt nati hero-*

Andreas Laurentius in oper. anatom. lib. 1. cap. 2.

Ioan. Iouianus Pontanus de reb. cæle. li. 3. c. 1.

horoſcopus in genitura Soli addicatur. Atqui Luna vbique poteſtatem in his ſuam cũ Sole ſimul exercet ac mixtim etiam præſidet: habent enim coniuncta tẽpora diem & noctem, coniunctas actiones materiam & formam, coniuncta domicilia, Leonem & cancrum. coniuncta etiam loca, in quibus libentius ius dicunt nonum atque octauum in cœli ſignatione locum. Par eſt igitur in naſcentium genituris, vt Sol quidem horoſcopus ſibi aſſumat. Luna vero aliquod etiam ſibi aſcendens pro ſocia poteſtate vendicet, quo parte ex omni rerum ſe noſtrarum communes vterque exhibeant tum autores, tum miniſtros & curatores coniunctamque ſimul poteſtatem exerceant.

Idem lib. 4. cap. 3.

Quod cæteri planetæ ſint Solis, ac Lunæ ſocij atque adiutores; idem autor his verbis affirmat *eadem ratione, & via Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, ac Mercurius in generatione conſtituendiſque corporibus Lunæ Soliſque ſocij atque adiutores ſunt: quare è re varietates ipſæ etiam innumerabiles vt dictum eſt proueniunt & corporum, & ingeniorum cum eorum vnuſquiſque miſcendis fermentandiſque corporum humoribus operam ſuam conferat, ſuoque fungatur officio.*

Lib. 4. ca. 5.

Quod autem in particulari planetæ ad rerum generationes principaliter concurrant, ex eodem authore demonſtratur, *ſtella Saturni vtque Solis eſt Lunæque in generatione adiutrix aridum ſimul ac frigidum ſunt, quoque Solis eſt etiam exiccare. Soli hac in parte, hocque auxilij genere opitulatur: nec minus etiam fouendi frigoris gratia ſubſeruit; Lunæ itaque propter qualitatum communicationem ſocias vtique vires adiungit, quocirca terrenæ præeſſe qualitati exiſtimatur: cum autem neque generatio fiat ſine calido, cuius comes eſt ſiccitas, neque abſque humido cui libenter comitatur frigiditas, cum etiam terra quæ vna è quatuor principijs eſt Saturno dominetur, eaſque qualitates foueat merito Soli Lunæque in generando atque corrumpendo ſtella hæc adeſſe dicitur.*

Lib. 4. ca. 7.

Iouis etiam quod humido calidoque humori præſidet, putatur etiam præeſſe liberorum procreationi, ac genitali ſemini: parique in generatione opera & Soli propter caloris ſui temperantiam, & Lunæ propter humidi moderationem adminiculari. Itaque non iniuria ſobolis ad Iouem procreatio ab antiquis relata eſt, tametſi penes Solem Lunamq́ue generationis poteſtas, primaq́ue exiſtit prærogatiua. ſicuti penes cor ac cerebrum vita, atque animalitatis.

Lib. 4. ca. 9.

Veneris ſtella propter humidi temperamentum, cum ſit etiam genitalis ac prolifica, non ſolum Lunæ ad fouendam humectationem, Soliq́ue ad informanda corpora, plurimum adiumenti affert in generatione, verum propter naturalem benignitatem, ſalutaris dicta eſt, atque inde felix beneficaq́ue agnominata. Quemadmodum enim calorem ipſum eſſe qui foueat, alium qui vrat, diximus, idem quoque ipſum de humido affirmandum ducimus. Siquidem & humidi ipſius menſura quædam eſt, tum in generando, & in alendo, tum etiam in corrumpendo. Stella itaque Veneris ex hac humidi temperatione, inſitaq́ue ſibi vi ſuapte natura benefica eſt, & ſalutaris, quod etiam obſeruatio tot ſæculorum docuit, in genituris, vniuerſaq́ue hominum vita. Ne autem à generatione animalis recedamus, quod paulo ante de Ioue, deq́ue genitali diximus ſemine, dicemus item de Venere, deq́ue materia illa excrementitia menſtrui ſanguinis, cui ſemen vt materia ſe inſinuat, additus

derare, & procurare: ſecundo quia vnuſquiſque ſenator ſecundum ſuam propriam virtutem operatur, & non ſolum per ſuam particularem proprietatem operatur, quia dicit quod ſentit, & quod boni publici cauſa ſit faciendum, verum etiam vt habet voluntatem communem ſubditis benefaciendi, & bonum publicum procurandi.

Vlterius in Dei eccleſia omnes preces, ac orationes, &c. hoc modo abſoluuntur, Gloria Patri & filio, & ſpiritui ſancto per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti, &c. ergo ſi tres perſonæ in vna eſſentia regnant, Ariſtocratiæ non Monarchiæ ſimilitudo deduci debet.

Verum hæc dicta ſint non vt Dei regimen ſit Ariſtocraticum, quia nullum dubium eſt gubernationem Dei Monarchicam eſſe, ſed vt aduerſariorum falſa eſſe ſuppoſita cognoſcatur, & quod Ariſtocratia in nobiliſſimis diuinis actionibus Deum magis quam monarchia referat. Nam ſi omnia trinitatem repræſentant, Ariſtocratia trinitatem per modum imaginis, Monarchia vero per modum veſtigij repræſentare videtur. Qua de cauſa, ſi aduerſarij ſimilitudinem Monarchiæ ex gubernatione Dei deducunt, liceat quoque nobis Ariſtocratiam iuxta eorum ſuppoſita deducere.

6 • Auctoritate ſacræ ſcripturæ, & Dei, qui Ariſtocratiam conſtituit, atque probauit Monarchiam autem noluit, vt ex ijs quæ ſcribit Carolus Sigonius, de repub. Hebræorum colligi poteſt, & ſunt hæc.

Carolus Sigonius de rep. Hebræorum lib. 1. cap. 5.

Sequitur vt de forma reipub. diſſeram, quam Deus aut ſuperiore lege præſcripſit, aut poſt induci, neglecta lege permiſit. Cæterũ cũ de forma reipub. quærunt, nihil aliud quæritur, niſi penes quẽ principatũ ſumma rerũ fuerit conſtituta. Hæc vero apud Hebræos primũ penes optimates poſita fuit, deinde penes reges, quorum principatum illum Ariſtocratiam: Hoc regnum Græci vocant. Ariſtocratia fuit ſub Moyſe, Ioſue, ſenioribus iudicibus: Regnum ſub regibus.

De Ariſtocratia ſub Moyſe ſignificauit Moyſes XII. Deuteronomij cum dixit. Non facietis in terra Cananæa, quæ nos hic facimus, hodie ſinguli quod ſibi rectum videtur, non enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem & poſſeſſionem, quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis. Ac multis quidem ijs quæ bonis & prudentibus viris Moyſes rem totam commiſit, vt alij ſacra, alij profana curarent (ex ijs autem, qui operam rebus ſacris dederunt, vnus fuit Pontifex, reliqui ſacerdotes & leuitæ, qui vero profana adminiſtrarunt, alij conſultationibus, alij iudicijs vacauerunt; nonnulli pacis, quidam belli ſtudia coluerunt) omnes vero non ex arbitrio voluntatis, ſed ex præſcripto legis ſuo fungi munere, in primiſque iudicia & iuſtificationes exercere conſtituit. Atque ita deinde tempore Ioſue, & iudicum in terra Cananea diſpertitis poſſeſſionibus eſt ſeruatum. Etenim ad Ioſue dixit Deus cap. 1. Confortare, & eſto robuſtus valde, vt cuſtodias & facias omnẽ legẽ, quã præcepit tibi Moyſes ſeruus meus, nec declines ad dextrã, vel ad ſiniſtrã, vt intelligas cuncta quæ agis: & poſt præcipienti illi reſpondere Iſraelitæ, omnia quæ præcepiſti nobis faciemus, & quocũque miſeris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moyſi, ita obediemus tibi. inde Ioſue moriturus advocatis Iſraëlitis, eadem verba repetijt, quæ ad ſe Deus tradens imperium fecerat de

ſeceras de lege Dei cuſtodienda cap. XXIII. *promiſitque populus ſe Dei præceptis obediturum.*

De ſeniorum imperio ſignificatur ſecundo iudicum, ſeruierunt Iſraëlitæ Domino cunctis diebus Ioſue, & ſeniorum, qui poſt eum vixerunt, & nouerunt omnia opera Domini quæ fecerat in Iſraël. Iudicibus inde rerum potientibus eodem modo Ariſtocratia fuit. ſi quidem illis principatum adminiſtrantibus & lex, vt ante valuit & Deus ipſe imperium tenuit. Hoc autem ita eſſe probatur etiam ex Ioſepho, qui libro 4. *Antiquitat. legem Dei ad hunc locum pertinentem explicuit, ſic loquentem faciens Moyſem: Ariſtocratia, & vita quæ ex ea degitur, res optima eſt, nec vos capiat deſiderium alterius reip. ſed hanc amate; leges habentes dominus, ex iis omnia facientes; ſatis enim eſt, vt Deus præſit. Quod ſi regis cupiditas vos inceſſerit, is ex eadem gente ſit.*

Hac vero Ariſtocratiam, in qua lex potiſſimum cum Deo dominata eſt, Regnum ipſum excepit. Regnum autem appellarunt imperium ſummum vnius hominis, non ex lege: ſed ex arbitrio imperantis, quem à Samuele Iudice poſtularunt his verbis. VIII. *primi regum: conſtitue nobis regem, vt iudicet nos, vt vniuerſa habent nationes: Quod vt ille audiuit, ſubito Deum, quid opus eſſet facto conſuluit, qui ita reſpondit: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt; ſed me, ne regnem ſuper eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus eſt ſuper eos. Significauit enim aperte Iudicibus rerum ſummam ex lege habentibus regnaſſe Deum ſuper Hebræos, quia lex dominata eſſet, imperio vero ad regem gentium more tränſlato Deum non regnaturum, cum non penes legem, ſed penes voluntatem vnius hominis ſumma rerum eſſet futura. Probè etenim, vt optimè dixit Ariſtoteles in Politicis. Qui legem vult imperare, Deum vult imperare; qui regem id eſt hominem, belluam, quod non ſemper ratione; ſed plerumque cupiditate ducatur. Hoc autem arbitrarium Regis imperium expreſſit Deus, cum addidit: Filios & Filias; & prædia, & ſeruos vobis auferet, & greges veſtros addecimabit & vos eritis, & ſerui: neque clamantes audiemini à Deo; vnde dixit David Pſalmo* II. *Ego conſtitutus ſum rex à Deo ſuper montem ſanctum Sion. Dixit Dominus ad me: poſtula à me, dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Hæc autem duo regis imperia, eius inquam qui lege tenetur, & qui legibus eſt ſolutus Ariſtoteli quoque nota fuerunt: atque illud nullum proprium reipub. genus facere, atque in omni reipub. reperiri poſſe, hoc vero proprie regnum appellari putauit; ſic enim inquit. Deinceps diſputandum eſt de rege, qui omnia ex voluntate gerit, nam qui ex lege rex dicitur, non eſt reipub. ſpecies, quia in omnib. rebus publicis dux belli perpetuus eſſe poteſt, vt in Democratia, & Ariſtocratia, & multi creant vnum Dominum adminiſtrationis; plenum autem regnum vocatur, quo cuncta Rex ſua voluntate gerit. Hoc ergo modo Hebræi, poſt quam ſedes in terra Chananæa locarunt, primum iudicibus paruerunt, qui ex lege præfuerunt: deinde more aliarum gentium Regibus, qui ex voluntate imperarunt, quorum primus, Saul ſecundus Dauid fuit, à quo inde hæreditarium regnum inter iudæos euaſit, donec res ad Sedeciam peruenit, qui à Nabuchdonoſore rege cum populo captiuus in Babyloniam eſt abductus. Reuerſis vero in patriam poſt annos ſeptuagmia Iudæis, res iterum ad optimatum ſtatum eſt adducta, quo tempore, vt inquit Ioſe-*

Cc *phus lib.*

Lipſ. lib. 2. cap. 16. conſt. *Vt medici poſtquam vſſerunt, & ſecuerunt ſatis, non omittunt ſtatim ægrum aut deponunt; ſed benigna fomenta & acopa adhibent doloribus mitigandis: Sic Deus illos quos ferro & igne ſapientiæ ſuæ purgaſſe ſatis videtur, lenibus quibuſdam alloquijs fouet & tractat, manu quod dicitur molliori.*

Idem cap. 9. *Vt medici ſanguinem interdum proinde demittunt, non quia æger ſit; ſed ne ægreſcat: ſic Deus per clades quaſdam nobis adimit, materiem aliis & fomitem vitiorum.*

Plutarc. in moral. *Sicut medicus ſi res poſtulat vt crocum & nardum inijcit, & lauat ſuauiter, & paſcit humaniter: ſic amicus aliquando blandus eſt.*

Plutarc. in moral. *Vt medici in vehementi fluxu pituitæ non ſtatim ſuccurrunt pharmacis, ſed foris admouent, quod tempore concoquat humorem, ac tum medentur: ita in recenti dolore tacendum, donec tempore mitior admittat conſolationem.*

Plutarc. in nupt. præcep. *Vt medici eas febres, quæ ab incertis cauſis paulatim collectis eueniunt, magis ſuſpectas habent & timent, quàm quæ manifeſtas magnaſque cauſas habent: ſic latentes plerumque, prauæque & frequentes ac quotidianæ viri atque vxoris offenſæ, magis eos diſiungunt, & vitæ conſortium labefactant.*

Plinius. *Vt medicus & non ſentientem ſanat: ſic amicus nihil oſtentat, ſed tum celat, cum maximè iuuat.*

Idem. *Sicut medicus: ſic & Deus ab omnibus poſtremo cognoſcuntur: etenim non niſi in extrema neceſſitate coluntur.*

Plutarc. de cohibenda ira. Quemadmodum medici dum morbos extenuant, nullum curant: ſic *& in animi morbis; dum alium appellamus prouidentiam, alium ingenuitatem, alium pietatem, à nullo liberari poſſumus.*

Idem de curioſitate. *Vt medici quæ corpora offendere poſſunt, à corpore depellunt: ſic ſi quæ ſunt cupiditates peſtiferæ noxiaque tempeſtatem, ac tenebras inuehentes animo, optimum quidem fuerit eas expellere atque ad ſolum vſque demoliri, quo nobis ipſis paremus, aërem apertum lucem ac ſpiritum purum. Quodſi minus poterimus, certe illud adnitendum erit, vt quibuſcunque modis licebit tranſlatis, & inuerſis, quæ nos offendunt, reddamus ea nobis aptiora commodioraque.*

Eraſmus in Lingua. *Quemadmodum fruſtra moneas phreneticum, ſic incede, ſic compone veſtem, ſic moderare vultum, ni prius pharmacis expurgaris bilem, & alium corporis habitum induxeris; in vanum moneas cui dominatur ambitio, Ira, ſuperbia, auaritia, libido, zelotypia, amor, odium, quem excruciat ſpes aut metus præcipui humanæ vitæ tyranni, ſic loquere, ſic moderare linguam niſi prius perſuaſeris vt rebelles animi motus rationis fræno coercat. Eſt autem illic præcipua adhibenda cautio qua nos ſentimus maximè propenſos ad lapſum, quam ad rem plurimum adiuuabit, ſi ſibi quiſque iuxta pythium oraculum notus fuerit.*

Paulus Ricius de terr trino doctrinarum ordine. *Sicut non dicitur febricitans curatus, eo quod nauſea, paſſio, & rigoris impetus ablatus ſit: ſic quidem nec is qui hæc abſtulit, aut auferendi legem nouit, curator & medicus, ſed curatus dicetur: quia & ſitis & capitis dolor appetitus aliarumque virtutum læſio, demum & extraneus qui intus præcordia, & viſcera occupat, ardor euanuit, & qui eiuſcemodi ſynpthomata, & languorem pepulit, aut pellere nouit, vere curator & medicus vocari meruit.*

Diō Chryſ. de auar. orat. 17. *Quemadmodum & medicos & naucleros vidimus ſæpius eadem præcipere, non eo quod*

eo quod non primum audiuerint, quibus iubent, ſed quod eot negligere animumque non attendere videant: ita & in vita vtile eſt ſæpe eiſdem de rebus dicere, quod multi quidem ſciant, quid conueniat, ſed non faciant. Non enim finis eſt neque ægrotantibus: ſcire quid ſibi proſit, ſed eo (opinor) vti; hoc enim illis ſanitatem præſtat: neque alijs diſcere fructuoſa & nociua ad vitam, ſed non aberrare in horum electione, ſicuti enim videre licet, quod qui ex oculis laborant, ſciant quidem ſe ſentire moleſtiam, ſi manus oculis admoueant, non velint tamen abſtinere: ſimili modo & in alijs accidit negotijs, vt multi quidem & clare ſciant quod non proſit quid facere, nihilominus incidant in illud.

Quemadmodum medicus non reptæhenditur, ſi ægrotus naturæ ſatisfaciat, dummodo culpa vacet, ſic malus caſus non eſt illi adſcribendus niſi culpa interuenerit vt inquit Ioan. à S. Gem. *Caſus malus non imputatur alicui niſi vbi culpa interuenit, ſicut medico non imputatur ſi potionem dat, & infirmus aliquo caſu fortuito moriatur: ita quod medicus non reprehendatur in culpa ante factum, vel in facto, vel poſt factum; extra. de cler. ægro. c. ad aures. Ante factum deprehenditur in culpa quando non eſt peritus in arte, vel quando intromittit ſe de miniſterio alieno: puta eſt religioſus qui intromittit ſe de chirurgia, quod officium non pertinet ad ipſum extra. de homici. c. tua nos, in facto autem deprehenditur in culpa quando non dedit potionem iuxtà traditionem artis, imo innitebatur prudentiæ ſuæ contra iura de conſti. ca. & ce. ne innitaris Et poſt factum deprehenditur, quando circa cuſtodiam infirmi non apponit diligentiam quam debet: nec excuſatur ſi cuſtodiam minus diligentem dimiſit; vbi videbat periculum imminere arg. extra de officio. Arch. c. ea quæ caueat, ergo quo modo plures, curas ſimul & ſemel ſuſcipiat, quia ſi infirmus continuam diligentiam exigit, pluribus intentus minor ſenſus tali ad aures ff. ad l. Aquil. qua actione 5. fi. & l. ſeq.*

Ioan. à S. Gem. in ſum. de excp. li. 8. cap. 6.

Quemadmodum vulneratos frequenter curando medicus facile in aliorum calamitatibus commouetur, cum humanam intelligat naturam: Ita ſi ad opitulandum inopes conueniemus, omnia contemnemus.

Chryſoſt. hom 80. in Ioan.

Sicut medicorum quidam gnari curationis omnium ferme vitiorum, morborum languorumque nullius eorum rationem veram, aut veriſimilem poſſunt reddere: alij contra vehementer facundi, ſignorum & cauſarum remediorumque, ex quibus ars conſtat interpretes optimi in tractandis ægrotorum corporibus ſunt ignauiſſimi, ne minimum quidem remedium adhibere idonei: Ita qui ſe exercent in operibus ſapientiæ plerumque verba negligunt, qui vero dicendi artes callent, nullam bonam diſciplinam habent reconditam.

Philo. in lib. quod deterius à Potiori inſidietur.

Sicut multi medici ignari qui non poſſunt ægros ſanare, doctos & expertos venenatis pungunt aculeis, accertimiſque maledictis inſectantur. *Sic multi ſunt qui ad virtutes & bona aliorum non attingere queunt, & per prædicationem alios peccatores aridos curare neſciunt, aut non poſſunt, vt pote nec prædicare aut diſcretè confeſſiones audire neſciunt, qui tamen alios benefacientes detrahendo corrodunt, nec quod ſubditi ſui ab alijs finentur, & doceantur, imo quando alios vident, in ſuis parochijs prædicare, vel confeſſiones audire ſummè turbantur, vnde illud. Hi quicunque ignorant, blaſphemant. Et alibi: vos ipſi non intratis, &c.*

Petrus Berchorius Moral. Bibliorum li. 1. c. 8. in Matth.

2. Pet. 2. Matt. 23. Mar. 7.

Sicut Imperitus eſt medicus, qui tumentes vulnerum ſinus manu parcente contrectat,

Cyprianus ſerm. 5. de lapſis.

trectat, & multis receſſibus viſcerum virus incenſum, dum ſeruat, exaggerat. Aperiendum vulnus eſt, & ſecandum, & putredinibus amputatis, medela fortiore curandum, vociferetur, & clamet licet, & conqueratur æger impatiens per dolorem gratias aget, poſt modum cum ſenſerit ſanitatem. Sic oportet Dei ſacerdotem non obſequijs decipientibus fallere, ſed remedijs ſalutaribus prouidere.

Chryſoſt. hom. 5. in 1. Cor.

Quemadmodum medicus quiſpiam ſi medicam artem eos docere vellet qui pauca in ea malè & perperam cognoſcerent, non facile doceri paterentur: qui autem nihil ſcirent, hi maxime quæ dicerentur acciperent, ſic hoc in loco vſu venit, indocti magis crediderunt, quippe qui in vltimam dementiam non venerant, vt ſe ipſis ſapientes arbitrarentur. Hi namque maxime ſtulti ſunt, qui cogitationibus ſuis, quæ niſi per fidem inueniri nequeunt, ſe inuenturos pollicentur. Etenim cum faber ignitum ferrum forcipe accipiat, ſi alius id digitis accipere contendat, vltimam illius amentiam coniectabimur: Itidem & Philoſophi, per ſeipſos huiuſmodi inuenire conati, fidem coinquinarunt. Propterea nihil quod quærerent inuenire potuerunt.

Sicut inter medicos aliqui ſunt, qui ob elegantiſſimorum morũ ſuauitatẽ ac nobiliſſimam ſcientiæ medicæ facultatem ab omnibus amantur, atque obſeruantur: ſic inter nobiliſſimos ac præſtantiſſimos viros, aliqui inueniuntur, quos ob præcipuas & inſignes virtutes, omnes ſummo amore atque obſeruantia proſequuntur: etenim Aloyſius & Ioannes Perez de Baron amantiſſimi fratres, ob generis dignitatem, clementiam, manſuetudinem, humanitatem, moderationem in priuatis, ſplendorem in publicis, grauitatem, iuſtitiam, inſignem liberalitatem, mentis admirabilem ſolertiam, flagrantẽ pietatis amorem, ſuauiſſimorum morum indolem, religionem, largiſſimam virtutis æſtimationẽ, ſummam mentis prouidentiam, inuicti animi indomitum vigorem, magnanimam fortitudinem, præſtantiſſimam omnium eorum, quæ ad hominum mores, ad virtutes, ad vitam, ad rempublicam pertinent, cognitionem, & ob eximiũ cæterarum ſplẽdidiſſimarum virtutum concurſum, amantur, in ſummo pretio ac exiſtimatione habentur, nobiliſſimiſque dignitatum gradibus ab omnibus digniſſimi iudicantur.

Sicut præſtat, ciuitates plurimos medicos prudentes & expertos habere, quàm vnum: quia ægrori melius ac vtilius à multis, quàm ab vno curantur: vnus enim non poteſt omnes ſanare: ſic & melius eſt multos Parochos eſſe, qui animabus vitiis affectis medeantur, quam vnum, qui in omnium curam incumbere minime poſſet: ſic & pari modo quoque reſp. à plurimis ſapientibus, ac peritis viris nobilius ac commodius, quam ab vno reguntur; quod quidem multis argumentis probabitur; ſed antequam ea in medium afferamus, nonnulla ſunt ſupponenda &

1 Si natura diuerſorum populorum conſideretur, dicendum eſt vni monarchiam, alteri Ariſtocratiam, vel Democratiam, aut mixtam rempublicam, alijs, vt barbaris, Tyrannidem conuenire. Quod dentur populi, qui non poſſint monarchiam perferre, inter cæteros ſunt in Italia, Genuenſes, quos difficile eſt poſſe monarchæ niſi tyranno ſubijci, vt inquit Diuus

Thomas

Thomas de Regimine principum, ſi modo autor illius operis eſt; quòd verò populi, & nationes extent, quæ monarchiam adament, teſtes eſſe poſſunt inter alias Galli, & Hiſpani; qui & ſi præclariſſimas occaſiones libertatem inſtituendi habuerint, tamen Ariſtocratiæ ſemper ſunt aduerſati, tum ob eorum ingenia, regimini vnius aſſueta, tum ob ſummam perſonarum inæqualitatem, quæ eſt cauſa, vt nulla reſpublica inſtitui vnquam potuerit. Quam ob rem cũ vna ciuitas ſeu natio ſit vnius formæ reipublicæ, quam alterius magis capax, nemo ratione ſubiecti, vnam altera eſſe præſtantiorem affirmabit.

Verum hæc doctrina excellenter à Bartolo hoc modo traditur. *Hoc præmiſſo facio triplicem diuiſionem ciuitatum, ſeu populorum: nam aliqua eſt ciuitas, ſeu gens magna, in primo gradu magnitudinis. Quædam eſt ciuitas ſeu gens maior, & ſic in ſecundo gradu magnitudinis? Quædam eſt ciuitas, ſeu gens maxima: & ſic in 3. gradu magnitudinis. Si loquamur de gente ſeu populo magno in primo gradu, tunc dico quod non expedit illi regi per regem, primo hoc probatur per tex. quia cum ciuitas Romana erat in primo gradu magnitudinis, expulit reges, qui conuerſi erant in tyrannidem, de orig. iuris. §. exactis & §. in initio & hoc probatur per rationem de natura regum, & eſſe magnificos in faciendo magnas expenſas, vt in auth. de immendo; & per Ariſt. in lib. Ethicorum: ſed reditus regales vnius populi magni, in primo gradu magnitudinis non ſufficerent ad expenſas regales, ideo oportet quod extorquerent à ſubditis, & efficerentur tyranni, ſtatus ergo talis Regis veriſimiliter tendit ad tyrannidem, ergo non eſt bonum regimen, inſpecto eo quod veriſimiliter euenire poteſt. Et hæc eſt ratio, quare Deo diſplicuit, quod populus regem petijt. 1. Regum 8. c. nec expedit tali populo regi per paucos vt per diuites ciui. nã quando contigit in ciuitate eſſe diuites, in paruo numero: contigit alterũ de duobus quia aut multitudo populi de illorum paucorum regimine indignabitur, quantumcumque bene regat vt fuit in ciuitate Senarum, fuit enim annis fere lxxx. quidam ordo hominũ diuitum regentiũ ciuitatem bene, & prudenter: tum quia quãdo populi multitudo indignabatur oportebat eos præſtare cum magna forma militari. Qui ordo depoſitus eſt in aduentu Caroli IV. Illuſtriſſimi Roman. Imper. tunc regnantis. ipſius principis factum comprobat, quod talis regendi modus in talibus ciuitatibus non eſt bonus. Aliud conueniens poteſt ſequi, quia illa pauca, vt naturaliter euenit, poterunt inter ſe diuidi, ex quo in ciuitatibus concurrunt rumores, ſeditiones incendia, & ciuilia prælia, vt ſæpe videmus in ciuitate Piſarum: expedit autem huic populo, qui eſt in primo gradu magnitudinis, regi per multitudinem, quod vocat regimen ad populum ff. de ori. iur. l. 2. §. exactis vſque ad §. quia difficile eſt quod iſtud regimen ſit bonum, apparet quia illo tempore multum vrbs Romana augmentata eſt, vt patet ea l. §. ſeq. & ſeq. hoc etiam apparet ex dicta authoritate lib. regum videtur enim magis regimen Dei, quam hominum, hoc etiam experimur in ciuitate Peruſia quæ iſto iure reperitur in pace, & vnitate creſcit, floret, regentes eam ſecundum vices ſuas, à nullo ſe cuſtodiunt, ſed ipſi cuſtodiuntur ab hominibus, & ſæpe viſum eſt per conſilium hominum communium deliberari, quædam quæ à ſapientibus & prudentibus malefacta viſa ſunt. euentus vero manifeſtauit eſſe prudentiſſima facta: hoc ideo eſt, quia magis Dei quam hominum regimen eſt, hunc regendi modum*

Bartholus tract. 24. de regimine ciuitatis num. 1.

dictus

dictus illuſtriſſimus imperator, cum apud eum eſſem maxime commendauit: iſtud itaque regimen appellamus regimen ad populum, ſeu regimen multitudinis. vt dictum eſt: iſtud autẽ regimen eſt ſic dictum quando iuriſdictio eſt apud popul.ũ, ſeu multitudinem, non autem quod tota multitudo ſimul actu regat, ſed regimen aliquibus per tempus committit ſecundum vices, & ſecundum circulum, vt §. exactis in corpo. de defen. ciuit. §. interim quod autem dico per multitudinem, intelligo exceptis viliſſimis, vt C. de digni. l. ne quis l. 12. item ab iſto regimine poſſunt excludi aliqui magnates qui ſunt ita potentes, quod alios opprimerent, vt ff. de off. præſ. illiciti §. ne potentiores, & ita obſeruari videmus; ſed in d. ciuitatibus: ſi honores & munera ſecundum gradus debitoris diſtribuuntur, bonum eſt regimen, & ad ſuperiorem ſpectat reformatio, vt ff. de mun. & hono. l. 3. §. præſes prouinciæ. Secundo eſt videndum de gente ſeu populo maiori & ſecundo gradu magnitudinis, tunc iſtis non expedit regi per vnum regem, per rationes ſupra dictas, nec expedit regi per multitudinem; eſſet enim valde difficile, & periculoſum tantam multitudinem congregari, ſed iſtis expedit regi per paucos, hoc eſt per diuites, & bonos homines illius ciuitatis, ita probatur expreſſe ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde quia difficile, vbi aucta ciuitate Romana facti ſunt ſenatores, eiſque data eſt omnis poteſtas: ſic enim regitur ciuitas Venetiarum, ſic ciuitas Florentiæ. Has enim pono in numero ciuitatum maiorum. in his enim ceſſant ſuſpiciones prædictæ: Nam licet dicantur regi per paucos, dico quod pauci ſunt reſpectu multitudinis ciuitatum, ſed ſunt multi reſpectu ad aliam ciuitatem, & ideo quia ſunt multi per illos regi multitudo non dedignantur: item quia multi ſunt, non poſſunt de facili inter ſe diuidi, quin multi remaneant, modi qui ſtatum ciuitatis ſuſtentant, & de iſto modo regendi per paucos quando ciuitas augmentanda eſt in ſecundo gradu multitudinis ponit gl. in d. §. interim. in auth. de defen. ciuit. Prædicta vera, niſi de antiquo regendi modo ciuitatis aliud appareat; Poteſt enim eſſe quod vna gens vel populus ita aſſuefacti ſunt certo modo regendi, quod eis quaſi in naturam conuerſum eſt, & aliter viuere neſcirent, tunc antiquus modus regiminis ſeruandus eſt, vt ff. de mun. & hon. l. 1. §. 1. & l. in §. præſes & l. honor. §. de honoribus. Tertio videndum eſt de gente, vel populo maxime, qui eſt in tertio gradu magnitudinis, hoc aut fieri poſſet contingere in ciuitate vna per ſe, ſed ſi eſſet ciuitas, quæ multum alijs ciuitatibus & prouincijs dominaretur, huic genti bonum eſt regi per vnum, hoc probatur ff. de orig. in l. 3. nouiſſimo vbi aucto multum imperio Romano, & captis multis prouincijs deuentum fuit ad vnum ſ. ad Principem. Hoc etiam probant omnes rationes ſupra actæ per dictum fratrem Ægidium. hic ceſſant rationes factæ in oppoſitum; In tanta enim multitudine de neceſſitate ſunt, multi boni., per quos oportebit ſe regem conſulere, & in iuſtitiæ via ſe ponere: & ſic de facto communiter videmus, quod tanto melius gens vel populus regetur, quanto ſub maiori rege regitur, & de hoc habemus autoritatem ſanctæ Scripturæ, vt Deuter. 7. vbi Dominus ſic ait, cumque ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſque in illa, & dixeris, conſtituam ſuper me regem ſicut habent omnes per circuitum nationes, eum conſtitues quam Dominus Deus tuus elegeris, de numero fratrum tuorum, non poteris: alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus, verba Domini ſunt. Ex eo quod dicit: cùm ingreſſus fueris & poſſederis & habitaueris & c. innuit, quod parua gens nõ habitura eſt regem ſed magna

qua

quæ eſt in magno ſtatu, & multis dominatur, ſicut dictum eſt ſupra. Ex eo quod dicit: Deus tuus elegerit, ſ. quod omnis rex, aut mediate, aut immediate à Deo eligitur vel ab electoribus, inſpiciente Deo, cor enim eligentium in manu Dei eſt, vbi voluerit, inclinabit illud, vt dicitur de Rege C. de ſumma tri. epiſtola inter claras &c.

2 Si quæſtio ſit de optimo Ariſtocratiæ ſtatu, qui ſimpliciter & per ſe ipſe conſideratur, ſi inueniretur, Monarchiæ eſſet ſine controuerſia præferendus, nam hæc eſt vera Ariſtotelis opinio.

3 Si quæſtio ſit de Monarchia, Ariſtocratia, & Democratia optimè mixta, & temperata, & de Ariſtocratia ſeorſim, fatendum eſt hac illam excellentiorem eſſe, quandoquidem mixtum eſt corporibus ſimplicibus nobilius & perfectius.

4 Si vero Monarchia pura & perfecta, & Ariſtocratia ſimpliciter optima, & per ſeipſa inuenirentur, certum eſt Monarchiam Ariſtocratiæ fore anteponendam: nam non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate, & quod poteſt fieri per pauciora æquè bene, non debet fieri per plura.

5 Verum ſi ſtatus reipublicæ Ariſtocraticus, qui proprie Ariſtocratiâ mixta aut Oligarchia, & non Monarchia pura, quæ ſolummodo eſt idealis, ſed quæ ſine illa relatione realiter inuenitur, & dubitetur, vter ſit præferendus, reſpondendum eſt Ariſtocratiam, quæ virtutem includit, eſſe monarchiæ abſolute anteponendam, quod quidem

Probatur 1. illud regimen eſt magis expediens in tempore naturæ lapſæ, & culpæ, quod magis aſſimilatur regimini in tempore innocentiæ, ſi manſiſſemus in illo ſtatu: ſed quod eſſent plures gubernatores, magis aſſimilaretur regimini, quod fuiſſet tempore innocentiæ, igitur: patet conſequentia de ſe, & maior eſt nota, & minor probatur, quia ſi parentes non peccaſſent, omnes fuiſſemus æquales. *Hoc argumentum eſt à Buridano deductum.*

2 Eadem ratio eſt de regimine totali, & partiali: ſed in regimine totali non præſtat mundum ab vno gubernari, quia vt inquit Buridanu non poſſet gerere ſufficiẽtem curam omnium mortalium, & nullus ſolus Princeps poteſt habere omnes mortales in ſua cura, ergo idem de partiali eſt dicendum.

3 Melius eſt politiam regi ab illo, in quo eſt maior prudentia: Sed prudentia maior eſt in pluralitate; ergo & cætera: maior patet per Philoſophum dicentem, quod ad bonum regimen reipublicæ eſt ſummè prudentia neceſſaria, & minor apparet, quia plures poſſunt certius iudicare, quam vnus. *Idem quæſt. 3. lib. 3.*

4 Si politici contrariæ ſententiæ ſentiunt, melius eſſe politiam regi ab vno, dummodo non de proprio ſenſu, & capite ſine conſilio aliorum, ſed ex poteſtate ac conſilio magnatum & prudentium operetur, ad quid vnum ſolum, ſi omnibus præeſſe is commode non poſſit, & conſilio ſuo vti non debeat, multis in reipublicæ adminiſtratione anteponere? *Buridanu.*

5 Quia illud regimen eſt nobilius, quod vniuerſi gubernationi aſſimilatur,

tur,ſed mundus in omni ſua totalitate acceptus,eſt eiuſmodi : ergo,maior patet quia de vniuerſo , quò ad præcipuas ſui partes,debet intelligi: minor probatur quia elementa nunc agunt,nunc patiuntur, modo omnia in vnum coeunt, modo aliqua tantummodo vniuntur. Et ſi inter ſe diſſideant,tamen in producēndis rebus conſociantur omniaque , quæ in hoc mundi Theatro conſpiciuntur, componunt. Sic in Ariſtocratia ciues modo imperant , modo parent, modo omnes eandem conſultationem, modo nonnulli ſolummodo ineunt : & ſi ciues videntur in ſententijs diſcordes,tamē in negotiorum executione iunguntur. In homine non vnum membrum,ſed plura nobiliora ſecundum medicos exiſtunt: nēpe cerebrū, hepar,& cor : etenim *tres tantum ſtatuendæ ſunt principes partes,cerebrum, cor, hepar. Cerebrum in editiſſimo loco ſedet pro tribunali ſingulis ſenſuum αισθητηρίοις dignitatum officia diſtribuens. Cor regis inſtar in medio thorace ſitum partium omnium vitam ac ſalutem vitali ſuo calore & viuifico nectare fouet, tuetur, conſeruat. Hepar gratioſi humoris fons proprijs ſumptibus vniuerſi corporis familiam tanquam munificentiſſimus princeps alit. A cerebro animalis facultas per neruos tanquam funiculos in vniuerſum corpus influit. A corde vitalis per arterias tanquam tubos & aquæ ductus in ſingulas partes excurrit. Ab hepate ſi non facultas, ſaltem ſpiritus atque ſanguis per venas in totum corpus diffunditur. Reliquarum partium ad totius conſeruationem nulla eſt neceſſitas : ſingulæ principibus famulantur. Sic ſenſuum organa ſolius cerebri gratia ſunt conſtructa. Sic pulmo,diaphragma, arteriæ tam læues quam aſperæ ſoli cordi temperando , nutriendo expurgandoque dicatæ ſunt : Adeo vt res tantum abſolutè ad totius indiuidui conſeruationem ſint neceſſariæ : Quæ tamen tanta conſpiratione inter ſe aptæ connexæque ſunt , vt mutuis egeant auxilijs , earumque vna intercidente , reliquæ pariter emoriantur.* Ex hac deſcriptione colligi poteſt corpus humanum verè Ariſtocratiam repræſentare. In cœlorum regimine,quod in hæc inferiora exercent, Ariſtocratia non Monarchia, vt aduerſarij opinantur, euidenter conſpicitur,& euidentius ex Pontani doctrina cognoſcetur:is enim ita inquit. *Itaque vt ſeſe habent in generatione materia & forma,rerum principia,vt genus quod è mare conſtat,& fœmina,vt tempus in quo nihil non a natura efficitur,idque , die ac nocte conſtituitur : ſic ſeſe habent Sol & Luna, vt generationis ipſius autores & pane dixerim parentes vt primæ quoque ac potiſſimæ generationis & vitæ cauſæ. Præſtruit enim Luna aptatque materiam;Sol autem inducit formam : hic diurnum moderatur tempus, illa nocturnum : Luna corpori præſtat alimoniam, Sol animalitatem conſeruat : nihil ille negligit eorum quæ ſpiritus ac ſenſibus,quæque animato conferant corpori,nihil hæc eorum quæ ipſi accidunt homini : vt vterque ſimul Sol ac Luna tum corporis ſenſuumque, id eſt animalitatis,ac hominis denique ipſius tum accidentium atque euentorum,quæ in vita eius tam multa contingunt , tum auctores tum miniſtri prorſus videantur ac ſuppeditatores : cum autem ſcopus, vti dictum eſt naſcentis hominis animalitatem indicet animæque eius cum corpore conglutinationem,cui rei Sol vt dictum eſt præeſt : erit aſcendens ipſum ſolis iurisdictioni in hominis genitura ſubiectum , cui in vniuerſa vita ius à Sole ipſo dicetur : quo fit vt nati hero-*

Andreas Laurentius in oper. anatom. lib. 1. cap. 2.

Ioan. Iouianus Pontanus de reb. cœle. li. 3. c. 1.

horoſcopus in genitura Solis addicatur. Atqui Luna vbique poteſtatem in his ſuam cũ Sole ſimul exercet, ac muneri etiam præſidet: habent enim coniuncta tẽpora diem & noctem, coniunctas actiones materiam & formam, coniuncta domicilia, Leonem & cancrum, coniuncta etiam loca, in quibus libentius ius dicunt nonum atque octauum in cœli figuratione locum. Par eſt igitur in naſcentium genituris, vt Sol quidem horoſcopus ſibi aſſumat. Luna vero aliquod etiam ſibi aſcendens pro ſocia poteſtate vendicet, quo parte ex omni rerum ſe noſtrarum communes vterque exhibeant tum autores, tum miniſtros & curatores coniunctamque ſimul poteſtatem exerceant.

Quod cæteri planetæ ſint Solis, ac Lunæ ſocij atque adiutores; idem autor his verbis affirmat *eadem ratione, & via Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, ac Mercurius in generatione conſtituendiſque corporibus Lunæ Soliſque ſocij atque adiutores ſunt: quæ è re varietates ipſæ etiam innumerabiles, vt dictum eſt proueniunt & corporum, & ingeniorum cum eorum vnuſquiſque miſcendis fermentandiſque corporum humoribus operam ſuam conferat, ſuoque fungatur officio.* Idem lib. 4. cap. 3.

Quod autem in particulari planetæ ad rerum generationes principaliter concurrant, ex eodem authore demonſtratur, *ſtella Saturni vtique Solis eſt Lunæque in generatione adiutrix aridum ſimul ac frigidum fouet, quoque Solis eſt etiam exiccare. Soli hac in parte, hocque auxilij genere opitulatur: nec minus etiam fouendi frigoris gratia ſubſeruit; Lunæ itaque propter qualitatum communicationem ſocias vtique vires adiungit, quocirca terrenæ præeſſe qualitati extimatur: cum autem neque generatio fiat ſine calido, cuius comes eſt ſiccitas, neque abſque humido cui libenter comitatur frigiditas, cum etiam terræ quæ vna è quatuor principijs eſt Saturnus dominetur, utraſque qualitates foueat merito Soli Lunæque in generando atque corrumpendo ſtella hæc adeſſe dicitur.* Lib. 4. ca 5.

Iouis ſtella quod humido calidoque humori præſidet, putatur etiam præeſſe liberorum procreationi, ac genitali ſeminis: parique in generatione opera & Soli propter caloris ſui temperantiam, & Lunæ propter humidi moderationem adminiculari. Itaque non iniuria ſobolis ad Iouem procreatio ab antiquis relata eſt, tametſi penes Solem Lunamque generationis poteſtas, primaque exiſtit prærogatiua, ſicuti penes cor ac cerebrum vitæ, atque animalitatis. Lib. 4. ca. 7.

Veneris ſtella propter humidi temperamentum, cum ſit etiam genitalis ac prolifica, non ſolum Lunæ ad fouendam humectationem, Soliſque ad informanda corpora, plurimum adiumenti affert in generatione, verum propter naturalem benignitatem, ſalutaris dicta eſt, atque inde felix beneficaque agnominata. Quemadmodum enim calorem ipſum eſſe qui foueat, alium qui vrat, diximus, idem quoque ipſum de humido affirmandum ducimus. Siquidem & humidi ipſius menſura quædam eſt, tum in generando, & in alendo, tum etiam in corrumpendo. Stella itaque Veneris ex hac humidi temperatione, inſitaque ſibi vi ſuapte natura benefica eſt, & ſalutaris, quod etiam obſeruatio tot ſæculorum docuit, in genituris, vniuerſaque hominum vita. Ne autem a generatione animalis recedamus, quod paulo ante de Ioue, deque genitali diximus ſemine, dicemus item de Venere, deque materia illa excrementitia menſtrui ſanguinis, cui ſemen vt materiæ ſe inſinuat, additus Lib 4. ca. 9.

eſt Iupiter Soli ſubminiſter in ſuggerendo ſemine: nam & idem die lætatur, Soliſque ſequitur conditionem. Et quoniam natura ipſa nullam aut gignendi, aut educandi animalis partem neceſſarijs deſtitutam præſidijs reliquit, adiuncta quoque Venus eſt Lunæ ſubminiſtra & adiutrix in ſufficienda accommodandaque materia, cum & noctu gaudeat, & Lunæ conditioni ſit addicta.

Ex his eſt concludendum regimen cælorum eſſe Ariſtocraticum, cum ſit velut quidam ſenatus, nam etſi in republica, Dux cæteris ſupereminet, tamen ſine ſenatu aut conſilio nihil poteſt decernere; ſic Sol quamuis ſit moderator ſyderum & inter alios planetas ſummè emineat, tamen ſine illis nihil ac ſine illorum præconcurſu atque auxilio, vt viſum eſt, in his inferioribus, nihil poteſt generare. Nam ſi eſſet Monarcha, ipſe ſolus vt Principes plurima poſſet creare.

Greg. hom. 34. in Euãg. Probatur etiam de Angelis, auctoritate Gregorij hom. 34 in Euang. *in cœleſti patria, licet quædam data ſint excellenter; nihil tamen poſſidetur ſingulariter*: ex quibus verbis elicitur, non eſſe vnum angelum vt monarcham cæteris ſuperiorem.

Neque dicas Gregorium intelligere de illuminatione, nempe quando ſuperiores illuminant inferiores: circa ea, quæ ad ſtatum naturæ pertinent, id eſt quoad actualem inferiorum cogitationem: nam habitualiter omnia naturalia ſciunt, vel ad ſtatum gratiæ vel gloriæ, non quoad ipſa myſteria abſolute, ſed quoad aliquas illorum rationes & circumſtantias, vt Theologi affirmant, etenim illud parum refert: nam ſat eſt de Angelis non in ſingulari, vt de aliquo omnium ſupremo & Monarcha, ſed in plurali quod fit, quando de rebus publicis aliquis ſermo inſtituitur, Theologos loqui, imo cum tres Hierarchiæ conſtituantur, quarum quælibet tres ordines continet, videtur inter eos monarchiam conſtitui non poſſe, præſertim cum in numero multitudinis omnes connumerentur in ſcriptura Seraphin. Iſaiæ. 6. Chrubin. Ezech. 1. Throni. ad Coloſſ. 1. Dominationes, virtutes & poteſtates, & principatus ad Epheſ. 1. Archangeli 1. ad Theſſal. & in Epiſtola Iudæ. vt Theologi annotarunt.

Præterea cum ſint gradu dignitatis, & officiorum diuerſi, & in miniſterio Angelico diuerſo modo peculiariter emineant, ac excellant, ſingulæ Hierarchiæ ſpiritualem rem publicam referre videntur.

Nec valet dicere, quod alij ſint officio & dignitate ſuperiores, alij inferiores; nam etiã in republica alij præſunt, alij vero ſubſunt, quare in Angelis vnus ſupremus Monarcha non inuenitur, quia de eo nullã Theologi mentionem faciunt; ſi enim omnium vnus eſſet Monarcha, Gabriel Angelus Danieli non dixiſſet, *Princeps regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus*. Etenim ſi vnus eſſet eorum Monarcha, Angelus tutelaris Gabrieli non reſtitiſſet, ſed inferior, ſuperiori tanquam Monarchæ miniſtro paruiſſet. *Daniel 10.*

Nec valere videtur, quod & illa reſiſtentia poſſit ad Dei voluntatem referri, nã ſi omnia ciuilia quæ à cauſis ſecundis aguntur, ſunt ad voluntatẽ Dei ſine vlla ipſarum ſecundarum cauſarum conſideratione referenda

omnes

omnes quæſtiones facillime ſolui poterunt: At nobis ſat eſt quod antequam illi Angeli diuinam voluntatem ſententiamque cognoſcerent, eorum deſideria in res contrarias tenderent quod ſignum eſt in eis Monarchiam non eſſe.

Probatur ſecundo, quia theologi quando de aliquo Angelorum ordine loquuntur, eandem perfectionem, ac eminentiam eiuſdem ordinis Angelis tribuere videntur, & dato quod aliquis reliquis excellat dummodo cæteris more Monarchæ non ſit ſuperior, in eis Monarchia non videtur eſſe concedenda.

Nam & in rebus publicis vnus, vt ſunt in Republica Veneta ac Genuenſi Duces cæteris præſtat, ſed non vt Monarchæ reipublicæ præeſt.

Præterea ſi aduerſariorum doctrina, qui aiunt illã eſſe Monarchiam in qua vnus præeſt, & ſolus operatur, Ariſtocratiam vero in qua plures pari virtute præſunt & operantur, Dei gubernatio ſub Ariſtocratia & non ſub Monarchia eſſet collocanda, nam Deus v. g.

Creat, vt eſt perſonis trinus ita quidem vt non modo veriſſimum ſit tres perſonas diuinas creare. hoc ipſo quod Deus vnus creat, qui eſt tres perſonæ, ſed etiam fatendum ſit, a perſonis quoque ſecundum proprietates earum perſonales, creaturas procedere: ſicut docet D. Thomas hic art. 6. probatur primo ex ſcriptura Ioan. 5. Pater meus vſque modo operatur, & ego operor, & Pſalm. 52. verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Et 1 ad Cor. 8. vnus eſt Deus Pater, ex quo omnia & vnus Dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia &c. Neque enim in his & ſimilibus locis ſolum indicatur Perſonas creare materialiter, vt ſunt vnus Deus qui creat: ſed etiam vt ſunt tales perſonæ, puta pater, verbum & ſpiritus ſanctus. Sic ſenatus operatur vt plures perſonæ ſunt, hoc ipſo quod ſenatus vnus, operatur qui ſunt plures homines, ſed etiam dicendum eſt à proprijs ſenatoribus publicas actiones procedere, ſingulosque eadem operari, non ſolum vt ſunt vnus ſenatus ſed etiam vt ſunt tales ſenatores, nempe Iacobus, Ioannes & cæteri: Refer. Gregorius de Valentia tom. 1. diſputatione 3. quæſt. 2. punct. 3.
& quamquam non ſit ſenatus eſſentia vt eſt eſſentia Dei, (abſit enim hoc) eſt tamen ſuo modo eſſentia, nempe eſſentia ordinis ac finis.

Præterea ſicut nulli perſonæ diuinæ, abſolutè eſt proprium creare, ſed omnibus commune idque duplici nomine: vt idem Valentia ex communi Theologorum ſententia refert. *Primo quia omnes creant per communem omnibus eſſentiam, & intellectum & voluntatem, atque adeo etiam per intellectionem abſolutam, & eſſentialem, quæ eſt omnibus perſonis communis. Secundo quia vnaquaque etiam perſona creat ſecundum ſuam proprietatem: puta pater & verbo & ſpiritu ſancto relatiuè intelligit, & amat creaturas & verbum ipſum, vt repræſentatiuum illarum, & ſpiritus ſanctus vt eſt earundem, quoque amor, quamuis non ſolum per has ſuas proprietates perſonales creent, ſed ſimul etiam vt habent eſſentiam ſcientiam & voluntatem communem, vt dicit D. Thomas hic artic. 6. in fine corporis articuli.* Idem.

Sic omnes ſenatores 1. operantur per eã intellectionem, & voluntatem ſuo modo omnibus ſenatoribus communem, id eſt, communis volitio, & voluntas ineſt omnibus ſenatoribus bonum publicum velle deſiderare,

detare, & procurare: ſecundo quia vnuſquiſque ſenator ſecundum ſuam propriam virtutem operatur,& non ſolum per ſuam particularem proprietatem operatur, quia dicit quod ſentit,& quod boni publici cauſa ſit faciendum,verum etiam vt habet voluntatem commuuem ſubditis benefaciendi,& bonum publicum procurandi.

Vlterius in Dei eccleſia omnes preces,ac orationes, &c. hoc modo abſoluuntur, Gloria Patri & filio, & ſpiritui ſancto per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum,qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus Sancti,&c. ergo ſi tres perſonæ in vna eſſentia regnant, Ariſtocratiæ non Monarchiæ ſimilitudo deduci debet.

Verum hæc dicta ſint non vt Dei regimen ſit Ariſtocraticum, quia nullum dubium eſt gubernationem Dei Monarchicam eſſe,ſed vt aduerſariorum falſa eſſe ſuppoſita cognoſcatur, & quod Ariſtocratia in nobiliſſimis diuinis actionibus Deum magis,quam monarchia referat. Nam ſi omnia trinitatem repræſentant,Ariſtocratia trinitatem per modum imaginis,Monarchia vero per modum veſtigij repræſentate videtur. Qua de cauſa, ſi aduerſarij ſimilitudinem Monarchiæ ex gubernatione Dei deducunt, liceat quoque nobis Ariſtocratiam iuxta eorum ſuppoſita deducere.

6 • Auctoritate ſacræ ſcripturæ, & Dei, qui Ariſtocratiam conſtituit,atque probauit Monarchiam autem noluit,vt ex ijs quæ ſcribit Carolus Sigonius,de repub. Hebræorum colligi poteſt,& ſunt hæc.

Carolus Sigonius de rep. Hebræorum lib. 1. cap. 5.

Sequitur vt de forma reipub. diſſeram,quam Deus aut ſuperiore lege præſcripſit, aut poſt induci,neglecta lege permiſit. Cæterũ cũ de forma reipub. quæritur,nihil aliud quæritur,niſi penes quẽ principatũ ſumma rerũ fuerit conſtituta. Hac vero apud Hebræos primũ penes optimates poſita fuit,deinde penes reges, quorum principatus illum Ariſtocratiam: Hoc regnum Græci vocant. Ariſtocratia fuit ſub Moyſe,Ioſue,ſenioribus iudicibus: Regnum ſub regibus.

De Ariſtocratia ſub Moyſe ſignificauit Moyſes XII. Deuteronomij cum dixit. Non facietis in terra Cananæa,quæ nos hic facimus,hodie ſinguli quod ſibi rectum videtur, non enim vſque in præſens tempus veniſtis ad requiem & poſſeſſionem,quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis. Ac multis quidem ijs quæ bonis & prudentibus viris Moyſes rem totam commiſit, vt alij ſacra, alij profana curarent (ex ijs autem,qui operam rebus ſacris dederunt,vnus fuit Pontifex,reliqui ſacerdotes & leuitæ,qui vero profana adminiſtrarunt,alij conſultationibus,alij iudicijs vacauerunt; nonnulli pacis,quidam belli ſtudia coluerunt) omnes vero non ex arbitrio voluntatis, ſed ex præſcripto legis ſuo fungi munere,in primiſque iudicia & iuſtificationes exercere conſtituit. Atque ita deinde tempore Ioſue,& iudicum in terra Cananea diſpertitis poſſeſſionibus eſt ſeruatum. Etenim ad Ioſue dixit Deus cap. 1. Conſortare, & eſto robuſtus valde,vt cuſtodias & facias omnẽ legẽ,quã præcepit tibi Moyſes ſeruus meus,nec declines ad dextrã,vel ad ſiniſtrã,vt intelligas cuncta quæ agis: & poſt præcipienti illi reſpondere Iſraelita, omnia quæ præcepiſti nobis faciemus, & quocũque miſeris,ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moyſi,ita obediemus tibi. inde Ioſue moriturus aduocatis Iſraelitis, eadem verba repetijt,quæ ad ſe Deus tradens imperium fecerat de

fecerat de lege Dei cuſtodienda cap. XXIII. *promiſitque populus ſe Dei præceptis obediturum.*

De ſeniorum imperio ſignificatur ſecundo iudicum, ſeruierunt Iſraëlitæ Domino cunctis diebus Ioſue, & ſeniorum, qui poſt eum vixerunt, & nouerunt omnia opera Domini quæ fecerat in Iſraël. Iudicibus inde rerum potientibus eodem modo Ariſtocratia fuit, ſi quidem illis principatum adminiſtrantibus & lex, vt ante valuit & Deus ipſe imperium tenuit. Hoc autem ita eſſe probatur etiam ex Ioſepho, qui libro 4. *Antiquitat. legem Dei ad hunc locum pertinentem explicuit, ſic loquentem faciens Moyſem: Ariſtocratia, & vita quæ ex ea degitur, res optima eſt, nec vos capiat deſiderium alterius reip. ſed hanc amate; leges habentes domin.us, ex iis omnia facientes; ſatis enim eſt, vt Deus præſit. Quod ſi regis cupiditas vos inceſſerit, is ex eadem gente ſit.*

Hac vero Ariſtocratiam, in qua lex potiſſimum cum Deo dominata eſt, Regnum ipſum excepit. Regnum autem appellarunt imperium ſummum vnius hominis, non ex lege: ſed ex arbitrio imperantis, quem à Samuele Iudice poſtularunt his verbis. VIII. *primi regum: conſtitue nobis regem, vt iudicet nos, vt vniuerſæ habent nationes: Quod vt ille audiuit, ſubito Deum, quid opus eſſet facto conſuluit, qui ita reſpondit: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi, non enim te abiecerunt; ſed me, ne regnem ſuper eos, & prædic eis ius regis, qui regnaturus eſt ſuper eos. Significauit enim aperte Iudicibus rerum ſummam ex lege habentibus regnaſſe Deum ſuper Hebræos, quia lex dominata eſſet, imperio vero ad regem gentium more trãſlato Deum non regnaturum, cum non penes legem, ſed penes voluntatem vnius hominis ſumma rerum eſſet futura. Probè etenim, vt optimè dixit Ariſtoteles in Politicis. Qui legem vult imperare, Deum vult imperare; qui regem id eſt hominem, belluam, quod non ſemper ratione; ſed plerumque cupiditate ducatur. Hoc autem arbitrarium Regis imperium expreſſit Deus, cum addidit: Filios & Filias; & prædia, & ſeruos vobis auferet, & greges veſtros addecimabit & vos eritis, & ſerui: neque clamantes audiemini à Deo; vnde dixit David Pſalmo* II. *Ego conſtitutus ſum rex à Deo ſuper montem ſanctum Sion. Dixit Dominus ad me: poſtula à me, dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. Hæc autem duo regis imperia, eius inquam qui lege tenetur, & qui legibus eſt ſolutus Ariſtoteli quoque nota fuerunt: atque illud nullum proprium reipub. genus facere, atque in omni repub. reperiri poſſe, hoc vero proprie regnum appellari putauit; ſic enim inquit. Deinceps diſputandum eſt de rege, qui omnia ex voluntate gerit, nam qui ex lege rex dicitur, non eſt reipub. ſpecies, quia in omnib. rebus publicis dux belli perpetuus eſſe poteſt, vt in Democratia, & Ariſtocratia, & multi creant vnum Dominum adminiſtrationis; plenum autem regnum vocatur, quo cuncta Rex ſua voluntate gerit. Hoc ergo modo Hebræi, poſt quam ſedes in terra Chananæa locarunt, primum iudicibus, paruerunt, qui ex lege præfuerunt: deinde more aliarum gentium Regibus, qui ex voluntate imperarunt, quorum primus, Saul ſecundus David fuit, à quo inde hæreditarium regnum inter iudæos euaſit, donec res ad Sedeciam peruenit, qui à Nabuchdonoſore rege cum populo captiuus in Babyloniam eſt abductus. Reuerſis vero in patriam poſt annos ſeptuaginta Iudæis, res iterum ad optimatum ſtatum eſt adducta, quo tempore, vt inquit Ioſe-*

 phus lib.

phus lib. 2. pontifices qui pro tempore fuerunt, & ſacerdotum & iudicum partes impleuerunt, donec populo ab Antiocho ſeruitute oppreſſo; Leuitica Aſſamonaeorum familia inſurrexit, qui primum ſub titulo Principis deinde, ſub nomine Regis manentibus veteribus inſtitutis, rem Iudaeorum vniuerſam adminiſtrarunt. Quibus extinctis reges proſelyti Aſcalonitæ ſucceſſere, qui rectius appellari tyranni potuiſſent; ex quibus Herodes Magnus Antipatri filius, & Archelaus filius, & Agrippa nepos in Iudaea; Herodes Antipater tetrarcha in Galilaa; ac ſubinde duo Herodes Agrippæ reges in Chalcidica potiti rerũ ſunt, qui poteſtatem à Romanis Iudæam illo tempore obtinentibus, creandorum pro arbitrio pontificum acceperunt, inde pulſis demum Aſcalonitis, Romani ſubacta Iudaa, magiſtratum & tributum impoſuerunt: ac legibus eorum magna ex parte ſeruatis, regionis imperium & procurationem ſibi vindicarunt; ac poſtremo rebellantibus eis vrbem cum templo inflammauerunt ac gentem prope totam profligauerunt.

Quare cum in diuinis niſi optima conſtituantur, neceſſe eſt fateri, Ariſtocratiam vt omnium optimam cæteris præſtare.

At ſi quis negare hanc Sigonij ac Ioſephi ſent. voluerit, ſaltem remp. Hebræorum, non Monarchiam, ſed mixtam fuiſſe ob D. Thomæ auct. fateri cogetur: *& hoc fuit inſtitutum ſecundum legem diuinam. Nam Moyſes & eius ſucceſſores gubernabant populum, quaſi ſingulariter omnibus principantes, quod eſt quædam ſpecies regni. Eligebantur autem ſeptuaginta duo ſeniores, ſecundum virtutem, Dicitur enim Deuter. 1. Tuli de veſtris tribubus viros ſapientes, & conſtitui eos Principes, & hoc erat Ariſtocraticum, ſed Democraticum erat: quod iſti de omni populo eligebantur dicitur Exodi* XIIX. *Prouide de omni populo viros ſapientes, &c. Et etiam quod populus eos eligebat. Vnde dicitur Deut. 1. Date nobis viros ſapientes, &c. Vnde patet, quod prima fuit ordinatio Principum quam lex inſtituit,* ergo regimen Hebræorum in Monarchia non conſiſtebat. Zepperus etiam mixtam remp. fuiſſe lib. 3. Polit. Iud. c. 5. ſcribit.

Reg. 1. ca. 8. 7 Quia Deus ipſum regnum reprehendit, vt ſuperius dictum eſt, iuxta illud: *filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites, præcurſores, quadrigarum ſuarum, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum ſuorum. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias & focarias, & panificas, Agros quoque veſtros, & vineas, & olueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis.* Ex quo patet, quid tandem reges facere, ac in quæ denique declinare ſoleant. Non ſic de Ariſtocratia dici poteſt, ratio eſt quia vt inquit Toſtatus.

Toſtatus q. 9. ca. 8. reg. *Nullus Principatus quantũ ad hoc eſt magis oppreſſiuus ſubditorum quam regalis, ſiue Monarchicus, qui ſubito verti poteſt in tyrannidem; & hoc malum illius ſignificauit, hic Deus diſſuadendo Iſraëlitis, hunc principatum ſcilicet, quod Rex decimaret greges eorum, & armenta, &c. Et paulo inferius, & ita dicendum, quod principatus regalis pro regnante eſt aliquid valde honorabile, ſed pro ſubditis eſt aliquid valde oneroſum, & minus eligibile, quam alia genera principatuum.*

Othanes apud Herodotũ l. 3 8 Quia Monarchia eſt infinitis malis publicis obnoxia, vt dicit Othanes apud Herodotum, Qui Monarchiam mortuo cambyſe perſarum Rege & interfecto

interſecto Smerdi mago, qui fraude ad regiam dignitatem conſurrexerat, quinque argumentis Monarchiam probat non eſſe inſtituendam: quorum primum ab exemplo regum ſuperborum, alterum à turpitudine, qua electores notarentur ſi Monarchiam reſtituerent, Tertium, quartum & quintum, ab ipſa natura Monarchæ, qui omnia inſolenter agit, eſt deſumptum. *Quid igitur nobis opus eſt Monarchia, quam ſuſtulimus? in qua licet pro libidine agere omnia impune, quæ virum etiamſi optimus omnium fuerit, tamen quum in ea poſitus eſt extra conſuetos abiecerit ſenſus. Quippe quum præter inuidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur ex præſentibus bonis inſolentia; itaque hæc duo mala habens, nimirum omnem malitiam habet: tum per inſolentiam, quod expletus omnibus rebus eſt; tum per inuidiam multa facinora admittens. At enim vir tyrannus, vt qui omnia bona obtineat, debebat ſine liuore eſſe. Verum ita natura comparatum eſt; vt ſit aduerſarius popularibus ſuis. Si quidem eorum optimis quibuſque, qui ſuperſtites ſunt, atque viuunt inuidet, deterrimis delectatur: & quod indecentiſſimum eſt, criminationes admittere optimum putat. Nam ſiue admireris eum modeſte, offenditur, quod effuſè hoc facias: ſiue effuſè facias, offenditur, quaſi ſibi aſſentiris, & vt exequar dicendo, quæ maxima ſunt, iura patriæ labefactat, fœminis vim affert: indemnatos interimit. At quum dominatur multitudo, primum quidem nomen obtinet omnium pulcherrimum Iſonomiam, id eſt iuris æqualitatem, deinde vero nihil eorum agit, quæ Monarcha, hoc eſt, vnicus Princeps. Nam Magiſtratus tum ſorte diliguntur, tum adminiſtratorum rationem reddunt, omnia denique conſilia in commune referuntur.*

9 Quia vt inquit Patritius: *Præſtare videtur res publica, quia in principe non poſſunt ſingula abſoluta, ac perfecta eſſe. Nihil enim (vt ait oratorum maximus Cicero) in ſimplici genere natura omni ex parte expolitum reddit. Quod quidem exemplo probauit Zeuxſis, cum ſimulacrum Helenæ pingeret: ex diuerſis namque puellis perfectam imaginem delineauit. Alium ſiquidem Iuſtitia, alium fortitudo, alium liberalitas, aut facilitas commendatum efficit: vnus autem qui virtutes omnes complectatur, vel nunquam, vt arbitror, inuentus eſt. Sed cum in Republica complures ſint, vnuſquiſque partem aliquam virtutis ac prudentiæ habet. Quo circa in vnum collati ciues, quaſi vnum hominem præſtant; qui multiplici ingenio, ac memoria pollet, oculis pluribus cernit, operatur manibus multis, & pedibus pene infinitis nititur. Et vt philoſophorum acutiſſimus Ariſtoteles ait: alij quidem aliud, cuncti autem cuncta decernunt.* Franciſcus Patritius de inſtit. Reip. lib. 1. tit. 1.

10 Quia honorabilior eſt populus, qui non habet, quam qui habet regem, vt inquit Toſtatus: *cauſa erat, quia videtur eis indecorum eſſe, quod cum ipſi eſſent magnus populus, non haberent regem. Putabant enim magnum eſſe honorem populi: & quod priuarentur hoc honore, erat eis graue. E contrario tamen fit quoniam honorabilior eſt populus, qui non habet Regem, dum tamen poſſit alias bene regi per quemcumque politicum principatum, quam ſi regem habeat: nam habentes regem quoddam genus magnæ ſubiectionis tolerant, Iſraëlitæ tamen non attendebant ad hæc.* Quæſt. in ca. 8.

11 Quia impoſſibile eſt in tanta poteſtate æquitatem ſeruare; Ariſtocratia præſtantior eſt cenſenda, vt inquit Claudius Seſellius. *Adminiſtrandæ* Claudius Seſellius de rep. Gal. lib. 1.

ergo reipublica tria ſunt genera. Quum vni tantum, rei ſumma permittitur, Monarchiam: quum pluribus atque præcipuis populi, Ariſtocratiam, vbi vero multitudinis eſt imperium, Democratiam vocant. Ex ijs optimum ſtatum eſſe putant, Monarchiam quando princeps eſt vir bonus & prudens, & reip. amans; quia vero difficillimum eſt in tanta poteſtate ſeruare æquitatem; alterum genus, quod eſt optimatum, & hominum delectorum videtur eſſe præſtantius, & tolerabilius, & firmiore fundamento ſubſiſtere; quando videlicet ex omni multitudine ij præficiuntur, qui virtute & ingenio maxime antecellunt: nam qui ſunt in his vitioſi, reliquorum imperio facile coërcentur.

12 Quia ea reſpublica eſt illuſtrior, in qua maior numerus ſapientum ciuium reperitur; ſed in Ariſtocratia plures ciues ad rem publicam gubernandam apti, quam in Monarchia inueniuntur, ergo Ariſtocratia Monarchiæ præſtat.

13 Illud eſt excellentins bonum, quod in plura ſubiecta, & præſertim, quando æqualiter, quam illud quod in vnum ſolum diffunditur; ſed Ariſtocratia omnia bona in bene meritos de Republica, Geometrica proportione diſtribuit, ergo.

14 Quia in Monarchia bonum propriè ac eſſentialiter eſt in ſolo Principe, quia ipſe eſt omnium Dominus, in cæteris autem eſt per participationem, & diſtributionem, qui à Sycophanris Aulicis, adularoribus, calumniatoribus, & eiuſmodi ſæpenumero dementatus, munera publica iniuſtè diſtribuit; ſed in Ariſtocratia bonũ proprie ac eſſentialiter non eſt in vno ſolo, ſed in omnibus ijs ciuibus nobilibus, qui eius capaces ſunt. At vero bonũ vniuerſalius eſſentiale, bono per participationem, & denominationem antecellit; ergo per conſequens Monarchiæ debet Ariſtocratia antecellere.

15 Sicut conſtantia eſt inconſtantia: ſic Ariſtocratia eſt Monarchia nobilior; quandoquidẽ principes inconſtantis conſilij eſſe, & quamcumque Auram caprare ſoleãt: at è contra rerum publicarum conſilia, vt inquit Boterus ſunt immortalia, & conſtantiſſima.

16 Illud quod non eſt per ſe ad regendum aptum, ſed alieno auxilio indiget, magnam imperfectionem denotat: ſed Monarchia eſt eiuſmodi, nam vt inquit Tacitus. *Principem ſua ſcientia non poſſe cuncta complecti*: & 3. Annal. *grauiſſimoſque principis labores, quis orbem terræ capeſcit, egere adminiculis*: quod quidem Moyſes cui indubitata fides eſt tribuenda his verbis confirmat: *cur afflixiſti ſeruum tuum?* Quare non inuenio gratiam coram te: & cur impoſuiſti pondus *vniuerſi populi huius ſuper me*: & mox: *non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis mihi eſt*: quaſi fateretur vnum hominem non poſſe omnia rectè gubernare; ideoque Deus Moyſi obſecutus eſt; præcepit enim ei, vt ſeptuaginta viri ætare, & rerum experientia inſignes eligerentur, *vt ſuſtentent* (inquit) *tecum onus populi, & non tu ſolus graueris*: ſed Ariſtocratia per ſe ſola ſubditos regere poteſt; ergo eſt maioris perfectionis ac nobilitatis.

17 Vbi eſt maius bonum, ibi neceſſario maior perfectio, & vbi maior perfectio

fectio,ibi illuſtrior nobilitas,neceſſe eſt,inueniatur; ſed id eſt in Ariſtocratia,in qua,vt inquit Thomas Morus, perfectius bonum inuenitur.

Quæris vter melius rex, ne imperet, an ne ſenatus?
Neuter (quod ſæpe eſt) ſi ſit vterque malus.
Sin ſit vterque bonus,numero præſtare ſenatum,
Inque bonis multis plus reor eſſe boni.

Thomas Morus in epigr.

Ergo Ariſtocratia nobilitate Monarchiam ſuperat.

18 Quia Ariſtoteles mediocrium primo rem publicam,deinde eam,quæ medio plus accedit, cæteris anteponit; ergo Ariſtocratia quæ eſt inter duo extrema, id eſt inter vnum ſolum, & omnes,Monarchiæ eſt anteponenda.

19 Quia ſub principibus omnia vitia,ſub rebus publicis omnes virtutes inuentæ fuerunt; & plures ac grauiores errores populiſque pernicioſiſſimi à principibus, quã à rebus publicis,vt ex hiſtoricis perſpicuum eſt, commiſſi fuerunt: ergo ſignum eſt perfectius regimen,& nobiliores virtutes in Ariſtocratia reperiri

20 Quia vitia,quæ à Monarchia exoriuntur, ſemper ab aliquo gratioſo aut aulico Miniſtro augmentum capiunt: quare ſenſim in ipſos Principes & populos diffundũtur: at in Ariſtocratia nullum vitium,quod bono publico incommodet vires ſumit; ſed ſtatim ab aliquo prudenti Magiſtratu eijcitur,atque exterminatur.

21 Quia omni tempore,& in omnibus ciuilibus actionibus Monarchia ſtatu Ariſtocratico indiget; nam cum non poſſit ſolus princeps omnia recte moderari, ſenatui, aut conſilio, aut alijs Magiſtratibus,qui ad Ariſtocratiam pertinent, negotia committere impellitur; at Ariſtocratia ſtatu Monarchico non eget,ſi bellum excipias,in quo vni ſoli ſumma cõmittitur. Sed rariſſimè id accidit, & quando accidit, ſolet eſſe illud imperium Monarchicum non abſolutum, ſed imperfectum,cum nihil ſine conſiliarijs & præcipuis belli adminiſtris efficere nequeat.

22 Quia Monarchia videtur eſſe ſignum imperfectæ ciuitatis; Nempe quod in ea viri publicæ adminiſtrationis capaces non inueniantur; nam initio non ob aliud quam ab ciuitatum paruitatem reges eligebantur: difficile enim erat, in paruis ciuitatibus multos viros ſapientes inueniri, at quando multi,ad rem publicam gubernandum ſurrexerunt, vnius imperium recuſarunt; etenim à plurium ſapientum regimine nobiliores operationes erant expectandæ.

23 Quia vnus,vt vnus nõ debet gubernare,alioquin,ſi vt vnus gubernaret tyranni regimen,quia eſt vnum,perfectum eſſet.Sed regere debet in Monarchia vt bonus, & idoneus;At vero vnum bonum,& idoneum ad omnia gubernanda actu reperiri, eſt difficillimum; è contra multos diuerſis virtutibus præditos,qui in vnum eſſentiæ regiminis finem coeant, non eſt difficile inuenire;ergo cum qui præſint,debeant eſſe boni ciues, illud eſt conſtituendum,quod facilius poteſt reperiri.

24 Quia cum Monarchia, Ariſtocratia, cæteræque rerum publicarum

formæ ſint officij nomina, ferè ſemper ſola Monarchia in actualem potentiam,graui ſubditorum damno tranſit,reliquæ vero nomen , & actum
25 Si mutationes ſoleat excellentiam rei oſtendere , mutatio
officij retinent:
Ariſtocratiæ , aut alterius reipublicę formæ in Monarchiam, fere ſemper eſt violenta, ac ſanguinolenta,vt ex hiſtoricis patet : & præſertim ex Romana. Nam antequam imperium ad vnum ſolum perueniret,plurimi ciues & fortiſſimi omnium trucidati , aut proſcripti ſunt. at vero mutatio Monarchiæ in Ariſtocratiam,aut aliam reipublicæ formam,ſine ſanguinis effuſiones fieri ſolet,vt ex ipſa republica Romana conſtat,quæ ex Monarchia in Ariſtocratiam , aut vt libet in rempublicam mixtam,ſine ciuium in commodo tranſijt.

Præterea in ipſa eiuſdem ſpeciei ac formæ mutatione,nempe quando filius patri monarchæ ſuccedit , multa incommoda eueniunt , quia plerumque noui ſucceſſores, veteres conſiliarios mutant,nouos Magiſtratus creant,omnia denique à nouo gubernante,maxima ciuium incommoditate mutantur:quæ incommoda in Ariſtocratia non conſpiciuntur,quandoquidem in ea patriæ leges,& inſtituta ſeruantur.

26 Quando Principes moriuntur,mutationes in Regnis præſertim,ſi ſine ſucceſſore naturæ ſatisfaciunt,eueniunt. Nam aut regna euertuntur , aut ciuilia bella vel externa oriuntur, quæ ciuibus maximè incommodant: non ſic in Ariſtocratia,in qua patria inſtituta cuſtodiuntur.

27 Quia nullum dubium eſt , quin Principes , quamuis prudentiſſimi ab aulicis & adulatoribus facillime corrumpantur, & quamuis aliquando non voluntariè , invitè tamen ſæpè numero peccare coguntur. Nemo enim ex omnibus hominum ſtatibus,tam facile ad omnem fauoris & odij auram,vt principes mutantur: At in Ariſtocratia nulla poteſt eſſe aulicorum corruptio,aut adulatio,quia cum ea ex diuerſis prudentibus ciuibus conſtet, difficile eſt vniuerſam rempublicam falſis adulatorum lenocinijs aures præbere.

28 Illud ſine dubio nobilius, quod non eſt frequentibus mutationibus obnoxiū;ſed reges ſunt mutabiles,vt inquit Tacitus, & illa frequens mutatio publicæ felicitati maxima dāna infert,reſpublicæ vero æternę; ergo

29 Quia fundamentum omnium rerum publicarum;vt inquit Ariſtoteles,& cum eo omnes politici,eſt legum obſeruatio ; ſed leges magis in Ariſtocratia , quàm in Monarchia ſeruantur, ergo : probatur minor experientia,quia nullus fere Princeps inuenitur,qui nouas leges nō condat,& veteribus aduerſetur:præterea ſolo gratioſi fauore Princeps dementatus, aut venuſta mulieris,vel matronæ forma illectus,aut mellifluis Ganimedis aut Scorti , vel infamis miniſtri verbis illaqueatus,legibus in ſubditorum præiudicium derogat , & quod peius eſt, inueniuntur auctores, qui aiunt Principes de potentia abſoluta , quaſi Deus eſſent, omnia facere poſſe. Imo maiorem potentiam,quam Deus habere videntur,cum Deus peccare,& malum facere non poſſit,ipſi vero abſolutę potentiæ licentia, grauia

nocumen-

ta ſubditis afferant, quæ profectò abſoluta potentia & ſi iure merito à Covarruia, & alijs optima conſcientia præditis ſcriptoribus, vt impia damnetur; nihilominus hanc plenitudinem poteſtatis principes libenter arripiunt: at vero in Ariſtocratia non tam facile legibus derogatur. Nam antequam ſummus Magiſtratus à publica, & diu ſeruata lege recedat, omnia prudenter ac diligenter conſiderat, nec vnquam ſine cauſa à communi lege diſcedit, nec iniuſtæ gratię, vt in monarchia leui de cauſa cõceduntur.

30 Quia difficile eſt, omnes decipi, & inextricabilibus lenonum aulicorum ſermonibus illaqueari.

31 Si Monarchia eſt excellentior, maximè quia tyrãnis, quę eſt omnium peſſima, ei opponitur, corruptio enim optimi peſſima. Sed id non obſtat; ergo: probatur minor primo; quia Tyrannis vt vna, Monarchię opponitur, ſed vt Tyrannis abſolute cęteris formis poteſt opponi; quia ex quibuslibet poteſt exurgere, & contrariam expellere. Secundo Tyrannis vt vna Monarchię in ſuo eſſe perfecto, & ideali, & non reali opponitur; ergo nulla eſt ratio.

32 Si Monarchia Ariſtocratię pręferri debet, maxime quia regnum eſt omnium rerum publicarum vetuſtiſſimum, ſed hoc non obſtat, ergo: probatur minor primo, quia id negari poteſt. Secundo quia ex regni antiquitate eius pręſtantia concludi non poteſt. Nam non ſequitur; Angeli fuerunt creati ſimul cum mundo corporeo, vt tenent Auguſtinus lib. 11. de ciuit. Dei cap. 9. Theodoretus quęſtione 3. in gen. Beda in cap. 1. Gen. Epiphanius ſer. 65. Diuus Thomas, & omnes latini, vt refert Ludouicus viues in c. 9. lib. 11. de ciuitat. & tamen non ſequitur animata & inanimata quia à Deo ſimul creata ſunt, eſſe eiuſdem nobilitatis cum Angelis. Tertio quia ex vetuſtate regni potius eius imperfectio denotatur: nam quod *priſcis illis temporibus rudique adhuc ſæculo, vbi primum ciuitates frequentari ſunt cœpta deprompta fuerit] ex familijs ratio Monarchiæ, quæ videbatur magis expedita, & propoſita ante oculos; hoc certè nihil habere poteſt, nec præſtantiæ, nec laudis, quin potius neſcio quid imperfecti continet, atque arguit. Nam ſemper à rudioribus inchoatum eſſe, & impolita principio cuncta generari, quæ deinde procedente ſimul opere atque tempore paulatim expoliantur, atque elaborantur, donec abſoluta reddantur; & omnino integra. quis obſecro quamuis ignarus ignorare poteſt? Ab ortu mundi rudes homines adhuc erant, nondum inuentis tot artibus, atque diſciplinis, quibus exculti poſtea ſumus ad humanitatem; pauciſſimi præſtabant ingenio, atque ſapientia. Hæc attulerunt neceſſitatem non modo cauſam, vt gubernacula ciuitatis vni traderentur. Cum autem generoſiſſimi & ſapientiſſimi viri quorum copia & vbertas plurima ſe effuderat, in ciuitatibus non amplius deſideraretur, adhibita induſtria curaque & cætera omnia: ſic etiam forma ciuilis adminiſtrationis expolita, & ad eam rationem poſtmodum fuit perducta, quæ maxime decet excellentem hominum naturam. Hæc totidem fere verbis expreſſa ſunt ab Ariſtotele lib. 3. politicor.*

Auguſtinus. Theodoretus. Epiphanius. Beda. Ludouicus viues. Ioſeph Bonfadius de ciuil. adminiſt. optima forma cap. 1.

Et Propterea fortaſſe regibus antea parebant, quod homines multum præſtantes, virtute rari inueniebantur, cum præſertim habitaretur, tunc in paruis opidis. *Ariſt. lib. 3. Polit.*

hoc autem

reges conſtituerunt acceptorum beneficiorum memores, grati, quod certe fuit eorum magnæ probitatis: poſtea vero contigit vt inuenirentur æquali ſimilique virtute multi viri præditi, non amplius certe reges ſuſtinebant, ſed commune quiddam ſtatuerunt, inſtituerunt Reſp.

33 Quia natura comparatum eſt, vt præſtantiora & nobiliora minus præſtantibus & ignobilioribus præſint, ſed in Monarchia ordo naturæ infringitur, quia filij improbi, ac iniuſti patribus quandoque ſuccedunt, at in Ariſtocratia ordo naturæ ſemper ſeruatur. Nam is ſolummodo dux cæterorum eligitur, qui ciuili virtute alijs multum antecellit.

Quod autem ſapientes omnium natura Domini ſint. 1. ex ſacra ſcriptura probatur, legitur enim: *Tuli de tribubus veſtris ſapientes, & nobiles & poſui eos Dominos.* 2. auctoritate Ariſtotelis: *Rex conſtituitur ex idoneis aptiſque ob eminentiam virtutis, aut actionum, quæ à virtute* Xenophontis. *at eum qui princeps eſſe cupit, in optimo ſapientiæ genere oportet, præcellere*, & Taciti. *tradereturque imperium Senecæ, quaſi inſonti claritudine virtutum* ad ſummũ faſtigium dilecto 3. ex liberis populorum electionibus, qui ab affectibus non impediti, aut muneribus non excæcati viros omnium ſapientiſſimos delegerunt. 4. ex communi politicorum ſententia, qui idem ſentiunt.

34 Quia ſi monarchia tantæ excellentiæ eſſet, Deus ſaltem ſemel vniuerſa imperia atque regna vni monarchæ: & Chriſtus vni quoque ſummam tradidiſſet.

35 Quia ſicut non ex ſola materia, neque ſola forma, quamuis præſtantiſſima, nihil efficitur, ſed ex vtraque vnum quid integrum: ſic non ex vno Principe, ſed ex multis viris perfecta reſpublica conflatur; & ſicut corpus ex quatuor humoribus conſtat, qui temperamentum quoddã conſtituunt, quamuis vnus prædominetur: ſic ex diuerſis præſtantibus ciuibus, reſpublica optimè perficitur, quamuis vnus cæteris præſit.

Nec valet dicere diuerſas animorum affectiones, ac diſcrepantia ingenia non poſſe miſceri: & ex illa permiſtione turbamentum, non temperamentum oriri: nam id de rebus publicis imperfectis, non de Ariſtocratia verificatur, quæ temperamentum, vt experientia conſtat, ſeruat. Si vero vt corpus humanum aliquando ægrotat, & aliquis humor excedit, aut corrumpitur; ſat eſt ſi ad priſtinam fœlicitatem reſtituatur: ſi vero interit, mirum non eſt, quandoquidem ipſa Monarchia, & omnia rerum publicarum genera, ciuilibus morbis, ruinæ ac interitui ſunt obnoxia.

36 Quia in Monarchia, non ſolum omnes, regum; verum etiam & aulici gratioſi, qui ad ſe omnia trahit, affectibus ſeruiunt; quod quidem maximam arguit imperfectionem: & maxima incommoda reipublicæ parit, vt in explicatione aphoriſmorum Politicorum probauimus: nam inter cætera mala vis principatus diſſoluitur, iuſtitiæ æqualitas immutatur, & quod valde timendum eſt, ex inſolito vnius gratioſi fauore, aut mors ipſius principis, aut cõſanguineorum cædes, aut amiſſiones, & mutationes

ſubdito-

ſubditorum,& prouinciarum,aut propria ruina,ac exterminia oriuntur,& ille gratioſus qui regnum occupandi occaſione inſidias principi nõ ſtruxit, aut in prouincijs motus non ſuſcitauit,aut ignominioſe de vita nõ deceſſit,magnum ac tremendum miraculum edidit Politicum.

Præterea ſolent Aulici Regum affectibus ſeſe accommodare,& paſſionibus quan- Franc Feuardentius com. in eſther. ca.9.
tumuis prauis & turpibus penitus inſeruire,vt eorum gratiam & fauorem iure,
vel iniuria occupentur. Princeps aliquem odio habet,eidem etiam contra proprium
conſcientiæ teſtimonium detrahunt,verbiſque atrociſſimis leues offenſas ſine fine
exaggerant, ex muſca facientes elephantum: Amore ac beneuolentia proſequitur
alium: omnes & ſi intus oderint,exterius tamen venerantur,extollunt,adorant. Io- 2. Reg. 13.
nab videns Ammonem propriæ ſororis captum amore,illum turpi conſilio inſtruxit, 2. Reg. 11.
vt inceſtuoſo raptu potiatur. Dauidi adulterium cum Bethſabea meditanti, non Ioan. 18.
defuerunt in aula turpitudinis miniſtri, qui eam accerſerent.Volenti necem Vriæ
Ioab operam ſuam præbuit. Seruus Annæ,videns Chriſtum Domino ſuo minus gra-
tum,eum in faciem cædit: Herodi mundi huius redemptorem, & iudicem illudenti,
*tota aula & exercitus turba concuſſit.*Et alibi.

Omnes ad vnius hominis nutum attendunt, omnia tentant vt eius gratiam in- Idem.
eant,ſiue probus ſiue improbus fuerit. Aít aiunt,negat negant, accommodant ſe vnius
libidini, eidemque quantumlibet ſub æternæ perditionis comminatione prohibuerit
Deus omnipotens in rebus etiam nefarijs obſequuntur. Lenocinantur, produnt
blaſphemant,peierant, toxica miſcent,innocentibus mortem machinantur, & infe-
runt,omnem religionem aſpernantur. Et quid non audaciſſime & impudentiſſime
aggrediuntur: Quoniam ergo miniſtri huius Aſſueri, eum mulieroſum eſſe nouerant,eidem hac in re gratificari ſtudent. Nec vnam aliquam puellam rege dignam
quærunt: ſed infinitas,vt libidine libidinem prouocante,nihil niſi muliebris fiat. In-
terim vero proſtituuntur ad regis ſalacitatem optimorum ciuium filiæ, nimium ſer-
uiliter huic hirco ſubiectorum. Sic cum Abraham & Sara Ægyptum appuliſſent; Geneſ. 12.
Aulici vero Pharaonis mulieris formam admirarentur,eam continuo regi ſuo pro-
ponunt,quam cito in gynaceum rapiunt: & niſi obſtitiſſet Deus Rex coniugi Patriar-
che vim intuliſſet.

37 Quia Ariſtocratia magis,quam monarchia ratione perpetuitatis, vna dicitur. Nam in ea, vt aquæ fluminibus optimates ſucceſſiue ſemper ſuccedunt. in hac vero diſſipatur progenies,& principes diuerſę politicæ ſpeciei in reges aſciſcere eſt neceſſarium, quod quidem imperfectionem quandam denotare videtur; cum id ſine periculo aut ſubditorum damno,vel incommodo effici nequeat.

38 Quia in monarchia, ſi princeps errat,& in rebus ciuilibus,auliciſque deliret, vt ſæpenumero contingit, ſexcenta incommoda populos tunc ſubire eſt neceſſarium; cum nullus Principes redarguere audeat, ſitque diffi ile principem ad deterrima quæque delapſum, ad meliora regredi poſſe,at vero in Ariſtocratia ducum errores, qui reipublicæ nocent ciues non ferunt,imo ipſum principem deerrantem, à principatu protrudunt, quando grauitas caſus id exigere videtur; quod quidem non ſemel effectum eſt.qua de re reſpublica à nullo ducis errore impedita, & ab ambi-

 tione

tione eorum, qui eam labefactare fortaſſe conabantur, liberata, publica pace tranquillitateque perfectè fruitur: non ſic monarchia, in qua neceſſe eſt probos, pœnas errorum principum dare, quamcunque eorum iram ac indignationem, & huiuſmodi ſexcenta, quæ quotidie in Aulis ciues infelici fato experiũtur, & de quibus alibi dictum eſt ſubire. Pręterea princeps qui aliquem iniurijs afficit in iudicium trahi nec caſtigari poteſt: in Ariſtocratia eiuſmodi incommoda non inueniuntur, imo omnibus licitum eſt quemcumque ciuem, quamuis potentiſſimum in iudicium trahere, & ſuas iniurias perſequi, quod in principatu fieri nequit: ex quo quidem patet rerum publicarum ſubditos maiori animi tranquillitate frui ac maiorem ſatisfactionem quam monarcharum vaſſallos ex optimatum regimine percipere.

39 Si Ariſtocratia monarchiæ non præſtat: maxime ob ſtatus ſecreta, quæ multis communicare eſt neceſſe, ex qua communicatione facile videtur ad principum aures ea poſſe penetrare; ſed id obſtare non debet, quia ex ijs qui populorum res geſtas publicis monumentis conſignarunt, ſecreta rariſſime rerum publicarum ciues exteris principibus aperuiſſe, & è contrario ſolum conſiliarium, aut principis ſecretarium, ſecreta indicaſſe euidentiſſime conſtat: & in Veneta Republica, quamuis magnus numerus Prægadorum ſtatus negotia tractet, tamen id tam ſecreto fit, vt admirandum maxime ſit, ne vnum quidem ex tanto numero reperiri, qui quod deliberatum ſit, propalet, quæ quidem virtus in vno principum ſecratario, aut conſiliario raro inuenitur, & vt inquit Traianus Boccalinus, omnium politicorum prudentiſſimus.

Traiano Boccalino ne ragguagli di Parnaſo cent. 1 rag. 5.

L'vltimo di tutti volle eſſer il dottiſſimo Ermolao Barbaro, il quale diſſe, che all'hora nelle Patrie libere introducendoſi la Tirannide, quando i ſecreti più importanti della Republica con pochi Senatori erano communicati, la preſtantiſſima Libertà Venetiana per fuggire di far naufragio in coſi pericoloſo ſcoglio, communicaua i ſecreti, e deliberaua le facende più importanti del ſuo Stato nel ſupremo Magiſtrato del Pregadi, numeroſo di più di dugento cinquanta Senatori, e che coſa gli pareua degna di ſtupor grande, che la Republica Venetiana in coſi gran numero di Senatori trouaſſe quella ſecretezza, che con tante diligenze, e con tanti buoni trattamenti di liberaliſſimi doni, i Prencipi molte volte indarno cercauano in vn ſolo Secretario, in vn paio di Conſeglieri. All'hora la Sereniſſima Libertà Venetiana poſe la mano ſopra la ſpalla del Barbaro, e coſi li diſſe. Voi hauete nominata quella pretioſa gioia, della quale io tanto mi pregio e per laquale merito di eſſer da ogn'vno inuidiata, mercè che per ben gouernar gli Stati non meno è neceſſaria la ſecretezza, che il buon conſiglio.

40 Quia monarchia atrocioribus caſibus eſt ſubiecta. Nam principes aulicorum & gratioſorum cædibus, iniurijs, indignationibus & odijs ſunt obnoxij, & ex violenta principum cæde, ab eorum familiaribus facta, variæ periculoſiſſimæ & teterrimæ regnorum mutationes ac diuiſiones ſunt factę; quo quidem incommodo Ariſtocratia caret. Nam interfecto reipublicę Duce, quod quidem nunquam fortaſſe ſucceſſit: ciues inter-

interfectorem debito ſupplicio ſine vlla immutatione afficiunt, & alium ſumma vniuerſi ciuilis corporis tranquillitate eligunt.

41 Quia in Ariſtoctatia ciues libere loquuntur, libere conſultant, & libere deliberant, quod maximi momenti eſt & commodi: præterea virtutem qua præditus vnuſquiſque eſt, libere exercere poteſt: at in monarchia conſiliarij principis voluntatem ſequuntur, & vbi rex inclinat, conſiliariorum ſententiæ quoque inclinant: nam vt apud Curtium legitur: *Alexander legatis exire tabernaculo iuſſis, quid placeret ad conſilium refert: diu nemo quid ſentiret auſus eſt dicere, incerta regis voluntate,* & apud Ammianum. *Conſtantius uxoribus ac ſpadonum gracilentis vocibus, & Palatinis quibuſdam nimium quantum addictus, ad ſingula eius plaudentibus, & quid & quod ille agat, vel neget, vt aſſentiri poſſint obſeruantibus,* & apud Tacitum, *exemit etiam Druſum Conſulem deſignatum dicenda primo loco ſententia, quod alij ciuili rebantur, ne cæteris id ſentiendi neceſſitas fieret:* tandem ne pro re certiſſima tot auctores citemus, antiquiſſima experientia conſtat conſiliarios principibus illud conſilium, ſemper dediſſe, quod illis gratius fore ſunt ſuſpicati.

Curtius li. 4.
Ammianus lib. 31.
Tacitus lib. 3. anal.

Præterea in republica, qui pacis & belli artibus florent ab omnibus in ſummo honore habētur in monarchia vero, *regibus boni, quā mali ſuſpectiores ſunt; ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt. Etenim non minus norunt quam priuati homines, qui nam egregij viri ſint, & ſapientes & iuſti, ſed cum eos ſuſpicere deberent, metuunt; fortes quidem ne quid libertatis cauſa audeant, ſapientes ne quid artificioſè moliantur, iuſtos ne plebs eos ſibi praeſſe cupiat;* & apud Tacitum. *Tiberio nulla vetus in Arruntium ira, ſed diuitem, promptus artibus egregijs & pari fama publice ſuſpectabat,* & libro decimo ſexto annalium, at Baream Soranum, iam ſibi *Oſtorium Sabinus Eques Romanus popoſcerat reum ex proconſulatu Africa, in qua offenſiones principis auſit, iuſtitia atque induſtria.* Quare ex his auctoritatibus & multis alijs quæ adduci poſſent, concludendum eſt in monarchia, nullum virtutem ſuam ſine euidenti vitæ, aut fortunarum, aut honoris & exiſtimationis periculo oſtendere poſſe; nam vt inquit Chryſoſtomus. *Non videtur vtile monarchis, quemquam bonum virum verſari apud ipſos, quique videatur magni fieri apud multitudinem.*

Saluſtius in catil.
Xenophon in Hierone.

42 Quia in monarchia omnes magni miniſtri, & præſertim exercitus præfecti, vt plurimum cruentum finem habuerunt; vt alibi oſtenſum eſt, at in Ariſtocratia plerumque bonum finem ciues eminentes conſecuti ſunt, & rerum geſtarum gloriam ſibi metipſis ſolis compararunt; præterea in monarchia ſemper rerum geſtarum gloriam principi eſt relinquēda, nam vt de Cratero legitur, *ille omnibus præparatis regis expectabat aduentum: rapta vrbis titulo ſicut par erat cedens,* & de Traiano: vnde Traianus vacuam eſſe ciuitatem pugnatoribus reputans, & ſi quidam adhuc intus eſſent nihil eos auſuros eſſe exiſtimans, præ metu imperatori excidium reſeruauit, eumque per nūtios rogauit, vt filium ſuum Titum mitteret, finem *victoria impoſiturum:* & de Germanico apud Tacitum *laudatis pro concione viribus. Cæſar congeriem armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo; debellatis inter Rhenum*

Curtius lib. 7. Ioſeph.
Tacitus lib. 2. annal.

Albinique nationibus, exercitum Tiberij Cæſaris, monumenta Marti & Ioui & Auguſto ſacrauiſſe: de ſe nihil addidit, metu inuidiæ, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe. Et ſic de multis alijs qui breuitatis cauſa omittuntur.

Prætetea imperatores qui in bello profligati fuerunt, aut qui victorias conſequi non potuerunt ſuorum regum iram, ac indignationem maximo cum periculo ſubierunt: non ſic reipublicæ ciues: nam vt inquit quidam. *Romani non modo minus, quam cæteræ ciuitates erga ſuos ciues ingrati fuerunt, vt prius oſtendimus: ſed in puniendis etiam ducum militarium erroribus, magis clementes & conſiderati, quam vllæ aliæ Reſpub. Nam ſi qui malitia ſua quippiam deliquiſſent, eos puniebant clementer. Si error ex ignorantia natus eſſet: non modo non puniebant, ſed præmiis potius. perinde ac ſi rem bene geſſiſſent, afficiebant Idque non ſine graui conſilio faciebant: nam permultum intereſſe putabant, vt qui exercitui præficerentur, ab omni metu liberi eſſent, & rerum agendarum conſilia ex ipſis occaſionibus arriperent: nec haberent quod formidarent. Res enim quæ per ſe ardua atque difficilis eſt, aliæ difficultates atque pericula adiungenda non ſunt, ne virtuti impedimenta obyciantur. Nam ſi quem, exempli gratia, aut in Græciam, aduerſus Philippum Macedonem: aut aduerſus Annibalem in Italiam: aut aduerſus alios aliquos populos, quos vicere iam olim, cum exercitu miſerunt, ei cura iam incumbebat eorum omnium, quæ ad rem bene gerendam requiruntur: quæ cum ſint per ſe graues atque difficiles: nequaquam aliis curis aut periculis aggrauari debuerunt. Nam ſi præter harum curam, is dux etiam ante oculos poſita habuiſſet exempla eorum, qui ob rem minus proſpere geſtam, à Senatu graui ſupplicio affecti fuiſſent: nequaquam tot curis periculiſque circundatus, rem fortiter aggredi auſus fuiſſet. Quæ cum ita ſe haberent, exiſtimarunt eos qui fortunæ aduerſitate rem minus feliciter geſſiſſent, ipſius rei dedecore atque pudore iam ſatis punitos, nec aliis pœnis eſſe deterrendos. Eorum qui malitia potius, quam ignorantia rem male geſſerunt, exemplum extat Sergii, & Virginii. Nam cum ad Veios caſtra haberent, & exercitum ita partiti inter ſeſe fuiſſent, vt Sergius ex vna parte ad Tuſcos ſuſtinendos cum ſuis conſediſſet: Virginius ex altera parte caſtra metatus eſſet: Sergius forte a Faliſcis aliiſq; populis oppugnatus, non prius auxilium à Virginio petiit quam amiſſo exercitu in fugam ſe conieciſſet. Neque Virginius illi ſponte ſuppetias tulit, ſed maluit Romanorum exercitum cum patriæ dedecore fractum videre, quam ei, qui non ſupplex petiſſet, auxiliari. Memorabile ſane exemplum, quod ſi Reſpublica non puniuiſſet, argumento fuiſſet magnæ corruptionis morum. Puniti ergo fuerunt ambo, ſed non niſi mulcta pecuniaria: cum hoc delictum ab aliqua alia Repub. facile capitali ſupplicio fuiſſet affectum. Romani mitiores in hiſce eſſe voluerunt, non quod delictum maiorem pœnam non mereretur: ſed quod nihil facere vellent præter conſuetudinem: quæ apud ipſos multis rationibus approbata videretur.* Liu. lib. 22. *Erroris in bellum per ignorantiam commiſſi euidens ac memorabile exemplum eſt Varronis in pugna Cannenſi, cuius temeritate Romani ab Annibale victi, tantam cladem acceperunt, vt in diſcrimen amittendæ libertatis adducti fuerint. Sed quia tamen id non dolo malo, ſed per ignorantiam ei contigiſſet: Romani illum non modo punire noluerunt, ſed honore potius afficiendum cenſuerunt: quamobrem aduenienti illi proceſſit obuiam Senatus vniuerſus, & cum ob rem bene geſtam illi gratias agere non poſſent: ob id tamen*

men eum laudarunt; & gratias egerunt, quod rebus eorum tantopere afflictis, non deſperaſſet ſed in vrbem reduxiſſet. In eandem ſententiam, cum Papyrius Curſor Dictator de Q. Fabio magiſtro equitum ſupplicium ſumere vellet, quod contra ſuum mandatum cum Samnitibus dimicaſſet: Fabii pater inter cætera argumenta, quibus Dictatoris furori reſpondebat, populum Romanum ad eum vſque diem, nunquam tales pœnas, ob rem male geſtam a quoquam exegiſſe dixit, quales ipſe a fabio qui feliciter pugnaſſet, exigeret.

Liu. lib. 8.

42 Quia nimis promptè ac expeditè, edictis regis miniſtri parent, cum cordati adminiſtri, ſuos principes de impijs admonere teneantur: nam vt inquit Franc. Feruardentius.

Comment. in Eſther.

Animaduerte hic rurſus quam prompte ac expedite miniſtri Aſſueri edicto regis ſui paruerunt, tametſi non exiguam mali ſpeciem præ ſe ferret. Nam quid attinebat quadrigentas puellas (tot ſiquidem numerat Ioſephus) huic cani conſtuprandas offerre? Aut tributa ex laboribus ſanguineque vulgi collecta, in earum ornamenta conſumere? Nullus tamen aduerſus tantam inſaniam obmurmurat, nullus refragatur, aut ſeſe opponit. Nemo virtuti contra flagitium. Nemo caſtitati contra ſtuprum, nemo publicæ honeſtati contra manifeſtam turpitudinem patrocinatur, immo & parentes ſeu potius parricidæ, quaſi filiarum atque integritatis illarum proditores: iſto ſe inquinant ſcelere, vt ſuas quiſque certatim offerrent, in Aulam perducerent, ſibique belli ac beati viderentur ſi gratioſæ tantum admiſſæ reciperentur. At in Ariſtocratia omnes ipſi duci mala ſuadenti aut facienti ſe opponunt.

Li. 11. Antiq. cap. 6.

43 Quia periculoſum eſt Monarchæ ſeruire: nã *vt Ferus ait. facile amittitur gratia Principum, difficile eſt eis ita ſeruire, vt non offendantur. Denique offendere ipſos vel in minimo, rei magni periculi eſt.* & vt inquit Feruardentius.

Ioan. Ferus in Gen. 140.

Intuere quoque quam terribiles, & formidandæ ſint iræ Regum, ac Principum huius ſæculi, ac proinde ne temere eas in caput tuum prouoces, vel accerſas. Sed prudenter caue. quando media ſuppetunt. Procul à Ioue, & fulminibus. Ignem gladio ne fodito. Non abs re Seneca: potentioris iram (inquit) nunquam ſapiens prouocabit, imo declinabit non aliter quam in nauigando procellam. Salomon illam comparat cum rugitu leonis, qui a leo terribilis ac horribilis eſt, authore Baſilio, vt illa animantia quæ celeritate ſua illius impetum euadere poſſent, horrendo eius ſonitu & fremitu conſternata, ac præ metu deficientia, facile capiantur, & Rurſus. Idem Sapiens: Nuncij mortis ira Regis. Hoc verum eſſe teſtantur cædes piſtoris Pharaonis, Sacerdotum Nobe, Ioannis Baptiſtæ & 14. millium puerorũ innocentũ ſub Herode &c. At è contra longe tutius reip. ſeruire, quia omnes non poſſunt ſimul iraſci; ſimul perturbari, quia vnus alterius iram ſedat; aut eius effectum impedit.

Franc. Feruardentius in comm. in Eſther.
Epiſt. 14.
Prouerb. 19.
ex imcr. hom.
Prouerb. 20.
Genes 40.
1. Reg. 21.
Matth. 14.

44 Quia ipſa Monarchia in ſeipſa infeliciſſima eſt, & infinitis periculis ac calamitatibus obnoxia: nam vt idem ait. *Conſpice interea quam ſit infelix ac miſera Principum huius mundi conditio, quippe qui in proprio cubiculo, in propria menſa, in ſacratiore concilio infeſtiſſimos proditores, & hoſtes frequenter admittant, & foueant. Hinc Dauid de Achitophele & ſimiliter confictis conſiliarijs, qui ei clam detrahebant conqueritur. ſi inimicus meus maledixiſſe mihi, ſuſtinuiſſem vtique: & ſi his qui oderant me, &c. tu vero homo vnanimis &c. Qui ſimul mecum*

Idem.
Pſalm. 54.

Pſa'm. 40. *dulces capiebas cibos &c. Et de Abſalonis ſcelere, & iniurijs,his verbis lamentatur*
Ioan. 13. *& dolet: Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos magnificauit*
Matth. 26. *ſuper me ſupplantationem. Quæ verba non ſine graui cordis moeſtitia, & dolore Chriſtus aduerſus commenſalem ſibi proditorem vſurpauit, adijciens cum magno & iuſto horrore: manus tradentis me, mecum eſt in menſa.* & alibi.

Idem. *Ex eo quoque quod rex Aſſuerus, qui tot prouincijs imperabat, in ipſo palatio, in metropoli, inter tot cuſtodes corporis, tot conuiuia, tot puellarum greges, tot denique delitias de ſalute ſua periclitatur: conſpicere licet quam infelix & miſera quantiſque periculis expoſita ſit vita regum, ac Principum huius ſeculi: quando nec à domeſticis miniſtris ſuis tuti ſint, aut ſecuri: Etenim nec cibo, nec potu libere fruuntur, ſed prælibatores eos habere oportet, ne ſubſit venenum (neque ſomno tranquille indulgent, ſed ſtipatoribus quidem etiam parum fidei) communitos & circumſeptos eſſe neceſſe eſt, vt aliquantulum dormitionis ac quietis ſuffurentur. Palatia & caſtra illis frequenter ſunt pro carceribus, è quibus egredi non audeant. Purpura illis ſepulchrum, cuſtodes carnifices, quot ſerui tot hoſtes. Qui alios terrent, plus ipſi timent:* Eiuſmodi pericula ipſi fatentur vt Alex. apud Curtium. *Aliorum quoque regum exitus ſi reputaueris, plures a ſuis quam ab hoſte interemptos nunciabitis.* Et profectò infelicitas omnium infeliciſſima eſt, amicorum, miniſtrorum, fratrum, nepotum, filiorum, & vxorum inſidijs eſſe obnoxium.

45 Quia fere omnes reges, & præcipuè eos, qui ab omnibus ſapientiſſimi ſunt habiti aliquo ciuili morbo laboraſſe eſt compertum. Nam alij luxurioſi, alij iniuſti, alij ſuperbi, alij bonorum raptores alij ebrij. & homicidæ, alij ignari, alij ambitioſi, alij inſidiatores extiterunt: nihil dico de eis qui diuinos honores affectarunt.

46 Quia vnus poteſt dementari, aut delirare, aut in aliquem teterrimum morbũ incidere: vt multis euenit. At principes eiuſmodi morbis affecti, rectè gubernare non poſſunt, ergo: neque dicas miniſtros ſupplere, nam certum axioma in politica eſt. Principem miniſtris nunquam fidere debere. Et ſub rege dementi aut furioſo, dementes etiam fieri miniſtros eſt neceſſe imo ſub Principe ægroto in fortunas ſubditorum miniſtri crudelius graſſantur vt ſingulorum temporum hiſtoriæ teſtantur.

47 Quia nemo poteſt rectè imperare, niſi prius paruerit; ſed Monarcha nulli paruit, nec paret, ergo non poteſt rectè gubernare.

48 Quia monarchia ſocietatem humanam infringit, omnia ad ſolitudinem redigens: ſocietas autem humana ſolitudini aduerſatur, & vt eſt quilibet capax rationis, debet per cõmunes vices parere ac imerare, & cum alijs conuerſari: & ſe ſolitudini non tradere: nam omnis ſolitudo non religione, non rerum cæleſtium indagine tracta, ſed deprauato affectu, ambitione, maieſtatis reuerentia & rigore naturæ ducta, eſt omnibus &

Annibal Scotus in Tac. præſertim Principibus pernicioſa. Nam *magnus viris ſeceſſus ſæpe agnuntur, & frequentantur, quo intenſius iram, ſimulationem, & ſecretos animi motus exerceant, ac meditentur, & in altitudinem ſe condant, occaſione poſtea oblata promunt, quæ in illa ſolitudine concoxerunt,* vt inquit Scotus. Quare ſolitudinem fugere quiſque deberet: nam ſolitarie viuere, difficile eſt, non. n. eſt facile

per

per ſeipſum aſſiduè operari, cum alijs verò, & ad alios facilius, vt ait Ariſt. 9. Ethic. & ad Nico. c. 9. ratio autem cur ſolitudo Principes præcipites, ac iracundos reddere ſolet, eſt atra bilis, quam ſolitudo generat, vt inquit Albertus de mot. animæ cap. 6. atra autem bilis homines peſſima cogitare impellit, ad facinora perpetranda animos inclinat, ex quibus cædes Ciuium, vindictæ, ſuſpiciones ſubditis periculoſæ exoriuntur. Soli, opportuniorem habent occaſionem malè cogitandi & malè exequendi: malum enim, quod nemo videt, nemo arguit, vbi autem non timetur reprehenſor, ſecurus accedit tentator, licentius perpetratur iniquitas, vt Hieron. affirmat. Exemplum non quæramus, Tiberij habemus, qui Rhodi non aliud, quàm iram, & ſimulationem, & ſecretas libidines eſt meditatus, quique rectius adminiſtrauit viuentibus Germanico, ac Seiano, quibus aliquam rationem habebat, quàm ſolus. Omnia nobis mala ſolitudo perſuadet, inquit Seneca epi. 61. quare rectè Ariſt. homo ſolitarius, aut Deus, aut beſtia, prompti aditus, obuia comitas ſunt Principis virtutes, non vitia, vt ait Tac. lib. 2. Quamobrem Princeps habere cum multis conſuetudinem debet, Auguſti imitatione, qui Mœcenate, Agrippa, & alijs familiariter vtebatur, & in motu, geſtu, affectu, & conuictu maximam ſeruare affabilitatem.

Albertus de motu anima cap. 6.

Et familiares debent eſſe viri ſapientes, ac prudentes, non aulici, à quorum conuerſatione rex, & regnum totum corrumpitur.

49 Quia ciues reip. melioris ſunt conditionis quàm qui ſub rege viuunt, vt enim inquit Bonfadius. *Ex hiſtoriarum monumentis conſtet, quicunque ſummo imperio vnius regis premuntur, multò deteriori eſſe conditione, quam ciues Reipublicæ. Non enim poſſunt vt effugere ſeruitutis nomen: tametſi non ita ſerui, vt habentur mancipia, quia de ciuili principatu res eſt in præſentia, non de imperio, quod herile dicitur. ſiue dominatus; ſed eatenus propriè Regi ſeruire dicuntur, quatenus habere non poſſunt ius id ſummi imperij, quod optimatibus communiter intercedit, alteriuſque poteſtati commiſſi videntur, tanquam ad obeundum hoc munus per ſe minus apti. Seruus autem is dicitur, qui minus ingenio valet; ea mentis vi, & facultate non ſatis inſtructus, qua rectè ſine adminiculo alterius operari queat, rationem, & vim operandi totam illi tribuentis. Et quoniam finis etiam operationi reſpondet, quemadmodum ſeruus pendet ab alio, vt præcipuo agente, ſic etiam pendet aliunde in fine aſſequendo. Nam reuera magis operatur ad finem illius, à quo monetur, & regitur, quam ad finem ſuum. Ex quo fit, vt ſeruus alterius gratia, ſiue cauſa; liber autem contra dicatur exiſtere, ſua, & eo plenioris quiſque compos libertatis, quo minus alio ſpectare cogitur, ſuaque omnia referre, in vtroque genere pariter, & finis, & efficientis. Ciues ergo, qui verſantur in ſua Republica communis imperij, & quidem æquo iure participes, non magis alienis commodis ſeruiunt, atque ſuis, neque alterius magis arbitrio, quàm proprio reguntur: parentes autem vni regi, aut ſupremo Principi, licet ad aliquod minus imperij ab eodem vocentur, omnes tamen illius nutui obſeruare coguntur; quandoquidem tota inde pendet ipſorum auctoritas; & præterea conatus omnes, induſtriam, & ſtudium, ad illius commoda, & amplitudinem præcipuè referre. Qua propter omnino compotes non ſunt libertatis, neque*

Ioſeph Bonfadius.

cum illis vllo pacto conferendi, qui nati, atque educati in libera ciuitate quidquid imperij, atque iuris comparatum habent, alijs acceptum non referunt, quàm ſibimet ipſis, & peregregiè tueri, atque augere ſtudent hoc decus, & ornamentum per manus à maioribus traditum. Quo fit, vt auctores grauiſſimi accipiant hæc duo, eſſe in Regno, & in libertate, vt pugnantia, & oppoſita: & qui Regum imperio parent, eos ſeruire; liberos autem, & ſui iuris ciues Reipublicæ. Quod ſane rationes expoſita apertè demonſtrant, in ſingulos cadere, non modo in omnes generatim. Licet enim contingere ſæpe videamus, vt apud Reges nonnulli valde gratioſi vſque adeo floreant cum opibus, tum auctoritate, vt quod ait Creon apud Sophoclem in Oedipo tyranno τύραννα δρᾶν, quæ Reges poſſunt, ea præſtare valeant; hæc tamen res eſt paucorum, neque ad ſingulos pertinet, neque manat ex ingenita vi gubernationis, ſed ex aduentitia re pendet, hoc eſt illius nutu, quo reguntur pariter vniuerſa publica, & priuata.

30 Quia ſi monarchia præſtat, maxime quia in Ariſtocratia multis Dominis ſeruire ſubditi videntur: ſed id nullius eſt momẽti, ergo. Probatur, quia vni ſoli ſeruiunt non enim quando edicta promulgantur, dicitur, Domini tales, ſed Senatus; reſp. aut dux, quæ omnia habent nomen & rem cõmunẽ & c. 2. dato & non conceſſo in Monarchia quoque non ſolũ regi, ſed & miniſtris plerumque, infamibus aulicis & imperitis mulierculis ſubditi maximo dedecore ac ignominia parent; At vero hi: vt inquit Bonfadius *ſupremi Domini nunquam ſunt quippe qui ſummo imperio vnius omnes continentur. Sic etiam vnius Reip. mai ſtati ſuas faſces ſubmittunt, quotquot in ipſa magiſtratus & honores obtinent: quapropter ſupremi Domini appellari nequeunt.*

Ioſeph Bonfadius. 31 Quia certum eſt. *Reſp. optime inſtitutas multo difficilius deſcedere à ſtatu ſuo, quam vnius principatum vel optimè conſtitutum, & profectò veriſſimum eſt, id quod vulgo fertur. Neminem fieri peſſimum derepente, ſed multo magis cadit hoc in plures quam in vnum hominem qui fieri deterior breuiſſimo tempore, præſertim in ſummo imperio, vbi parem non timet, & in ſumma licentia, quæ peccati eſt maxima illecebra. Exemplo fuerit C. Cæſar, qui Tiberio ſucceſſit, initio clement, & popularis, atque ſatis pius; mox erumpentibus vnà vitijs omnibus, ſupra fidem facinoroſus, infamis, & perditus. Contigit idem cum Neroni, tum Domitiano, qui probitatis, & modeſtiæ edito ſpecimine, in grauiſſima quæque ſcelera exemplo effuſi, tyranni tandem euaſerunt minime ferendi. Habet nimirum hoc proſpera fortuna, vt afferat quoſdam ſpiritus, atque animos efferat, vbi res omnes fluunt ad voluntatem, inſolentia nimia. Accedit comes arrogantia confidentia, & ſecuritas, quæ nedum trahit ad improbitatem, ſed ad ſummam vecordiam, & demum impellit in furorem, atque immanitatem. His autem peſtibus non ita facile ſunt propoſitæ, ideoque firmiores, ac tutiores optimæ Reſpublicæ. Atque hoc ipſum eſt, quod Ariſtoteles tradit; Plures poſſe corrumpi difficilius, quàm vnum. Scio Barclaium lib. 1. contra Monarchom. non tantum diſſentire, ſed etiam redarguere Ariſtotelem, tanquam mentientem; quandoquidem ex hiſtorijs conſtare ait. in regimine, vel multorum, vel paucorum nullum grauius, aut frequentius incommodum fuiſſe deprehenſum, quam quod per corruptelas importaretur, maxime vero per auaritiam, & per ambitionem,*

quibus

quibus facillimè ſingulos ex multitudine, Reges vix vnquam contingat deliniri, & capi. Nam ij muneribus, & largitione corrumpi qui poſſint, qui verſantur in ſumma affluentia, atque rerum copia? quanam vero ambitione ijdem ſtimulari, qui ad ſupremum faſtigium iam diu peruenerunt? Contra vero in priuatæ conditionis hominibus has geminas cupiditates hærere tam facile, vt nihil procliuius ſit, quàm illos corrumpi. Hinc eas nundinationes ſuffragiorum Romæ fieri ſolitas, quæ compulerunt ad exclamandum Iugurtham Regem apud Saluſt. in bello Iugurthino, O Vrbem venalem, & cito perituram, ſi emptorem inuenerit. Verumtamen ſi venalis erat tempore Iugurthæ, citoque peritura, vt ipſe prædicabat, reſpublica, deſciuerat vtique à ſeipſa, & degenerauerat, & non erat amplius integra, ſed vitiata, & corrupta, atque vt Ariſtotelis ipſius verbis vtar, ἡμαρτημένη, ϗ παρεκβεβηκυῖα.

32 Quia vera eſt illa propoſitio, quę omnibus argumētis præualere debet, nempe quod rex vnus citius corrumpatur, & moribus deprauetur, quam boni, & ſtudioſi ciues, & eſt propoſitio æternæ veritatis.

Nec valet dicere quod citius deprauetur, vt homo, non vt magiſtratus, in quo omnes virtutes vniuntur. Nam

1 Id falſum eſt, cum experientia conſtet principes, vt principes, non vt homines deprauatos fuiſſe. Nam iniuſtitiam facere, populos deglubare, tyrannidem exercere, de republica bene meritos, præmijs non afficere, malos non punire, Aulam cum foro confundere, non ſunt principum, vt hominum, ſed principum vt principum deprauationes.

2 Adulatores, qui principes corrumpunt, eos vt principes deprauāt, nam ſi vt homines aulici, principes dementarent, ſolum ij vitijs priuatis afficerentur; ſed publicis contaminantur, vt ex omnibus hiſtoricis, qui de principibus præcipue egerunt conſtat; ergo vera eſt propoſitio, quod citius princeps, vt princeps deprauetur, quam ciues in Ariſtocratia virtute prædití.

3 Quia maximum diſcrimen eſt fingere principem cogitatione animi bonum, prudentem, nullius conſilio indigentem, nulli ad effectui indulgentem, reipublicæ adminiſtrandæ peritum, æqualem, iuſtum, pium, deuotum, religioſum, & id genus, & reipſa talem inueniri: quare cum reipſa nullus princeps inueniatur qui affectui ſuo non indulgeat qui aulicis impoſturis non ſit obnoxius & ab induſtrijs aulicis mirandū in modū quotidie non vendatur, qui in tanta fortuna, non faciat, quicquid animus dictat, qui ſecretas ac clandeſtinas voluptates non percipiat, (quæ etſi ſtatim non erumpunt, temporis tamen progreſſu omnibus ſeſe inſinuant; nihil enim vt alibi diximus in regum Palatijs, occultum diu manere poteſt) qui tandem aliquem cedentem affectum, aut effrænem cupiditatem non habeat, concludendum eſt, monarchiam ex omni parte, & ex ſeipſa imperfectiſſimam eſſe.

Præterea qui volunt, vt omnes virtutes in vno principe vniantur, veræ ei propoſitioni, quæ aſſerit, *nemo ſine crimine viuit* ex diametro repugnant: At cum principes ſuis etiam ſint vitijs contaminati, ea ad regimen ferunt, & in miniſtros populoſq, qui magis mala, quam bona ſolent imitari, tranſ-

ſundunt: At in Ariſtocratia vitia vnius à virtute alterius obſcurantur, quia omnia in publico ſunt conſpectu. Qua de cauſa virtutes non vitia ciuium in publica adminiſtratione relucent.

Neque in quæſtione, nos conſideramus fictam ac realem eorum principum ſapiētiam, quæ eximijs laudibus à ſcriptoribus celebrātur, quos neque vnquam fuiſſe neque poſſe eſſe impoſſibile eſt: ſi enim tales, quales deſcribuntur principes inuenirentur, vnius imperium eſſet præferendum quia quod poteſt fieri per pauciora, non debet fieri per plura, ſed principes actu & effectu ſunt conſiderandi; qui ſi eo modo conſiderentur euidenter apparebit, eos omnibus difficultatibus quas diximus & dicturi ſumus eſſe obnoxios, & vt inquit Bonfadius: *ſi ex voto rem oportet fingere, multo præſtat omnibus ijs rebus, quæ vni tribuuntur, eadem opera exornare, & augere quam plurimos: magis enim communi hominum naturæ conſentiens, & magis ex omnium vſu id futurum eſſet.*

Nec 1. valet dicere à prudentia miniſtrorum, principum vitia quoque obſcurari. Nam certum eſt axiomata antiquitus prolata, & vſque ad hæc tempora obſeruata veriſſima eſſe, nempe quod *magnates & populi ſolent facta principum imitari; qualis rector eſt ciuitatis, tales & habitantes in ea; quales in republica ſunt principes, tales reliquos ſolere eſſe ciues, velut ad ſolis motum Heliotropium.* Sic populum in principis mores verti, ac formari, vt Alphonſus Aragonum Rex ſapientiſſimus apud Panormitanum aſſerebat, componitur orbis regis ad exemplum: ſolent inferiores ad ſuperiorum voluntatem totos ſe fingere, & accommodare, & vt inquit Hector Pintus. *Turbato Rege turbati ſunt magnates, & cæteri regis famuli. Eodem modo turbato Rege Herode, turbata eſt, vt Diuus Matthæus ait, tota Hieroſolyma cum illo, vnde re quanti ponderis ſit principis exemplum, quoniam illud populus imitatur; vt nautæ reſpiciunt ad ſtellam aquilonarem, quam Polum arcticum appellant, eaque in curſu gubernantur: Sic populus ante oculos ponit principis voluntatem, vt ad eius normam dirigat actiones, eaque in mari huius vitæ gubernetur. Qualis erat color virgarum, quas Paſtor Iacob ante oculos ouium ponebat, quando erant concepturæ; tales erant fœtus quos ipſæ oues edebant, aut vnius coloris, aut variorum: ita qualis eſt principis, aut perpetui præſulis exemplum, talis plerumque eſt populi imitatio. Iſraëlitæ ſequebantur columnam nubis per diem, & ignis per noctem: ſubiecti homines principem aut pontificem imitantur. Fateor equidem eſſe nonnullos ſubiectos, qui ſolent vitia præſulum imitari, non autem recte facta: imo in eos qui iuſti ſunt, & ſapientia ac virtutum ornamentis exculti, ventos excitant, inuidiam atque odium conflant, eoſque falſis teſtimonijs ad perniciē vocant: Sed ego de his loquor, quæ ſolent plerumque euenire. Qui enim principum mores minus imitatione conſequi poſſunt voluntate certe proxime accedere ſe velle oſtendunt. Regnante Dauide principe bellicoſo, & militari laude admirando, multi in rebus bellicis exercitabantur: & regnante filio eius Salomone pacis ſtudioſo, qui bellorum reliquias extinxit, templumque Deo dedicauit, omnes fere & ſubiecti pacem laudibus efferebant. Rex Manaſſes qui fide repudiata commentitios Gentium Deos coluerat, traduxit exemplo ſuo Iſraëliticum populum ad impium idolorum cultum: contra vero Rex Ioſias religionis*

Antonius Panormitanus lib. 2 de reb geſ. Alph. Arag. Reg.

Hector Pintus in Danielem cap. 5.

Matth. 2.

Gen. 30.

Exod. 13.

2 Reg. 5. & 8 & 21.

3 Reg. 4. & 6

4 Reg. 21.

ac pietatis præſtantia, & virtutum maximarum exemplo, populum ad fidem conuertit, & veritatem. Quare qui populum volunt ad præclara facta excitare; ſolent principum adducere exempla ſine quorum appoſitione lentius diſputant, niſi quæ dicunt vita, ac factis ſummorum virorum Illuſtrentur. Quemadmodum ſupremum cælum primum mobile mouet globos omnes cæleſtes inferiores ad ipſius nutum ſunt magnates & plebeios quæ debet eſſe cum Dei voluntate coniuncta: ſummis laudibus celebrandi ſunt principes religione, pietate, iuſtitia cæteriſque virtutibus præſtantes, non ſolum quod tales ſint, ſed quod permulti eorum imitatores exiſtant. Contra vitioſi & nefarij omni laude ſunt indigni, quia non tantum flagitia concipiunt ipſi; ſed ea infundunt in rempublicam, non tantum nocent quod ipſi corrumpantur, ſed etiam quod alios corrumpunt: pluſque exemplo aliquando, quam flagitio obſunt. Quemadmodum mare imitatur aërem, vt ſi aer ſit ſerenus, ſit mare ſerenitate affectum, ſi vero perturbatus, ipſum perturbatione agitetur: ſic populus principis mores ſequitur, eiuſque aut tranquillitatem, aut procellam imitatur: & vt idem. alibi affirmat. *Quemadmodum vmbra corporis obliqui obliqua etiam eſt: ita magnates regis impietatem ſequuntur.* *In com. in Hier. c. 2.*

Nec 2. quod non ſit poſſibile regẽ peruerti, ſi recte dominari deſideret: nam dato, vt eſſe debet, quod recte dominari deſideret, cum non poſſit ſolus omnia ſcire, miniſtri poſſunt ei veriſimilibus conſilijs & ſententijs ſub ſpecie boni prolatis tamen illudere, nec vnquã in aulis defuerunt qui principes bonos prædicarent & ſubditi pro bonis quoque haberent, cum tamen re ipſa mali eſſent & publicę aminiſtrationis imperiti.

Nec 3. quod Barclaius & alij dicunt, quod facilius multitudo, quam rex vnus corrumpatur. Nam 1. contradictionem implicare videtur, ſapientes optimates qui nullam, facilius corrumpi, quam vnum qui ſexcentas male agendi occaſiones habet. 2. quia auctoritas Ariſtotelis cæterorum politicorum opinionibus eſt anteponenda. 3. quia ſi aliquando contingeret multitudinem citius quam vnum corrumpi, id ſolummodo in democratia poſſet euenire, in qua populus abſque conſilio inſtar torrentis ad res agendas fertur.

4 Quia illa propoſitio recte hoc modo à Ioſepho Bonfadio explicatur 1. Trifariam inter ſe committi & conferri iudicia ſeu conſultationes, ac deliberationes, vnius, paucorum, atque multitudinis *Hanc triplicem comparationem lib. III. polit. diuerſis tamen locis affert Ariſtoteles, & primo quidem dum multos cum paucis comparat, oſtendit non verè ſemper ita dici poſſe: Plus multitudinem ſapere, quam paucos viros; diſtinguit enim duplex multitudinis genus. Unum, in quo ſinguli habeant è multitudine non modo magnam propenſionem ad probitatem, ſed etiam aliquam particulam ciuilis virtutis, quam deinde in commune conferre poſſint, quando ſimul conueniunt omnes congregati, & hac ratione conflare vnum quid abſolutum. Atque ita intelligendum eſt illud libr. VII. Polit. ἑκάστου τὸ καθ᾽ ἕκαστον, καὶ τὸ πάντων. Conſequitur ſingulos eſſe, vbi omnes ſunt Si quidem oritur ex ea, quam ſinguli habent, totius multitudinis vis, atque virtus in vnum coacta multo præſtantior, quam cum erat antea diſſipata. Eſt autem alterum quoddam genus multitudinis, in quo virtutis, aut nihil reſidet, aut certè adeo exi-* *Ioſeph Bonfadius de ciuilis adminiſtrationis optima forma cap. 2.*

gutum, vt vndique collectum non poſſit aliquid efficere, quod mediocre videatur, ſi non egregium. Et in hac multitudine docet Ariſtoteles non poſſe locum habere illud argumentum quod multi melius deliberent, ſapiantque quam pauci. Idem quoque in priori multitudine cernitur valde fallax eſſe, nihilque habere firmum, atque ſtabile in ipſa re infixum, ſed aduentitium quoddam, & conſequens, ſed non neceſſario. Nam ſic eius etiam contingere, atque id ſæpius poteſt, vt virtus eius multitudinis, quam diximus, in vnum collata, non æquet illam paucorum ſed optimorum. Quo fit vt hac in multitudinis collatione cum paucis ſapientibus, eiuſmodi voces identidem exaudiantur; ἐνδέχεται, οὐδὲν κωλύει, *contingit: nihil prohibet, quæ non definiunt quidquam, neque certò ſtatuunt: quinimmo ita componuntur ibidem optimates cum populo, vt illis pulchritudo inſita, veraque tribuatur, huic a licentia dumtaxat, hinc, atque illinc adſcita, quemadmodum pictis imaginibus vſu venit; ex quibus etiam concludit apertè Ariſtoteles, populari quidem iudicio quædam permittenda, ſummum tamen imperium paucis deferendum, qui prudentia & conſilio cæteris præcellunt. Hæc de comparatione, quæ cadit inter multos, & paucos. Vbi vero multi cum vno tantum conferuntur non multo poſt ea contentio prorſus ita tollitur* διὰ τοῦτο καὶ κρίνει ἄμεινον ὄχλος πολλὰ, ἢ εἷς ὁστισοῦν. *Propterea multitudo multa rectius iudicat, quam vir vnus qualiſcumque ſit. Hæc verba conſtat habere vim aſſeuerandi: nam rem velut ancipitem non amplius in medio relinquunt, quemadmodum in ſuperiori comparatione. Sic etiam omnino a natura inſtitutum eſt, vt multi proſpiciant acutius, quam vnus vel admodum perſpicax. Quid in extrema illa contentione inter paucos, & vnum? Longè optimates proculdubio præferuntur; niſi ſi adeo ſupra humanam conditionem quis euectus fuerit, vt ad naturam diuinam quàm proximè accedat. Hoc enim ſingulariter excipit Philoſophus, quod etiam nobis explicandum copioſè inferius. Nam quod illas deliberationes Barclaius vituperat, in quibus id eſſe firmum, atque ratum ſolet, quod pars maxima ciuium iuſſerit ac ſanxerit ſummamque decernendi grauiſſima quæque poteſtatem vtilius vni, quam multis committi arbitratur. ſic tamen, vt in conſilium quoque adhibeantur, audiantur que optimates ſiue Senatores: Aut ita vult in eorum conſiliis acquieſcere Principem, vt id, quod pluribus viſum fuerit, eligat, & iubeat; atque ita inclinabunt omnia, reciduntque ad rempublicam. Quid enim obſecro intereſt, ipſene deliberes, an alter ex arbitrio, & ſententia tua? Aut cenſet in deliberando Regem oportere non quidem aliorum ſenſum, & iudicium ſequi, ſed vni ſibi obtemperare, atque obſecundare, & ſic in errorem, & fraudem quàm facillimè incidet. Nam dubitari non poteſt, quin ea comprobet, in quæ maxime animatus, propenſuſque fuerit. Regis autem ipſius hac propenſione intellecta (non enim diu latere poterit homines acutos) quotus in conſilio quiſque contra hiſcere audeat? Nota ſunt aulicorum omnium ingenia, atque ſtudia; nihil magis horrent, quam principis indignationem, atque ideo facile ad eius voluntatem ſeſe totos fingunt.*

Hector Pintus comment. in Danielem

5 Difficile eſt intellectu, quo modo plures ſapientes facilius deuiari poſſint, ab intentione communis boni, quam vnus ſolus qui tot periculis & occaſionibus eſt obnoxius, & qui eſt plus, quam Luna mutabilis, vt enim inquit Pintus: *Serenitas hyemis, aura æſtiua, quies maris, Lunæ ſtatus, fauor Principum omnia hæc paria ſunt:* & paulo inferius: *nihil inconſtantius, nulla molendinaria*

dinaria, nulla figuli aut curruus rota eſt mobilior, non plures habet colorum varietates menſis Martius, quam mutationum principum voluntas.

Nec vllius momenti eſt quod aſſerunt, nempe quod rex poteſt habere cõſilium, & ſibi aſſociare multos ſapientes, vt habeat multos oculos, multas manus, multos pedes, & fiat vnus homo, multorum oculorum, multorum pedum, & multarum manuum. Nam 1. id monarchiam ex ſui natura impotentẽ denotat, cum viris ſapientibus egeat qui rempublicam per ſe ipſi gubernent. 2. eodem modo dux in republica, cum omnibus præcipuis negotijs interſit, nihilque ſine eius auctoritate fiat, multorum oculorum, multarum manuum, & multorum pedum vnus homo euadere poteſt, imo clariores oculos, largiores manus, & robuſtiores pedes rege habet, quia cuncti in Ariſtocratia publica negotia tractant, commune bonum intendunt, & publica vt propria agunt, ita vt proprium ſit in communi, & commune in proprio; at in monarchia miniſtri rei propriæ ſemper ſunt intenti, ſuiſque affectibus fauent, primumq; locum gratiæ apud principem, vnuſquiſque occupare conatur, quemquidem ſæpiſſime ſine malis artibus ambitioſi miniſtri conſequi non poſſunt; quare plerumque lucem oculorum principis obnubilant, pedes debilitant, & manum inhabilem ac illiberalem reddunt, & ratio eſt quia nullus miniſter inuenitur qui verum dicat. Nam vt inquit Seneca. *Monſtrabo tibi cuius rei inopia laborent magna faſtigia; quid omnia poſſidentibus deſit: ſcilicet ille, qui verum dicat, & hominem inter mentientes ſtupentem ipſaque conſuetudine pro rectis blanda audiendi ad ignorantiam veri perductum vindicet a conſenſu concentuque falſorum. Non vides quemadmodum illos in præcipitia agat extincta libertas, & in obſequium ſeruile ſubmiſſa; dum nemo ex animi ſui ſententia ſuadet, diſſuadetque, ſed adulandi certamen eſt, & vnum amicorum omnium officium, vna contentio, quis blandiſſime fallat.* Seneca de beneficijs lib. 6. cap 30.

32 Neque dicas Agrippam & Mecænatẽ Auguſto veros amicos extitiſſe: nam vt idem qui aularum fuit peritiſſimus ait. *Adeo tot habenti millia hominum duos reparare difficile eſt. Cæſæ ſunt legiones & protinus ſcriptæ, fracta claſſis; & intra paucos dies natauit, noua ſæuitum eſt in opera publica ignibus; ſurrexere meliora conſumptis: tota vita Agrippæ & Mecænatis vacauit locus. Quid putem? defuiſſe ſimiles qui aſſumerentur? an ipſius vitium fuiſſe, qui maluit quæri quam quærere? Non eſt quod exiſtimemus Aggrippam & Mecænatem ſolitos illi vera dicere; qui ſi vixiſſent, inter diſſimulantes fuiſſent. Regalis ingenij mos eſt in præſentium contumeliam amiſſa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à quibus audiendi periculum non eſt.* Idem.

At vero ſi illa Ariſtotelis propoſitio de vnaquaque multitudine eſſet intelligenda, vera quoque in optimo ſenſu eſſet.

1 Quia quamuis populus de ijs quæ generaliter diſputat, male ſæpenumero diſcurrat, tamen cum ad ſingularia deuenitur, minus errat, vt quidam politicus probat, & in fine hæc concludit. *Quibus hoc etiam addendum puto, neminem ſapientem debere ſubterfugere populi iudicium in ijs rebus, quæ particulares ſunt, veluti quæ ad bonorum diſtributionem, & collationem magiſtratuum pertinent.*

pertinent: quod in hiſce ſolis populus ſanum iudicium habere ſoleat: & ſi quando illum errare contingat: id tamen vſque adeo rarum ſit, vt perpaucorum obſtinationi potius, quam communi populi iudicio attribui queat & debeat.

Præterea populus, ac multitudo magis conſtans, magiſque prudens, quàm Principes eſſe ſolet, ſi doctrina cuiuſdam politici eſſet recipienda: is enim ita diſcurrit. *Varietatis eius & inconſtantiæ, cuius vulgus hominum vbique accuſatur: omnes ſinguloſque homines accuſandos eſſe, & viros principes imprimis: quod horum vnuſquiſque, ſi legibus ſolutus ſit, ex iiſdem cauſis permotus, eadem horum vitiorum exempla edet, vti ſtulta populi multitudo. Quod vt planum facere queam, hinc exordiar. Ex eorum principum numero, qui legibus ſoluti fuerunt, plurimi mali, boni autem perpauci extitere. Id vt intelligas: diſtinguere oportet principes legibus ſolutos, ab iis, quibus ab initio imperij, leges adminiſtrationis formam præſcripſerunt & frenum eorum cupiditati iniecerunt. Huiuſmodi erant antiquiſſimi reges Ægyptiorum & Spartanorum, qui ex receptarum iam confirmatarumque legum præſcripto adminiſtrabant regnum, noſtra ætate ſimile quiddam in regibus Galliæ cernere licet, quod id regnum antiquas eaſque bonas leges, præ cæteris habere videatur. Qui igitur reges & principes ſub huiuſmodi legibus naſcuntur, & ex eorum præſcripto viuere coguntur: ij non conferendi ſunt cum multitudine legibus ſoluta & concitata: vt ita expendas, in quibus inconſtantia maior dominetur. Sed conferendi ſunt cum populo iuſtis itidem legibus ſtatutiſque inſtructo: qualis erat populus Romanus ante ruinam Reipub. quem facile comperies, neque ſeruire humiliter conſueuiſſe, neque ſuperbe dominari: ſed cum quadam ſeueritate gradum dignitatemque ſuam magiſtratuum ſuorum opera tueri voluiſſe. Si quando neceſſitas poſtulabat, aduerſus optimatis alicuius nimiam potentiam inſurgebat, eamque frenabat: quod Manlio, Decemuiris, & aliis quibuſdam accidiſſe nouimus, qui opprimere libertatem publicam conabantur: Interim tamen, prout decebat, Conſulibus atque dictatoribus ſuis, pro ſalute publica bene conſulentibus, parere rite nouerant. Nec mirum videri debet, quod Manlii deſiderio, poſtquam condemnatus fuiſſet, tenerentur. Id enim eius virtus merebatur, quam tantam aliis in rebus declarauerat, vt ob eam homines illi merito condolere deberent. Idemque accidere potuit vel optimo principi: quando, ex omnium ſcriptorum ſententia, virtus in hoſte quoque laudabilis ſit. Quod ſi tunc, cum maxime deſiderio eius Romani tenebantur, Manlius à mortuis reſurgere potuiſſet: veriſimile eſt, à populo eodem modo fuiſſe acceptum, vt prius cum victum eum ex carcere liberauerat: nam liberatum ex vinculis, cum affectati regni conuinceretur, de Saxo Tarpeio deiecerunt. Nec defuerunt etiam ſapientes principes, qui eorum ſummo deſiderio caperentur, quos vel ipſi interfeciſſent, vt Alexandro Cliti cæde, & Herodi ex morte Mariamnis accidit. Non igitur eam multitudinem Liuius, aut ſeruire humiliter aut ſuperbe dominari aſſerit, quæ legibus inſtructa eſt, vt populus Romanus: ſed illam quæ ſoluta eſt legibus & effrenata, veluti Syracuſana in iis tumultibus, qui morte Hieronymi excitati fuiſſent: in quibus perinde geſſit, vt ſolent homines quoque cæteri, quando iracundia & furiis concitantur: vt de Alexandro & Herode paulo ante docuimus. Non igitur accuſanda multitudinis magis, quam principum inconſtantia aut furor: quando vtriſque ex æquo errare ac furere etiam contingit, præſertim cum nullius pœnæ metus ſubeſt. Cuius rei tot extant*

exempla

exempla apud Imperatores Romanorum, reliquos principes atque tyrannos, vt eos maioris inconſtantiæ & morum varietatis accuſare poſſis quam vllam plebeiorum multitudinem. Quamobrem aſſero ego, contra communem ſcriptorum ſententiam, populum concitatum & pœnas nullas metuentem, eſſe quidem varium, inconſtantem atque ingratum: ſed eadem hæc vitia, in principibus adhuc magis regnare. Quod ſi quis, ex æquo, & principes & populi multitudinem huiuſmodi vitiorum cauſa acceuſet: is non procul aberret: ſed qui principes alienos ab his vitiis putat, is vehementer decipitur. Populus enim gubernationi rerum præfectus, ſi rectè legibus inſtitutus ſit conſtans erit, prudens & minime ingratus: perinde vt quiſquam vel ſapientiſſimus princeps eſſe queat, & ſapientiſſimos etiam ſuperat. Quod ſi e contra princeps quiſquam legibus ſolutus ſit: eum non minus inconſtantem, imprudentem, ingratumque deprehendes, quam vel leuiſſimam plebem. Etſi quæ diuerſitas eſt harum rerum in principibus ac populo: ea non ex diuerſa vtrorumque natura dependet, cum ex æquo omnes ſint hiſce cum vitiis, tum virtutibus obnoxii, niſi quod populus ſemper aliquanto melior eſt principibus: ſed prout magis aut minus hi aut illi obſeruantes fuerint legum earum, ex quarum præſcripto viuendum fuerit, populum Romanum certe ſi rectè conſideres: deprehendes quadringentos integros annos tyrannidis adeoque etiam Regiæ potentiæ, hoſtem fuiſſe: gloriæ vero atque laudis cupidiſſimum: boni publici ſtudioſiſſimum: idque ab illo quam plurimis exemplis eſſe demonſtratum. Quod ſi obiicias mihi ingratitudinem erga Scipionem declaratam: ad eam reſpondeo idipſum, quod ſupra copioſè de principum atque Rerumpublicarum erga benemeritos ingratitudine ca. 29. diſſeruimus; quo loco oſtendimus principes ſæpius eo vitio laborare, quam populum. Is enim per ſe conſideratus prudentior magiſque conſtans eſt, quam Princeps: vt non merito populi bene inſtituti vox, diuinæ voci ſimilis videatur: quod ſingulari quadam virtute, cum res futuras, cum fauſtas, tum infauſtas præſagire ſibi ſæpe intelligamus. In pronuntianda de rebus dubiis ſententia raro comperies populum errare, ſi binos de eadem re in contrariam partem diſſerentes audiat, qui æquales ſint in diſputando: eſt enim capax veritatis, quam explicari audit. Quod ſi in iis rebus ſuſcipiendis quandoque errat, in quibus laus quædam fortitudinis propoſita eſſe videtur, aut præmium: errant etiam principes cum in hiſce, tum aliis rebus, ob varias animorum perturbationes, quibus magis obnoxii ſunt, quam populus. In eligendo autem dexterior eſt populus, quam princeps. Neque enim vnquam perſuadebis populo, vt ad ſingularem honoris gradum: euehat hominem infamem, & quem conſtet corruptis moribus eſſe: cum id principi vel mille modis perſuadere queas. Quod ſi quampiam rem populus vehementer odio proſequatur, eadem in ſententia duriſſime durabit. ſed princeps ſententiam facile mutat. Quibus omnibus rebus argumento eſſe poteſt populus Romanus. qui tot ſeculis, vix quater in creandis conſulibus aut tribunis tantopere aberrauit, vt illum facti pœniteret: Regium autem nomen tanto odio ſemper eſt proſecutus, vt nulla virtus, nulláque merita Reipublicæ declarata, eum à debitis pœnis liberare potuerit, qui quomodocumque modo regnum affectaſſet. Hiſce accedit, quod ex hiſtoriarum lectione cognoſcere licet, eas vrbes, quæ libertatem habuerunt, maius incrementum accepiſſe & imperium acquiſiuiſſe, quam quæ principis imperio paruerunt. Id enim vel Romanæ vrbis exemplo apparebit, ſi conferas eius incrementum poſt expulſos Reges, cum illo quod ſub Regum imperio habuit.

bus. Idemque Athenienſibus contigiſſe videbis, poſtquam Piſiſtrati tyrannide liberi fuerunt. Quæ omnia inde oriri op[illegible], quod melior ſit adminiſtrationis Reſpub. ratio, quæ à libero populo inſtituitur, quam illa, quæ ab vnius principis poteſtate ac voluntate dependet. Nec poteſt Liuii oratio, paulo ante, de Syracuſanorum leuitate adducta, hanc noſtram ſententiam impugnare. Nam ſi quis omnes percurrat populi errores, quoſcunque fecit vnquam aut facere ſolet: iiſque deinde principum virorum delicta ex aduerſo opponat & conferat: longe vehementius errare principes, quam populos comperiet: & ſi contra, præclare geſtas res à liberis populis conferas cum iis, quas principes viri geſſerunt, maiorem rurſus eſſe illorum, quam horum gloriam laudemque intelliges. Quod ſi magis induſtria eſſe videtur principum, quam populorum opera, in Rebuſpublicis recte inſtituendis, & legibus, quæ ad ciuilem vitam ſpectent condendis, populus deinde, in conſeruandis iis, quæ ſemel recte ſunt inſtituta, principes ſuperat longo interuallo. Præterea cum & Monarchias inuenias, & liberas Reſpublicas quæ longo tempore durarunt: neceſſe fuit ſicuti illas, ita haſce, bonos quoſdam legum conditores habuiſſe: nam & princeps vir legibus ſolutus perſæpe ineptit: & populus diſſolutus nullam legum rationem habens, non raro parum ſapit. Si conferantur igitur principes ex præſcripto legum imperantes, cum populis certis legibus inſtitutis: plus in his quam illis virtutis deprehendas: Sin vtroſque legibus ſolutos inter ſe comparare voles: inferiora longe minoraque comperies populi, quam Principum delicta. Quibus accedit hoc etiam, quod ad ſanandos morbos tumultuſque alios populares faciliora magiſque prompta ſemper remedia ſuppetunt, quam ad principum furores ſedandos. Cum ſciamus populi ſeditiones vel vnius grauis atque eloquentis viri oratione, ſæpe eſſe compoſitas: ſed iracundas princeps neminem audit, ſolo ferro iram extinguere ſolet. Ex qua re non leue argumentum ſumere licet: cum de populi tum principum malitia & bonitate: cum illius iras ſola ſedare queat oratio, horum excandeſcentia non niſi ferrum poſtulet. Maiores ergo ſunt illi morbi, qui vehementioribus remediis egent. Præterea concitato ac tumultuante populo, non tantopere formidoloſi eſſe ſolent eius, quos per ſeditionem committit, errores: de ipſo euentu tantum ſoliciti eſſe ſolemus: ne inde quis occaſionem captans, tyrannidem occupet. Contrarium accidit in principe, qui corruptos prauoſque mores habeat: cuius præſentiam omnes horrent formidantque: de futuro tempore omnes meliora ſperant, exiſtimantque fore, vt aliquando ſublato eo libertas recuperetur: vt ipſo quoque præſentium futurarumque rerum diſcrimine, bonitas melioraque cum principum, tum populi diſtinguantur. Solet populi multitudo etiam, non niſi in eos crudelitatem exercere, quos ipſa metuit, quique bona publica inuadunt: ſed principes in eos, à quibus ipſi metuuntur: & quibus id, quod illorum priuatum bonum eſt, adimunt. Sed quod de populi multitudine tam multa variaque iactantur, in cauſa eſt, quod liberius ſit eius vitia, quam principum patefacere. De principibus enim nemo niſi cum metu quodam dicere audit quicquam.

Ex his conſtat Barclaij opinionem nullam aut paruam auctoritatem in hac re habere, cum alij Politici contrarium demonſtrent.

33 Quia in Ariſtocratia ad gubernandam rempublicam viri ſapientes publicorum negotiorum periti ſemper eliguntur: at vero in monarchia puer & fœmina ſuccedunt, quæ ſæpe numero regna euertunt; nam ſcriptum eſt: maledi-

maledictus populus cui pueri & fœminæ imperant: de quo quidem multa in primo volumine diximus.

34 Quia Romana reſpublica beatiſſima extitit, quando reges eiecit, miſerrima vero, quando denique vnus ſolus imperauit.

Nec valet dicere quod rex, nõ vt vnus homo, ſed vt totius ciuitatis perſona cõſideratur; nam ſuperius huic diſtinctioni reſpondimus; nec etiam quod maior lux ſit in vno ſole, quã in ſexcentis ſtellis. Nã hæc cõparatio nihil valet. 1. enim illam maiorem lucem habuit à Deo ſol initio ſuæ creationis; quare eſt illi naturalis, nec creſcit nec minuitur, nec ſeneſcit; at vero Reges, docti & ſapientes non naſcuntur, ſed neceſſe eſt, vt ſcientiam bene gubernandi ſibi vſu & experientia comparent; quæ poſtquam comparata eſt, poteſt leuiculo morbo deperdi, ab Aulicis Sycophantis obtenebrari, & ætate etiam imminui: At quando id accidit, vt ſæpe euenit, ô quantæ calamitates populis importantur, quando præſertim aulici nebulones regni habenas ſuſcipiunt, qua incommoditate optimatum reſpublica caret. 2. valet ſimilitudo hoc modo. In ſole ineſt plus virium & efficaciæ quam in cæteris ſtellis. Sic & in Principe ſolo plus potentiæ ac imperij, quam in cæteris miniſtris, & ſubditis, abſurda enim eſt alia. Sol habet maiorem lucem, quam reliquæ ſtellæ: ſic & princeps maiorem ſapientiam, quam cæteri: nam ſi maiori ſapientia eſſet præditus, ad quid neceſſitas tot magiſtratuum, conſiliorum &c.

35 Si Ariſtocraria Monarchię non præſtat, maximè quia maius negocium eſt eximia prudentia plures inuenire, quam vnum. Sed id nullius eſt momenti; quia *certè conſtat faciliùs, multa mediocria, quã vnum aliquid numeris omnibus abſolutum, quodque diuinum ſit potius, quàm humanum, reperiri poſſe. Si vnus tantum præfuerit, opus eidem fore exquiſitiſſima prudentia, ſummaque virtute; ſic enim omnes Philoſophi rem concludunt: mediocritatem porro ſufficere in Rebuſpublicis, vbi alter alterius ope plurimum iuuatur, mutuaque cum prudentia, tum induſtria ſeſe ingenia exacuunt. Dicet vtique hic aliquis, etiam ſummo Principi non defuturos prudentes conſiliarios, quorum fideli opera commode vti queat. Atqui ſapientiſſimus Rex quidam prædicare ſolebat, inſtar conſpiciliorum regibus eſſe conſultores: veruntamen inter reges valde fore miſerum, cui niſi adhibitis conſpicilijs cernere non detur. Præterea ſunt repetenda, & reuocanda in memoriam, quæ ſuperius dicta fuerunt, atque comprobata; vtputa, hominum præſtantiſſimorum penuriam adhuc rudi ſeculo, inſtituendæ Monarchiæ primum cauſam præbuiſſe, Reipublicæ vero poſtmodum magnam eorum copiam: hanc excellenti natura hominum conuenire quàm maxime: illam naturæ imbecillitatem, & vitium arguere: poſtremo, ſi res pro votis ſuccedere debeat, magis optandum, quod deceat magis, atque expediat, vt multi perquam inſigni virtute, & ingenio, & non vnus vir tantum ſit vbique gentium: ſin autem quod eſt magis parabile immo habetur ad manum, contenti ſumus hoc inuento, nec amplius requirimus; multo plus ingenij, & virtutis pluribus, quàm vni à ſumma Dei ſapientia tributum videmus. Atque vt vnum poſſe aliquando exiſtere faciamus, in quem collata fuerint vbertim, immo copioſiſſimè vniuerſa ornamenta corporis, atque animi, quorum gratia digniſſimus ſit imperio;* Ioſephus Bonfadius.

tamen is aut latere poteſt, aut iacere deſpectus, aut ſaltem deſtitutus ijs viribus, atque opibus, quæ neceſſariæ ſunt ad comparandum imperium: & ſi eo faſtigij perueniat, fieri nullo modo poteſt, quin exiguo curriculo eius vita definita ſit, & qualemcunque ſors dederit, habere ſucceſſorem oporteat: cum tamen optimorum ciuium pars virtute, & induſtria, iiſdemque prorſus inſtitutis continuata Reſpublica immortales quodammodo haberi poſſint.

36 Quia populi ſapientum virorum decreto, cum tot prudentes viros errare difficile ſit, quam vnius imperio facilius obediunt, qui ſolus poteſt errare, & cum conſiliarijs male affectis deteriora conſilia ſequi.

37 Si præſtare monarchia Ariſtocratiæ videtur, maximè, quia magis eſt naturalis & populi monarchiæ fauere videantur; cum multa regna & paucæ reſpublicæ inueniantur; ſed id non obſtat, ergo.

1 Quia nihil eſt tam naturale hominibus, quam libertas, cum non ſolum homines, verum etiam & omnia animantia libertati ſtudeant, & ſeruitutem odio proſequantur: nihilque illuſtrius inueniri in terra poſſit, quàm mortalem ſupra ſe agnoſcere eſſe neminem, præter leges & vnum magiſtratum, quem ciues per vices annorum ſubeunt.

Quidam. 2 Quia id non ex naturalitate nec ex præſtantia monarchiæ, ſed ex conſuetudine prouenit; nam populus qui ſub vnius imperio vixit, & viuit, non poteſt libertate frui, nec eam conſeruare, quamuis caſu aliquo acquirat; *plebs enim habet ſimile quiddã cum fera, quæ etſi ſua natura in ſyluis paſtum quærere, & latebras ſuas habere ſoleat: ſi qua tamen captiua à teneris annis, in carcere nutrita fuerit: ea deinde, ſi in liberos campos libera dimittatur, neque paſtum quærere neque latebras, in quibus ſe occultet, inuenire nouit: itaque facile rurſus incidit in caſſes cuiuſuis, qui illam deinceps venari conabitur. Idem accidit populo, qui conſueuit ſub aliorum imperio viuere, & ad nutum aliorum gubernari. Nam etſi caſu quodã libertatẽ conſequatur: tamẽ neque rationes nouit quibus ſe defendere, aut alios offendere poſſit, nec cũ principibus vicinis aliquã notitiã habet, per quos auxiliũ aliquod ſperare queat ad conſeruandã libertatẽ. Itaque ſpõte redit ſub idẽ iugũ aut etiã deterius quã id quod modo excuſſerat: idque illi accidit quãuis nõ ſit omnino corruptis moribus. Quod ſi planè corruptis moribus fuerit, tunc ne pauxillũ quidem temporis poterit frui libertate: vti poſtea docebimus. De eo populo ergo noſtra ſit inſtituta oratio, in quo ſi non omnes, attamen maior pars viri boni fuerint. Nam & in eo alia quædam, & quidem præcedente maior difficultas ſeſe offert: Quoniam excuſſo iugo tyrannidis, ſi quando libertas acquiritur: non fieri poteſt, quin hoſtes ſimul acquirantur, quorum intereſt ne libertas duret: è contra autem non acquiruntur amici, quorum interſit vt illa conſeruetur. Id ita intelligas velim. Quicumque durante tyrannide principi familiares erant, & muneribus ab eo præfecti, illius opibus fruebantur: in omnes ægre ferunt, ſe, excuſſo tyrannidis iugo, loco motos eſſe: quamobrem operam dant ſi qua occaſio ſe offerat, vt in priorem dignitatem reſtituantur, atque ita libertatis hoſtes, ad tyrannidem rurſus aſpirant. Amici vero quorum interſit, vt libertas conſeruetur, quique tanto ſtudio eam tueantur, excuſſa tyrannide, non acquiruntur: quoniam in libera Repub. honores, officiaque ijs tribuuntur, qui vel ſua virtute, ac benefactis erga Remp. vel alia aliqua honeſta ratione eos meriti eſſe videntur.*

At ſi

At ſi quis id, quod videtur meritus eſſe, à Republ. obtinet: nihil ſingulare ei debere ſe putat, quoniam id ſuis meritis, non Reip. liberalitati, aut gratiæ tribuendum æſtimat. Præterea, nemo eſt etiam, qui communem illam libertatis vtilitatem, ex æquo ad omnes redundantem, rectè agnoſcat: quique rectè æſtimet, quam bonum iucundumque ſit, vt res ſuas libere poſſidere ſine cuiuſquam metu poſſit, & vt coniuges, liberoſque ſuos ab omni iniuria tutos conſeruare queat. Nemo enim eſt, qui ſe fateatur quicquam ei debere, à quo non læditur, eo ipſo quod non lædatur. Quæ cum ita ſint, nulli conciliantur nuper partæ libertati tales amici, qui putent tantum intereſſe ſui, vt libertas conſeruetur: quantum putant intereſſe ſui hoſtes illi, qui excuſſa tyrannide, ſuis muneribus priuati deiectique de illo dignitatis gradu fuerunt.

3 Prouenit etiã à moribus corruptis; nã vt idẽ inquit: *Pro certo enim ſtatuere oportet, ciuitatẽ eam, quæ principis imperio conſueuerit parere, & in qua mores hominum plane ſunt deprauati, non poſſe conſeruare ſibi libertatem, ſi eam occupauerit, ne quidem ſi vniuerſa eius principis familia extirpetur: ſed ſubinde nouis dominis parere cogetur, qui ſe mutuo expellent: abſque principe vero nunquam ſubſiſtet: niſi vnus aliquis forte in ea ciuis, extiterit: cuius tum virtus heroica, tum bonitas illam aliquandiu conſeruet. Sed neque id quidem diutius durare poterit, quam vita eius, qui illam conſeruat: vt Syracuſanis accidiſſe nouimus: qui Dionis, & Timoleontis virtute diuerſis temporibus libertatem conſeruarunt: ſed iis vita functis, ſub antiquum tyrannidis iugum redierunt. Omnium vero euidentiſſimum eſt exemplum Romanorum, qui electis Tarquinijs, rationem conſeruandæ libertatis ſtatim apprehenderunt: ſed interempto C. Cæſare, ſublatoque C. Caligula, atque Nerone vna cum tota Cæſarum ſtirpe, nec conſeruare libertatem, nec eius aliquod principium introducere potuerunt. Cuius diuerſitatis ratio ex eo tantum pendebat, quod Tarquiniorum tempore non eſſent corrupti populi Romani mores, ſicuti poſtea C. Cæſaris, Caligulæ, atque Neronis ætate fuerunt. Id autem vel ex eo colligere potes, quod tunc, ad conſeruandum populi aduerſus tyrannidem ſtudium, ſufficiebat iuſiurandum quo iurauit nunquam ſe conſenſurum, vt quis Romæ regnaret: ſed interfecto C. Cæſare, nec Bruti authoritas, atque ſeueritas, neque legiones ad Orientem diſpoſitæ, populum permouere potuerunt, vt libertatem, quam ad primi illius Bruti imitationem in vrbem introduxerat, conſtanti firmoque animo defenderet. Tanta ſcilicet corruptela infecti iam erant populi Romani mores, præſertim eorum, qui Marianæ factionis fuiſſent: in qua cum C. Cæſar principatum obtinuiſſet, plebem ſibi conciliauerat, ſenſimque ſubiecerat, tanto artificio, vt iugum quod ceruicibus eorum imponebatur, non ſentirent. Hoc Romanorum exemplum propoſitæ diſputationi conuenientiſſimum eſt: ſed neque deſunt exempla eorum populorum, quibus idem quod Romanis, noſtra quoque ætate accidit, &c.*

4 Quia id nõ ex monarchiæ excellentia ſed ex æqualitate, & inæqualitate ciuiũ, ex qua diuerſæ rerũ publicarũ formæ oriuntur, proficiſcitur: nã vbi ſunt multi nobiles &c. Libertas eſſe nõ poteſt; nam vt inquit quidã. *Plurimi autem huiuſmodi nobiles habitant per regnum Neapolitanum, Latium, Æmiliam, Flaminiam atque Inſubriam: quo factum eſt, vt in iis regionibus nulla Reſpublica cum quadam æqualitate iuris inſtitui vnquam potuerit: tantum ſcilicet aduerſantur huiuſmodi homines politicis viuendi rationibus: nec vllus modus exiſtit*

in regionibus iam commemoratis legitimam politiæ rationem inſtituendi, quam ſi ſub vnius Monarchæ imperium omnes redigantur. Nam cum tantopere corrupti ſunt mores hominum, vt ad eos frænandos leges non ſufficiant: neceſſe eſt vim quandam adhibere & regia poteſtate potentiorum hominum libidinem & ambitionem coercere & in officio continere. Hæc vero, quæ iam diximus ita ſe habere, vel Hetruriæ exemplo quis diſcere queat, in qua regione minime ampla, tres ampliſſimæ Reſpub. Florentia, Sena & Luca libertatem diutiſſime conſeruarunt, & cæteræ eius ciuitates etſi imperio pareant aliarum, homines tamen habent qui toto animo & libertatem amant, & legibus itidem inſtructæ ſunt, quæ eodem ſpectant. Quæ omnia ob eam cauſam huic prouinciæ contigerunt, quod in ea pauciſſimi nobiles ſint, & ex eorum numero nulli, qui arces & ſubditos poſſideant: ſed magna incolarum æqualitas. Nobiles vero ex tota hac diſputatione hoc colligere licet: quod ſi quis liberam Rempublicam illic inſtituere velit, vbi permulti potentes nobiles habitant: ei neceſſe eſt vt omnes hoſce opprimat, priuſquam quicquam operæpretium præſtare poſſit: ſed neque Monarchiam introducere licet eo loco, vbi eſt magna æqualitas ciuium: itaque neceſſe tunc fuerit ambitioſos homines ex æqualitate illa ad altiorem gradum euehere, eoſque opibus potius, quam nomine ipſo nobilitate & potentia augere vt Monarcha illis ſtipatus tutus eſſe, & ipſi ſub Monarchæ tutela ambitionis & libidinis ſuæ habenas laxare: Cæteri vero deinde illud ſeruitutis iugum ferre cogantur, quod vis & potentia principis impoſuit: atque hæc gubernationis forma eo vſque durare ſolet, donec iuſta proportio Imperantium potentia cum ſubditorum tolerantia fuerit ſublata. Difficile autem eſt, liberam Reipub. formam introducere in eam gentem, quæ ſub vnius Monarchæ imperio viuere conſueuit: ſicuti etiam è contra, illam gentem quæ ſuis legibus vixit, liberaque fuit, ſub vnius imperium reducere.

Ex hac doctrina euidenter conſtat, ex quibus cauſis plures monarchiæ, quàm reſpublicæ inueniantur, quia potiſſima cauſa eſt æqualitas & inæqualitas ciuium. & quia inæqualitas fere in omnibus prouincijs inuenitur, idcirco monarchia introduci non poteſt; neceſſe eſt enim, vt inæqualitas nobilium, comitum, Marchionum, & Principum, à dignitate & potentia longe maiori gubernetur.

38 Quia reſp. in frangẽda fide, & in periculis paulò cõſtãtiores ac firmiores principibus ſunt. *Et quando ſolius vtilitatis cauſa fœdera franguntur tũ reſp.* vt inquit quidam. *in fide ſeruanda longe conſtantiores ſunt, quam principes. Quarum rerum exempla non deſunt: nam conſtat quandoque principem exigui lucri cauſa fidem fregiſſe: Remp. vero à fide diſcedere noluiſſe, vel maximo præmio propoſito.* *Quidam.*

39 Quia *teſtatur experientia, nullam ciuitatem ſuos ciues ditare, niſi tempore libertatis, neque etiam imperium comparare, aut publicas opes quocunque modo augere. Admiratione ſumma dignum eſt Athenienſes Piſiſtrati tyrannide liberatos, centum annorum ſpatio, vires atque potentiam ſuam tantopere augere potuiſſe. Et longe magis ſtupendum adhuc, Romanorum Rempublicam, expulſis Regibus, ad tantum faſtigium peruenire potuiſſe. Eueniunt autem hæc omnia, quoniam non priuatorum opes, ſed quæ publica communiaque ſunt, Rempublicam augent: neque habetur ratio boni publici, niſi in liberis ciuitatibus*

tatibus, in quibus id, quod ex æquo prodeſſe poteſt omnibus aut quam plurimis, ſemper decernitur, nec habetur ratio paucorum quorundam, quibus nocere forte poſſit id, quod vniuerſis prodeſt. Contra quam accidit in iis ciuitatibus, quæ principis alicuius imperio parent. Nam in iis plerumque fit, vt quod Principi prodeſſe poteſt, vniuerſis ciuibus noceat.

Et infra: *Quæcunque enim ciuitates ac regiones libertate fruuntur, augentur opibus & imperio, & hominum multitudine. Quis enim non libentius procreet homines in iis locis, vbi matrimonia, & opes liberæ ſunt, quam vbi metus eſt ne ſi quid labore tuo ad educandos liberos comparaſti, id tibi à tyranno aliquo auferatur? Vbi libertas eſt, non modo tibi polliceri potes, liberos fore non ſeruos, quos procreas filios, ſed ſiquidem virtuti operam dent; etiam ad Reipublicæ gubernationem adhibitos iri. Augentur opes hic, non ex agricultura modo, verum etiam ex omnibus aliis honeſtis artibus, quod omnes ita affecti ſimus, vt eo loco libenter acquiramus, quo ſperemus, rebus partis tuto frui poſſe: In huiuſmodi locis omnes certatim, cum publicorum, tum priuatorum commodorum rationem habent, eaque augere conantur. At vbi ſeruitutis iugo oppreſſi ſunt homines, econtrario modo eueniunt omnia, idque tanto magis quanto durior ſeruitus fuerit.*

40 Quia difficile eſt, principes primis & ſecundis, ideſt: ijs qui monarchiam inſtituerunt, ſi Barbaros excipias, pares virtute ac animo ſuccedere, quare ſi alius & alius ſuccedat, vt plerumque euenit, qui præſtans non ſit, imperium conſeruari minime poterit; vt enim inquit quidam. *Si præpotenti, ferocique principi alius ſuccedat, qui non ſit tanta virtute, vt anteceſſor erat: poſſe eum tamen vel ſui prædeceſſoris virtute imperium conſeruare: ſed ſi vel ipſe diuturnioris vitæ fuerit, aut poſt illum alius ſuccedat; qui non inſiſtat veſtigiis primi; eiuſque virtutem imitetur, neceſſe erit eius imperium ruere.* At hoc incommodo caret reſp. quia in ea Duces non ſuccedunt, ſed eliguntur, continuaq; ſerie optimi gubernatores ſequuntur.

Sed contra hanc veritatem obijcies 1. rationes Mambrini Roſæi, quæ ſunt hæc. *Prima quippe earum ab exemplo elementorum ſimplicium, & mixtorum ſumitur; comprobat etenim experientia, vt elementa in compoſitione corporis mixti, quodammodo coaleſcant; neceſſe eſt vt vnum reliquis magis præualeat: vti videri eſt in corporibus mixtis grauibus, vbi aqua, ignis, aer obediunt, terra dominatur contra naturam ad centrum illa protrahens, quod ſi igitur omnia elemẽta vni obediunt, & quidem inferiori & viliori, vt corpus tantummodo mixtum forment: quanto magis omnes homines vni alicui virtute præſtanti, obſequentes ſe præbere conuenit, quo Reſp. recte formetur.* *Mambrinus Roſæus de inſtitut. Principis Chriſtiani.*

Secunda ratio ab exemplo animæ & corporis petitur, in qua harmonia, anima inſtar dominæ imperat: corpus tãquam ſeruus imperata exequitur: corpus enim nec videt, nec audit, nec intelligit abſque anima; hæc tamen audit, videt & intelligit ſine corpore. Hinc infert Philoſophus naturæ eſſe maxime conueniens, vt ſapientes Domini exiſtant reliquorum omnium, ſiquidem monſtri ſimile foret homines imperitos, aut rudes ad Reipub. gubernacula ſedere.

Tertia ab exemplo animalium: cum enim videamus pleraſque belluas ſapientia hominum regi: ratio ſuadere omnino videtur, vt qui feritate & immanitate ipſis

beſtias vincunt, prudentum conſilio gubernentur; cum re vera plus vtilitatis Reipublicæ brutum animal, quam homo inſipidus adferat.

Vltima tandem ratio ab exemplo mulierum ducitur, quæ ad ſimilitudinem Dei creatæ viris ſubiectæ: quo ſcilicet yſdem ſapientia inferiores, illas eſſe oſtenderetur.

Cum itaque homo natura ſua ſit animal ciuile, atque ad ſocietatem natum, ex ſocietate vero inuidia generetur, ex inuidia diſſentio, ex diſſentione bellum, ex bello tyrannis proueniat: tyrannide autem diſſipetur Reſpub. hacque diſſipata quilibet de vita periclitetur: ſummè & vtile & neceſſarium eſt, vt multi vnius nutui & arbitrio regantur. Plurima incommoda quæ in republica exorta ſunt anſam maioribus præbuerunt, vt vnum ſolum rerum ſummæ præficerent, videmus vtique experientia in bello omnes duci vni, in mari vni nauclero: in monaſterio vni Antiſtiti: in Eccleſia vni Epiſcopo: & in apum examine vni api reliquas parere.

Ad primum reſpondetur 1. ſimilitudinem elementorum nihil Monarchiæ, imo Ariſtocratiæ fauere, vt in argumentis dictum eſt. 2. ex illa ſimilitudine hunc ſenſum ſequi: ſicut non vnum elementum, ſed plura corpus humanum conſtituunt; ſic non vnus, ſed plures ciues remp. conſtituere debent: & ſicut inter elementa, & inter ea quæ ex elementis conſtant, vnum ſemper prædominatur: ſic inter ciues, & inter reſp. quæ ex ciuibus conſtant, vnus ſemper cæteris præſtat, ac præeſt, vt ſunt duces in Veneta ac Genuenſi Rep.

Secundum, tertium, & quartum argumentum nihil aliud concludit, quam ſapientiores cæteris præeſſe debere, quod quidem in repub. obſeruatur, cætera de imperfecta democratia, in qua plerumque diſcordię eueniunt, non de Ariſtocratia quæ concordiam inter ciues conſeruat, ſunt intelligenda.

Obijcies 2. multos populos à Romanis libertate donatos, petijſſe à ſenatu, vt ab vno gubernarentur.

Reſpondeo argumentum nihil probare. Nam initio quæſtionis Ariſtocratiam in omnes nationes non quadrare annotauimus.

Obijcies 3. reſpublicas Ariſtocraticas bellorum imperium vni ſoli demandare fuiſſe coactas, quod quidem quandam imperfectionē ſignificat, monarchiaque eſſe inferiorem arguit.

Reſpondeo hoc ex accidente fieri, præſtantiamque Reipublicæ ex vniuerſali forma, non autem ex particulari gubernationis modo eſſe ſumendam, Ideoque argumentum non valere: nam ſi alicuius eſſet efficaciæ, argumentum ex monarchia ad modum gubernationis deſumptum, rectiſſime quoque poſſemus argumentari: Monarchia Ariſtocraticis conſilijs vtitur, & ariſtocraticum habet modum gubernandi, vt habet Hiſpanica, & imperialis, vt inquit Hermannus Kirchenerus de republica diſputatione tertia: ergo Ariſtocratia monarchiæ eſt præſtantior atque excellentior. Quamobrem ſicut Ariſtocratica conſilia monarchiæ; ſic imperia, quæ non ob formam, ſed quia negotij natura ita poſtulat vni ſoli demandantur; Ariſtocratiæ nihil detrahunt.

Hermannus Kirchenerus.

Obijcies 4.

Obijcies 4. eccleſiam, monarcham habere, & vt monarchicam rempublicam fuiſſe inſtitutam.

Reſpondeo 1. quæſtionem non fieri de forma reipublicæ eccleſiaſticæ; ſed de temporali 2. Monarchiam multis de cauſis eccleſiæ conuenire, Quod prolixè probat Franciſcus Bozzius; initio enim quæſtionis dictum eſt, monarchiam aliquibus populis conuenire, aliquam formã reipublicæ eſſe præternaturalem, eccleſiam non poſſe niſi monarchico imperio gubernari, &c.

Franciſcus Bozzius de temporali eccleſiæ monarchia.

3. Quæſtio facta eſt de monarchia abſoluta, non de temperata, qualis videtur eccleſia eſſe: Monarchia autem eccleſiaſtica eſt temperata; & Epiſcopi inſtar optimatum ſe habent, vt inquit Bozzius his verbis: *temperata vero eſt eius Monarchia, neque enim pro libito hæc valet efficere, atque vbi inciderit in animum mutare Epiſcopos, & principes, aut auferre alicui, quod ſuum eſt, aut eſſe ei ſimilis de quo dictum.*

Franciſcus Bozzius de ruinis gentium & Regnorum aduerſus impios politicos lib. 8. cap. 7.

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis

Sunt igitur inſtar optimatum, quoad ſacra adminiſtranda Epiſcopi quibus niſi legitimis ex cauſis auferre adminiſtrationem nullo modo licet, veluti neque Epiſcopis fas eſt exuere ſuis iuribus ſibi ſubiectos clericos, & ſacerdotes: ſimiliter pontifici ſummo ſunt inſtar optimatum, quoad prophana tractanda, vt ad Deum referantur in omnibus per ipſam religionem, cui præeſt. Dynaſtæ reges, imperatores, neque eodem modo poteſt illos loco vel ex omni vel vlla ex parte mouere, niſi iuſtas ob cauſas, index aliquis, Dynaſta, Rex, Imperator peccent contra iura, neque eſt ſuperior è prophanis, qui aut velit, aut queat emendare peccantem.

Obijcies 5. fere omnes Theologos, nempe Hieronymum. Athanaſium, Iuſtinum Damaſcenum, Cyprianum, Bellarminum: Iuriſconſultos. Bartolum, Baldum. Martinum Laudenſem, Tiraquellum Lucam de Penna, Antonium Corſetum, Alber: de Roſat: Carolum Tapiam: Philoſophos, & Politicos. Nempe Iacobum Stapul: Iſocratem, Auerroem Obertũ Giphanum, Thomam Morum, Cælium Rhodig: Lipſium. Althuſium, Ioannem Gerharden. Barchlaium, Boterum, Pontanum, Beroaldum, Et quam plures alios monarchiam probare.

Reſpondetur, multos intelligere de forma regiminis Eccleſiaſtici, quæ vt alibi diximus, reipublicæ Chriſtianæ conuenit: alios velle tantummodo probare, vnum debere cæteris præeſſe, quod quidem conceditur, cum in Ariſtocratia quoque vnus cæteris præſit: alios temporis rationem habuiſſe, cum ciues inter ſe diſcreparent, ac diſſentirent, ideo regimen vnius, ſed non regis laudaſſe.

Argumenta, quæ in monarchiæ confirmationem fieri ſolent. Nempe multorũ imperia diſſidia parere, quibus vnius principatus cõmunia negligãtur: monarchã expeditius, quã multos cõſilia capere, quia hi minus lente procedunt, odium perpetuum inter nobiles, & plebem ineſſe, Magiſtratus in republica eſſe negligentiores, & eiuſmodi alia, quę multa ſunt, non contra Ariſtocratiam, ſed contra Democratiam pugnant.

Obijcies 6. in vnione poſitam eſſe ſalutem. Nam ſi omnia vnum non ſunt,

ſunt,& vnitatis diuortium patiantur,pernicies ſtatim aderit. Præterea experientia patet,in naui vnum eſſe gubernatorem,in bello vnum ſummum Imperatorem,in corpore vnum caput,in apibus vnum regem, in gregibus & armentis vnum ductorem,in gruibus vnum,quem cæteræ iterato ordine ſequuntur,vnam in volatilibus fænicem,vnum inter feras leonem, vnū inter metalla aurum, vnum inter potus genera,vinum,vnum elementum vincens,& omnia penetrans ignis,vnum principium quo reliqua viuunt; ſcilicet cor,quod eſt primum viuens,& vltimum moriens,vnum ſolem inter ſydera,& vna diuina eſſentia fons omnis virtutis,& poteſtatis.Quare ex his omnibus concludi poſſe videtur,vnum eſſe principem debere,vt inquit Nicolaus Cuſa.

Reſpondetur primo verum eſſe inter ſingulas vniuerſi ſpecies, vnum excellere debere; ſic inter ſpecies politicas vnus ſemper cæteris præſtat, qui cæterorum communi ſuffragio,quod errare difficillime poteſt, ſemper eligitur.

Secundo, verum eſſe diſcordias ac diſſentiones, reſpublicas perdere,ac euertere; at illas eſſe pariter Monarchiæ communes; imo in hac magis periculoſas, quia ſi inter principem ac magnates diſcordia oriatur,niſi difficillime componetur,& quando componitur reguli nullam amplius fidem regi habent: è contra rex ſecreto odio eas crudeliſſime proſequitur,& oblata occaſione coronæ illatas iniurias vlciſcitur,eorumque qui iuſſu regio enecati, aut iugulati fuerunt, nati natorum, & qui naſcentur ab illis conceptum odium tenaciter retinere conſueuerunt: ex qua retentione, data opportunitate nouum diſcordiarum germen,aut coniuratio & ex his Regni deuaſtatio ac ruina oritur: at in Ariſtocratia de qua nos ſermonem inſtituimus,vt v.g.eſt Veneta,diſcordiæ componuntur,antequam naſcantur, & quæ intercedunt inter ciues concitationes, decemvirilis poteſtas eos cogit,vt ſibi mutuas iniurias condonent.

Tertio eas ſimilitudines rectè concludere in rebus phyſicis, & methaphyſicis, ſed in rebus politicis nullius eſſe momenti, vt verbi gratia; cor eſt primum viuens, & vltimum moriens, & eſt principium vitæ, ab eoque omnes operationes vitales procedunt, quia ad ea omnia natura illud determinauit, nec ſuas operationes vitales poteſt præterire; quia ad eas ſolummodo exercendas eſt conſtitutum: ſed in ſpecie politica, ratio eſt diuerſa,quia cum agentia politica ſint libera, ad res agendas indifferentia, & ad nullam particularem rem determinata, imo cum neceſſe ſit idem negotium, ſæpius eodem tempore variare, & contrarium eius efficere,quodquidem ſine maxima prudentia, quæ in vno ſolo non inuenitur fieri nequit, ſequitur agentia naturalia & ciuilia inter ſe non poſſe comparari: imo ex cordis ſimilitudine adducta, Ariſtocratia optimè deducitur: Nam cum cor non poſſit animales actiones, quæ ad cerebrum, nec naturales quæ ad hepar pertinent, ſed ſolas vitales edere: ſequitur naturam plura vno, membra, quæ Ariſtocratiam repræſentarent, conſtituiſſe; quare ſicut in corpore humano ſolum

cor non

cor non poteſt vitales, animales, & naturales functiones obire; ſic in corpore ciuili, princeps non poteſt neceſſarias Reipublicæ operationes, ſolus exercere. Et ſicut in corpore humano, natura membrum æquè nobile, vt cerebrum poſuit (quamuis à multis cerebrũ corde nobilius eſſe putetur) vt ſimul iuncta, actiones corpori neceſſarias edant: ſic reipublicæ Duci æquè nobiles non quoad dignitatem, ſed quoad ipſam ſpeciem politicam ciues iunguntur; vt in quo quiſque excellit, in medium ponens, reipublicæ corpus humani ſimilitudine gubernet. idem de hepate eſt dicendum, quod cum ſit membrum nobiliſſimum, & agens non particulare; ſed agens vicem æquiuoci & vniuerſalis gerens, & diuerſarum formarum humores, ſine quibus corpus non eſſet, efficiens, & tot varia ac diuerſa effingens, ſanguinem inſuper & reliquos humores ſigillans, vt ſint potentia totum corpus, ſiue omnes eius partes, quod nulli membrorum natura conceſſerat, vt Ludouicus Mercatus affirmat; nobiliſſimas operationes in humano corpore edit, quas cor attingere non poteſt: qua de re tria membra ſunt quæ principatum in corpore humano tenent, & quæ ſimul iuncta gubernant, cum ſeorſim ſumptis, nulla pars, nulla facultas ſuas actiones poſſit obire. *Ludouicus Mercatus, lib. 1. parte 3. de tempera: claſ. 1. quæſt. 61.*

Verum eſt, cor eſſe primum in corpore humano, & habere rationẽ cauſæ formalis, & efficientis, quia eius calor ponit in actu vitæ cerebrum, & hepar: nam cerebrum non eſſet cerebrum, neque hepar eſſet hepar, niſi ſpiritus influerent à corde, & nullum aliud membrum, vt cor facit affectionem in toto corpore, & membra ſi conſpirant, neceſſe eſt vt vnum ſit principium, ſub quo conſpirent, vt inquit Montanus: verum hæc omnia in reipublicæ corpore quoque inueniuntur: nam Dux habet rationem formæ politicæ agentis & cauſæ formalis, cum ab eo omnia dependeant, & eius nomine omnia ſubſcribantur, & obſignentur; eius prudentia ponit in actu politicæ vitæ ſenatores, ſeu ſupremos magiſtratus, qui ſenatores in actu politico non eſſent, niſi ſpiritus politicæ prudentiæ ab illo dimanarent; nam v. g. in Genuenſi Republica nullus poteſt, niſi ipſemet Dux res ciuiles proponere, & referre: & ſicut ſpiritus qui à corde fluunt, à cerebro perfectiores redduntur, quibus datur deinde motus & ſenſus vniuerſo corpori humano: ſic politicæ prudentiæ ſpiritus & illæ primæ delationes ad conſilium vel ſenatum, ab ipſo ſenatu prudentiores redduntur, & prudentiſſimæ factæ, motũ & ciuilẽ ſenſum reipublicæ corpori tribuunt: nullum vero aliud politicum membrum, vt Dux perturbationem gignit in toto reipublicæ corpore, ſi illud male affici contingat & omnes partes ſub eo tanquã ſub ſuo primo principio conſentiunt, ad eiuſque maieſtatem ac dignitatem defendendam conſpirant. *Ioannes Baptiſta Montanus in 1. lib. canonis Auic. 1. fen. de membris cap. 2.*

Præterea ipſe Ariſtoteles, qui tantum cordi tribuit, cerebrum, & hepar eſſe nobiliſſima membra aſſerit, *& quod tria ſint membra, quæ principatum totius corporis habent, &c.* Quare ſimilitudo illa cordis & regis nihil valet, imo potius Ariſtocratiæ fauet, corpuſq; humanum repræſentat: eſſet vero alicuius momenti, ſi cor ſolum in corpore eſſet membrum principale, &

 nobiliſſi-

nobiliſſimas functiones, vt ſunt animales obiret, & cerebrum & hepar non eſſent per ſe ipſa quoad ſuam propriam naturam nobiliſſima membra, ſed per participationem & perfectionem aliunde acceptam.

Ad 4. Bonfadius rectiſſimè hoc modo reſpõdet. *Sed quanã ratione imperium vnius dicunt vnum? Vtrum, quia nihil habet inſitum, quod ab eo ſeiungi, nullaſque partes continet, quæ diuelli poſſint? An quia licet ex partibus multis conſtet, ea tamen referuntur omnes ad vnum aliquid? Priori modo vnum ſonat idem, quod indiuiſibile: ſed hoc vix in aliud cadit, quàm in ipſum Deum. Nam cætera omnia ſunt coagmentata ex pluribus partibus, ſi non quantis, aut Phyſicis, ſaltem Metaphyſicis. Altero vero modo ſi ſumatur vnum, notabit quendam cumulum, ſeu coacervationem; in ſcholis vocant vnitatem aggregationis; quæ dici non poteſt Regnum magis vnum, quam Reſpublica. Siquidem omnia tendunt ad vnum vtrobique non certè ad vnum quid ſolitarium, atque ſingulare, cuiuſmodi eſt perſona vnius Regis, atque ſummi Principis; alioqui duo, velint, nolint coguntur admittere; Alterum nihil eſſe in Regno conſtantiæ, nihil firmitatis, ſiquidem ſtatus eius, atque tota vis aliunde non pendet, quàm ex vnius hominis incerta, fragilique vita, viciſſitudinibus, ac periculis tot, tantiſque obnoxia: Alterum nihil amplius supereſſe diſcriminis, quo Regnum à tyrannide ſecernatur; ſi non ad aliquid commune, verum ad imperantem primò, ac per ſe referenda illius quoque ratio. Non eſt ergo vnitas ciuilis adminiſtrationis ex ijs, qui rebus præſunt, vnquam æſtimanda (nam plures, an vnus præſit, nihil planè refert) ſed ex fine, ordineque ciuili ſpectari debet, ſine quo regimen planè nullum poteſt eſſe: quo fit, vt optimo iure ordo ipſe ponatur in adminiſtrationis ciuilis definitione. Continet is præcipuè, atque adeo deuincit imperantes, atque parentes mutuo quodam nexu; ſingula quoque membra, ſiue partes, eo minus diſſocianda, atque diſtrahendas, quo arctius inter ſe coierint colligata, & coniuncta. Hoc igitur aduerſarijs probandum fuerat vſu venire, potius in Regno, quàm Ariſtocratia; & hac ratione maior adſtruenda vnitas, non autem ex imperantis ſingulari perſona. Veruntamen ad hoc expeditum, atque obuium ſunt propterea delapſi, quamuis ad vnitatem probandam nihil prorſus faceret, quia prius illud ſtatuere facile non erat. Nam cum ita natura comparatum ſit, vt non eadem conſtantia, neque caritate res alienas, atque noſtras propugnemus: quis non videt vniuerſos ordines, & ſingulos ciues, alacritatis ad pericula quæque propulſanda, concordiaque ad imperium tuendum eo plus allaturos, quo magis eius participes, atque compotes fuerint? Ad hæc opus quodcumque magnum, ac difficile, cuiuſmodi nulli dubium, quin ſit imperare, multo commodius, quam vnus, plures moliuntur, multoque plus omnes virium in commune conferunt ad onera grauiſſima omnia ſuſtinenda, quibus vnus par eſſe non niſi ægrè poſſet. Ariſtotelis quidem lib. III. Politic. ſententia hæc memoratu digna. Veruntamen quia vnus omnia intueri nequit, plures ab eo principes conſtitui oportebit. Quid igitur intereſt, vtrum ſtatim id initio fiat, an vnus Princeps hac ſtatuatur conditione? Quandoquidem vtrolibet modo fieri non poteſt, quin ab vno res pendeat ſummo principatu. Exigit autem ratio, vt is rectius adminiſtret, qui propriam, atque legitimam gerit poteſtatem, quàm qui precariam ex alterius incertiſſimo arbitrio. Quicunque porro Monarchiam vſque eo protendunt, vt nihil accidere poſſe opportunius prædicent, quàm ſi omnia ſimul & Rerump. & regnorum iura in vnum ſupre-*

ſupremum principem transferantur, cuius imperio contineantur omnes gentes; vbicunque ſedem fixerint huic ſuo Imperatori, ſiue in Italia, ſiue in Gallia, ſiue in Hiſpania, non video, quibus rationibus perſuadeant fore, vt extremis orientis promnicys ille melius conſulat, quàm proprij Reges, atque Principes ſingularum regionum, qui aſſidue, inque rebus omnibus interſunt non modo αὐτόπται, ἐπίκουροι, συνεργοὶ, *coram inſpectores, adiutores, adminiſtri, verum etiam moderatores, ſupremique arbitri, vt nihil opus ſit aliena edicta, atque iuſſa ex diſiunctiſſimis, atque remotiſſimis locis præſtolari. Sed ad prius inſtitutum noſtrum redeamus. Oſtendimus, in quo ſita ea vis vnitatis, quæ ciuilem quamque ſocietatem ornat, ac tuetur, ſtabilitque ad longiſſimam temporis diuturnitatem. Nam quod eſt vnum, hoc eſt vnicum, atque ſolitarium, id imbecillius, ac proinde minus diuturnum: quæ vero connexa inuicem, compactaque ſunt, tanto plus habent roboris, atque firmitatis, quanto validior eſt colligatio, atque partium nexus. Talis eſt Reipublica Venetæ conſtitutio ex optimis quibuſque rationibus ita temperata, vt apta, & conuenientia inter ſe omnia conſtent. Hinc mirificus ille conſenſus omnium ciuium in eadem tuenda, quis nullis hactenus diſſidijs, atque ſeditionibus, nullis hoſtium vel conatibus, vel inſidijs labefactari vnquam potuit. Et quemadmodum ſtabilis permanet adhuc vſque tempora, ita Deo propitio, ac volente perſtabit in poſterum, durabitque ad multas ætates florens omnibus copijs.*

Ad ſimilitudines animalium 1. dicendum eſt ridiculum eſſe, hominem, bruta, & inanimata ſequi debere: cum imperfectiora, perfectiora imitari teneantur: At vero ſi animalia imitari libet, cur non potius Democraticam formicarum rempublicam, aut ea quæ per Anarchiam viuunt? 2. ſi conſilium ac ciuilis prudentia in brutis ineſſet, homines ea poſſent imitari: at vero cum conſilio, ingenio, ac prudentia ſint deſtituta, non eſt cur ea ſimilitudo ad monarchiæ confirmationem in medium afferatur. 3. Quia in animalibus imperium ciuile proprie non inuenitur, ſed quædam eius ſolummodo ſimilitudo. 4. cur non potius animalium affectiones, vt vulpis malitiam, Leonis iram, & id genus, cum hæc etiam, imperium habeant à natura. 5. qui animantium naturam ſequi cupit, pecudum more rempublicam conſtituat, ſecundum earum leges viuat, & ex homine ſe belluam faciat. 6. in gruibus, & id genus alijs, non principes, non Reges, ſed ſolum ductores inueniuntur.

Guliano Antinoro nel 2. libro dell eccellenza degli animali irragioneuoli

Quod ad apes attinet: ſi quis eam ſimilitudinem recipere vellet, Ariſtocratiæ non monarchiæ faueret: cum Rex ſine quarumdam apium, quæ matres appellentur, auctoritate, nihil efficere queat; quare rempublicam ſpartanam & eam quidem perfectam, non autem monarchiam repręſentant, vt hæc omnia Iulianus Antinorus rectiſſime probat. At vero digna admiratione eſt hæc Laconica apum reſpublica.

Et quam Principes eccleſiaſtici imitari deberent, cum multa prælatis recte gubernandi pręcepta tradat, vt enim hic breuiter, & ad modũ ſimilitudinis dicamus, quod prolixe Thomas Cantipratanus de apibus narrat. Vt rex Apum mellei coloris eſt, ex electo flore & ex omni copia factus: ſic prælatus debet eſſe bonæ vitæ, & bonæ famæ, ex redolentia enim bonæ

Thomas Cantipratanus lib. 1. miraculorum & exemplorum memorabiliũ ſui temporis.

famæ

prælatum foris ad negotia procedentem, precibus tueri & cordis compaſſione iuuare.

Sicut ſi quã alam regis tranſiens iuxta deſtruxerit, non effugiet agmen; ſic nullus debet alam contemplationis indiſcreta fatigatione turbare, aut deſtruere, ne & ſi hic effugias agmen apum; Angelorum agmina ad vindi-ctam pro iniuria ſummi principis non euadas.

Sicut migraturo agmine, nullæ è domibus exire audent, niſi Rex primo fuerit egreſſus, & volatus ſui vindicauerit principatũ. Sic prælatus ſubditis viam exemplarem oſtendat, & volatus altioris exercitij vendicet principatum.

Sicut reliquo tempore, cum populus in labore eſt, ipſe operantes circuit, & ſolus immunis eſt ab opere: ſic prælatorum partes ſunt diligenter ſubditos inſpicere, videre opera, ſingulos exhortari.

Sicut circa eum ſatellites quidam ſunt, aſſidui cuſtodes auctoritatis eius: ſic bonos & fideles cuſtodes auctoritatis, & innocentiæ ſuę Prælatus habeat, per quos dignè & iuuari poſſit & defendi.

Sicut ſunt & circa eum lictores ſæui, qui morte puniunt delinquentes: ſic prælatus ſedulus ſit in corrigendis & extirpandis vitijs.

Sicut intus Rex ſemper eſt ſollicitus, & non de facili cerni patitur: ſic prælatus ſine cauſa foris ne vagetur: ſic prælatus neceſſario egrediens, Deũ vt eum egredientem tueatur, exoret.

Sicut ſi qua laſſata eſt, aut forte aberrauerit, Rex eam odore ſuo proſequitur: ſic prælatus oberrantes reducat, & laſſos releuet.

Sicut hæc regis benignitas & ſollicitudo maxima eſt, circa populos, & circa regem populi obedientia adeo perſeuerat, vt nunquam odio aut diſcordia ad inuicem moueantur: ſic prælatus ſit benignus, & ſollicitus pro pace ſeruanda.

Sicut circa regem mira populi obedientia conſectuatur: ſic ſubditi obediant ſuis prælatis.

Vt rex in expeditione à plebe ſuſtollitur: ſic ſubditi prælatis orationum iuuamen impendant.

Sicut feſſum regem humeris ſuſtollunt validiores, & ex toto portant: ſic perfectiores ſubditi Prælatos in officijs releuent.

Sicut, regem ſi mori contigerit, triſtis populus circa eius funera glomeratur, ſpectanteſque exanimem, lugent, & tunc niſi ſubueniatur eis, fame moriuntur: ſic ſubditi in morte boni prælati triſtentur.

In tribus diſtribuuntur ordinibus Apum plebes. *Lib. 2.*

Sicut pars prima illarum eſt, quæ matres & emeritę ſunt cæteriſque maiores exiſtunt: iſtæ autem officijs ſingulis, & operibus præſunt: ſic officiarij in clauſtris nempe priores ſuperiores fructuoſe, & affectu materno cæteris præſunt.

Sicut ſecunda pars illarum apum eſt, quæ iuuentutis vigore opera multa præſtant: ſic ſtudeant fideles apes clauſtralium inſudare laboribus, in-

 uigilare

uigilare ſpiritualibus canticis, orationibus & ſtudijs inhærere, & diſciplinis regularibus exerceri.

Sicut diſciplina quadam matribus ſubditæ ſunt, nec quicquam agunt ſine maiorum imperio: ſic diſcant apes fidelium clauſtralium omnino ſubdi matribus & diſciplina ſenioribus. nec ſine eorum imperio, vel ſaltem licentia quicquam agant.

Sicut tertia pars illarum apum eſt, quæ fucæ dicuntur: hæ ſine aculeo ſunt, velut imperfectæ apes: ſic conuerſi fratres ſine aculeo accuſationis aduerſus clericum, velut imperfecti, exemplo apum, regulariter ordinentur.

Sicut iſtæ ſunt quaſi clientes & quaſi ſerui primarum, & verarum apum: ſic fratres conuerſi in officijs ſuis clericis ſeruiant; ſe debere ſubijci, non præeſſe ſciant; nec velint clericis æquiparari, ſed diſcant tantum ordinem revereri.

Sicut has primas expellunt in opere, tardantes, & ſine clementia necant: ſic peruerſi fratres in opere decet expelli, & tardantes contumaciter ſine clementia flagellari.

Sicut apes iuniores, aut fucæ non in opere tantum, ſed in fœtu quoque adiuuant matres, ad calorem conferenre turba: ſic diſcant apes fideles filios adiuuare, & honore parentes, & eis vicem amoris retribuant & laboris.

Sicut apibus omnibus communis eſt labor: ſic diſcant apes fidelium in commune, vel manualiter vel ſpiritualiter ſecundū diuerſa ſtatura temporum, vel perſonarum alacriter operari, nec marceſcere ocio, nec inutiliter tempus expendere: ſed agere aliquid in quo proximi proficiant; & quietem perpetuam poterunt promereri.

Sicut omnes indifferenter ad opera expellunt: ſic in omnibus ſedulitas laboris debet ineſſe.

Sicut nullus, cum per cœlum licuerit, ocio perit dies: ſic & otium tanquam peſtem omnes fugere debent.

Sicut omnes vnam incolunt manſionem, neque enim eas natura diuidi patitur: ſic probabile eſt omnibus tutiſſimum eſſe fidelibus omnibus,

Pſal.132. vnam incolere manſionem, vnde Dauid: ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum.

Sicut communis eſt omnium cibus: neque enim ſeparatim veſcuntur, ne inæqualitas operis & cibi fiat, & temporis: ſic monaſteria officinam refectorij habent, vbi omnibus in commune, ſine perſonarum acceptione, cibaria miniſtrantur.

Sicut ſimul ſilent: Adueſperaſcente enim die in alueario ſtrepunt minus, ac minus, donec vna circumuolet, vocis buccina quietem imperans, & hoc caſtrorum more. Hoc idem faciunt in matutino: ſic magna virtus in bonis clauſtralium apibus, tenere ſilentium ſtatutis horis, alijſque fidelibus, pro tempore, moderatis verbis temparare ſermonem.

Sicut pax inter eas præcipua: ſic inter clauſtrales pax ordinata eſſe debet.

Sicut

Sicut pro conuehendis floribus rixa quædam inter apes fit: ſed interiectu pulueris, aut fumo, tota diſcutitur: ſic nullus miretur, ſi inter apoſtolos contentio facta ſit; quis eorum maior, virtute vel meritis videretur.

Sicut apes quę aculeum perdunt, mella de cætero facere non poſſunt: ſic huius exempli gratia correctionis aculeum habeas, ne fruſtreris melle, & à virtute cadas: ſic ſunt quidam clauſtrales, qui auſteritate morum exterius ambulantes, actiuæ vitæ multo labore, opera præſtant, & ideo iracundiores ſunt. Tales autem ſi in tantum adacto aculeo pungunt, vt inteſtiui rancoris odium ſequatur, vel aliam occaſionem infirmis & nondum perfectis fratribus dederint; vt ab ipſis odio habeantur, mortaliſſime peccant, & quaſi irremediabile peccatum manet, quouſque fratribus reconcilientur, & correctis moribus ſe habilitent, vt & ipſi in pace viuant, & alios ſecum in pace viuere permittant.

Sicut inter omnia animalium genera illud ſupra modum mirabile eſt, quod apes communem habent ſobolem, & eius communis eſt fructus: ſic diſcant melliſſimi fructus apes cum gaudio & admiratione fidelium ſobolem communem habere, & non in fructu ſingulariter gloriari.

Sicut ſunt apes hoſpitalitatis virtuti deditæ, apes enim extraneas, dummodo bonæ, & mitis naturæ ſint, ſecum recipiunt: ſic ſtudeant apes fidelium, hoſpitalitatis gratia pauperes & peregrinos, & maxime vita probatos ſecum recipere, & neceſſaria miniſtrare.

Sicut mira apes amicitia fouentur inuicem: ſic clauſtrales Chriſtiana & debita amicitia adinuicem foueantur.

Sicut enim plura animalium genera cupida ſint, & auara, apum tamen genus nullis auaritiæ ſpurcitijs, ſed ſuper beneficium gratulatur: ſic fideles nolint auaritię ſordibus inquinari, ſed ſicut à Deo beneficium hilariter acceperunt, ita hilariter non habentibus concedant.

Sicut in apibus quaſi habitualiter totius virtutis inſigne reperies, & quæ in alijs animalibus ſigillatim ſparſa videntur; in iſtis natura mater propenſiori beneficio congregauit: ſic ſatagant fideles ſecundum datam ſibi gratiam virtutibus habitualiter inſigniri: nam quod habitudinaliter infixum eſt, permanet inconcuſſum.

Sicut ſunt & inter apes diuerſa quædam officia: Aliæ ſtruunt, aliæ poliunt, alię ſuggerunt, alię diſtribuunt ex eo quod allatum eſt: ſic inter clauſtrales diuerſa ſunt officia: alij enim monaſticis prouident inſtructuris: vt prępoſiti, alij poliunt, vt qui eccleſiaſticis operibus præſunt, vt ſacriſtæ: alij ſuggerunt, vt in quorum conſilio regitur monaſterium: alij diſtribuunt, vt cellarij, qui cibum alijs tribuunt in tempore opportuno.

Sicut videres omnes certare de munere: ſic clauſtrales omni tempore de munere certent, quo Deo placeant & proximo, & copioſius meritis augeant.

Sicut videres alias inuigilare, quærendo victualia: alias de caſtris eſſe ſollicitas, & diligentem cuſtodiam adhibere: ſic priores debent neceſſaria

proui-

prouidere, & inuigilare ne ſeſſiones inordinatæ, & intra vel extra ſuſpecta colloquia teneantur, per quæ pax domeſtica, vel regularis diſciplina negligentius ſuſtineatur.

Sicut quibus eſt adoleſcentia, ad opera exeunt: ſeniores intus operantur: ſic à ſeruitio Chriſti nulla prorſus ætas excipitur.

Sicut integritas eſt cunctis apibus corporis virginalis: ſic prælati virgineæ dignitatis prudentiam conſectentur.

Sicut apes nullo inter ſe concubitu miſcentur: nec in libidinem reſoluuntur: ſic prælati in mollitiem reſolui non debent: & mens immundis cogitationibus ſit immobilis.

Sicut apes licet nequaquam coitu miſceantur, maximum tamen filiorum examen emittunt: ſic in veritate matris eccleſiæ non adulterantes verbi Dei ſedula prædicationis, & virtutis exempla Chriſto Domino debent fideles adoptionis filios generare.

Sicut nocte in expeditione deprehenſæ excubant ſupinæ, vt alas rore protegant: ſic ſupplex fidelis apis anima, in oratione procumbat, aut vt proprios reatus, aut alienos emundet; vel proprij ſtatus pericula, aut aliena dimoueat: vel cæleſtibus deſiderijs inhærendo, huius miſeræ carnis incolatum euadat.

Sicut licet poſitæ ſint ſub lege, tamen liberæ ſunt: ſic libere anima ſeruiat regi Chriſto; nam lex libertatis eſt charitas, quam ſi ferre volueris, etiam ſub Chriſto Principe liber eris.

Sicut regem ordinant: ſic & populos creant: ſic diſcant apes fidelium reges, id eſt prælatos idoneos ordinare, qui per prædicationis ſemen conueniens, poſſint adoptionis populos generare.

Sicut prærogatiuum examen iudicij tenent. Incorrigibiles enim notant, & caſtigant, mox & morte puniunt: ſic iudicium nullus peruertat & impunitam nequitiam ire non ſinat.

Sicut miro modo innocuæ ſunt: ſic fideles ab omni labe criminis innocentes eſſe debent.

Sicut fructibus nullis nocent: ſed nec mortuis quidem; ſic fructificantibus per bona opera nullus nocere debet.

Sicut non ſolum ab odoriferis, verum etiam à fœtidis herbis mellis alimoniam trahunt, mire tamen bonis odoribus delectantur, & naturaliter fugiunt fœtida; ſed in eis propter mellis bonum ad tempus vtiliter demorantur: ſic ſit apis, fidelis anima delectare famæ, operibus, odoribus bonorum, quæ tibi in mutua collatione de bonis & ædificationis verbis os ſapidum & odoriferum reddant, per quod ædificetur proximis, & cor mundatum ſpurcitijs gratulabundum faciant, quo magis ad deſiderium collium æternorum eius ſuſpirium excitetur.

Sicut mira munditia circa eas. Admoliuntur enim omnia in medium, nulla opera ſpurcitiæ latent, quoniam & excrementa operantium intus ponunt, ne longius recedant: vt congeſta in vnum locum, turbidis diebus, & operum ocio foras efferant aggregata: ſic in capitulorum neceſſaria &

celebri

celebri officina debent exceſſus peccantium proferri, accuſari, & purgari. Conuentuales enim omnes generaliter decet, & præcipue cœnobitas, vt mira ſit munditia circa eos, & hoc quomodo conuenientius fiet, quam vt in medium exceſſus ſingulorum quaſi excrementa operantium ſalutem mutuam proferantur? & ſic fit quod ſcriptum eſt.

Sicut pariter aggregatæ ſuauiter cantant: ſic ſimul apes fidelium aggregatæ, mente conſequenter, & voce ſuauiter cantent.

Sicut habent gratam mitamque vocis ſuauitatem: ſic nihil gratius aut ſuauius laude Dei.

Sicut habent priuatim conſilia: ſic & prælati ſuos debent habere conſiliarios.

Sicut tempora præcognoſcunt: ſic prouida circumſpectione præteritorum, præſentium & futurorum, cuncta ſunt proſpicienda.

Sicut prædiuinant imbres, ventoſque & tunc ſe continent tectis: ſic futuræ & præuiſæ tribulationes patienter ſunt tolerandæ, & tectis continendum aut fugiendum in remotis, quando caſus id exigit. Melius eſt enim bene fugere, vel latere, quam bello pugnare, & ſuccumbere.

Sicut ſi dies futurus eſt mitis, prouolant vniuerſæ: ſic apes fidelium apparente die temporis mitioris à perſecutionibus in campi ſcripturarum prouolent vniuerſæ, & ibi, quod textus indicat, conſequenter attingant.

Sicut vnius patriæ clauduntur limine: ſic vnius eccleſiæ, quæ Romana & Catholica dicitur, vnius veræ fidei claudetur limine, ne tibi clauſo oſtio, cum fatuis virginibus excludaris à ſponſo: & in ſeditione Chore à flammis vltricibus deuoteris.

Sicut non tranſgrediuntur terminos conſtitutos: ſic fidelis non tranſgrediatur terminos conſtitutos, ſed pium modum ſemper habeat in ſcripturis.

Sicut gaudent plauſu & tinnitu æris: ſic ad plauſum boni operis & tinnitu prædicationis gaudeant fideles apes, & eorum modulamine ad vitæ perfectionem, & cæleſtis patriæ deſiderium.

Sicut hilaritate & nitore apum ſanitas æſtimatur: ſic hilaritate, & nitore conſcientiæ apes fidelium glorientur, vt in eis ſanitas inuiolabilis, & interminabilis confirmetur.

Vt vita apum longiſſima ſeprenis: nunquam autem vltra decem annos durare poſſunt: ſic fidelis apis anima vitam ſuam continuet, & ſemper exerceat in gratia ſeptiformi, vt eam in decalogo legis perfecte conſummet.

Sicut hirundines, & aues depopulantur eaſdem: ſic diabolus in Angelum lucis ſe transfigurans diuerſis tentationibus ac ludificationibus, animabus inſidiatur.

Sicut inſidiantur & ijs (ſupple apibus) aquantibus ranæ, hoc, eſt ad aquam bibentibus: ſic nullus decipiendi efficacior diabolo locus eſt, quam cum fideles ſuper cibos & potus immoderatius ſe effundunt. Tunc ad ver-

borum ineptias protracti, facilius non ſolum ad inania, ſed etiam ad prophana deliramenta procedent.

Sicut veſpæ quoque perſequuntur eaſdem & impugnant eas odio naturali: ſic dæmones irremediabili odio animas impugnant.

Ad argumentum quod fit de Dei gubernatione; quamuis initio quæſtionis eam potius Ariſtocratiam, quàm Monarchiam repreſentare oſtenſum ſit; præſtanti tamen doctrina Bonfadius hoc modo reſpondet. *Hoc autem ipſum ad homines transferre conari, quid erit aliud, quàm ex homine belluam facere? & tamen eodem negotio iidem moliuntur nonnullos ex hominibus vel in Deos conuertere, dum æterna, ac diuina vim gubernationis ad mortalium hominum cœtus adaptare ſtudens, cum tamen nullus exiſtat tam rudis, & vecors, qui cæleſtia plurimum à terrenis diſtare non ſentiat, & à mobilibus, & caducis æterna, atque fixa; proindeque ab his ad illa captioſiſſime argui, quæ ſitam in contrarijs habeant perfectionem ſuam. Siquidem in humanis ac terrenis rebus vt exemplo res notior, atque illuſtrior fiat, quo quid ex pluribus eſt concretum, & coagmentatum, eo comperitur perfectius, atque adeo præſtantius. Neque vero alia eſt ratio, neque fingi poteſt, cur homo belluis antecellat, & bellua plantis. plantæ quoque metallis, & lapidibus, hæc vero elementis, perinde ac cætera conflata, mixtaque ex iiſdem. Materia denique prima, quod ſimpliciſſima eſt omnium, habetur omnium abiectiſſima, & imperfectiſſima. Contra vero in cæleſtibus, atque æternis reb. ratio perfectionis tota eſt in ſimplicitate, idque perfectius, atque nobilius perhibetur, quod eſt magis ſimplex: Deus autem ipſe præſtantiſſimus omnium, atque perfectiſſimus, quoniam ſimpliciſſimus. Quare ſicuti non liceret argumentari ad hunc modum. In cæleſtibus quo magis aliquid ſimplex, eo perfectius eſt; ergo in terrenis etiam, quæ cæleſtia debent imitari: eadem planè ratione non valet hæc argumentatio In cæleſti gubernatione vnus eſt rector, atque princeps; ergo etiam vnus debet eſſe in humana & ciuili. Primo quidem quia, vt argumentum recte procedat, quemadmodum eſt vnus omnium moderator Deus, ita oporteret in terris quemdam ſummum Principem, à quo penderent omnes alij Principes, vnum eſſe, & ne quid eundem fallere, aut latere poſſet, cuncta intuentem, perinde ac Deum, & vbique præſentem. Poſtea diſſimilitudo naturæ, ſummaque diuerſitas nullam imperij communionem admittit, neque ſocietatem. Nam qui fieri poteſt, imperij vt in partem veniat aut cum homine bellua; aut homo cum intelligentia; aut tandem aliquid creatum cum ſuo creatore? Quæcunque ſunt eiuſdem naturæ ſocietate coniuncta, hæc vt pariter, aut viciſſim imperent, apta ſunt. Quamobrem ſi eiuſdem naturæ, formæque communio cum hominibus, aut intelligentiis intercederet Deo, etiam aliqua communio imperij poſſet intercedere. Sed quia quantum finitum ab infinito, tantum res omnes creatæ diſtant à ſummo Deo; propterea neque ſunt, neque poſſunt eſſe eius rei participes: quemadmodum neque hominibus vllis pateret imperium, ſi qua foret humana ſocietas. ſiue Politia conflata ſimul ex hominibus, atque intelligentiis. Quapropter etiam Philoſophi ſtatuerunt, vt ſi quis inter omnes ciues plurimum excelleret inſtar cuiuſdam intelligentiæ, ſiue vt aiunt, Dei, huic vni traderetur imperium, cæterique obedirent. Id vero, vt ſuperius quoque non ſemel admonui, non eſt abſolutè, ac ſimpliciter Monarchiam celebrare; ſed per quandam hypotheſim, & in hanc ſententiam. Si ciuitates, & hominum cœtus*

ita Deo

ita Deo iubente ab aliqua diuerſa natura gubernandi eſſent, qua longè mente humana ſuperaret omnia, tunc iure Monarchia locum datum iri, atque hoc futurum genus optimum adminiſtrationis. Quid ita? quoniam ea, quæ ſunt ab inuicem plurimum diſiuncta, imperij ſocietate copulare inter ſe non licet. Hæc enim eſt potiſſima ratio, eademque certiſſima, cur hanc rerum vniuerſitatem Deus vnus regat, ipſe non debeat, neque poſſit ab vllo alio regi: ſumma diuinæ naturæ dignitas, & præſtantia, à qua remota vniuerſa quam longiſſime abſunt.

Obijcies 7. cum Iſocrate facilius eſſe accommodare mentem ad vnius viri ſententiam, quam conari multis atque multiplicibus ingenijs placere.

Reſpondeo cum Bonfadio quod *Hæc ratio non magis ad facilitatem pertinet, quam ad vnitatem: ſed non minus eſt fallax, quàm ſuperior altera. Pluribus enim, quatenus plures, ac diuerſi ſunt, inſeruire admodum difficile; neque aliud ſibi vult illud in Euangelio Matthæi cap. VI. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, nimirum diſſentientibus, & contraria iubentibus. Quid vero ſi contraria non iubeant, ſed probè conſentiant, & in vnum conſpirent omnes, vt par eſt, optimates? Vnum quidem corpus eſt Reipublicæ benè conſtitutæ: vnitas porro ſumi debet à fine, & à forma, non ab agente, neque à materia, vt Philoſophi docent. Cum vero in optimum, atque rectum multitudo conſpirans, (vt non magis ex Ariſtotelis ſententia, quam ex ipſa veritate definitum eſt) multo minus fraudibus pateat, atque corruptelis, quam mens vnius hominis, commode poſſumus aduerſariorum tela in ipſos conuertere, quandoquidem magis expeditum, atque tutum eſt, obtemperare vni Reipub. rectè ſentienti, cuius æquiſſima, & grauiſſima ſolent eſſe decreta, quàm vnius hominis voluntati, atque arbitrio ſubijci, quod nullo negocio huc, atque illuc impelli poteſt, & multis occaſionibus deprauari, quantumuis rectum.*

Obijcies 8. in diſcordijs liberas ciuitates ad vnum confugere conſueuiſſe.

Reſp. 1. id non ſemper fieri: ſed diſcordias plerumque ſedari. 2. eſſe per accidens, quod populi liberi regem creent: nam nullum tunc ſupereſt remedium: ſed & corpora humana, ipſa venena pro remedijs quandoque ſumunt ſcilicet quando cætera ſunt præconſumpta 3. ſub rege impio populos in libertatem ſeſe vindicaſſe conſtat: quare

Sicut natura non per ſe intendit imperfecta. cum ſemper quod optimum eſt, reſpicere ſoleat; & tamen multa efficit imperfecta: ſic populi per ſe Ariſtocratiam, vt optimam intendunt, ſed diuerſis de cauſis alias minus perfectas, aut obliquas rerump. formas neceſſitatę coacti, reſpiciunt: & ſicut natura non intendit per ſe corruptionem, cum vnumquodque ſe conſeruare nitatur, & malum non poſſit eſſe obiectum appetitionis alicuius; at quando contingit rem naturalem corrumpi, in eam formam tranſit, quæ ordine naturæ immediatè ſolet ſuccedere. Sic ciuilis natura non intendit per ſe reip. corruptionem, quia vnaquæque ſe quoad poteſt conſeruat, at quando accidit ſub priori forma amplius non eſſe, nec durare poſſe, in eam reip. formam tranſit, quæ ordine ciuili ac politico ſolet ſubſequi; & ſicut in re naturali cauſa impedita per ſe ſumpta generationem

 monſtri

monſtri non intendit; quia cum vberiorem agentia naturalia v. g. materiam ſuppeditauerint,quamuis eam ſolum ſuppeditare voluerint,quæ fœtui producendo eſſet c ngrua: neceſſe eſt in hoc euentu monſtrum intendi; quia in eius effectionem propendunt: ſic in re ciuili voluntas humana quamuis impedita per ſe non intendit Monarchiam: quæ eſt perfecta, nec alias reip. formas imperfectas; ſed quod ſibi melius eſt ſecundum ſpeciem politicam: at quando ab aliqua cauſa impeditur, cauſa impediens & impedita inclinant in formas ignobiliores: nam cum ſine aliqua forma reſp. eſſe non poſſit, in eam tendere eſt neceſſe in quam redundantia humorum politicorum, vitiorum, ac prauarum diſpoſitionum confluxit, vt ſatius ſit aliquam formam habere quam nullam: ſicut melius in natura eſt aliquo modo eſſe,quam prorſus non eſſe.At quis non videt,ex hoc ordine vtriuſque generationis nullam nobilitatem erui poſſe.

Obijcies 9. in rep. ciues per vices annorum magiſtratus ſubeunt,& prius iterum fiunt priuati,quàm Reip. negotia cognoſcant. eorumque ſibi experientiam comparent. In monarchia vero cum ijſdem officijs ſemper fungantur, experientia rerum cæteros antecellunt.

Reſp. 1. dubium eſſe an reip. ſit vtilius ambulatorios, an perpetuos magiſtratus habere.

2 Si in monarchia perpetui;in Ariſtocratia ac Democratia annui ſemper fuerunt conſtituti.

3 Nunc parendo,nunc imperando ſcientiam Politicam & bellicam perfectè acquiri.

4 Quia non vni ſed multis locus de rep. bene merendi concedi debet.

5 Valeret argumentum, ſi ſemel magiſtratu functi, illum amplius non obirent; ſed cum denuo eundem magiſtratum ijdem obeant, plurimi rerum experientiam ſibi poſſunt comparare.

6 Qui per vices annorum magiſtratus ſubeunt, non ſunt iniuſti, quia magiſtratum amplius non inirent: nec inſoleſcunt, cum ſe in magiſtratu perpetuos eſſe non ignorent: At miniſtri perpetui inſoleſcunt iniuſtitiaſque committere ſolent, & commiſſas ſexcentis velaminibus palliare poſſunt.

7 Æquum eſt vt ſindicatui ſubijciantur; qui remp. adminiſtrarunt; in his enim ſalus reip. conſiſtit, quod fieri commode non poſſet, ſi magiſtratus perpetui eſſent: nam vt inquit Natalis Comes. *Vbi ſyndici conniuent, ad magiſtratuum errores, neque ratio diligenter redditur, an res pro legibus ſint tranſacta,vbi inanes ſunt & veterno oppreſſa leges vniuerſamque vim reip.langueſcere neceſſe eſt.*at hoc in Monarchia plerumque contingit.

Natalis Comes lib. 22. Hiſp.

8 Quia multi ſunt magiſtratuum capaces, qui ſi perpetui eſſent, debitis honoribus defraudarentur:lege quę nos pro ambulatoriis magiſtratibus in noſtra Iſagoge diximus.

Hector Pintus in Eſai. 103.

Non ſum Medicus. Colliges ex ijs principem ſeu præſulem eſſe caput, & medicum,& chirurgum, & debere non ſolum ſubditos iuſtos iuſtis præceptis ligare, ſed

etiam eorum vulneribus mederi. Ob eam cauſam rex, & gubernator ab antiquis anax appellabatur ab acos, quod nomen ſignificat medelam, pharmacum & ſanitatem quod regis & præſulis ſit, ſubditis mederi: Auctores ſunt Plutarchus & Euſtathius.

Quemadmodum qui theriacam vendunt; eam prius in ſe experiuntur, alioquin eam nemo vult emere: ſic qui virtutem docent, eam in ſe debent experiri, & id quod alÿ dicunt, efficere, ſi volunt, vt alÿ ad virtutem moueantur. Idem c. 40.

Quemadmodum inter chirurgos ille eſt laudabilior, qui lenius tangit vulnera quam qui aſpere manus imponit, ſic ille præſul eſt prudentior cenſendus, qui potius lenitate & moderatione, quam nimia ſecuritate animi vulneribus medetur, & Idem c. 42.

Vt chirurgus, vt in eodem ſimili verſer, ſecturus membra corrupta, & labefactata non impletur ira, quin potius tunc maiorem tranquillitatem oſtendit, ne perturbatio impediat artem: ſic præſul in reprehenſionibus & punitionibus debet magna vti temperantia, nec ira turbatus modum tranſeat. Nihil enim eſt præſtantius, nihil magno, & illuſtri præſule dignius placabilitate ac clementia. Idem.

Medicus permittit febre laboranti gelidam aquam bibere ad maius malum vitandum, ſed poſtea cum ita opus eſſe intelligit, illi indicat eſſe à tali aqua abſtinendum, & nolente ægroto ab aqua deſiſtere, medicus coram eo vrceum frangit: ſic Deus permiſit populo Iudaico carnes immolare, vt illum ab idolorum cultu auerteret. Si enim Deo non ſacrificaret, cum eſſet Ægyptiorum ritibus videndis aſſuetus, ſacrificaret idolis; ſed veniente tempore cæleſtis ille medicus in cruce pendens, illi dixit: conſummatum eſt. Quibus verbis indicauit veteris legis ſacrificia ceſſaſſe. At nolente Iudaico populo a ſacrificÿs abſtinere, nolente ab illa aqua gelida deſiſtere, coram illo vrceum fregit, templum euertit, & deſtruxit; ne amplius ſacrificarent: erat enim templum veluti omnium ſacrificiorum vas. Vnde fracto templo apertiſſime conſtat eſſe antiquæ legis ſacrificia abrogata. Idem c. 64.

Qui volunt cognoſcere, & expendere caſiam fiſtulam, & herbarum ſemina, ad harum rerum pondera, recurrunt: inanes enim & leues minimum valent, graues autem & ponderoſæ plurimum præſtant. Idem iudicium eſt de hominibus faciendum Quanto quis eſt leuior, elatior & inſolentior, tanto eſt à vera ac ſolida virtute alienior. Quanto autem plus habet ponderis, humilitatis, & animi abiectionis, tanto eſt iuſtior & ſapientior. Idem in Nahum cap. 2.

Quemadmodum medicus infligit cauterium, non propter ſe, ſed propter ægri ſanitatem: ſic Deus caſtigat, & vulnerat, non vt perniciem pariat, ſed vt medeatur. Idem in Iſ-ment. Hier. cap. 3.

Vt pius ac ſollers chirurgus volens tabida ægroti vulnera incidere, putridaſque carnes reſecare, aut cauterio adurere, non miſeretur infirmi, vt eius magis miſereatur, cum morbum ſectione vel vſtione curare velit: ſic Deus cæleſtis ille medicus & diuinus chirurgus percutit, vt ſanet, ſecat, & vrit, vt curet: ferit quem diligit, & vt illi medeatur, caſtigat, vt ait Apoſtolus, omnem filium, quem recipit. Idem in Ezech. ca. 3. Heb. 12.

Vt diligens & vt peritius medicus priuſquam adhibeat ægro medicamen, non ſolum morbum eius cui vult mederi debet inquirere, & cognoſcere, ſed mores, conſuetudinem, & corporis naturam, & qualitates; ſic ſapiens, & ingenioſus concionator Idem ca. 10.

diſertus & cordatus præſul daturi ſunt operam, vt ægritudines, mores & ingenia ſubditorum animo percipiant, vt poſſint medicamina vnicuique apta opportune adhibere.

Idem ca. 11. *Vt ex myropolio ex pharmacapolæ officina; vbi ſalutaria medicamenta, & pretioſa vnguenta venduntur, exit aliquando toxicum, & mortiferum venenum; ſic ex hominibus ſcientia excultis peſtiferum interdum egreditur conſilium.*

Cap. 18. *Vt medicus amaris potionibus & medicamentis eum curat, quem intelligit curabilem eſſe: eum vero, de cuius ſanitate deſperat, naturæ relinquit, nullam illi adhibens medicinam: ſic Deus dilectos ſuos amaris potionibus exercet, in quos vult conferre ſanitatem, illis medetur ducens eos plerumque per magnas calamitatum anguſtias ad vitam immortalem, eos vero quos videt incurabiles & obſtinatos, in manibus ſuorum deſideriorum relinquit, tanquam æternæ nocti propinquos.*

Cap. 37. *Vt in pharmacopolæ officina, & myropolio inter alia vaſa ſunt nonnulla ornata literis, medicamentum aliquod ſalutare illic incluſum ſignificantibus, cum tamen nihil præter toxicum contineant, & remedium aduerſus venenum, præ ſe ferentia, ſunt plena veneno; ſic hæretici, ſapientes, falſi fingunt ſe eſſe virtute præditos & ſapientia ornatos, cum ſint nefarijs ſceleribus imbuti & peſtilentibus hæreſibus contaminati, & omni vera ſapientia deſtituti. Et vt verbis vtar D. Pauli: repleti ſunt omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, iniuſtitia, homicidio, contentione, & dolo; Itaque non docent virtutes, ſed vitia, & quamuis virtutes docerent, nihil hoc prodeſſet illis, cum id quod verbis docerent, operibus deſtruerent.*

Cap. 23. Quemadmodum medicus amara quædam, & inſuauia ęgrotis propinat, vt noxius corporis humor expellatur: ſic Deus medicus cœleſtis, volens ſceleribus noſtris mederi, porrigit nobis calamitatis, & moleſtiæ calicē, vt ablatis ſceleribus inſtauremur, & ad priſtinam ſalutem reſtituamur.

Vt medici ægrotatio non impedit medicinæ virtutem; ſic nec Sacerdotis flagitium
Cap. 42. *ſacramenti effectum.*

Sicut Medici ęgris ſanitati inſidiandi, morbos nutriendi, & quicquid cupiunt, & exoptant agendi libertatem nō concedunt, ſed noxios humores, ne bonos deprauent, & corrumpant, è corpore depellunt: ſic Principes hæreticis conſcientiæ libertatem, & religionis exercitium permittere nullo modo debent, ſed eos, ob multas cauſas tam Politicas, quam Theologicas exterminare ac penitus profligare tenentur.

1. Quia omnis Reſp. illis auſpicijs conſeruatur, atque viuendi ordinibus, quibus orta eſt, ſicut planta, illa aqua, ac terra creſcit, quæ ei naturalis eſt, & languet, ac interit, ſi ſolium ei præter naturam accidat. ſic Reſp. ſi exteram acceptat religionem, durare non poteſt. id Hebræis notum fuit, qui quoties ritus, ac religionem mutarunt, in captiuitatem deducti fuere, & Græcia, Africa, Ægyptus, multæque aliæ nationes idē expertæ ſunt. Nam mutatio religionis, breui temporis ſpatio, ſtatus mutationem ſecum affert, & ratio eſt, quia immutatio religionis, ſine animorum mutatione eſſe non poteſt, & mutatis animis corpora mutantur, & fortunæ, ſine quibus ſtatus non permanet.

Græci

Græci Spiritum Sanctum, à filio procedere negantes, die Penthecoſtes in vindictam tantæ blaſphemiæ Conſtantinopolim amiſerunt. Sic multi alij qui cum Idolis ſuis ac fautorijs hæreſibus corruerunt.

2 Quia Noua religio ſtatum immutat, aut bona aut mala hanc vim habet, ſicut anima bona, aut mala corpus mutat, quam mutationem propter falſam religionem Geneua Germania, Heluetiorum pars, Anglia, Africa, Græcia, vt ſupra dicebamus experta eſt; nam vbicumque audietur illa opinio, quæ Dei prouidentiam, aut futurum ſeculum, aut arbitrij libertatem negat, neceſſe eſt ibi peſſimam fieri mutationem, cum ea populos ſeditioſos, Principes Tyrannos reddat, menteſque populorum ad ſeſe illaqueat, vt in Germania viſum eſt. Quare poſt multas paſſas ruinas, poſt multas iacturas, neceſſe eſt ad veram religionem redeant. Græci Epicureis receptis veram amiſerunt philoſophiam, & multa bello paſſi Chriſti fidem ſunt amplexi, Germaniaque ad nouam legem recipiendam, vel veterem credendam ſibi in animum inducit, cum amplius ei opinioni, quæ liberum arbitrium negat, fidem adhibere non poſſit. *Autor de ſignis interitus rerump.*

3 Quia ciuitates liberæ ſi nouis opinionibus fidem adhibebunt, libertatẽ amittent, nam his temporibus nulla alia religio libertatem tuetur humanã quàm Romana. ſi cum Turcis, & Caluino liberum negas arbitrium, non ſolum Deus ad ſeruiendũ te condemnat, verum etiam tuam ipſemet libertatẽ vendis, belluiſque te ſimilem facis, iuxtà illud: homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus. Populi ſeptemtrionales ſpecioſo libertatis nomine illecti, principio religionis, ac politiæ contradictionem non agnouerunt: illa enim liberum arbitrium affirmat, hæc vero negat, & re ipſa politiam, & leges obſeruant, quæ eos Principi obedire, & bonum operari impellunt, & non religionem, quę affirmat Deum eſſe, qui in nobis bonum operatur: quare in illis plus bona natura, quàm impia poteſt opinio, quod quidem contra naturam eſt, & non vt Hiſpani, & Itali ſubtili ingenio prędití, id minimè animaduertunt. Quamobrẽ cum populi audiũt Deum tam mali, quàm boni autorẽ eſſe, vt infernum ac paradiſum libitu ſuo impleat, ipſoſque nullam rectè vel malè operandi poteſtatẽ habere, luxuria ſtatim diffluent, leges non obſeruabũt, aſſerentque id ſe facere non poſſe, quandoquidem liberum non obtinent arbitrium, cum Deus ſit ille, qui illos contrarium legibus facere cogat. Quare vndique homines præcipites huc, atque illuc furentes conſpicies: vidit autem ætas noſtra in Germania, ex ſemine Caluini ortos libertinos eſſe, qui cum hoc, animo perpendiſſent, ſine vlla lege vbique graſſantur, vnumquemque ſuam voluntatem ſequi debere aſſerentes, cum illud non ſit peccatum, quod Deus iubet. Et equidem non ſine cauſa id dicunt iuxta eorum ſententiam, qui liberum negant arbitrium, nam atrocior blaſphemia eſt dicere Deum eſſe autorem peccati, quàm peccatum non eſſe peccatum affirmare; prima enim Deum Tyrannum facit, & proditorem, quia dicit, bonũ operamini, & deinde ea nos facere iubet, quæ exequi non poſſumus,

poſſumus, & ad malum nos inuitat animi iniquitate, ac voluptate. Hæc verò Deum excuſat. Quamobrem niſi timor legum ciuilium, ac Catholicorum arma, hanc furentem licentiam cõprimerent, mundus ab illis contaminaretur: & ſi ipſi per aliquod tempus durare videntur, id non perfidiæ religionis, ſed ciuili politiæ eſt ad ſcribendum, & Catholicorum viribus, quos timent, & contra quos ſemper armati, veluti in acie ſtant. His de cauſis Princeps veram religionem non exterminet, quia quando populi hæc audient, boni aufugient, praui autem tecum commorantes ad omnia flagitia perpetranda te excitabunt, & plus nocumenti perfidi Ciues, quàm hoſtes Catholici, ac pij tibi attulerint; deinde non poſſes ſine aliquo capite autoritate pollente, ſeditioſas opiniones cõciliare, vnuſquiſque enim ſuã ſequi voluerit, ex quo quidem æmulationes, inſidiæ, ſeditiones, rebelliones originem habebunt: ſi vero ad eadem credenda eos cogeris, aquam in mortario tundes, quia liberum eſt credere, & impoſſibile eſt, omnes nouam religionem in ſecreto obſeruaturos; te enim à Deo miſſum non eſſe ſcient, martyria, miracula, prophetias nõ videntes, neque populus ſtatim nouam opinionem imbibit, neque ſubito animum, ac veteres ritus mutat, ſed ad arma facili de cauſa conclamat. Item cogitabunt, vtrum eis expediat, ſummum Pontificem derelinquere, ac religionem patriam deſerere. Quare

Summo Pontifici eſt obediendum, & tenentur, qui ſalui eſſe volunt. Poteſt quidem Deus ex nihilo hominem facere, at quia alter alterius curam habeat, ex patre, matreque naſci vult. Poterat in omni prouincia homines præcipuos creare, ſed vt omnes idem eſſemus, mutuiſque officijs alter alteri opem ferret, vnum Adam, à quo omnes deſcenderent, ſolummodò in lucem edidit. Eodem modo in ſpirituali vita, poterat ſingulis prouincijs vnum Pontificem præficere, caputque earum abſolutum conſtituere, at ne inter illas opinionum diuerſitas, ac in politica controuerſiæ ſuborirentur, vnum tantummodo elegit, cuius obedientiæ, ac determinationi omnes cedentes, vniformes, in hac mortali vita ſine diſcordijs, ac bello viuerent. Hoc caput Cephas appellauit, quod fundamentum Chriſtianæ religionis ſignificat, ac omnium Princeps, ac Gubernator tamquam pater eſt cognoſcendus, ac colendus ab omnibus, & præſertim ab ijs qui Reip. præſunt; nam benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio matris eradicat fundamenta, quia Pontifex eſt Vicarius illius, qui eſt dominus dominantium, iudex viuorum, ac mortuorum, & Princeps Regum terræ. Huic eſt parendum, cui omnes Principes terræ pedem deoſculantur, iuxtà illa, *adorabunt in conſpectu vniuerſæ familiæ gentium. Adorabunt eum omnes gentes terræ, omnes gentes ſeruient ei, & erunt Reges nutrices tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram dimiſſo adorabunt, & puluerem pedum tuorum lingent, ſeruiant tibi populi, adorent te tribus, eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* & iuxta alias autoritates, quas in vnum congerit Ioſeph Stephanus de oſculat. ped. Romani Pontificis. Quare illa Reſp. quæ hoc caput deſeret, meretrix erit, & quia meretrices

Ioſeph Stephanus de oſcu. ped Romani Pontif.

trices non vno contentæ ſunt viro, ſed multos appetunt: ſic Ciuitates illæ, quæ ab Eccleſia defecerint, Lutherum, Caluinum, & omnes hæreticos fornicationis filios adamabunt, viriſque bellum inferent, vt adulteros, & amantes ſine periculo recipere poſſint: quare ſunt abijciēdi lenones, qui Ciuitatum, ac Rerump. pudicitiam contaminare illecebris ſuis impiè conantur: neque illorum verbis eſſe credendum, qui multas Ciuitates Heluetiorum, ac Germanorum, Geneuamque liberè viuere dicunt; nam hæc meretricia eſt libertas, & poſtquam multos experti fuerint, tandem quod diſcrimen ſit inter virum, ac adulterum infelici fato cognoſcent. Nulla enim eſt alia libertas, quàm illa, quæ à ſancta Romana Eccleſia defenditur, quæ ſolum durabilis eſt, & nulli corruptioni ſubiecta; nam ſicut impoſſibile eſt, vt vera religio omnino tollatur, ſic eſt impoſſibile, vt iſtud caput abijciatur, imò cùm habeat hæreditatem gentium, gens, & regnum, quod illi non ſeruierit, peribit. Poteſt quidem Eccleſia perſecutionem pati, at non deleri, tum quia portæ inferi aduerſus eam non præualebunt: tum quia in neceſſitatibus ſemper Deus aliquem, qui eam liberet, excitat, vt multoties factum eſſe legitur. Nam dum populum Dei in Ægypto crudeliſſimè Pharao exerceret, Moyſes voluntate diuina defenſor, & liberator extitit: ſic in terra promiſſionis afflictus Septe, & Gedeon, & Sanſon, & cæteri, qui illum à ſeruitute infidelium liberarunt: ſic etiam in populo Chriſtiano, & in Eccleſia non ſolum defenſores eſſe voluit, ſed etiam, vt illam defenderent, qui prius eam grauiſſima moleſtia afficiebant, vt de beato Paulo patet, & de martyribus, qui eam aduerſus perſecutores Imperatores auxererunt, de quorum numero excitauit Conſtantinum numquā ſatis laudatum, quo auſpice omnia quieta remanſere: eius exemplum Reges imitati, falſa deſerta religione, veram induerunt. Verum cum Diabolus, vt inquit Iacobus de Valentia in explicat. hym. S. Ambroſij, & Aug. noua bella. *Iac. de Valent. in expli. hym. S. Amb. & Aug.*

Et diuerſas perſecutiones contra Eccleſiam, id eſt, deteſtabiles ſectas hæreticorum ſuſcitaſſet, Chriſtus de numero Philoſophorum excitauit Origenem, qui numerum ingentem Philoſophorum ad Chriſtum conduxit, & complures non ſolum Philoſophorum, ſed etiam hæreſiarchas ad lucem veritatis reconciliauit, vt inquit Hieronymus in lib. illuſtr. virorum, & Euſebius lib. 6. de Eccleſ. hiſt. Cum deinde Eccleſia vim Hæreticorum iterum pateretur, de numero Philoſophorum, ac Hæreticorum Deus excepit Aug. qui omnem humanā curioſitatē confudit, extinxit, vt dicit Poſſidonius ſcrip. hiſ. D. Aug. At cum ſuperioribus annis turbulentiſſimæ hæreſes ſubortæ eſſent, quas nō diſputationibus, ſed armis tueri hæretici conabantur ne tantus rumor, ac præceps licentia vlterius ſe extēderet, Carolum V. Imperatorem ſemper Auguſtum, ac religionis exemplar excitauit, qui cum Imperij Romani, & Ieſu Chriſti ducem ſe eſſe cognoſceret, vita quieta, ac tranquilla derelicta nunc mare nauigans, modo pertranſiens, nunc in Africam, modo in Pannoniam ſe cōferens ad labores impiger, ad pericula fortis, ad vſum, ac diſciplinam peritus, ad conſilia prudēs, ad caſus, fortunam-

que fœlix, impios Hæreticos partim proſtrauit, rebelles caſtigauit, ac inſanum multorum Romanæ Eccleſiæ hoſtium furorem eluſit.

P. III. in admonit. Pater. ad Carol. V. Præterea Chriſtus nunquam inultam tulit Vicarij ſui ſpreti auctoritatẽ, vt P. III. probat. *Has duas vero nationes à Deo in primis caſtigatas, atq; afflictas videmus, quæ olim florentiſſimæ fuere, quarum vna pertinax in negando Chriſto permanſit, altera aliquãdiu præ cæteris omnibus contendit. Illa eſt Iudæorum, quæ nulla maiori miſeria eſt oppreſſa, hæc vero Græcorum, quæ proxime ad miſeriam Iudæorũ acceſſit, quia proxime ad eorum impietatem acceſſerat. Quare ſi ipſe Chriſtus in cæteris Imperatoribus, Regibus, populis, & nationibus nunquam inultam tulit Vicarij ſui ſpreti autoritatem, ea interim perpetua ſucceſſione conſeruata, ſi tam ſeueris indicijs eorum inobedientiam caſtigando odioſos ſibi ſemper fuiſſe huiuſmodi conatus oſtendit; quanto in Principes Catholicos, qui ex illis originem fortaſſe duxerunt, qui non plus honoris Sedi Apoſtolicæ detulerunt, quam ipſi ab ea receperint.*

Qui ſuaſu impiorum hæreticorum, Sacerdotes ac monachos, vt otioſos, ſcandaloſos, & peruerſos eijciunt ac exterminãt, fundamẽtum Theologicum ac politicum totius reip. labefactant: Theologicum quia vt inquit Adou. Gual. lib 15. de ciuilis facultate. Adou. Gual. *Sacerdotes ſunt omni veneratione digniſſimi. Etenim aſſiduam erga Deum pietatem exercent, ei ſacra facientes, illum ſummis laudibus celebrantes, illi gratias diu noctuque agentes, ei ſua ſanctitate amici facti, ad eum in publicis calamitatibus ſtrudis orationibus, & ſacrificijs confugientes, pacem populis, & tranquillitatem imperant, cunctoſque homines ardenti caritate complexi, eos optimis diſciplinis præcipuè ſacris inſtruere, & Dei verbum paterno affectu, diuinoque ſpiritu inflammati, ad eorum ſalutem publicè prædicare non deſinunt. In priuatis vero colloquijs iuuentutem, populumque omnem à vitijs, à peccatis in quibus humana fragilitas perpetuo volutatur reuocantes, cœleſtique virtute expiantes ad veram æternamque beatitudinem dirigunt. Vt populi, qui eiuſmodi religioſis abundant, eoſque colunt, & reuerentur, verè beati dicendi ſunt, cum eorum potiſſimum ope Deo gratificari, & diuinam eius miſericordiam in præſenti, ac futura vita conſequi poſſunt.*

Politicum, quia certiſſimum eſt, populos Principibus, & vi, & numero potentiores eſſe: quamobrem, quando volunt, poſſunt à Principe deſciſcere, & tamen non deſciſcunt, quamuis duris vectigalibus oppreſſi: huius cauſa Religio eſt, quæ vna eſt in Principe, & in ſubdito: & Presbiteri, Fratres, Monachi (hi enim anima ſunt corporis) & Reipub. membra, dum eandem habent animam, à corpore deſciſcere non poſſunt.

Quare quando Principes male ſubditos tractant, religioſi cauſa ſunt, ne deſciſcant, imo cauſa ſunt feruentioris obedientiæ: namque concionibus, ac ſecretis cõfeſſionibus, ad bene agendũ eos hortantur, animos peruerſos ac malè colluctantes, bonos reddunt, & paradiſum, ac infernum ante fidelium oculos ponẽtes, omnes adhortantur, atque perterrefaciunt, ad Eccleſiáque eos proficiſci impellunt, in quibus dũ res ſacras audiunt, dum diuinis officijs vacant, dũ omnia ſacra intuentur, dũ lectores, ac concionatores auribus auſcultãt, dum deuotos homines, ac humiles viros inſpiciũt, futurum ſeculũ credunt, & hoc libentiſſimè deſerunt, ſi vero iniuria afficiuntur, in Deum

in Deum ſpem habent, eumque ſcelerum vltorem, ac præmiorum remuneratorem eſſe ſibi perſuadent. His,& alijs actibus animi ad ſequendam pietatem inflammantur; aliter Leone,ac teterrimis beſtijs eſſent peiores, cum eis nec ingenium,nec potentia,nec vires eſſent defecturæ : ſola ergo religio eſt Principum conſeruatrix.

Præterea bona Eccleſię ſunt omnibus Catholicis communia,quia multi Clerici illa participare poſſunt,& ſuſtentare vitã.Ingenio pręditi,& bonę indolis adoleſcentes,qui ob fortunæ incommoda ſtudia aſſequi minime poſſunt,Reip. Eccleſ. beneficio in ea incumbere valent,præſertim in monaſterijs; in quibus maximam nanciſcuntur commoditatem.Plerique vero tam nobiles,quam plebeij fructibus,& prouentibus canonicatuum , ac Epiſcopatuum viuunt , & ne familiæ nobilium pauperum in peius ruant, quæ Reip. corpus,ac gloria ſunt,hanc habent commoditatem pro ſecundis genitis,ac filiorum multitudine; & quia litteræ ad hos gradus præuiæ ſunt , hinc virtutis amor oritur in omnibus, hinc Cardinales,hinc ſummi Pontifices.Qua remota commoditate,nemo eſt,qui neſciat ſummos quoque gradus remoueri : nullus enim Cardinalis,nec Pontifex fuit ſine religione,quam non ſolum ob communem,verum etiam ob priuatam commoditatem vnuſquiſque fouere,& locupletare magnopere deberet;neque dicas , ego Laicus ſum , nec vllum negotium mihi eſt cum Eccleſia , nam nati , & natorum , & propinqui, & agnati,Eccleſiaſtici eſſe, priuataſque facultates in nihilum redigere poſſunt , non autem , quæ religioni tribuuntur,cum perpetuo maneant.

His adde Principes ſummorum Pontificum facultate ex decimis , & ex tertia fructuum & prouentuum Eccleſiaſticorum parte diuturna bella geſſiſſe apertiſſime conſtare, nullo ſacerdote obſiſtente; quare bona quæ Eccleſiæ donantur , ſunt Principum familiæq́, publicum ac æternum ærarium, cum ea alienari non poſſint,& nulli iacturæ eſſe obnoxia. Quæ bona proculdubio ſi aulicis & ciuibus donarentur , diſſiparentur , ac in ebrietatibus delitijſque inſumerentur.Quare nec poſteri nec virtute præditi ac ſapientes in quibus ſanitas orbis terrarum conſiſtit, neque publicæ neceſſitatis tempore,Principes ea à ſuis impetrare poſſent; quia ad rebelliones , coniurationes ac ſeditiones,graues impoſitiones ſeu collectiones, ciues incitarent.Quibus de cauſis *patrimonium Deo creditum, nec reſp. nec fiſcus inuadit, nec calumnia aliqua forenſis euertit: In tuto hereditas ponitur , quæ Deo cuſtode ſeruatur. Hæc eſt charis pignoribus in poſterum prouidere, hoc eſt futuris heredibus paterna pietate conſulere.* *Cyprianus lib. de opere & eleemoſynis.*

Præterea monachos ac ſacerdotes eccleſiaſticis prouentibus in ſcholis legere,in templis concionari,peccata audire,rem ſacram celebrare,monaſteria ædificare,religionem numeroſam reddere, cultui diuino vacare, non eſt otium,ſed ſummus ac fere intolerabilis labor. *Recte Saluianus libr.8. de guber. Dei ,ſacrilegij quippe genus Dei odiſſe cultores.ſicut enim ſi ſeruos noſtros quiſpiam cædat,non in ſeruorum vicem cadit,& ſi à quopiam filius verberetur, alienus in ſupplicio filij pietas paterna torquetur,ita,& cum ſeruus Dei à quoquam læditur.* *Saluianus lib. 8. de guber. Dei.*

ditur. Maieſtas Diuina violatur; & Anacletus Papa Epiſc. 1. dicit: *Iniuria Sacerdotum ad Chriſtum pertinet, cuius vice funguntur, otium venerabile exprobant, & ita ſunt iudicij expertes, vt non videant, dum illud otium damnant, neceſſe ſit etiã manus Moſis, qui cæteris pugnantibus, Deum in monte inuocabat, damnare; damnabitis, vt inquit Anneus Robertus lib. 1. cap. 2. rerum iudicatarum otioſas, & inutiles ambas illas Moyſis palmas, quibus quieſcentibus, & demiſſis infeliciter pugnabatur. Exod. 17. continuo ad Deum eleuatis Iſraelitæ victoriam reportabant. Imperator Conſtantinus reſcribit, magis religionibus, quam officijs, & labore corporis, vel ſudore Remp. contineri. Lupus Abbas Ferrarienſis ad Carolum Regem de Monachis ſuis reſcribens, qui indeſinenter vobis in diuerſa occupati, pro ſalute, ac proſperitate veſtra excubant, Monachos, quos Diuus Aug. de oper. ad Monac. laborioſos vocat, illi otioſos appellabunt.*

Anneus Robertus lib. 1. c. 2 rer. iud.

4 Quia vis religionis bonæ aptior eſt ad dominia ſtabilienda ac conſeruaeda, quam arma, quia religio voluntates ſub vno Principe vnit, ac connectit, nullusque aduerſari audet, ijs quæ ſacerdos auctoritate prædictus affirmat.

5 Quia ordinem in Rep. ſeruare tenetur: *ordo autem hoc in primis requirit, vt ſuo quidque loco ſtatuatur, vt Deo ſuus cultus, Principi ſua obedientia, legibus ſua autoritas, æquabilis omnibus iuſtitia adminiſtratio, Eccleſiaſticis ſua dignitas, nobilibus ſuus honor, plebeis, & infimis ſua immunitates, delinquentibus pœna, benemerentibus præmia, ipſi denique Reip. amplitudini, quod ſuum eſt, tribuatur.*

Tydimus Veridicus in Apolog pro Rege Cathol. Phil. II.

Cuncrus de offic. Princ. Christ.

6 Quia quatuor præcipua mala hæreſis affert, duo ſpiritualia & duo politica. *Primum igitur, quod ſummum malum eſt, aperte ſcriptura proclamat, quod qui talia agunt, (quibus Paulus hereſes annumerat) regnum Dei non conſequentur. Sicut in Apocalypſi vidit Ioannes Apoſtolus, quod apprehenſa eſt beſtia, & cum ea Pſeudopropheta, & hi duo viui miſſi ſunt in ſtagnum ignis ardentis ſulphure: quæ enim hæc eſt beſtia, niſi ſicut ex totius illius argumenti circumſtantijs prudenter aduertit Auguſtinus, Babylonica hominum colluuies, qui non ſecundum Deum, ſed ſecundum hominem viuunt: Pſeudopropheta vero non alios quàm magiſtros erroris deſignat, quorum princeps & caput futurus eſt Antichriſtus, quos alibi per equum pallidum Ioannes inſinuat, quem infernus ſequitur. Secundo hæreſis eſt dura, & rebellis quædam infidelitas ac blaſphemia in Deum, qua videlicet Catholicum, id eſt, verum Dei verbum, & ſponſa Dei blaſphematur, adeoque magnum in regno malum, quo Dei Maieſtas, cuius ſolius gratia Reges fœlliciter regnant, tam grauiter læditur & offenditur. Tertio pacem, qua nihil regno ſalubrius eſt, vnitatem, & concordiam aufert de terra, ſerit odia, contentiones, inuidias, calumnias, ſuſpiciones malas, prælia, & opiniones bellorum, quibus nihil regno poteſt infelicius contingere. Quemadmodum enim in familia ſi præter legitimam vxorem meretrix introducatur, pudenda & miſeranda ſequitur familiæ confuſio, multo peior & grauior in regno naſcitur, vbi ſancta & Catholica Chriſti ſponſa hæreſis eius inimica miſcetur. Quarto, cum omne regnum quatuor velut nobilioribus & præcipuis membris conſtat, capite videlicet ipſo, qui Rex eſt, deinde eccleſiaſtica hierarchia, nobilium ordine, & honeſtorum ciuium politia: omnibus his quaſi præſentiſſimum venenum eſt hæreſis, quæ non quieſcit, donec omnia ſubuerſa ſunt, tum ob iram Dei, qui criminis impietate*

Ad Gal. 5.

Apoca. 19.

D. Aug. de ciuitate Dei.

Apoca. 6.

impietate offenſus regna deſerit, tum etiam ex ipſa malitia & impudentia mali, quod non ſolum fidei, ſed omni bono videtur aduerſari. Nam quod ad Coronam & Principatum attinet, ſemper ab initio viſum eſt, quod per ſuperſtitioſos errores, per idololatriam & hæreſes, Reges ſedibus ſuis deturbati ſunt, & regna ipſa euerſa, & funditus eradicata, exemplo nobis ſunt in ſacris literis: Primum quidem, regnum decem tribuum in Samaria, vbi nulla ab initio, quo à vero Dei cultu deflexerunt, quiet fuit, ſed velut contra eos pugnante Deo miſerrimè nunc ab hoc, nunc ab illo afflicti ſunt: donec tandem ſine vlla ſpe redemptionis extincto & ſubuerſo regno dura ſeruitute in Aſſyrios tranſlati ſunt: quos cum regnum Iuda imitaretur, ſimilem ſub Nabuchodonoſor per ſeptuaginta annos calamitatem, miſeriam, ſeruitutem, deſtructo regno & templo ſunt experti: & quod ad noui teſtamenti exempla pertinet, quis ignorat Orientalis imperij tota Aſia & Aphrica florentiſſimi quæ perditio fuerit, quis florem illum depaſtus ſit, quis virorem illum abſtulerit, niſi aper ille de ſilua, de quo propheta. Exterminauit eam aper de ſilua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam, hæreſis videlicet, vineam illam electam, cuius totus orbis odore & fructu recreabatur. Nam per Arrium & ſequentes hæreticos ampliſſimæ illæ ſedes euerſæ ſunt, quæ nunc conculcantur à gentibus quæ ignorant Deum, quorum regnorum ſicut olim Hieroſolymitanis interitus, certiſſimum diuinitus omnibus regibus argumentum & exemplum propoſitum eſt, quem tandem exitum regna omnia habitura ſunt, quæ hæreſis communione polluuntur. Sicut è diuerſo proſperitas, qua Dauid, Salomon, Ezechias, Ioſias, & alij fœliciſſimè regnauerunt, pijs omnibus principibus exemplo eſt, pacem & proſperitatem ijs tantiſper futuram, donec veram ſuperſtitionem & impietatem; quæ vero Dei cultui contrariatur, procul à limitibus ſuis arcere & eliminare ſtuduerint: ſic enim à Conſtantino primo ſanctiſſimo Imperatore in omnibus, qui ſecuti ſunt, manifeſte patuit, quod quam diu & quoties ſolam Catholicam Romanæ Eccleſiæ fidem tutati ſunt, magna Deo dante fœlicitate, clariſſimis victorijs vſi ſunt, & è diuerſo qui hanc vel neglexerunt, vel in parte contempſerunt, exitus infeliciſſimos habuerunt; quemadmodum ex Euſebio, Theodoreto, alijſque tam prophanis quàm Eccleſiaſticis hiſtoriis ſolidè & dilucide per alios ante nos ſæpius oſtenſum eſt: quibus illud accedit; quod malum iſtud etiam ipſis principibus præſumptuoſa, & impudenti quadam audacia, ſi boni ac pij ſunt, non deſinit inſidiari, vt vel eos authoritate ſua deiiciat, vel in conſenſum & communionem ſuæ impietatis pertrahat, ſic vt cum viribus adhuc caret, ſubdolis precibus, adulationibus, lenociniis, importunis, moleſtis, impudentibus inſtantiis, & ſolicitationibus etiam fortiſſimos principes fatigent & frangant, quaſi Dalila, quæ ſpatium ad quietem Samſoni non tribuebat. Cum vero numero & viribus creuerit, etiam proteruè quod volunt extorquent: vnde Paulus hæreticos apertè vocat proditores, parentibus inobedientes, proteruos, &c. quorum venenata lingua & rebellione, prouincias in ſolitudinem redigi videmus. De quibus Valentinianus aliquando conqueſtus eſt, quod obſtinatè legibus imperialibus reſiſterent, ac animi ſui impotentia obſequerentur. Quamobrem glorioſi nonnulli principes ad regna vocati, potius illis renunciare, quàm hæreticis in ſua perfidia manſuris imperare maluerunt, ſicut de Ioniniano legimus, quod ab exercitu, quem poſt mortem reliquerat Iulianus Apoſtata, cum eſſet Cæſar & Imperator electus, ille nihil veritus, non poſſum inquit, cum ſim Chriſtianus, eiuſmodi hominibus imperare, ne-

Quatuor reipublicæ membris hæreſis noxia.

3. Reg 17. D. Thom de Regimine Principum.

Pſal. 79.

Iudic. 16.

Theodoritus libro 4. ca 7.

Theo. lib. 4. cap. 1. *que regere Iuliani exercitum, qui tam peſtifera doctrina preceptis imbutus ſit. Nam qui ſunt ita inſtituti, hi diuina deſtituti prouidentia, tum ab hoſtibus facile expugnari, tum eiſdem materiam ad lætitiam præbere ſolent: quibus auditis, milites clamarunt, ſe etiam Chriſtianos eſſe, & a vera pietatis doctrina per Iulianum non eſſe deductos, propterea ne animus tibi (inquiunt) O Imperator, vlla aſtuet dubitatione, neque imperium, tanquam improbum deuites. Quod etiam de clariſsimis nonnullis Poloniæ Regibus legitur, qui bohemiæ gubernacula etiam rogati, propter hæreſim, ſuſcipere renuerunt, dicentes, ſibi licitum non eſſe, authoritatis ſuæ tutela regno hæretico præeſſe, cuiuſmodi aptiſsime per ligna illa ſyluestria præfigurari dicere poſſumus,* Iudic. 3. *quibus cum oliua, ficus & vitis imperare nollent, eorum tandem Rhamnus gubernacula ſuſcepit, ſignificante ſpiritu Sancto, Chriſtianis Principibus indignum eſſe, ſolutis & incircumciſis huiuſmodi filijs Belial ſic permanentibus imperare. Quibus non alius melius congruit, quam ſicut in Belgia videmus, is à quo ignis egreditur, qui cunctos deuorat.*

De Eccleſiaſtica Hierarchia. *Iam vero de Eccleſiaſtica Hierarchia, quæ alterum eſt Reipublicæ membrum, & loco cordis haberi debet, quid dicemus, an ab hæreſi tutam fore credimus? Nam hanc quaſi præcipuum hoſtem, hæreſis ex profeſſo directe impetit, & omnia quæ poteſt tela nequiſsima, quo penitus extinguat, in illam conijcit, ſciens illa incolumi ſe perſiſtere non poſſe, quæ ipſum initium ſuum, ex inobedientia & rebellione contra ſacrum hunc principatum auſpicatur, & vt melius ſuam nequitiam ſtatuat, hunc omnibus conuitijs, opprobrijs, contumelijs, blaſphemijs, obtrectationibus, mendacijs, calumnijs, ludibrijs & amariſsimis illuſionibus inſectatur, & quando vires accepit, grauiſsimis perſecutionibus vt penitus deleat, eum premit: hinc exilia, bonorum rapinæ, ſuſpendia, & olim apud gentes inaudita ſupplicia, quæ pijs huius ordinis viris per hæreticos illata legimus & vidimus: quod tanto promptius ab his qui nunc graſſantur, ſi tolerentur, expectari poteſt: quoniam omnes iſti mundam il-* Malach. 1. *lam hoſtiam, quæ quotidie in Eccleſia placatur Deus, cui ſacer ordo potiſsimum dicatus eſt, implacabili odio deteſtantur, abominantur, conculcant, ferre non poſſunt. Norunt interim pij Principes, quam ſacer hic ordo Regno ſuo ſit neceſſarius, vtpote ſine quo nulla ſunt ſacramenta vel ſacrificia: nemo Chriſtianus eſſe poteſt, cuius diurnis ac nocturnis precibus, ac ſacroſancta oblatione Deus regno conciliatur: ſciunt quantum ex eo ſplendoris & authoritatis regno accedat, per quem populus in obedientia regibus digna continetur, qui etiam imperitis idiotis, pauperibus, & egenis non paruo ſit ſolatio. Videant igitur quantum bonum in regno perdant, qui hæreſim huic ordini contrariam tolerant: ſiquidem nihil iuxta ſcripturas poteſt infœlicius populo* 2 Paral. 15. Oſee 3. Daniel 8 9. Mat. 24. *contingere, quam ſicut Propheta propter peccata comminatur: quod aliquando ſedeat abſque Deo vero, & abſque ſacerdote, abſque doctore, & abſque Lege, ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine Ephod, id eſt, ſacris ornamentis, & ſine theraphin, id eſt, ſacris memorijs & imaginibus, Sic enim auferitur regnũ Dei, & ſequitur abominanda deſolatio, quam grauiſsimè timendã ex Daniele Dominus ipſe denunciat.*

De nobilium ordine. *Sed fortè nobilium ordini, quod tertium eſt in regno membrum parcet hæreſis? credo equidem tantiſper donec ſine viribus tantum, lenocinijs & adulationibus ſe proficere poſſe conſiderat. Cæterum quia malum hoc plane ambitioſum, ſuperbum, elatum, tumidum eſt, merito generoſi viri ſuis honoribus ex hoc quando vires accipit, timere debent. Intelligit etiam aſtutus ſerpens, hos maximè ſuis conatibus, ſi quid contra paternos*

mores

mores attentet, poſſe reſiſtere, qui clariſſimorum parentum virtutem (quam hæreſis oppugnat) ſanguini impreſſam habent, & quaſi natura ſequuntur: propterea rebus ſuis minime conſultum hæreſis arbitratur, niſi veteri ſublata nobilitate, ſola cum minimis de plebe viris temerariis, quos ſibi facile ſubditos habet, dominetur. Ideoque quaſi natura huius mali ita comparatum eſt, vt ſicut de Roboam legimus, de extremis populi miniſtros & officiarios ſuos promoueant, quo liberius & ſecurius regnent. 3. Reg. 12.

Quartum regni membrum eſt honeſtiorum ciuium politia, quod nequaquam ſibi perſuadere debet, nihil ſibi nocituram hæreſim: eſt enim, ſicuti Apoſtoli teſtantur, perquam cupidum & auarum hoc genus hominum, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia, qui ventri ſuo ſeruiunt, & in auaritia fictis verbis de populo negotiantur, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij, derelinquentes rectam viam & ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit: atque hac ratione ſicut Dominus Scribis & Phariſæis obijcit, comedunt domos viduarum, & deuorant plebem Domini, quorum improbitatem quia Corinthij ſuſtinebant, graui ſarcaſmo denotat eos Paulus, libenter inquit ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes: ſuſtinetis enim ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollitur, ſi quis in faciem vos cædat. Deinde quoniam prauum eſt hoc malum, omnem probitatem & honeſtatem odit, & ſuſpectam habet, quare vbi principatum gerit, ne honeſtos quidem ciues recipit vel patitur: quemadmodum Ioannes Apoſtolus de quodam teſtatur, ſcripſiſſem inquiens forſitan Eccleſiæ, ſed is qui amat primatum gerere in eis Diotrephes, non recipit nos, propter hoc ſi venero, commonebo eius opera, quæ facit verbis malignis, garriens in nos, & quaſi non ei iſta ſufficiant: neque ipſe ſuſcepit fratres, & eos qui ſuſcipiunt prohibet, & de Eccleſia eijcit, indignam ſignificans hæreſis prauitatem, quæ etiam ſanctiſſimos viros non patitur. Ex quibus omnibus quis obſecro non conſiderat & intelligit, ex tolerata hæreſe, nihil aliud in regno quam totius regni ſubuerſionem expectandum eſſe? quod tamen proprius ex noſtri temporis hæreticis conſpici poteſt. Præcipua enim ſectarum, quæ apud nos graſſantur, capita ſunt, vel Caluiniſtarum vel Anabaptiſtarum, vel Libertinorum. Caluiniſtarum vero, ſicut ex ſcriptis & factis eorum conſtat, id manifeſtè habet profeſſio, vt quidquid eſt Pontificium vel Papiſticum, ſicut vocant, id eſt, verè Catholicum & Eccleſiaſticum, quacumque poſſint ratione, demoliri & eradicare ſtudeant. Furor autem Anabaptiſtarum, quantumuis nunc diſſimulent, & velut catuli Leonis dormitare videantur, patuit exemplis, quæ Munſterij, Amſterodami, atque in Friſia parentum memoria edita ſunt. At Libertinis nihil peccatum eſt (niſi quod peccatum quis æſtimet) quibus inceſtus, fraudes, furta, homicidia, modo occultari poſſunt, nugæ & luſus reputantur. Vides igitur candide lector, quàm varia, quàm grandia, quàm noxia mala hæreſis in Republica parias: tanta videlicet, vt non immerito ſcribatur, habere ſuper ſe Regem Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem ἀπολλύων & latinè habens nomen exterminans; quoniam nihil ſaluum & incolume relinquit, ſed vt bruchus & locuſta cuncta deuaſtat.

De ciuium politia. Ad Tit. 1. Ad Rom. 16. 2. Petr. 2. Matth. 23. 2. ad Cor. 11. Ioannis Epiſtola 3. Tria capita graſſantium hæreticorum. Apoc. 9.

7 Quia regimen œconomicum prorſus euertit. Nam *nihil vero hic aliud expectare debemus, quàm corrixationes, contentiones ac iurgia; ex mira diſcrepantia morum factorumque. Nempe vxor Catholica diebus Veneris carnibus abſtinere velit,*

Ioãnes Leuſeus de vnica religione cap. 5.

re velit, piſces parabit ſibi; maritus aut idem cogetur edere, cum erit aliud nihil parati, aut certè offenſus alio diſcedere compelletur. Rurſum cupiat vxor, iuxta præceptum Apoſtoli, noctis vnius à thoro ferias, vt vacare orationi poſſit inſtante ſolemni feſto: ille verò hoc, vt muliebrem ſuperſtitionem, feſtorum dierum contemptu derideat. Illa ieiunandum ſibi putet ex præcepto Eccleſiæ matris: hic contra ad ingluuiem cogat ſtimulis cupiditatis incitatus. Illa ſanctorum imaginibus, propter eorum quos repræſentent amorem ac venerationem, delectetur: hic deteſtetur vt cultum idolorum. Idcirco enim Theophilus Conſtantinopolitanus imperator Iconoclaſta, cum ex fatuo quodam vxorem ſuam Theodoram imagines habere ſuſpicatus eſſet, in eam eſt vehementer inuectus: ſed iracundiæ flammam prudens mulier temperauit; pupas enim pulchras, quas ſe vidiſſe apud dominam fatuus dixerat, in ſpeculo fuiſſe perſuaſit collucentes intuentium effigies. Clothildis filia Clodouei, fratribus id agentibus, nupſerat Almarico Wiſigottorum regi: ſed cum hic eſſet Arianus, illa in Catholica religione educata, nullus eſſe potuit mutuus amor, pax nulla. Deteſtante quippe marito aduerſam ſuæ impietati religionem vxoris, & in eam ipſe ſæuiebat, & ſubditis quoque ſuis faciebat eam affligendi poteſtatem: non ob aliud quàm quia viri ſui nollet religionem amplecti. Hæc igitur ſic oppreſſa iniquiſſimi viri iugo, ad amicos Galliæ reges confugit, plena querimoniarum. Quibus illi commoti, mox expeditis ad bellum armis, Almarici regnum vna cum perditiſſima religione ſubuerterunt. Eudoxia neptis Theodoſij, ſedecim annos in Aphrica cum Honorico viro ſuo iam peregerat, Hanc enim ille, Romam ab ea vocatus in auxilium, ſecum ſpoliata Roma duxerat in Aphricam: ſed quoniam Arianus ille, hæc Catholica erat, fecit religionum aduerſitas, vt huic eſſet cum illo amara cohabitatio. Itaque exitu ſemel reperto, fuga elapſa eſt, ſeque Hieroſolymam contulit, nec multo poſt diem clauſit extremum. Et quis exempla omnia quæ faciunt, breui poſſit oratione complecti? Satis ſit hoc loco perſpicere, certam hanc eſſe diſcordiæ in familia cauſam ſi coniux coniugi ſtudio religionis aduerſetur. Quonam enim animo virum cenſemus laturum eſſe, ſi multis in rebus non obtemperans mulier, religionis ſe ſuæ prætextu muniat, aſſeratque etiam fieri ſic oportere? Quid? quod noua huius ætatis religio ita eſt ad diuortium facilis, vt etiam poteſtatem faciat diſcedenti aliud inire coniugium? Quæ ex re quantum naſcatur diſſolutionum turbarumque in familijs aliquot, diuerſis locis, exempla declararunt. Recordamini (inquit Optatus lib. 3.) quomodo à vobis tam dudum matris eccleſiæ membra ab inuicem diſtracta ſunt: non enim vnamquamque domum ſtatim ſeducere potuiſtis; ſed aut iuit vxor & reſedit maritus; aut parentes ſeducti ſunt, & filij ſequi noluerunt; aut ſtetit frater, ſorore migrante: perſuaſionibus veſtris diuiſa ſunt corpora & nomina pietatis. Et non potuiſtis prætermittere quod legitimum eſt. Vtique dixiſtis: Pax vobiſcum, cum Deus contra: Pax? & vbi pax? Quod eſt dicere: Quid ſalutas, de quo non habes? Quid nominas, quod exterminaſti? Pacem igitur exterminat ſubintroducta noua religio: quam ſi in familijs eſſe non ſinit, nec igitur in Repub. eſſe patietur.

Apud Zonaram.

Procopius belli Gotici lib. 1.
Eemylius in Childeberto.

Niceph.

Idem cap. 6.

3 Quia ad perturbandam remp. nihil valet magis, quam commentitiæ religionis introductio, vt idem affirmat. *Vehemẽter autẽ hoc ad ciendas diſcordias, ideoque ad reſpublicas perturbãdas euertendaſque facit, ſi vna multis iam ſæculis religione*

ligione ſuſcepta, ſeruata, comprobata, noua quapiam ſubintroducatur, & ea quidem prioris æmula, eidemque ex profeſſo aduerſatrix. Nam quæ res familiam vnam, eadem, cum in maioribus paulo rebus acciderit: rempublicam etiam ipſam euertere ſolet. Nihil verò ad familiam perturbandam euertendamque vehementius, quam ſi præter legitimam coniugem concubina aduocetur, eaque pari in honore & libertate authoritateq́ue habeatur. Neque enim conquieſcere poteſt maritalis ille zelus, & ſtudio huic vel illi placendi familia diſtrahitur, colliditurque diſſidijs. Quapropter inter antiquas Numæ Ponpilij leges, reperitur inhibitus concubinis templi Iunonis ingreſſus: ad ſignificandas offenſiones matronarum (quarum eſſe illa peculiariter dea putebatur) ſi quando fuiſſent à maritis parem in honoris locum concubinæ receptæ. Quis iam neſciat religionem Catholicam Romanam, per tot annorum centurias, tam multis ab gentibus obſeruatam, tot à regibus ſuſceptam atque defenſam, tam innumerabilium ſanctorum & literis, & confeſſionibus, & ſanguine ipſo illuſtratam, tot miraculis roboratam, toties tam grauiter oppugnatam, & ſemper tamen inuictam? Hanc igitur quis dubitet vera legitimaque coniugis loco ſolam quaſi Reipub. brachijs quibuſdam amplexandam eſſe? Huius proinde ſi cum offenſione grauiſſima, maximaque iniuria alia huic repugnans, noua, prius incognita, laſciua & inſolens, velut concubina ſuſcipiatur & colatur, nihil profectò mirum videri debet.

Et vt inquit Ioſeph Stephanus *ad perturbandam ſubuertendamque remp. nihil magis valere poteſt, quam ſi vana & commentitia religio inducatur. Quemadmodum ad familiam perturbandam ac euertendam nullum bellum vehementius eſſe ſolet, quam ſi neglecta priore vxore, concubina introducitur, ipſaque domi maiore in honore & auctoritate ſit.*

Ioſeph Stephanus de bello ſacro religionis cauſa ſuſcepto ad lib. Machab. c. 1. lib. 1.

8 Quia in Iudaico ſtatu diuerſæ fidei homines non tolerabantur, ergo multo minus in lege Euangelica, quæ eſt perfectior tolerari non debent, vt inquit Henricus Lancelottus. *Quæro enim abs Geuza, an minus ordinatus eſſe debeat Eccleſia Chriſtiana, quam Iudaicæ ſtatus? Minime gentium? quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, Ioan.* 1. 17. *Iam vero dum apud Iudæos vera florebat Religio, illicitum, erat Regibus, diuerſæ fidei buccinatores in pop. tolerare, aut fidei libertatem impertire, quinimo ſtatim interficies, ait Dominus Deuter.* 13. 6. *quod idem de ijs mandat, qui Sacerdotis iudicio ſtare detrectant, Deuter.* 17. 12. *quales omnes ſunt hereſeos & ſchiſmatis rei. Multo ergo minus Reges & principes Chriſtiani, qui ſedent in ſolio iudicij, vt diſſipent omne malum (Prouerbiorum* 20. 8.) *hanc pernicioſam admittere poſſunt libertatem fidei ac Religionis: pernicioſam dico ob peruerſionis periculum, dum modicum fermentum totam maſſam corrumpit, ad Galat.* 56.

Henricus Lancelottus. in lib. cui tit. Catholicum quare per Hæreticum quia 2. Quare reſp. 4.

Deinde fides ſaluifica non eſt, niſi vna fides, vnum baptiſma Epheſ. 4. 5. ergo qui conceſſerit libertatem credendi, libertatem concedet errandi; & in re quidem omnium grauiſſima, qualis eſt fides ſperandarum ſubſtantia rerum, atque adeo fundamentum ſalutis æternæ: Hoc autem malum populo ſalubriter arcere Rectores debent, ſicut ouibus ſalubriter præcluditur periculoſa per montes vagandi libertas.

Accedunt tertio perpetuæ publicæ Regnorum, ac prouinciarum paci inimicæ,

diſſen-

diſſenſiones ad certiſſimum Rerumpub. interitum, ac deſolationem tendentes Luc. 11. 17. has quippe vti hæreſes omnes adducunt, ita nunquam potuerunt, poſſunt, aut poterunt conciliari Religione diſſidentium animi, certo, id conſtantibus varijs pacificationibus. Antuerpienſi, Anſtelredamenſi, Harlemenſi, Burgenſi, &c. Sæpe & fruſtra in Belgio inter Catholicos, & confratres veſtros Genzios attentatis de quibus plura deprome ex anatomia noſtra Chriſtiani deformati, verſ. 3. ſect. 3. dub. 2. Moral.

Andreas Maſius in Ioſuam c. 22.

9 *Quia religionum confuſio diſſipat Eccleſiæ conſenſionem, quod eius eſt præcipuum inſigne & ſine quo nulla eſſe poteſt.* Et idem autor ex nouæ religionis introductione penuriam omnium rerum ſecutam eſſe obſeruat. *Vetera autem dogmata à certis & ſanctiſsimis viris accepta, & poſteris tradita, ſubuerſum à quo vis pro libidine eunt ur. Animaduertimus inquam, imo vero luculenter videmus, in annos ſingulos minui terræ & agrorum prouentus: creſcere pretia rerum omnium: ipſius etiam cæli faciem fieri triſtiorem: auras peſtilentiores, atque omnino omnia in peius mutari.*

Et vt inquit Thomas Bozius. *Quare vaſtitates, ac ruinæ temporalium naſcuntur ob defectum religionis, ſapientiæ, & amicitiæ Dei, à quo ſunt, mouentur, conſeruantur, augentur cuncta, vt ipſum quantum ſert eorum natura participent, & idcirco reducantur in ipſum, à quo omnis boni multiplicatio, & perpetuitas emanat. Ac in Gallia, & Germania miros tumultus obortos, multas coniurationes initas, multos exercitus profligatos, multas vrbes direptas, multa templa diruta, multum ſanguinem effuſum, multa inhumana perpetrata ob defectum religionis omnes non ignorant.*

Horatio Spanochi.

10 Quia religionum varietas, infinita mala, ſed tria præcipuè gignit, vt ait Horatius Spanochius. *Il primo è che introduce vna capitale perſecutione che fa continouamente lo ſtato ſecolare al ſtato Eccleſiaſtico, da che è neceſſario che naſcano altri diſordini, com' il priuare d'ogni autorità il foro Eccleſiaſtico, de veſcoui, è mettropolitani il profanare le chieſe, torre i beni delle chieſe, denegare gli alimenti à Sacerdoti, impedire l'eſſatione delle decime, permettere le perſecutioni de preti, & finalmente laſciar impunita ogni ingiuria, che ſi commetta contra Dio, contra il proſſimo, e contra l'anime proprie. Il ſecondo è che la diuerſità di queſte ſette produce tra populi ſteſſi perpetue riſſe, & immicitie; le quali non ſolo penetrano nelle prouincie, nelle città, & nelle caſe ancora fra il padre & figlio, & tra marito & moglie, ſenza alcuna ragione d'honeſta, & officio di huomo ciuile, non che di pietà & carità chriſtiana. Il terzo è il permettere quella ſettà la libertà della conſcienza tanto contraria alle leggi Diuine, di natura, degli huomini, & dello ſteſſo regno, la quale non ammettendo alcuna oſſeruanza, ſe non quella che gli detta le loro sfrenate voglie, giuſte o ingiuſte chriſtiano diſprezzano ſino alli proprij editti Regij.*

Alphonſius Salmero in Euangelicam hiſt. & in acta Apoſt. tom. 8. tract. 36.

11 Ne malorũ quæ ab hæreſi proficiſcuntur, culpã in ipſos Principes populi transferant. Nam à malis Principibus omnia mala deriuari videntur. *Miſſi ſunt ergo miniſtri, vt apprehenderent Ieſum, id eſt, viuum vel mortuum adducerent, & comprehenderent incomprehenſum, & vt ligarent ſalutem ne diffunderetur, & Euangelium, ne propagaretur, & vitam ne viuificaret, & ſolem Iuſtitiæ ne ſplendeſceret. Inſtruimur ex hoc loco omne malum oriri ex malis principibus? Sicut omne bonum à bonis. Vnde apud Danielem legimus de Babylone: Egreſſa eſt iniqui-*

iniquitas à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Et vt Ethnicus quidam dixit.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achiui:

Suffigitur cruci Chriſtus: ſed à Principibus: vnde dixit Pilatus: Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi. Decollatur Ioannes Baptiſta in carcere: ſed ab Herode. Conicitur in dolium olei feruentis Apoſtolus Ioannes; ſed à Domitiano. Occiditur Iacobus; ſed ab Herode Agrippa; ſicut innocentes ab Herode infanticida. Interfiumtur Petrus & Paulus; ſed à Nerone. Percuſſa eſt Ægyptus; ſed propter Pharaonem? Capta & deſtructa Babylonia à Rege Cyro, ſed propter impietatem Balthaſaris. Helias patitur perſecutionem Reginæ Ieſabelis: Naboth lapidibus obruitur, propter Regem Achab. Eſaias per medium diſſectus eſt, ſed per Manaſſen: Ieremias percutitur, ſed Phaſure: idem flagellatur etiam, ſed à principibus: Daniel in lacum leonum à Dario Rege mittitur: Michæas accepit alapam, propter Ioſaphat. Vrias fidelis cædi expoſitus, iuſſu Dauidis: Si principes proſpicerent, non audiremus tot blaſphemias Chriſti, & ſanctorum; non deſpicerentur templa, & Sacerdotes, non ſeminarentur tot hæreſes; non ederentur tot libri peſtiferi; non conſpicaremur tot Apoſtatas à ſuis religionibus; ac ad caſtra hæreticorum transfugas; grauius & acerbius punirentur infanda Sodomorum flagitia; non eſſet venalis iuſtitia; non eſſent immortales lites; non ſe ingereret Ozias; non murmurarent; aut litigarent Chore, Dathan, & Abiron: non ambiret Iaſon; non viderent Giezi, non emeret Simon Magus, non eſſent tot factiones & ſeditiones in ciuitatibus: & moderationem acciperent pompæ, & exceſſus: Eccleſiaſticorum abuſus corrigerentur; omnes denique in gradu ſuo, & vocatione reformarentur.

12 *Sicut in corpore Domini Ieſu dum pateretur, non potuit fieri diuiſio, nec aliquod os confringi; ita in corpore eius myſtico, quod eſt Eccleſia, non poteſt eſſe diuiſa fides: vna fides inquit Paulus, vnum Baptiſma, vnus Dominus.*

13 *Quia vetuſtas nouitati præferenda eſt, vt pulchre docet Vincētius ille Lyrinenſis, quæ vetuſtas non tam ſacrarum litterarum monumentis, quam concordi & patrum conſenſu conſtat: In ipſa (inquit Vincentius) Catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, vt id teneamus quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt. Hoc eſt vere proprieque Catholicum; Hoc indubie fiet, ſi ſequamur vniuerſitatem, antiquitatem & conſenſionem &c.*

14 *Quia multa in Euangelio ſunt ex quibus conſtat Chriſtum vnam ſedem mandaſſe, vnam ac multiplicem prohibuiſſe. Ac primo voluit, vnam tantum eſſe Eccleſiam, vnum ouile vnum paſtorem, vnum baptiſma. Hæc autem ſine vnitate fidei conſiſtere non poſſunt. Secundo voluit diſcipulos ſuos attendere à falſis Prophetis: at in multiplici religione neceſſe eſt, alios eſſe veros, alios falſos prophetas: ergo ſi hi excidendi ſunt, fides vna retinenda eſt. Varia explodenda. Tertio voluit Eccleſiam ſuam eſſe perpetuam, cui omnes inferiorum poteſtates reſiſtere non poſſint; at perpetua eſſe non poteſt, ſi vna omnium fides non ſit, quod ipſe teſtatur Lucæ 11.17. Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur &c.*

15 Quia ſunt Deo ac naturæ iniurij, pacis publicæ turbatores, & hoſtes Catholicorum vt Abrahamus Bzouius affirmat. *Hinc educo quatuor præcipue rationes, propter quas non ſunt tolerandi hæretici. Prima eſto. Hæretici quo-*

Quid Ieſum velle comprehendere.
Daniel 3.
Malorum principum incommoda.
Horatius ep. lib. 1. ep.
Ioan. 18.
Matth. 14.
Act. 12.
Matth. 2.
Exod. 8. 9. 6. & 11.
Dan. 5.
3. Reg. 15.
Infra 21.
Erem 20.
Infra 37.
Dan. 6. & 14.
3. Reg. 22.
Reg. 11.
Quæ quanta pariant mala principum negligentia & ſocordia.
2. Paral. 26.
Num. 16.
Act. 8.
Petrus Bacherius in omnes ep. quadr. hom. ſer. 2. poſt 4.
Rom. 4.
Idem.
Vincentius Lyrinenſis.
Martinus Becanus opuſcul. Theol. opuſc. Med.
Abrahamus Bzouius concion. Dom.

toiius anni- *cumque nomine cenſeantur, iniurij ſunt diuinæ maieſtati: Namque ſacras Dei ædes,*
tom. 1. Conc. *vel demoliuntur, vel in ſtabula conuertunt, atque omnia ſacra proculcant. Itaque*
3. Dom. 5. *non tolerandi, ſed præinquirendi, & vel ſuadendi, vel plectendi: Iuſſit Deus, educ*
poſt Epiph. *Blaſphemum extra caſtra, denique prophetam, imo & ciuitates etiam integras, iuſſit*
Deut. 13. *occidere, vel ſuccẽdere, ſi fuerint tales. Quadringẽtos & quinquaginta prophetas Baal*
S. Reg. 23. *extinxit Achab ad inſtantiam eliæ. Secutus exemplũ Achabi Ioſias, ſacrificulos Baal*
in ore gladij percuſſit, omnemq; iniuriam Maieſtatis diuinæ vltus eſt. Nabuch quo-
Daniel. 5. *que licet gentilis hoc edictum promulgauit; A me, inquit, poſitum eſt hoc decretum,*
vt omnis populus, tribus & lingua, quæcunque locuta fuerit blaſphemiam, contra
Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago diſpereat & domus eius vaſtetur, &c.

Secunda quia hæretici quocumque nomine cenſeantur, iniurij ſunt naturæ, & pudori. Namque autores ſcelerum, vel à ſuis nuncupantur, itaque non tolerandi, ſed plectendi, &c.

Tertia ratio cur non tolerandi hæretici, quia pacis publicæ olim turbatores, &c.

Quarta ratio quia hoſtes Catholicorum, in quos quando poſſunt ſemper ſæuiunt.

Idem hom. 16 *Quia apud omnes gentes, tales fanatici coerciti & puniti. Græcos vides? Re-*
4. poſt vlt. *peries, Socratem & Protagoram damnatos: Anaxagoram & Ariſtotelem accuſatos*
Conc. 1. *nouæ religionis. Athenienſes, eos qui verbulum modo effarentur præter leges de Dijs receptas ſine vlla venia puniebant. Romani Ædilibus iniunxerant, vt ſacra externa vetarent & eliminarent. Iudæi ita duri, vt ne habitationem cuiuſque à Patria religione diſſidentis admitterent. Moyſes vituli cultores internecione deleuit. Iſraëlitæ Rubenitas & Gaditas propter altare erectum diſperdere cogitabant. Reges illi cogitabant. Baal trucidabant, lucos ſuccendebant, aras demoliebantur templa diruebant. Inter noſtros Chriſtus monet. Attendite à falſis prophetis, qui extimè oues ſe fingunt, intime lupi rapaces. Paulus Hymenæum & Alexandrum tradit Sathanæ, vt diſcerent non blaſphemare, nec Aue eis dicendum eſſe omnino iubet Noſtri maiores ſi quem tàlem deprehendiſſent errorem mappas menſarum ante illum fundebant, orbes confringebant: à matrimonijs à militia, à ſucceſſione, à conuiuijs, ab honoribus lege Ingellonca excludebant &c.*

17 Quia cum hæreſi ſemper coniunctæ ſunt vagæ, & portentoſæ libidines ac crapulæ: has vero enormia ſcelera ſequuntur, quæ tyrannides regna Diaboli, imperiorum mutationes, ruinas, tœdiſſima bella & vltima regnorum fata Principibus minantur.

Lutherus in 18 Quia ipſimet fatentur, ſęcula hæreſibus corrumpi: nam vt inquit
poſt: Dom. 1. ipſe Lutherus. *Videmus, quia hoc tempore homines ſunt multo peccatores, tenacio-*
Aduentus. *res, libidinoſiores, quam antea nunquam in Papatu fuerant*; & in præf. in Eccleſ. poſt. *Noſtrorum pleroſque ſepticeps, ille diabolus inuaſit, & deteriores efficit quam in Papatu fuerant*, & in ſerm. conu. Ger. *ab eo tempore, quo primum pura religionis doctrina in lucem eſt reuocata, mundus de die in diem deterior euaſit, Chriſtiana libertate quilibet ad libitum abutitur, non ſecus ac ſi cuilibet, quodlibet conceſſum ſit.* & 1. hom. aduentus. Nequidem apud Ethnicos, Turcas, & alios infideles, quàm apud Euangelicos, apud quos omnia frena diaboli laxata ſunt, reperiuntur nequiores.

19 Quia

19 Quia Princeps debet curare, vt omnes ſubditi, Chriſtiani, & ciues ſint, ſed ille non eſt Chriſtianus, nec eſſe poteſt, qui Chriſti religionem non renet, & qui qualibet leui occaſione, eam dimittit, nec ciuis qui conciues Catholicos prodit, Principem Catholicum odit, ſocietatis fœdus dirumpit, qui ciuitati ſemper aliquid mali machinatur, qui diſcordiæ ſemina ſerit, qui ob bona fortunæ, honores, dignitates, & ob furta & rapinas veram religionem deſerit, communia bona occupare tentat, ſanguinem fundit, & Catholicos eijcit, ac occidit, qui religionem ſola vtilitate metitur, parentum defenſionem deſerit, quique tandem remp. penitus perdere pedibus manibuſque conatur.

20 Quia ex mutatione religionis, vitæ ciuilis confuſio ſequitur. *Quare & ethnicos ipſos noluiſſe permittere duas in vna Republica religiones, vel inde comprobari poteſt, quod nouas religiones introduci minime permiſerint, quippe qui metuerent reipublicæ cum religione mutationem, mutata enim religione, Tullio teſte, neceſſe eſt vita ciuilis ſequatur confuſio.*

Iacobus Pamelius de religionibus diuer. non admitt. cap. 10.

21 Quia hæretici pacem ac quietem omnibus pollicentur, ipſi autem inquietiſſimi omnium ſunt. *Namque alij dico prorſus auolant, alij vero tantummodo excuſſi, & perire metuunt, & redire erubeſcunt; ſaucij, ſemineces, ſeminini, quippe qui tantam veneni hauſerint quantitatem, quæ nec occidit, nec digeratur, nec mori cogat, nec viuere ſinat. Heu miſeranda conditio, quantis illi curarum æſtibus, quantis turbinibus exagitentur. Nunc etenim, qua ventus impulerit, incitato errore rapiuntur; nunc in ſemetipſos, reuerſi tanquam contrarij fluctus reliduntur: nunc temeraria præſumptione, & ea quæ incerta videntur, approbant, nunc irrationali metu, etiam quæ certa ſunt expaueſcunt: incerti quà eant, quà redeant, quid appetant, quid fugiant, quid teneant, quid dimittant. Quæ quidem dubij & male penduli cordis afflictio, diuina erga ſe miſerationis eſt medicina, ſi ſapiant. Idcirco etenim extra tutiſſimum Catholicæ fidei portum, diuerſis cogitationum quatiuntur, verberantur, ac penè necantur procellis, vt excuſſa in altum elata mentis vela, deponant quæ male nouitatum, ventis ex panderant; ſeque intra fidiſſimam ſtationem placidæ ac bonæ matris reducant, & teneant, atque amaros illos turbulentoſque errorum fluctus penitus reuocant, vt poſſint deinceps viuæ & ſalientis aquæ fluenta potare.*

Ioan Heſſels de offic. pij et Chriſ pac. vere amantis viri.

22 Quia hæretici in ſuis diſputationibus hæreſibuſque fundandis nulla ratione vtuntur, ſed maligna maledicentia, rem cum Catholicis agunt, vt enim inquit Panigarola. *Come vna fiera incatenata; la quale dopò l'hauer pronata ogne arte, & aperta ogni forza per iſciorſi, dopò l'hauer date centoſcoſſe, e dopo l'hauer fatti tant impeti, e tutti vani, all'vltimo comincia à ſfumare ſolo per la bocca, digrignare i denti, e mandar fuori ſpauentoſi vrli: e mentre altro non potendo s'affatiga di mordere la catena, tal or vi laſcia il dente, rode ben ſpeſſo le proprie carni; coſi fanno gli eretici incatenati, e ſtretti da gli argomenti; ſi dibattono, ſi torcono ſi ſcuottono, e tutto in vano: la onde in vltimo ſi reſoluono in pura ſchiuma di ingiurie, e col dente della lor innata madicenza cercano di far danno al Papa & a Prelati.*

Fra. Panig. nelle lett. 8.

23 Quia prætextu libertatis Euangelicæ omnes graſſantur, vt enim inquit Morus. *Et quum tam immania ſint ſacrilega illa facinora, quibus graſſatur*

Thomas Morus adverſus Ioan. Pomeranum.

in præceps effrenata licentia, prætextu libertatis Euangelicæ, vt vix vlla ſit vrbs in bona parte Germaniæ, vix oppidum vllum, vlla domus ruſticum, vbi non iſta veſtra factio rapinæ, ſtuprorum, ſanguinis, ſacrilegij, cædis, incendij, minæ ac vaſtitatis triſtiſſima monumenta reliquerit; & inferius vobis in horas initur conſilium, quo non aliud quam de mouenda ſeditione, de ſubruenda fide, de exſtirpanda religione, de prophanandis ſacris, de corrumpendis moribus, de proſtituendis virginibus, de populanda virtute, tractatur.

24 Quia mutationes religionum commouent imperia: non enim ſine euidenti periculo ſine Principum odio, ſine fremitu vulgi, ſine imperiorum mutatione, & ſubuerſione mutari vſitatæ, religiones poſſunt: nam *homines in retinendis mordicus, & tuendis opinionibus de religione ſunt pertinaciſſimi*; vt inquit quidam. Imperium Mahometicum ortum habuit ex diſcordijs de doctrina, quæ vt impia odium religionis Chriſtianæ, in populorum Orientalium animis accenderat: Regna ſaracenica ob mutatam religionem à Romanis defecerunt, mutatio religionis in Germania ciuilia bella peperit, & ex ea in Gallia perpetua bella ſunt exorta, vt in multis alijs prouincijs, quæ exitiales mutationes ſubierunt, vt refert quidam.

25 Quia ſcandaloſum, ac Principi ipſi ignominioſum eſt cerdones, opiliones & mulierculas ſcripturam interpretari; & ſenſum diuinarum ſcripturarum artem, non autem cæteras artes ſibi vindicare.

26 Quia experientia conſtat, aduerſus Catholicam religionem nullas hæreſes præualere potuiſſe: quàuis omnes ei ſoli, vt morbi vni ſanitati aduerſari eiuſque dogmata impugnare fuerint conatæ: ſed ipſas hęreſes vt cucurbitas ſtatim quidē creuiſſe, ſed ſubito etiā inaruiſſe diſperſaſq; vt fumū fuiſſe: nam vt inquit Maioranus: vbi nnnc ſunt partes Arrianorum, ſtudia Donatiſtarum, ſectæ Pelagianorum, familiæ Giabellianorum, Scholæ Neſtorianorum, cateruæ Armenorum, Academiæ Porphirianorū, hæreſes Manichæorum, conuenticula Nouitianorum, & factiones cæterorum hæreticorum, qui dum florebant non ſolum maiorem Chriſtianitatis partem occupauerant, verum etiam ipſos potentiſſimos Reges ac Imperatores ſuorum conſiliorum fautores & participes habebant: euidentiſſimum hoc ſignum eſt, quod hæreſes non à Deo ſed à cæca hominum ambitione, odio, & indignatione oriantur.

Quidam.

27 *Quia præcipuum concordiæ vinculum eſt religionis ſimilitudo, & de cultibus diuinis conſenſio. Vix quicquam arctius deuincit & complicatos tenet animos: quàm eadem de Deo ſententia aut opiniones, & ſacrorum. Econtrario ſi quid aliud, certè religionis diuerſitas, animos hominum diſiungit & diſtrahit: ac perpetuorum odiorum, diſſidiorum, ſeditionum & bellorum eſt ſeminarium: atque leui momento fit, vt aut politicum ſciſma gignat Eccleſiaſticum: aut Eccleſiaſticum inuehat politicum: id eſt: vt vel ob contentiones politicas doctrina religionis aliquid detrimenti capiat, & Eccleſia multum mali patiatur: vel diſputationes Eccleſiaſticæ de dogmatibus in atrociſſima bella exeant: in quibus homines pro calamis ſcriptorius gladios & haſtas arripiant: armiſque ſententias dicant. Neque deſunt exempla, quibus doceatur: infenſioribus ferè animis geſta eſſe bella ſacra & religionis ergo ſuſcepta: quàm quædam bella communia.*

28 Quia

28 Quia prætextu religionum, ambitioſi regna inuadere poſſunt, & fuco ac prætextu populorum animos ſibi conciliare, quod quidem in ſummum diſcrimen reges adducere ſolet: & eiuſmodi exemplorum apud hiſtoricos multa inueniuntur.

29 Quia nihil eſt quod magis mentes hominum diſiungat, quam diſpar religio, ex qua mutuæ cædes. Principum diſtructiones, rerump. euaſiones atrociſſimaque bella, *quæ* vt inquit quidam *plerunque rabie Cainica geruntur & patricidijs, finiuntur. Nullum enim* genus hominum ita inter ſe diſſidet odijs ac conuicijs certat, ac illud quod propter eiuſdem doctrinæ de Deo profeſſionem debebat eſſe quam coniunctiſſimum.

30 Quia Euangelici, mores ac luxum prælatorum reprehendunt; cum ipſi non ſolum bipedum ſed etiam quadrupedum impuriſſimi ſint, ac omnium hominum perditiſſimi, vt excellenter dicit Eraſmus. *Vos ſtrenuè clamatis in luxum ſacerdotum, in ambitionem Epiſcoporum, in tyrannidem Rom. pontificis, in garrulitatem ſophiſtarum, in preces, ieiunia, & Miſſas: nec iſta purgari vultis, ſed tolli, nec omnino quidquam in receptis placet. zizaniam euellitis cum tritico: aut, vt melius dicam, triticum euellitis pro zizania. At quid interim nobis profertis melius & Euangelio dignius, vt ab adſuetis recedamus? Circumſpice populum iſtum Euangelicum, & obſerua num minus illic indulgeatur luxui, libidini & pecuniæ, quam faciunt ij quos deteſtamini. Profer mihi, quem iſtud Euangelium ex commeſſatore ſobrium, ex feroci manſuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos oſtendam qui facti ſunt ſeipſis deteriores. Excuſſæ ſunt è templis ſtatuæ: ſed quid refert, quum nihilo ſecius in animo colantur idola vitiorum? Nec video quo conſilio quidam tanto ſtudio demoliti ſint imagines, niſi vt eſſet conſpirationis ſymbolum. Interim obtenditur horrendum idololatriæ crimen. Sed quis nunc eſt tam lapis, vt putet lapidibus ac lignis ineſſe ſenſum: Et ſi tales ſint, quantulum erat negotij docere populum, imagines ad hoc tantum repertas, vt imperitis memoriam adiuuent? Excuſſæ ſunt preces ſolemnes: ſed quum frequens puraque oratio ſit ſacrificium maxime proprium Chriſtianis. Abrogata eſt Miſſa, ſed quid illi ſucceſſit ſacratius? non enim iam confero ritus cum ritibus, inductos cum relictis. Nunquam illorum eccleſias ſum ingreſſus: ſed aliquando vidi redeuntes à concione, veluti malo ſpiritu adflatos, vultibus omnium iracundiam ac ferociam miram præ ſe ferentibus: neque quiſquam erat omnium, qui mihi viris aliquot honeſtis comitato deferret honorem, quem exhibemus quibuslibet, præter vnum feniculum. Sic opinor diſcedunt milites à concione ducis ad prælium, & ad θούριον ἄλκιν exhortati. Quis vnquam vidit in illorum concionibus quemquam pro peccatis ſuis fundentem lachrymas, tundentem pectus, aut ingemiſcentem? Iam quanta pars ibi conſumitur in laceranda ſacerdotum vita, ac (ſi verum narrant) frequenter in ijs ſermonibus, qui magis faciunt ad ſeditiones, quam ad pietatem? Abrogata eſt confeſſio, ſed interim ne Deo quidem confitentur plurimi. Abiectus eſt cum ieiunijs ciborum delectus, ſed interim gnauiter indulgetur crapulæ: & ita quidam effugerunt Iudaiſmum, vt cœperint eſſe Epicurei. Protritæ ſunt ceremoniæ, ſed nihil acceſſit ſpiritui: imo multum deceſſit, meo quidem iudicio. Ceremonias quaſdam Iudaicas obſeruauit Paulus, ne Iudæos alienaret ab Euangelio. Saltem*

hoc animo

hoc animo non erant omnes cæremoniæ reyciendæ. Neſciebant Apoſtoli præſcriptos
ieiuniorum dies: verùm, ſed vltrò iniuſſique ieiunabant quotidie. Neſciebant cibo-
rum diſcrimina;ſed ſponte viliſſimis vtebantur:ſummamque in omnibus frugalita-
tem obtinebant. Nemini præſcribebatur leguminum eſus,ſed vltro leguminibus erãt
contenti,ſi res ita tuliſſet. Nulli interdicebatur vſus vini: ſed Timotheus volentiam
viuebat abſtemius, vt Paulo monitore eſſet opus, quod præſcriberet modicum vini
vſum ad fulciendam corpuſculi imbecillitatem. Paula mater Euſtochij, nec Hieron.
nec Epiſcopi ſenis autoritate perpelli potuit,vt vel in morbo guſtaret vinum, Si liber-
tatem Euangelicam amplectimur ſic excutiamus legis iugum,vt charitas plus vltrò
præſtet quàm lex imperabat. Excuſſum eſt iugum humanarum conſtitutionum: ſed
vbi ſunt, qui ſubmiſerunt ceruicem ſuaui iugo Domini? Et interim conſtitutiones
humanæ, conſtitutionibus humanis,imò parum humanis mutantur. Titulus modò
mutatus eſt,vocantur enim verbum Dei: cæterum res adeo nihilo eſt mitior, vt cõ-
plures boni viri, præferant vltroneum exilium iſti magnificè decantatæ libertati.
Atque adeo proceres quidam & antesignani iſtius factionis,quum nondum ad Epiſ-
coporum dignitatem,opes ac ditionem peruenerint,tamen eiuſmodi ſpecimen de ſe
præbent, vt ego me malim in Epiſcoporum quàm in horum poteſtatem tradere, ſi
detur optio, malimque Cæſaris potentiſſimi ferre iugum, quam quorundam magi-
ſtratuum Euangelicorum, quamuis humili ſorte. Sic excutiunt iugum hominum,
qui veſtro Euangelio ſubmittunt ceruicem. Magis vereor ne plerique pro graui
iugo hominum,portent grauius iugum diaboli. Excuſſa eſt obedientia Epiſcoporum,
ſed ita,vt ne prophanis quidem magiſtratibus pareatur. Olim Chriſtiani ſub ethnicis
principibus quietè viuebant: ſtudioſe cauentes,ne quam ſeditionis occaſionem darent,
exhibentes honorem cui debebatur honor, vectigal cui vectigal, tributum cui tribu-
tum: hortabantur Chriſto initiatos,vt idololatris etiam magiſtratibus obtẽperarent,
pro illorum incolumitate quotidie Deum orabant. At iſte populus tam Euangelicus,
etiam Turcarum principi dicitur deteſtabilis,quem ait ſeditioni natum. Quos ſubin-
de tumultus excitat? quoties quàm leuibus de cauſis procurrit ad arma? ne ſuis qui-
dem Eccleſiaſtis ſatis obtemperans,niſi dicant blanda auribus: profligandi etiam, ſi
liberius in vitam illorum inuehantur,aut ab opinione diſſentiant. Initio tantum non
Deus erat illis Lutherus,nunc iyſdem prorſus delirat,quod nouum de Euchariſtia do-
gma non recipiat. Nouam verò libertatem Euangelicam impunè facere ſentireque
quod cuique libitum eſt. Paulus iubet tradi Satanæ eum,qui contra naturæ pudo-
rem nouercam duxerat vxorem,hortaturque diſcipulos,vt ſubtrahant ſeſe à conſue-
tudine fratris inordinatè ambulantis. Cum his vero qui manifeſtis vitijs infames
ſunt,ne menſam quidem vult haberi communem. Nunc circumſpice mihi ſolidita-
tem iſtam Euangelicam, quot habet adulteros,quot temulentos,quot aleatores, quot
decoctores,quot alijs vitijs infames. Et hos quidam habent etiam in delicijs, tantum
abeſt vt vitent. Apoſtoli, quo magis vacarent Euangelio, aut abſtinebant ab vxori-
bus quas ducere licebat: aut legitime ductas, vertebant in ſorores. Nunc floret Euan-
gelium,quod ſacerdotes & monachi contra leges certè humanas,contra profeſſionem
ſuam,ducunt vxores. Condonetur hoc: circumſpice,num caſtiora ſint eorum coniu-
gia, quàm aliorum quos ducunt pro ethnicis. Agnoſcit opinor,quas hic fabulas tibi
poſſum referre,ſi libeat: neque enim neceſſe eſt, vt notiſſima referam,quæ vel ma-
giſtratus,

giſtratus, vel plebos, reclamãte aut conniuente magiſtratu, publicitus deſignauit. Profligatus eſt monachiſmus, ſed vtinam cum cuculla ſimul excuſſiſſent vitia, quæ huic hominum generi dicuntur eſſe peculiaria. Quid refert poſuiſſe cucullam, ſi manet obtrectandi morbus, ſi inuidentia, ſi impudentia, ſi philautia, ſi fucus & ſimulatio, ſi otium & cibus alienus, ſi petacitas & oberrandi libido, ſi rerum alienarum curioſitas, ſi vindictæ cupiditas, ſi animus ad iracundiam præceps? Mihi videtur nouum monachorum exoriri genus, altero ſceleratius, de malis loquor monachis. Nota mala, mala non ſunt, inquit ille. Stultum eſt igitur mala mutare malis: dementis etiam, mala mutare deterioribus. Atque interim dum neminem amant præter ſeſe, dum nec Deo, nec Epiſcopis, nec Principibus ac magiſtratibus obtemperant, dum mammonæ, gulæ, ventri & inguini ſeruiunt: poſtulant haberi pro Euangelicis, & Lutherum magiſtrum præferunt. At qua fronte Lutherum magiſtrum agnoſcunt, qui, quod præcipue docet & inculcat Lutherus, in primis negligunt? Fidem vbique prædicat Lutherus, ea vbi vbi eſt, otioſa eſſe non poteſt: operatur per charitatem, nec operatur niſi bonum. Spiritum vbique prædicat Lutherus. At qui ſunt fructus ſpiritus? Charitas, gaudium, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. At nos in plerisque videmus opera carnis, ſpiritus nullum veſtigium. Quid aut illis cum Luthero, qui, quod illius doctrinæ caput eſt, pili non faciũt? Quanquã hæc non ſunt Lutheri, ſed Chriſti & Apoſtolorũ. Sit hoc diſputabile, Vtrũ bona opera gigãt fidem, an fides pariat bona opera, an bona opera iuſtificent nec ne. Illud certè extra controuerſiã eſt, abſque fide non eſſe cuiquam ſpem ſalutis: & ex fide per charitatem neceſſario naſci bona opera, vt impudenter iactent fidem, qui non ſtudent bonis operibus: ac fruſtra ſibi promittant ſalutem, qui fide gloriantur bonis operibus deſtituta. Iam vereor ne ſub iſto nomine multi nobis oriantur pagani, quo magis etiam ſint liberi, ſi nec cælum credant eſſe, nec inferos, nec animos à morte corporis ſupereſſe. Atqui interim iactant libertatem conſcientiæ. Perfecta pietas habet quietam conſcientiam, ſed habet & ſumma impietas. At ego malim irrequietam conſcientiam quam fidei ſemen perpetuo ſtimulans, non ſinat eſſe tranquillam. Inſanabile malum eſt, quod non ſentitur.

Et infra. *Arduum eſt quod profitemini, & Apoſtolorum negotio durius, quemadmodum antea demonſtratum eſt: nec vos ſubleuant vlla vel vaticinia, vel miracula, quod ſi vita quoque non ſolum non commendat doctrinam veſtram, ſed fidem potius abrogat: ſi neglecta hac commendatione, fiduciam in improborum conſpiratione, in ſeditioſis tumultibus, in armis, in fucis ac technis reponitis, piget commemorare quid vobis metuam, ſed magis miſeret me tot hominum millium, quos ea calamitas inuoluit. Apoſtolorum doctrinam tot res orbi commendabant: cæleſte erat ac plauſibile quod docebant: narrabant ea quæ viderant oculis, audierant auribus: nihil afferebant quod non eſſet olim multis modis & figuris adumbratum, & Prophetarum oraculis prædictum. Accedebat tantus in prædicando conſenſus. Eadem loquebantur, quia eodem ſpiritu. Aderat præſentanea miraculorum vis: aderat ſpiritus ille igneus, qui ſeſe moribus illorum, atque etiam vultu oculiſque promebat. Nihil vi gerebant: tantum vtebantur gladio ſpiritus: neminem agebant in exilium: nullius facultates inuadebant: ac ne gentium quidem idola frangebant, niſi forte precibus ad Deum fuſis. Denique non aliud loquebantur apud ſuos, aliud in tormentis.*

Adde nunc tot Martyrum mortes. Et tamen talis doctrina, tot rebus commendata, paulatim ac ſenſim occupauit orbem. Vos poſtulatis, vt intra nouem annos mundus aſpernetur, quod ante annos mille à maioribus eſt traditum, & in veſtra dogmata pedibus eat ac manibus, nulla harum rerum, quas recenſuimus, commendati. Quale eſt autem quod exigitis? Vt credamus Eccleſiam annis mille quadringentis caruiſſe Chriſto, ſed ſponſo ſtertente, ſponſam pro Deo coluiſſe laruas & idola, in ſacris literis enarrandis fuiſſe prorſus cæcam, miracula Sanctorum nihil aliud fuiſſe quàm præſtigias dæmonum. Non hic pergam collationem perſequi: tu ipſe conferto, ſimulque indicato, num æquum ſit quod à nobis flagitatis, & num veſtræ ſaluti conſultum ſit, dum iſta ſequimini. Si vos offendunt vitia Chriſtianorum, oſtendite nobis Eccleſiæ veſtræ ſpecimen, quæ non habeat maculam neque rugam, & amplectemur illam. Quod ſi noſtra ſcelera commeruerunt iram Domini, ſolet ille per Pharaones, Antiochos, Cyros, & Nabuchodonoſoros punire ſuos, non per viros Euangelicos, quales haberi vultis. Quid vobis polliceamini, neſcio: mihi rerum prooemia, progreſſus & omnia ſigna, nihil aliud promittunt, quàm calamitoſum exitum, nec vobis tantum triſtem. Multos ſecum trahet ingens ruina. Qui bene coniiciet, vatem hunc exiſtima optimum, habet prouerbium: nec fortaſſis eſt aliud certius diuinandi genus, quàm ſi quis ex præteritis ac præſentibus colligat futura. Euangelica pietas à minimis initijs paulatim creuit in maius ac melius, & optimus quiſque ſe illi iungebat: hanc doctrinam ferè leuiſſimus quiſque amplectitur. Ad Romanos pontifices cæteroſque præſules ſerò repſit opum amor, deliciæ & dominandi libido: vos ſtatim regnare vultis diteſcere. De deliciis quid attinet dicere? Monachorum ordines hominum inuentum eſt, donemus iſtud: ſed quot egregios viros Franciſcanorum & Dominicalium ſodalitia nobis dederunt, ſiue ſpectes eruditionem, ſiue ſanctimoniam? Primum bonos gignit Ægina, vt Græci ſolent dicere: & hæc eſt rerum humanarum infelicitas, vt ab optimis initiis, paulatim in peius degenerent. Pudet autem referre, quales ſint veſtri inſtituti primitiæ, quàm non auſpicata primordia. Iam mihi ſpecta, quàm omnia ferè cedant in diuerſum.

34 Experientia rerum magiſtra, quam Principes & Magiſtratus ante oculos ſemper habere deberent; conſtat enim ex omnibus auctoribus, qui res geſtas memoriæ tradiderunt, hæreticos omni tempore, quando inſtrumenta nequitiæ explicandæ, & in omnia tam diuina, quam prophana graſſandi facultatē habuerūt & maiores viribus maiores ſe eſſe agnouerint ſacroſanctas eccleſias in equorum ſtabula commutaſſe, altaria diruiſſe, muros confregiſſe: Principibus, affinitatibus, cognationibus, amicitijs, conciuibus, fratribus, parentibus, filijs, vrbibus, prouincijs, imperijs, ſanguinolento gladio non peperciſſe: nefaria arma contra Imperatorem, ſubditos, contra ſuos Principes corripuiſſe; magiſtratum ex vrbibus ignominioſe expuliſſe, iudiciorum ſubſellia confregiſſe, ſanctorum ſtatuas veneris marito tradidiſſe, Principum iugum excuſſiſſe, magnis calamitatibus integras prouincias afflixiſſe, fœdo incendio priuatas ac publicas ædes cōbuſiſſe, Catholicos extirpaſſe, ſacratam ſuppellectilem in prophanos vſus conuertiſſe, præclariſſimas vrbes funditus euertiſſe, reliquias incendiſſe; monachos crudeliſſimis ſupplicijs, ac tormentis enecaſſe, virgines deflo-

raſſe,

raſſe. viduas contaminaſſe, vxores ſtupraſſe, ſanguinem innocentum effudiſſe, mortuos in fruſtula diſſecaſſe, in ſepultos pluſquam Turcica barbarie deſæuiſſe, corpora ſanctorum ex tumulis rapuiſſe, eaque igni tradidiſſe, in ipſos reges defunctos omnem barbariem exercuiſſe, cordaque regia flammis adjudicaſſe, reges reginaſq; per vrbes contumelioſiſſimè raptaſſe, teterrimo incendio eas conſumpſiſſe, in cinereſque redigiſſe; ex regia ſtirpe natos è ſepulchris extraxiſſe, inque ſterquilinia poieciſſe, inſpectantibus reginis maritorum ſuorum conſanguineos exhumatos concremaſſe, ipſoſque ſanctos doctores combuſſiſſe, cinereſque in flumina ieciſſe; omnes inſignes bibliothecas flammis addixiſſe, omnia ſanctorum monumenta euerſiſſe, Chriſti crucifixi imaginem templo eduxiſſe, funibuſque alligatam aſino impoſuiſſe, & per omnes plateas perpetuis maledictis, & vnà continuis flagellis & verberibus afficientes circumduxiſſe, deinde in ignē immaniſſime immiſiſſe: ſacrata hoſtia proculcata pedibus & effuſo ſanguine, calice loco matulæ abuſos fuiſſe, Sacerdotes ad lotium bibendum compuliſſe, Chriſtum cum ſacerdote plurimorum ſclopetorum glandibus transfixiſſe, millia & millia templorum prophanaſſe, ſacerdotum monachorum, ac eccleſiarum bona dilapidaſſe, cultum veterem antiquaſſe, ſanguinem ſemper ſpiraſſe, regna diuiſiſſe, homines ſacros per ſummum ſcelus contaminaſſe, puerulos, infantes, ſenes, fœminas omni tormentorum genere excarnificaſſe, alios gladio, alios igne, alios aquis, alijſq; diuerſis cruciatibus conſumpſiſſe, alios membratim diſſecuiſſe, alijs linguam, manus, nares præcidiſſe, alijs oculos eruiſſe, virilia membra alijs abſcidiſſe, & ad comedendū obtruſa alijs viſcera ac inteſtina euulſa, & auena impoſita in vterum, præſepia animalibus feciſſe, ſacramenta pedibus calcaſſe, omnia quæ ferro, & igne demoliri nō potuerūt, per vim detinuiſſe ſacra omnia exterminaſſe, ad capiendas animas blanditijs, mendacijs, & fraudibus ſemper inuigilaſſe, deliria, & pernicioſos errores maximo Reip. Chriſtianæ detrimento propagaſſe, eccleſias incendiſſe, Catholicorum codices ſanctos, in ipſa incendia miſiſſe, Catholicorum membra crudeliter præcidiſſe, verorum Chriſtianorum corpora truculentiſſimis cædibus afflixiſſe, crudelitatem in moribus alienis exercuiſſe, in horrēdis facinoribus committendis nunquam acquieuiſſe, ſimpliciores circumueniſſe, Principes in ſiniſtrum induxiſſe iudicium, in prouincijs pernicioſa dogmata ſparſiſſe, eiſque imprudentes principes imbuiſſe, nullas leges obſeruaſſe, res alienas, Epiſcopatus, & bona eccleſiaſtica contra expreſſam pacis publicæ conſtitutionem occupaſſe, ablata contra omne iuſiurandū impie ac ſacrilege retinuiſſe, orthodoxam fidem ex omnibus locis eijcere enixos fuiſſe, errorum finem nunquam inueniſſe, viris pijs ac boni publici amantibus inſultaſſe, ſacras ſcripturas corrupiſſe aut reieciſſe, vera aliquando, vt homines facilius corrumperent, docuiſſe, veritati errores, vt incautos deciperent, connexiſſe; à propria & priori ſententia, atque eccleſia diſſonas partes ac ſectas publico incommodo inſtituiſſe, diſcordias ſeminaſſe, ſacrā ſcripturam deprauaſſe, eamque ad omnem affectum atque libidinem de-

 torſiſſe

torſiſſe, commodi ſpiritualis gratia nouas opiniones paruiſſe, omnem ſcripturæ ſenſum incertum feciſſe, horrenda ſcelera perpetraſſe, ſanguinario fuiſſe præditos animo, funeſtiſſima bella vbique locorum excitaſſe, cum monachis, inceſtis nuptijs ſe copulaſſe, cruentiſſimos vindictæ ſpiritus habuiſſe Apoſtolicam doctrinam adulteraſſe, ſcommata & maledicta in ſanctos doctores euomuiſſe, nonnulloſque eorum hæreticos appellaſſe, vt Chryſoſ. loquaculum, Hieronymũ hæreticum, Originem excommunicatum, Baſilium totum Apologeticum, Ambroſium frigidum Nazianzenum nihil de Deo ſincere ſcripſiſſe, Sacramentorum præpoſteras adminiſtrationes confinxiſſe, menſas ebrietatibus & vomitibus commaculaſſe, turpiſſima lenocinia, adulteria vagaſque libidines conſectatos fuiſſe, ieiunia damnaſſe, abſtinentias odiſſe, corda innocentium ſeduxiſſe, diu noctuque prodigioſis comeſſationibus & compotationibus indulſiſſe, & poſt ſcelesta conuiuia monſtruoſas libidines promiſcuè exercuiſſe, miſeras hominum conſcientias errorum ſuorum tenebris inuoluiſſe, teterrimam caliginem rebus diuinis ac humanis obduxiſſe, non in vnam ſed in varias fidei confeſſiones inclinaſſe, in quemlibet opinionum ventum flexos fuiſſe, à ſeipſis ſemper diſſenſiſſe, & ſecum ſemper pugnaſſe, pietatem ad tempus ſimulaſſe, ſecundum carnem corruptiſſimos, ſecundum animam peruerſiſſimos, mortuos Deo, ſibi & ſequacibus æternam gehennam minatos fuiſſe, ſua dedecora omnium oculis expoſuiſſe, pacem eccleſiaſticam ſuſtuliſſe, tranquillitatem humanam perturbaſſe, omnia confuſione ac ignominia impleuiſſe, glorioſis, ſuperbis, magnificiſque titulis ſe venditaſse. Nunc iſtud dogma, mox aliud, aliudque ſubinde adfirmaſse, ſuperbè ac arroganter de ſeipſis ſenſiſse, aduerſus eccleſiaſticas traditiones recalcitraſse, exteriori phantaſmate iuniores decepiſse, aquæ mixtum gypſum pro lacte dediſse, in mortẽ æternam ſibi credentes demerſiſse, aurea lingua eccleſiam Domini polluiſse, Euangelium extrema ponendo, & ſuperiora prætereundo, corrupiſse, pernicioſamque corruptelam melliſluorum ac exquiſitorum verborum velamine contexiſse, prætextu prælatorum corrigendorum morum infinitam malorum ſyluam attuliſse, non ſolum terram, verum etiam cœli incolas infinitis probris ac mẽdacijs dehoneſtaſse, noxios ſuccos medicaminum vocabulis coloraſse, gregemque Chriſti, vt rabidos canes dilaceraſse; Chriſti nomine Chriſtianos ſeduxiſse, de ſapientia ſeculari, fraude, dolo, ac mendacijs ſimulachra compoſuiſse, aduerſus Deum, vt lupos, blaſphemijs vlulaſse, milites veneris continentiam irriſiſse, Chriſtianam libertatem in nulla obedientia, ſed in ſola carnis voluptate conſtituiſse, in perpetuo concubinatu, aut ſacrilego matrimonio vitam traduxiſse, carnis libertatem prædicaſse, cum tamen libertas Chriſtiana ſit ſpiritualis, ſuo ventri ſeruiſse, verbo Dei ad quæſtum abuſos eſse, naturales Dominos ſpreuiſse, Chriſti gratiam in luxuriam trãſtuliſse, per adulationes corda innocentium ſeduxiſse, Eccleſiaſticam poteſtatem ac doctrinam, Euangelicæ libertatis prætextu eneruaſse. Decem, vt Lutherum Hieronymos, centum Cyprianos, mille Auguſtinos non decies mille

mille Chryſoſtomos non curaſse, Eccleſiaſticam deſpexiſse ſimplicitatem, principes adhortatos eſse, vt facultates ſacerdotibus eximerent. Tandem magicos ac funeſtos fines habuiſse, cunctis iræ diuinæ flagellis percuſſos ex hac vita migraſse, longo errore circumactos in ipſa perditionis prærupta præcipitaſse, & cum horrendis gemitibus ingentibus clamoribus, infamique deſperatione diabolicas animas exhalaſse.

35 Quia hæretici eundem ſpiritum ſe habere profitentur, & tamen inter eos ſemper eſt magna diſsenſio, teſte Eraſmo *eandem ſcripturã habent omnes, eundem ſpiritum ſibi vendicant omnes, & tamen Caroſtaldius abs te fortiter diſſenſit, diſſentit & Zuinglius, Oecolampadius, & Capito, & Carolſtaldij ſententiam probant; probationes non probant; rurſus inter Zuinglium & Balthaſarum quantus de rebus, quantum eſt diſſidium, ne commemorem imagines ab alijs eiectas per te defenſas, vt ſileam de nouo baptiſmo ab alijs prædicato, vt ſileam humanas diſciplinas ab alijs reprobatas, abs te defenſas. Quum tractetis omnes rem ſcripturæ, ſi ea nihil habet obſcuritatis quare inter vos tam male conuenit. Et paulo inferius denique quemadmodum quotidie inter vos exiſtunt noua dogmata, ita ſimul exoriuntur noua diſſidia, & poſtulas ne quis à vobis diſſentiat, quum ipſi inter vos de rebus grauiſſimis ſic diſſentiatis? finge igitur verum, quod toties ſine fronte repetis, me miſerum fluitare inter ſcyllam, & Caribdim, in quod littus, in quem portũ me vocas? ſi quando dediſſem nomen veſtro fœderi, & in veterem eccleſiã reuolutus eſſem vos poteratis defectionis & inconſtantiæ crimen impingere, alij vocarent reſipiſcentiam. Si veſtram doctrinam comprobaſſet orbis Chriſtianus, vel pertinax vel impius videri poſſem, qui ſolus non accederem: ſi vos inter vos conſentiretis in dogmatibus, faſtidium obijcere poteras quod nollem auſcultare, quod tanto conſenſu docerent homines eruditi. Nunc quum eccleſiæ Catholicæ ſemper adhæſerim, à veſtro conſortio ſemper abſtinuerim, quum veſtra doctrina damnata ſit per eccleſiæ principes, & orbis monarchas, ne quid dicam de cenſuris Academiarum, quum vos ſic inter vos degladiemini & nemo interim ſibi non vendicet ſpiritũ Chriſti, ſacrarumque litterarum certiſſimam cognitionem, quomodo tibi adhuc inter ſcyllam, & Charibdim nauigo, & indignaris, quod homo ſenex, & rei Theologicæ rudis, malim ſequi conſentientem auctoritatem eccleſiæ, quam vos, ſic diſſentientes ab eccleſia vt nihilo ſecius inter vos diſſentiatis, &c.*

Eraſmus in Hiſperas ſleſ. Diatrib. Aduerſ ſeruum arbitr. Mart. Luthers.

36 *Quia contagium hæreticorum Catholicis affricatur & ſic accidere facilime poteſt, quod ijs euenit, qui cum Turcis cõuerſantur. Quantum enim putamus contagij ex dubijs & inconſtantis fide Dei hominibus ad ſodales ad conuictores ad familiares, & eos quibus conuerſantur, & colloquuntur affricari, ac hærere non minus atque ex putri aliqua ac fœda ſcabie, cui non inicit ſcrupulos illa tam frequens dubitatio, inquiſitio, examinatio, altercatio accedente in partes diaboli veteratoria præſertim aſtutia & fraude.*

Ludouicus viues de cõditione vitæ Chriſtianarum ſub Turca.

37 Quia vt inquit Elias Aquileiæ Patriarcha. *Quænam obſecro fideli ſatis grata accidere poteſt vita inter infideles? Aut quam ego deteriorem moleſtioremque exiſtimem, quam inter hæreticos, cum gentili nomine nunquam fere accidit contentio. At vero nulla datur pax cum hæretico, vel propter quotidianos Eccleſiarum fructus, qui ab eodem Chriſtiano nominis vtriſque proueniunt: vel quia ferre non*

Iuſtinianus in Veneta Hiſtor. vt refert Sanctes.

Areſacti ſunt ſuis quiſque locis, ac vel potentia Romanæ Eccleſiæ principum extirpati, aut in manifeſtas ab ipſo Chriſto Apoſtaſias tandem conuerſi ſunt. At interim noſtræ huius arboris perpetuitatem ac firmitatem declarat à primis Chriſtianis in eadem profeſſione atque doctrina &c.

His de cauſis officium eſt omnis legitimi ac Chriſtiani magiſtratus, vt inuigilet ad omnem in religione nouitatem, ſtudioſeque examinare curet, ſed per Sacerdotes, & Leuitas ſiue homines in Eccleſiaſtico miniſterio legitime conſtitutos, omnes nouitatem quamcumque hic ſapientes, ſub nomine vel Euangelij vel Chriſti &c. Et quidem ſi inueniant vere quempiam ſibi miſſum à Deo nouum aliquem quaſi magiſtrum; vt reuerenter accipiant tanquam Dei legatum prout factum ſemper in Eccleſia Catholica, quotieſcunque Deus nouos maxime religioſorum ordinum fundatores. aliquos excitauit. Si falſum reperiant prophetam, vt tempeſtiue omnia auertant ſcandala, ne ipſorum ſomnolentia fiat, vt Zizania hæreſeon copioſius ſuperſeminentur, atque excreſcant; quam vt poſt modum ſatis commode, & abſque detrimento piorum queant euelli.

Fridericus Barſcius conc. controuerſarum tom. 1. Dom. 3.

Et vt inquit Illephonſus Giron. *Paci Eccleſiæ maxime neceſſarium eſt, vt quæcumque nouitas, & maxime doctrinæ prælatos, atque doctores Eccleſiæ ſollicitos reddat, vt veram & ſanam doctrinam in Eccleſia conſeruent, principijſque falſorum dogmatum, tota virtute obſtent: ne ſero medicina parata Eccleſiæ pacem conturbet.*

Illephonſus Giron in promp. cōc. 6.

Neque Principes aut populi hæreſum facillimam introductio- & incrementum debent admirari, non enim ab hæreſum veritate aut hæreticorum bonitate, ſed à diuerſis cauſis earum diſſeminationes ac propagationes exoriuntur.

1 *Eſt negligentia Principum Gubernatorum, & conſiliorum, quæ Cameras, Parlamenta, vel conſilia prouincialia vocant; ex qua in magiſtratibus ciuitatum, & alijs officiarijs iuſtitia miniſtris non ſolum neglectus ſui officij eſt ſecutus, ſed & fauor hæreticorum, & error multorum ex ipſis, quorum incuria & exemplo magna pars populi varijs erroribus corrupta eſt, multique in populo nutant, atque vacillant, & qui optimi ſunt, minus quam ſolent fidei & religioni ſunt affecti, & deuoti, quam Maieſtas & reuerentia Chriſti quem noſtræ fidei & religionis autorem habemus requirat.*

Richardus Tapper.

Et vt inquit Maioranus. *Tot populorũ & prouinciarũ à vera fide defectiones, quibus aſcribendæ ſunt niſi principibus illis, qui aduerſus Apoſtolicam ſedem manus dederunt Aſſirijs; turbulentorumque hominum iniuſta patrocinia ſuſceperunt: & mittentes falcem in meſſem alienam præfecturas ſacras in munera, & in ſtipendia militaria conuertunt, atque illis Eccleſias gubernandas dederunt: quos paulo ante milites, vel forſan etiam hæreticos eſſe ſciebant, quoſque eccleſiaſtici regiminis & diuini iuris ignaros eſſe non ignorabant; ex quo eiuſmodi Epiſcopi Apoſtolicæ ſedis obliti, illos pro ſummis pontificibus habuerunt, à quibus Eccleſiarum iura, & Epiſcopales faſces accepiſſe recordabantur; hinc ſenſim tot corruptelæ, tot deprauati mores, tot priſcæ religionis hoſtes, tot ſanctæ Matris eccleſiæ perduelles; tot Chriſti vicariorum contemptores; tot noua opinionum portenta; tot nouarum ſectarum principes, tot imperij regnorum motus, aduerſus Chriſtianam Rempublicam, & aduerſus Catholicam*

Lud. Maioranus lib. 3. c. 20. de vere Dei cultu.

licam Eccleſiam inſurrexerunt: quæ profectò abſurda & detrimenta in eccleſia non erat, cum Petri ſucceſſores, & Christi vicarij ſuo pleno, & libero iure vtebantur.

Quod autem Principes cauſæ ſint hæreſum, experientia viſum eſt: nam Occidentale imperium non fuit ab Arrianis infectum, quia Valentianus eam partem adminiſtrabat, exiſtimabatque de rebus eccleſiaſticis nihil eſſe innouandum, cæteri imperatores illæſum illud imperium conſeruarunt donec à pietate ſuorum maiorum non degenerarunt: Arrij hæreſis defenſione Conſtantini corroborata fuit, & Arriani ſub Valente Imperatore inualuerunt. In Anglia nunquam introduci potuit, quamuis hæretici infinitis fraudibus ac artificijs vſi eſſent, quia rex initio nullo modo Lutheranam ſectam vt pernicioſam odio proſequebatur: At deinde leuiſſima de cauſa ab eccleſia deſciſcens, ſubito hæreſim Principes & Duces populi ſunt amplexi. Si Dux Saxoniæ Lutherum non protexiſſet, nunquam in eius regionibus hæreſis diſſeminata fuiſſet: & ſic de ſingulis eſt dicendum. Qua de re mirum non eſt, ſub Principibus Apoſtatis, tot hæreticos fieri, quia maxima multitudo religiones Principum ſectatur, & ignobile imperitumque vulgus exemplis potentum de religione iudicat.

Idque ex ſacra Scriptura patet, in qua legitur decem tribus à tribu Iudæ, in qua Dei templum, magnus Sacerdos, & vniuerſa religio erat receſſiſſe, Deumque contemnentes Ieroboam regem creaſſe, qui à vera lege deſciſcens, templa idolis extruxit, eiſque ſacrificauit & quamquam prophetæ exclamarent, atrocitatemque tanti ſceleris ferre non poſſent, tamen in malo voluit perſeuerare: at eius contumacia à Deo horribilibus pœnis vindicata fuit: nam vna cum decem tribubus propter Idololatriam in exilium abductus fuit. Quare veriſſimum eſt quod ſcribit Epiphanius; nempe cauſas ob quas hęreſes non extirpantur, eſſe probationem credentium, & regum præſidia.

Paulus Riccius in orat. &c.

2 Natura ignobilis vulgus. *ſolet enim ſtolidũ & ignobile vulgus alioquin ad veterem & pecudum vitam pronum, longè facilius ad illorum trah. obſequium, qui concupiſcentiæ, libidinis fræna relaxant. quam illorum obtemperare monitis, qui ad religionem, ad morum vitæque mundiciem intendunt. Quemadmodum & non ærumnoſo hoc ſæculo, non mediocri Germanorum decore, & animarum, & temporum iactura longè lateque experimur. Quippe puerorum inſtar, qui promptius lætiuſque obediunt, cuique inerti petulanti homini qui xeniola poma, & crepitacula donat, effrenemque euagandi & curſitandi licentiam ad eorum miſeriam, & ruinam concedit, quam vt probo & erudito pareant pædagogo, quæ virga & ferulæ minis puerilem inquietudinem, & inſaniam coercere, eamque ad virtutem capeſſendam, ad vitæ incolumitatem & gloriæ incrementum inſtituere nititur.*

Claudius de Sainctes ca. 13 ad edicta principis de licentia ſeſatum.

3 *Ipſius hæreſis natura: nam mali natura fert, vt hæretici facile alios ſuo veneno imbuant, eſt; ſi enim hæreſis fermentum, vt totam maſſam corrumpat; cancer eſt, vt ſerpat, vulpes vt irrepat; inſidietur vt vineam depaſcat: peſtis eſt vt inficiat: Lupus vt gregi non parcat, fit etiam neſcio quo rerum humanarum infortunio vt herbæ nocentes, cito areſcant, & breui ſegetem, quantumuis felicem opprimant: Poſtremo in*

mo in malis gignendis ferax eſt, & fœcundum humanum ingenium, pronum ad malum, ab ortu ſuo, & quæ peſſima ſunt hærent tenacius.

4 Hominum aff. ctus, quibus proprium eſt vitia, non virtutes, ſequi. vt enim inquit Hieronymus de Iouiniano. *Ne glorieris, quod multos habeas diſcipulos, vitia fere ſequimur, non virtutes: Epicurum plures quam Chriſtum Iouinianum, quam Apoſtolum Paulum: voluptatis eſt indicium, non veritatis; quod tuæ ſententiæ acquieſcant multi, non loquentem probant, ſed ſuis fauent affectibus, oſtendiſti tales diſcipulos, non feciſti, libenter ſaltantibus, vltroque choream ducere geſtientibus, non opus eſt perito chitarœdo.* *Hieronymus de Ion.*

5 Nomen populare voluptatis, vt ait Lactantius. *Epicuri diſciplina multo ſemper fuit, quam cæterarum, non quia veri aliquid afferat, ſed quia multos ad populare nomen voluptatis inuitat. Nemo enim non in vitia pronus eſt propterea vt ad ſe multitudinem contrahat, appoſita ſingulis quibuſque moris loquitur: deſidioſum vetat literas diſcere; auarum populari largitione liberat, ignauum prohibet accedere ad remp. pigrum exercere, timidum militare; Irreligioſus audit Deos nihil curare; inhumanus & ſuis commodis ſeruiens, iubetur nihil cuique tribuere: omnia enim ſui cauſa facere ſapientem; fugienti turbam ſolitudo laudatur; qui nimium parcus eſt, diſcit aqua, & polenta vitam poſſe tolerare: qui odit vxorem, huic enumerantur cœlibatus bona: habenti malos liberos orbitas prædicatur: aduerſus impios parentes nullum eſſe vinculum naturæ: impatienti, ac delicato dolorem eſſe omnium malorum maximum dicitur: forti etiam in tormentis beatum eſſe ſapientem: qui claritati ac potentiæ ſtudet, huic præcipitur reges colere: qui moleſtiam ferre non poteſt, huic regiam fugere: Ita homo aſtutus ex varijs diuerſiſque modis circulum cogit, & dum ſtudet placere omnibus, maiore diſcordia, ſecum ipſe pugnauit, quam inter ſe vniuerſi.* *Lactantius lib. 3. diui. inſt.*

Quod vero Lactantius dicit, poteſt experientia comprobari: quia in Ægypto Hæretici prodigioſas ſuperſtitiones inuenerunt, eaque nullo penitus aduerſante exercuerunt. In Græcia nouas, & inauditas opiniones introduxerunt, quia Græci opinionum ſubtiliſſimarum nouitate magnopere delectabantur. In Africa inſipidas hæreſes induxerunt: quia Afri à puerilibus ac monſtruoſis inuentionibus capiebātur. Quid mirum ergo ſi Lutherus, qui Germanorum naturam perſpectam habebat, religionem in meretriciam libertatem mutauerit, & voracitati eorum Principum ſeruierit, qui religiones ad ſuas vtilitates attemperant; & ad ventrem cumulandamque pecuniam eas transferunt. Etenim maximos quæſtus ex religione inueniunt, multas præſtigias auaritiæ excogitantes.

Cognouerat profecto naturam Germanorum Lutherus, quando hæc verba protulit. *Nos Germani ingurgitamus nos potando, ad paupertatem, mortem, & infernum vſque*, & hos verſus, *Refert Henricus Petrus Rebenſtock in colloq. medit. conſol. narrat. &c. D Martini Lutheri.*

Si vino te impleueris, dormire ſtatim poteris,
Et poſt ſomnum, ventriculum vino implere iterum,
Nam Alexandri regula præſcribit hæc remedia.

Et ſe luxurioſiſſimum eſſe fatebatur quando in hæc verba prorupit. *Cælebs olim, hoc apud me concluſeram, vt ſi mihi inſperato moriendum fuiſſet, vel etiam*

Lutherus tom. 1. colloq. fol. 260. Fol. 122.

in lecto mortis, mihi puella deſponſanda adhiberetur: cui in teſtimonium duos ſcyphos dicare vellem. & 123. Mallem me lenonem fuiſſe, aut prædonem, quam quod Chriſtum annuis in miſſis ſacrificaui.

Robertus Bellarminus conc. 32. de hom. 2. poſt Pent.

6 *Quia ſuperbia auaritia, curioſitas, voluptas, innumerabiles homines ad hæreſim pertrahunt, atque in ea quaſi cathenis quibuſdam reuinctos tenent; ſi per tempus liceret, longiſſimum indicem explicarem eorum, qui non alia de cauſa ab eccleſia defecerunt; quàm quod Epiſcopi; aut Cardinales eſſe non potuerunt. Quam multos etiam ad hæreſim inuitauit illa templorum ſpoliatio, ſimulachrorum confractio, altarium euerſio, vrbium populatio, vnde ipſi maxime diteſcere credebantur.* Et infrà. *Porro multi ſunt, qui non tam quoque opes, & honores, in hæreſim incidunt; quam quod ſenſibus ducuntur. & nil credere volunt, quod non capiunt. Iſti igitur, cum animaduertunt ſenſus vere omnes clamare, nihil aliud quam panem & vinum Euchariſtiæ Sacramentum eſſe: Iuga boum quinque, inquit emimus: quinque noſtris ſenſibus magis, quam veſtris argumentis credimus; atque idcirco de Eccleſia egredi neceſſe habemus.*

Iam vero, quis nobis enumerabit eos, qui compedibus voluptatum impediti ad eccleſiam redire non poſſunt. Quot homines Deo dicati, quot Monachi; quot presbyteri nefario matrimonio, ſacrilegiſque nuptijs vxores ſibi inter hæreticos aduexerunt: qui proinde aiunt. Vxorem duxi; ideo non poſſum venire. Quam vero multi ſunt, quos nihil aliud in hæreſi detinet, quam falſa illa libertas frangendi impune ieiunia, confeſſione non expiandi peccata, Pontificum decretis non obediendi?

Idem Conc. 1. de lumine fidei. Luc. 20.

7 Quia quando venenũ hæreſis ſparſum eſt; ſecula erant corruptiſſima, vt idem Bellarminus affirmat. *Accepiſſent ſane Pharisæi libenter Chriſtum, ſi non crucem nec humilitatem, prædicaſſet ſed primos diſcubitus in conuiuijs, primas Cathedras in Synagogis, ſalutationes in foro, denique opes & honores ſectatoribus ſuis promiſiſſet. Itaque non mirum eſt, ſi tam multi & tam facile Mahumeto primum, deinde Luthero noſtris temporibus carnis libertatem prædicantibus, & habenas libidinibus laxantibus ſe adiunxerint. Erant enim vtroque tempore, vt ex hiſtorijs cognoſci poteſt, mores hominum Chriſtianorum magna ex parte corruptiſſimi: Sacramenta, religio, diſciplina eccleſiaſtica contemnebantur, conculcabantur & regnabant omnia genera vitiorum, ita vt homines, iam ita affecti, ſanam doctrinam non ſuſtinerent, ſed quærebant ſibi magiſtros prurientes auribus.* [2. Timot. 4.] *Non fiebant hæretici, quod nemo eis hæreſes prædicaret; ſed ipſi iam ſatis erant ad hæreſes ſuſcipiendas præparati: ligna erant arida atq; ad flammam concipiendam maxime idonea, ſolum deſiderabatur, qui ignem mitteret & adferret. Non defecit Diabolus muneri ſuo ſed repente miniſtros excitauit, qui & ſermonibus & operibus ignem accenderent. Et iam videmus tantum breui tempore pleriſque in locis incendium excitatum, quantum multis annis, & magno labore reſtingui non poterit.*

Iac. Suarez conc. in tria prima cap. Apoc. ſer. 19.

8 Ipſorum hæreticorum peccata, vt affirmat Iac. Suarez. *Quoniam vt ſupra docuimus, qui charitatem reiicit, & gratiam iuſtificantem amittit, diſponit ſe ad hæreſim; ſiquidem nullus hæreticus fieri poteſt, niſi prius gratiam amiſerit, & in peccato fuerit mortali: & tunc vera doctrina in animo hominis mortua eſſe dicitur, quando in mendacium animum conuertens, hæreticam doctrinam ſectatur. Hoc vel luce clarius ipſa experientia docet, nullum ſcilicet hæreticorum in hæreſim incidiſſe, niſi*

diſſe, niſi

diſſe, niſi prius à vero iuſtitiæ tramite declinauerit, vel per ambitionem, vel per carnis petulantiam, aut aliquod ſimile vitium. Quæ de re quid mirum? ſi multos eſſe hæreticos & infinitos peccatores inuenitur.

9 Quia mulieres hæreſibus opem tulerunt, & omnes facillime impios mulierum potentum mores ac nutus imitantur, vt earum gratiam ineant. Nam Hieronymus *copioſè, eleganterque ſcribit præcipuas hæreſes, quibus eccleſia grauiter oppugnata & lacerata fuit, impiarum mulierculárum ope inualuiſſe: Nam Simon Magus hæreſim condidit Helenæ meretricis adiutus auxilio. Nicolaus omnium immunditiarum repertor choros duxit fœmineos. Marcion Romam præmiſit mulierem, quæ decipiendos animos præpararet. Appelles Philomenem ſuarum comitem habuit doctrinarum. Montanus immundi ſpiritus prædicator, multas Eccleſias per Priſcam & Maxillam nobiles & opulentas fœminas primum auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Arius vt orbē deciperet, ſororē Principis ante decepit. Donatus per Aphricā vt infelices quoſque fœtentibus pollueret aquis, Luciliæ opibus adiutus eſt: In Hiſpania Agape Elpidium mulier virum cæcum cæca duxit in foueam, ſucceſſoremque ſui Priſcillianum habuit, &c. Altius rurſum perpēde Zaris mulierculæ & reliquorum Haminiſtrarum decretum.*

Franc. Feuardentius in Eſther.
Hiero. ad Ctephon. adu. Pelag.

10 Error mentis, prauitas iudicij, & philautia: nã vt inquit Albertus Nouicampanus. *Harum (vt docti tradunt) ſunt præcipuè, partim error mentis, prauitaſque iudicij, partim philautia, hoc eſt, amor ſui, omnium malorum fons & origo, atque adeo vt Auguſtinus dicit, referente Alfonſo Virueſio, Babylonis ciuitatem & regnum diaboli conſtituens, quemadmodum charitas, quod omnium parens ſit regnum Chriſti efficit, de qua Paulus: Scientia inflat, charitas ædificat. Proinde Paulus in catalogo prædicto vitiorum quæ futura inter Chriſtianos poſtremis temporibus vaticinatur, ab amore proprio ceu ab vniuerſorum capite incipit, & in amorem voluptatum deſinit, quas ethnici Philoſophi eſcam malorum eſſe dixerunt. Qui enim amore ſui plus æquo laborat, hic facile alios contemnit, æmulatur, præ aliiſque videri vult, atque ita noua dogmata facile ſpargit. Philautiæ ſubijcitur ea cauſa hæreſium, quam D. Cyprianus martyr ponit: Neque aliunde (inquit) hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur, cui ſi ſecundum magiſteria diuina obtemperaret fraternitas vniuerſa, nemo aduerſus ſacerdotum collegium quicquam moueret, nemo poſt diuinum iudicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiſcoporum conſenſum iudicem ſe iam non Epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſſidio vnitatis Chriſti Eccleſiam ſcinderet, nemo ſibi placens ac tumens ſeorſum foris nouam hæreſim conderet.*

Albertus Nouicampanus de corruptiſſimis ſeculi huius moribus.

11 Sunt aulici, qui vt famelicæ Harpyæ, bona Eccleſiaſtica capere & facultates ſubditorum ſumere poſſint, hæreticorum dogmata confirmant.

12 Quia via præcipitij eſt lubrica; facilis enim deſcenſus Auerni; *& quia hæretici hoc habent ſtudium, vt concordiam ſancti corporis rumpant, viaſque ſibi denuò per anfractus, & præcipitia tendãt. Hæreticus præcipuè hoc ſtudet, vt hæreſim ſuam quam latiſſime diſſeminet, atque propaget: hæreticus eſt virus ſuum alijs afflare, atque venenum vicinis affricare, pariter & inſpirare.*

Alardus Aemſtelredamus in deſcript. hæret.

Petrus Coreius.

13 Quia Principes nouam politiā, noua religione ſtabilire conantur: *At qui neglecta religione politicum principatum ſtabilire conantur, iudæis ſunt perſimiles, qui gloriæ commodorumque temporalium ſtudioſi, Chriſtum æternæ ſalutis authorem occidendum cenſuerunt, & greges in Paſtores, in aurigam currum, carnem in ſpiritum volunt exercere, dominatum naturæ repugnantes, & legi diuinæ quia Chriſtus Dei regnum primum quæri iubet, vt cætera adijciantur nobis.*

Geronimo Gratian el ſoldato Catholico. Induſtrias de los hereſes para ſembrar y dilatar ſu mala doctrina. Federicus Staph 1. & 2. par. ſuæ Apologiæ. Cypriano de Valera, y Caſsiodoro de Reyna en el prologo de la Biblia Eſpannola. Vidfgeſto. Caluino Papiſta. Carterouitus ait. Hæc veterum teſtimonia tam ſollicite inquire nihil aliud eſt, quā exſcindis lacunis & foſſis ſordes colligere. Pedro de Paez.

14 Quia multis fraudibus ac impoſturis, ſed decem præcipuè quas Hieronymus Gracianus in milite Chriſtiano deſcribit, populis ac multitudini illudunt. *La primera es, el peruertir, corromper, y falſificar la Biblia, quitando della libros enteros, y los lugares que hazen contra ſu heregia, annadiendo lo que a ellos les parece, traduziendola mal en otras lenguas, y dando falſos y hereticos ſentidos a las authoridades, que dexan en pie, como ya dixe arriba. Deſto leereys muy largo en la primera y ſegunda parte de la Apologia de Federico Eſtafilo, donde tratta de propoſito eſta maldad: y como la gente ſin letras, no ſabe qual es la verdadera o falſa Biblia ni cotejar vna letra con otra, hazen les increyente que el priualles de la lectura de la Bibilia en vulgar (que ellos tienen ya depranada) es quitarles la palabra de Dios, que prueuan con muchas autoridades ſer neceſſaria para la ſaluacion de las almas. Eſta traça maldita hallareys muy a la larga en el Prologo de la Biblia Eſpannola, de Cypriano de Valera, y Caſſiodoro de Reyna.*

La ſecunda mala traça deſtos (que algo dello he tocado arriba) es dezir mal de los Doctores ſagrados, y no los admitir, ni querer que ſe les arguya con autoridades de ſantos Concilios, Papas, ni Doctores: eſcriuiendo que todos mienten, y ſolo dizen que ſe ha de creer lo que eſt à expreſſo en la Biblia, como hazen los Puritanos, y otro Caluiniſtas, y podeys veer in Vidfgeſto, cabeça de los Caluino papiſtas de Inglaterra; y en Carterovito, que dize que todo lo que eſcriuen los Padres antiguos, es paja. Y aſſi reſponde a vna authoridad, que le trayan de Iuſtino Martyr, eſtas palabras, buſcar eſtos teſtimonios de los Doctores antiguos, no es otra coſa ſino ſacar hediondez de los cenagales, &c.

La tercera inuencion es, recoger todas las autoridades de la ſagrada Eſcritura, que traten de la doctrina que haze a ſu propoſito, y danlas a los ninnos que las eſtudien y ſepan de coro, para que puedan alegallas, quando quiſieren diſputar contra qualquier Catholico, por docto que ſea: y no admiten, ni quieren oyr autoridad contraria, diziendo, que ya tienen la palabra de Dios clara por ſu parte: que todo la demas ſon Sophiſterias, y quimeras de los Papiſtas; Con eſta traça eſcriuio vn libro en Eſpannol intitulado, La fuente de vida, vn herege que agora reſide en Middelburgo de Zelandia, y fue mucho tiempo mercader en Malaga, que ſe dize Pedro de Paez: en el qual amontona mill y dozientos lugares de la ſagrada eſcritura, aſſi del nueuo, como del viejo teſtamento, y aunque eſtan fielmente traduzidos de la verdadera Biblia Latina, en todos ellos ſe trata de la infinita miſericordia de Chriſto: del valor de ſu ſangre, de la excelencia de la redempcion, y de la efficacia infinita de ſu paſſion, y coſas ſemejantes, para de alli colegir, (como colige al cabo del libro) que hazemos agrauio al valor de la perſona y paſſion de Chriſto, ſi dezimos que nueſtras obras valen algo, ò que es meneſter penitencia para ſaluarſe, ò libre aluedrio para iuſtificarſe el pecador &c. que es la ſubſtancia de toda la heregia Lutherana.

La quarta

La quarta aſtucia es, leuantar falſos teſtimonios a los Santos, y Hiſtoriadores grauiſſimos de los nueſtros Catholicos, acotando con ellos a cada paſſo. y multiplicando authoridades falſas de Doctores, Concilios, y Papas. Y como la gente vulgar no puede yr a ver en los miſmos originales los lugares, que ellos acotan, pienſan que ſon verdaderas authoridad; Y muchas vezes ſacan los miſmos libros de los Santos, impreſſos falſamente para conuencer los ignorantes, con eſta induſtria ay muchos libros malos eſcritos. Dos he leydo en Eſpañol de Cypriano de Valera, vno contra el Papa, y otro contra el Santiſſimo Sacramento de la Euchariſtia; y para dezir abominaciones de los Papas antiguos, acota a cada paſſo con Platina, y otros ſemejantes, leuantandoles que eſcriuen de los Papas las abominaciones que ellos les imponen &c. Deſta maldad conuencio Monſennor de Eureux delante del Rey de Francia al Doctor de Pleſſis Caluiniſta, y le probo, que en ſu libro de Cœna Domini citaua mas de cient authoridades falſas de los ſagrados Doctores.

La quinta, no es menos abominable traça, arguyr de las materias mas dificultoſas de la Theologia con los ignorantes, que no la ſaben, ni Logica, Metaphiſica, ni Philoſophia: y de los argumentos mas dificultoſos que ſe diſputan en las eſcuelas, pueſtos en tal forma, que los ignorantes no pueden reſponder, (y aun los muy doctos tienen bien que hazer en las eſcuelas en reſponder a ellos) para con eſta dificultad dexallos concluydos, y que abracen ſu mala opinion. El exemplo ſea lo que haze Lutero en el arti. 36. tratando del libre aluedrio, y de las obras de los hombres, y de la gracia y iuſtificacion, en el Commentario del cap. 2. de la epiſt. ad Gala.

La ſexta induſtria que hazen no menos dañoſas: Danſe mucho a la Rhetorica Griego, y Poeſia, y Latinidad, teniendo en poco, y haziendo burla de los que no ſaben tanta (por mas doctos que ſean) en Theologia Eſcolaſtica y poſitiuia. Y como (con titulo de la elegancia) ſacan las materias de ſus proprios terminos dan en los errores. Deſto ay harto en los libros de Beza, y otros Poetas y Rhetoricos. Y eſtan tan confiados deſta ſu negra eloquencia, que ha pocos meſes ſe augmentaron en la vniuerſidad de Leyda de Olanda los ſalarios de las Cathedras de Rhetorica, y Poeſia, y ſe prometieron grandes premios a los que mas ſe eſmeraſſen en ellos. Beza.

La ſeptima, auiendo yo leydo el libro de vn Iuan Henrrico Adſtaldio (que ſe llama Clauis Lulliana) he ſabido otra inuencion diabolica: y es, que moſtrandoſe muy doctos en ſciencias altiſſimas y eſcondidas, reſuſcitan el arte Cabaliſtica de los antiguos Hebreos, la Pytagorica que declaraua las eſſencias, y naturalezas de las coſas, por las combinaciones de los numeros: la Academica de las Ideas de Platon: y toman de la Peripatetica de Ariſtoteles, y de la ſciencia que llaman, infuſa de Raymũdo Lullio, y con ellas entremeten ſus hereſias, y arguyen y reſponden con tantas palabras, que no ay termino en ſus argumentos, haziendoſe ellos de los muy graues y entendidos en Methaphiſicas altiſſimas, con que deſprecian la verdadera, y ſolida Theologia. Ioann. Henricus Adſtaldius.

La octaua. Poco ha que han dado en imprimir libros de Theologia Myſtica, y eſpiritual de los mas abſtruſos y eſcondidos, como los de Henrrico Herpio, Taulerio, Bloſio, &c. y de alli colligen los grandes ſecretos que trata el alma con Dios en lo eſcondido del Eſpiritu, para por eſſa via fortificar ſu eſpiritu particular, y dar a entender que tienen reuelaciones, y luzes altiſſimas de Dios. De la manera que vno eſ-

 eſcriuia

crinia y enſenaua mucho de la union immediata con Chriſto, que (aunque el no era herege) daua entrada a muchas heregias de Luthero, como podeys leer en una Apologia, y libro que eſcriuio contra eſte, el Maeſtro Fr. Geronymo Gracian, intitulado, De la vida del Alma, y verdadera imitacion de Chriſto.

Gratian lib. de la vida del Alma.

La nona. He leydo en un herege, llamado Phelippe Nicolas, Doctor, de la heregia Lutherana, y Predicador en Amburgo, que los Caluiniſtas han hecho imprimir muchos librillos de deuocion, y horas, pſalmos, y oraciones, que parecen muy deuotas con prologos, y entremetiendo en ellos ſus opiniones hereticas, y de muy buena letra, y figuras de eſtampas finas los preſentan a Sennores y Sennoras principales, por coſa de mucho prouecho para el alma, mas lleuan centellas Diabolicas, con que han encendido mucho deſte fuego por eſtos Payſes.

Phelippe Nicolas.

La decima. Seria nunca acabar, ſi yo os contaſſe las induſtrias que han tenido y tienen para ſembrar, y dilatar eſta maldita doctrina. Pero quiero concluyr con una (de que tambien os he dicho y dire en otras partes) que es, traduzir los libros hereticos en Eſpannol, Italiano, Frances, y en Griego, para embiallos a Eſpanna, Italia, y a toda Francia, y a los Griegos Moſcouitas.

Paulus Boudot Pythag. M. Ant. de hominis &c.

His omnibus de cauſis, hæreſes maximum capiunt incrementum, quod deinde perbreui temporis ſpatio imminuitur, & ad nihilum reducitur: nam hæreticorum impietas tandem ſe prodit vt enim inquit Paulus Boudot. *Licet enim nequitiam ſuam flagitioſamque vitam Laruato ſanctitatis amictu diſſimulent quantum poſſunt, tandem tamen ſi rem accurate conſideras, vltro citroque ſe produnt.*

Hunc fictum ac hipocriticum vultum ementiti ſunt ab omni hominum memoria omnes in vniuerſum tui ſimiles hæreſiarchæ. M. Antoni, quorum iam ſatis diu, ſed noſtro damno, lupinam rabiem experti ſumus. Si primo ſub ouium pelle ingreſſi pietatem ac modeſtiam ſimulantes blando ſuo colloquio quod nihil primo intuitu, niſi vitæ, morumque reformationem ſapit, quoſque obuios ad ſe canè ac verſute alliciunt, vſque abblandiuntur ſuauiſſime. Verum vbi apud pleroſque, quorum ſibi fraude, doloque conciliarunt amicitiam plurimum ſe gratia valere animaduerterunt, tum demum depoſita, qua ante ſe texerant, fallaclarua, quaſi laxis habenis inſolentiſſimè debacchantur &, Chriſti gregem nihil talemeditatum dentibus miſerabiliter dilaniant.

Similes nempe ſunt portentoſis illis Homeri ſyrenibus, quæ ſuauitate concentus, vociſque ſuæ illecebris miſeros nautas, qui goſſipio aures non obturarent, incautè allectos præcipiti naufragio abſorptos obruebant.

Tren. 4.

Similes fallacibus illis Prophetæ lamys, quæ diſtentas hominibus mammas exponunt, forte vt mellita ſui lactis dulcedine paulatim inèſcato: voraci ſui ventris & abdominis ingluuie auidiſſime deglutiant.

Apoc. 9.

Similes effeminatis illis Apocalipſeos ex puteo abyſſi eductis locuſtis, quæ facie venuſta & decora, ſparſis in aëra capillis, & cæſarie calamiſtrata muliebrem pulchritudinem referunt, quibus in amorem ſpectantium à fronte ſeſe inſinuant, ſed à tergo in ſcorpiones deſinunt, quorum licet blanda ſit facies, cauda tamen poſterior venenis malis imbuta, eos, quos peſtilenti aculeo pungunt, omnino enecant ac interficiunt.

Acue-

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis: venenum aſpidum ſub labijs eorum. *Pſal. 139.*
Sepulchrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant. *Pſal. 13.*
Sed beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus. *Pſal. 31.*

Et qui inter ſe ſemper diſcordant, durare minimè poſſunt. *Vbicumque enim aliqua ſodalitas ſeſe diſcordauerit, ſtatim de ipſa actum eſt. Vereor ne Germania noſtra hoc aliquando velit nolit experiri cogatur. Spero autem regnum hoc hæreticorum præſentis ſeculi, poſtquam inter ſeſe tam male conueniunt, non ita diu duraturum.*

Ioan. Hofmeiſterus in hom. Euan.

Sicut inter medicos, alij in chirurgia, alij in pharmacopeia, alij in medicina, alij vero in præcipuis medicæ facultatis partibus excellunt: ſic inter viros illuſtres, alij in vna virtute, alij in alia, alij in multis præcipuè florent, vt eques. Ægidius Hoffman nobiliſſimus vir, quem eximius rerum humanarũ vſus, ſpectatæ prudentiæ fama, ſollers ingenium, præcelſi animi magnitudo, ſummum religionis ac pietatis ſtudium, manſuetudo, humanitas, grauitas, iudicium firmum, ac ſtabile, generoſi ſpiritus indoles, largiſſima virtutis æſtimatio, inſignis benignitas, perpetuus liberalitatis ſplendor, humanitatis ac temperantiæ commendatio, morum elegantiſſimorum dignitas, rerum reconditarum ſcientia, & clariſſimarum virtutum gloria inter cęteros illuſtres viros verendum faciunt.

Sicut inter medicos eſt ſemper vnus, qui ſcientia prudentia, experientia ac peritia alios ſuperat: ſic Chriſtus eſt omnium maximus medicus. *Quomodo autem Chriſtus ſit medicus, pulcre inter recentiores Theologos tractauit Ludouicus ſidelis lib. quarto de militia ſpirituali, ipſum, inquit medicum qui vniuerſis, quantumuis grauibus ac periculoſis medetur morbis, Chriſtum ſuſpice: de quo ſublimi ſermone 106. loquitur, inquiens ipſe vulnerat & medetur, percutit & manus eius ſanabunt. Et paulo poſt in fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij vnde Ezechiel ſub typo quodam ſic profert. Non deſluet folium ex eo & non deficient fructus eius: erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam: quæ indubiè tum corporibus, tum animabus ſanandis, plurimum conducere deprehenduntur. Hic eſt certè medicus ille, qui hominem ab Ieruſalem in Iericho deſcendentem ſaucium ac ſemiuiuum relictum benigne curauit. Hic eſt vnguentarius, qui curans mitigat dolorem, & pigmenta facit ſuauitatis, & vnctiones conficit ſanitatis: & non conſummabuntur opera eius. Hic eſt certe qui vniuerſos languentes oleo deliniit, conſolationis, gratiæ pietatis, ac miſericordiæ in cuius vnguentorum odore citiſſimè auidiſſimeque currunt omnes fortes Dei athletæ: cuius fimbria veſtimenti omnes male habentes ſanantur. Hic eſt inſignis ille fluuius dorix; in quo non ſolum Naaman Syrus à lepra mundatur, non ſolum quotannis vnus ſanatur, ſed vniuerſi à ſuis ſordibus con[illegible]o expurgantur, cunctisque infirmitatibus liberãtur. Nec perperam hic fluuius nominatur dorix, quoniam ab ipſo omnis medicina omniſque medela, ac vtile pharmacum atque malagma copioſe profluit: dicitur enim dorix generationis medicamentum. Hic eſt indubiè medicorum omnium abſolutiſſimus, qui ſolo tactu verbo vel nutu languentes curat, claudos erigit, cæcos illuminat, febre peſteque correptos ſanat, ſanguinem profluentes perſtringit, ſaucios & mortuos ab orco reducit*

Ioan. Molanus in medicorũ eccleſiaſtico diario. Hic autor de illuſtribus medicis qui in ſanctorum numero relati fuerunt mentionem facit.

ducit, & (vt ſummatim dicam) vniuerſis morbis ac vulneribus quamuis grauibus affatim medetur.

Sicut inter medicos, ille maxime commendatur, qui morbos præcauere, ijs occurrere, corpuſque præſeruare, conſeruare, & morbo correptũ, opportunis facillimiſque remedijs ad ſanitatem reducere nõ ignorat; ſic ille ciuis, verbis ampliſſimis ab omnibus concelebtatur, qui reipublicæ corpus gubernare, regere, tueri, fouere, & publicis vicijs infectum, ſanum facere, rempublicamque ægram & labentem, ſanare & confirmare infracto animi labore ac ſingulari prouidentia didicit, vt Fredericus Marſelanus Antuerpiẽſis patritius, Bruxellẽſiſq; ſenator, qui ob ingeniũ ad res ciuiles tractãdas aptiſſimũ, expediti animi vigorem, eximiam eloquentiam, & multiplicem eruditionem, felicis conſilij præſtantiam, æquitatem, iuſtitiam, integritatem, firmi & conſtantis iudicij celeritatem, integram variarũ doctrinarum maturitatem, perfectam prudentiam, elegantiſſimorum morum ſuauitatem, præclaræ mentis acumen, inſignem humanitatem, & ob rei ciuilis adminiſtrandæ peritiam, aliarumque eximiarum virtutum concurſum, reipublicę perutilẽ, & præſtantiſſimarũ dignitatum honoribus digniſſimum conſtanti omnium opinione creditur cum quod politici, & morales philoſophi verbis adumbrant, ipſe re per egregie exprimat.

Petrus Berchorius in prompt. moral.

Sicut pigmentarij conficiunt & componunt antidota, & pigmenta diuerſæ ſpeciæ ſimul miſcendo, & componendo; ſicut etiam videmus, quam omnia corpora viuentia mixta ſunt, & compoſita de quatuor elementis: quare ſcilicet corpora ſimplicia, & mixtione carentia, carent: ſic reuera pigmentarij 1. viri iuſti in apotheca cordium ſuorum, confectiones & Pigmenta diuerſarum virtutum conficiunt: & ſic vitam ſpiritualem obtinent: & ſeipſos aromaticos reddunt: dum in bonis moribus ſe componunt, & iſta pro certo eſt mixtura myrrhæ, & aloes quam Chriſtus dulciter mungit. Ioan. xix. quando ſibi à Ioſeph 1. à quolibet viro iuſto virtutum compoſitio præſentatur; figurata certa in illa compoſitione thymiamatis; exo. xxx. quod de diuerſis rebus aromaticis ſimul mixtis conficiebatur; quod ad vſus diuinos, & non ad alios applicari tantummodo iubebatur. Quia reuera res aromaticas 1. virtutum fragantiam ſibi Chriſtus iubet appropriari; & nulli alteri applicari: ſed ſibi ſoli confici, & miſceri, quam ſcilicet in odorem ſuauitatis ſolet recipere: & ſe in ipſarum fragantia delectare.

Idem.

Sicut pigmentarius ſolet facere mixtionem de rebus amaris, & de rebus dulcibus & vna cum altera temperare: ſic vere homo debet miſcere res acres, & dulces cum virtute ſpectantes ad acredinem timoris: ſicut eſt contritio & mortis memoria, & pœnitentia dicens. ſ. illud Pſal. cinerem tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam, & virtutes pertinentes ad dulcedinem ſpei & amoris: ſicut. ſ. eſt pietas & compaſſio clementia, mititas, & cæleſtium contemplatio, ad quam ſ. inuitat Dominus: *dicens Prouer. ix. comedite amici mei, & bibite vinum quod miſcui vobis, &c. vnde de ſapientia dicens Prouer. ix. quod ipſa ædificauit ſibi domum: & miſcuit vinum: & poſuit menſam.*

Idem.

Medici debent eſſe In Arte completi — *Debet enim medicus eſſe completus in ſcientia, diſcretus in prudentia, ſecretus*

In modo diſcreti
In actu ſecreti
In verbo faceti.

cretus cum modeſtia, facetus cum blanditia. Hic eſt qui perſcientiam morborum vitia, per prudentiam administrat, iuſta remedia per modeſtiam ſeu per honeſtã & ſecretam continentiam reuelantur ſibi conſilia. Per facundiam ſeu blandam eloquentiam, conſolando prabet auxilia.

Sicut medicus aliquando plagat infirmum; vt ſanetur: ſic Deus plagas tribulationum immittit, & ſacerdos plagam pœnitentiæ iungit, & prælatus plagam correctionis inſligit, vt homo ab infirmitate peccati ſanetur, & ad ſanitatem gratiæ reducatur, & ſic loquitur ſcriptura vbi dicitur Eſai. 19. *Quod Dominus percutiet Ægyptum plaga & ſanabit eam, & Eſai.* 30. *dicitur percuſſuram, plaga eius ſanabit.* Idem.

Sicut medicus quandoque vnguentis mordificatiuis, quandoque vnguentis mitigatiuis, quandoque vnguentis reparatiuis vtitur; quoniam. ſ. mordificatiua ſolent rodere humores malos. Mitigatiua ſolent lenire graues dolores: reparatiua ſolent replere deperditos humores: & replere plagas profundiores: ſic medicus ſalutis Deus triplici vnguento ſolet ſuos inungere & lenire. ſ. vnguento mordificatiuo doloroſæ tribulationis, vnguento mitigatiuo mundialis conſolationis, vnguento reparatiuo ſpiritualis inſpirationis; Penuria & tribulatio crimina rodunt, atque lacerant. Temporalis vero promotio, & conſolatio ſedant atque temperant. Gratia vero ac deuotio virtutes augent, atque reparant; & ſic Deus vngit mordificando per aſperas tribulationes. De myrrha & aloe, quæ ſunt ſpeciei amariſſime, fiunt vnguenta quibus carnes ſuperfluæ conſumuntur: quibus corpora mortuorum condiuntur, quibus mulieres vt redoleant inunguntur, quia procul dubio vnguenta tribulationis, contritionis, & pœnitentiæ; quæ amaritudine & difficultate ſunt plena, rodunt à nobis omnem ſuperfluam carnalitatem, condiunt nos ne putreſcamus per iniquitatem, & nos redolere faciunt per virtutem & famoſitatem, vnde Cant. 4. *dicitur quod in horto ſponſi erat myrrha, & aloë cum vnguentis pigmentariorum, &c.* Idem.

Vngit mitigando per mundanas conſolationes; ſæpe enim fit quod Deus iuſtis vncturam mundanarum conſolationum immittit, per quam ne ſuccumbant in laboribus eos linit, &c.

Denique Deus vngit per gratiæ inſpirationes, & infuſiones. Medicus enim poſtquam vſus fuit vnguento corroſiuo et mordificatiuo, videns iam ægrum ſanitati propinquum, vtitur vnguento conſolidatiuo, & carnis deperditæ generatiuo; & cicatricis vulnerum repletiuo: ſic vere Deus poſtquam mentem vitijs vulneratam per correctiones & conſolationes ſanitati reddit, ſolet vnguentum gratiæ adhibere, & virtutes deperditas reparare, & cicatricem animæ, id: vacuitatẽ virtutum ad plenitudinẽ reſtaurare: & ſic anima vulnerata videtur dicere illud, quod dictum fuit Iuth. 3. *Lauare & inungere, & induere cultioribus veſtimentis, lauare dico per correctionem & pœnitentiam, vngere per deuotionem, & gratiam, induere per virtutum cumulationem & abundantiam.*

Sicut ægroti aliquando: ſic & mali malo vnguento vnguntur. Idem.

Primum eſt proſperitatis mundialis quod inflammat per auaritiam. Vnde de peſſimo Aza. dicitur II. *Paral.* 16. *Poſuerunt eum ſuper lectum plenum aromatibus, & vn-*

& vnguentis meretricijs, & combuſſerunt eum ambitione nimia.

Secundum eſt carnalitas corporalis, quæ maculam contrahit, per immunditiam: nihil enim veſtes magis maculat quam vnguentum: vnde mulieri meretrici eſt dictum illud Eſai. 57. Dilataſti cubile tuum, ſequitur; ornaſti te regio vnguento, & multiplicaſti vnguenta tua, &c.

Tertium eſt verboſitas noxialis, ſcilicet adulatio, quæ vngit & lenit auditores: ita quod dolorem non ſentiunt aliorum; vnde Amos, bibentes vinum in phialis; & optimis vnguentis delibuti: nihil compatiebantur ſuper contritione Ioſeph.

Sicut medici doctiores, moribuſque elegantiores, apud omnes in maxima ſunt exiſtimatione; ſic viri prudentiores, eruditiores, & morum ſuauium ac elegantium ab omnibus præcipuè æſtimantur; vt Ioannes Carolus de Cordes, quem vigilantia, comitas, integritas, conſtantia, moderatio, diligentia, laudabilis liberalitas, induſtria, continentia, fides, honeſtas; temperantia, rectæ atque honeſtæ vitæ diſciplina, præclarorum ſtudiorum grauitas, inſignis ingenij præſtantia, conſilij maturitas, & verarum virtutum ornamenta inter cæteros in primis commendant.

Greg. de valent. tom. 3. diſp. 3. q. 10. de correct. frater. punc. 4. ex Theol.

Sicut medicus ſaluti & incolumitati corporis curatione ſua: ſic proſpicere vt quoad fieri poſſit, id faciat ſine detrimento vllius membri, niſi forte opus ſit membrum aliquod minus præcipuum reſecare, pro tuenda ſalute ægri. Igitur pari modo qui proximum corripit, debet procurare ſalutem ſpiritualem eius ſine detrimento vllius boni ipſius, etiam inferioris ordinis, vt famæ, fortunarum, &c. quoad fieri poſſit, nec cum maiori diſpendio alicuius eiuſmodi boni proximum ſanare ſpiritualiter, quam ad eum forte finem ſit opus.

Theodoret. de curandis Græcanicis affectionibus lib. 6.

Sicut qui ſunt corpore male affecto, morbos ægre ferunt, ſanitatemque appetunt atque idcirco medicis obedientes ſe præbent, non iucunda ſolum miniſtrantibus pharmaca, verum etiamſi ferro ignique vtantur, ſi inediam imperant, ſi plenos amaroris calices porrigant; contra qui impietatis labem infidelitatiſque contraxerunt, non ſolum morbi grauitatem miſeri non præſentiunt; verum etiam ſic ægrotantes opinantur optimo ſe in ſtatu verſari. Quod ſi quis medicæ facultatis peritus ſalubre remedium velit afferre, ſtatim reſiliunt, non ſecus atque hi facere conſueuerunt, qui phrenetico morbo corripiuntur, oblatam enim ſibi curationem auerſantur & fugiunt.

Chryſ. Hom. 60 in Matt.

Vt medicus, cum grauiorem viderit morbum, non deſiſtit nec moleſtia oppreſſus, deficit: ſed ad ferenda remedia diligentius ſe accingit, quod nos quoque facere iubet. Quoniam enim ſolus imbecillos viſus, & adiectione duorum fortior factus, argue delinquentum.

Idem Hom. de ferendis reprehens.

Vt medici ægrotos frigidam petentes conſolantur, & ſe daturos dicunt, ſed fontem cauſantur, & vas, & tempus, & multa eiuſmodi. Nam ſi repente negarent, eos in inſaniam verterent: ſic & nos erga pecuniarum amatores faciamus, & cum dicunt, diuites eſſe volumus, nolumus quam primum dicere malum eſſe diuitias, ſed aſſentiamur, dicamuſque quod & nos quoque id volumus, ſed in debito tempore; ſed diuitias veras quæ immortalem habent voluptatem, quæ tibi & non alijs conferunt, ſæpenumero autem & inimicis.

Quemadmodum peritiſſimi medici febre adhuc in præcordijs permanente, & ægroti

ægroti corpus acrius diuexante, & ægritudinis fomentis adaucta magis, incenſaque nullam afferunt languenti medelã, quæ languoris cauſas tollat, ſed vt morbus increſcat, operiuntur: ſic & vobiſcum agit animarum medicus ille: expectat enim, vt prorſus omnis retegatur nequitia, vt nihil maneat ex his, quæ recondita ſunt incuramur: ſic demum reiectis, ille & patentibus malis medebitur.

Theophilactus in ep. ad Hebræos ca. 9

Sicut medici ſinunt in ſaui morbi vlceribus humorem colligi, & deinde remedia apponunt: ita & peccatum oportebat omnes ſuas ſpecie indicare & inde magnum medicum imponere pharmaca. Et propterea expectauit Chriſtus, donec diabolus malitiæ menſuram impleret, & tunc demum incarnatus eſt, & omne genus malitiæ per ſanctam vitam ſuam ſanauit.

Idem in Luc. cap. 14.

Quemadmodum in medicorum præceptis, quando appoſite & ex artis ratione fiunt, poſt experientiam vtilitas eorum potiſſimum oſtendi ſolet: ſic & ſpiritualibus monitionibus poſtquam præcepta exitum teſtimonijs comprobatum extenderunt, tunc eorum vtilitas ad vitæ illorum, qui admonentur correctionem & vtilitatem manifeſtatur: audimus enim in prouerbijs ſcriptum eſſe, ira ſapientes perdet. Igitur ſi quando nos hoc vitium tentauerit, tum potiſſimum veritatem diuinorum præceptorum agnoſcemus, diſcentes tamen tacite turpem eorum tumultuationem, qui hoc malo tenentur: agnoſcamus, reipſa verbi ſacri dexteritatem, nempe quod vir iratus fœdus aſpectu ſit.

Baſil Hom. de ira.

Quemadmodum in corporibus qui vulnera neglexerunt, febres gignunt, & putrefactiones ac mortem denique, itidem in animis, qui puſilla diſſimulant, maiora inuitant.

Chryſoſt. in c. 1. ad Galat.

Sicut medici ægrotantes leniter curant: ſic medici ſpirituales maxima lenitate ægrum proximum debent corrigere. *Multa lenitate opus habet qui corripit, æquanimiter toleret ſectionem. Non videtis medicos quando vrunt, vel ſecant aliquos, cum quanta lenitate opus curationis exercent? multo amplius corripientes hoc oportet agere. Etenim correptio & igne, & ferro, vehementius erratur, & reſilire facit eos, quibus offertur. Hæc circa ægrum etiam medici plurimum ſtudent, quatenus poſſunt ægrum facere æquanimiter tolerare ſectionem, & quantum poſſint leniter agunt, & aliquantulum requieſcentes, ægrum faciunt recreari. Sic enim oportet correptiones efficere, vt & qui corripitur, non reſiliat. Itaque etiam ſi ſint ferenda probra, aut plagæ, non recuſabimus. Enimuero illi qui ſecantur aduerſus eos à quibus ſecantur multa reclamant, ſed illi nihil impediuntur, ſed tantum ægrotantium conſulunt ſoſpitati. Sic etiam hic cuncta gerenda ſunt: omnia namque qui corripit ad illius qui corripitur vtilitatem & tolerare debet, & facere, reſpiciens ad mercedem, quæ tali voluntati repoſita ſeruatur.*

Idem Hom. 30. ad Heb.

Sicut medicus non curat morbos quos ignorat: ſic medicus ſpiritualis peccata quæ non intelligit: ſic *acuerit, quem diabolus peccati veneno infecerit, & non egerit pœnitentiam, nec vlcus ſuum fratri & magiſtro voluerit confiteri, magiſter qui linguam habet ad curandum, facile ei prodeſſe non poterit, ſi enim erubeſcit ægrotus vulnus medico confiteri, quod ignorat medicina non curat.*

Hieron. in c. 10. Eccleſiaſt

Sicut medici iniurias ægrorum æquo animo ferunt, quia eæ à Morbi vehementia originem habere ſciunt: ſic iniurias inimicorum debemus

Hom. 36. in Gene. perferre, quia eas ab ægritudine proficiſci non ignoramus: vt enim Chryſoſtomus. *Medici quando iniurijs & calcibus cæduntur furentum, tunc illorum magis magiſque miſerentur, tum maxime ad reddendam illis ſanitatem, parantur, ſcientes quod excellentiam morbi ſignificat ea iniuria. Et tu de inimicis eandem teneto ſententiam, ſi tibi iniuriari cupientibus, illi namque ſunt maximè ægroti omnemque violentiam ſuſtinentes. Libera te igitur à peſſima læſione, libera te à ſæuiſſimo dæmone, propria ſcilicet mentis furore. Etenim cum aliquos à dæmone actos videmus, ſæpe lacrymamur, non autem agimus, vt eadem ipſi patiamur. Noli inſultare iacenti, quinimo miſerere. Etenim ſi videamus aliquem miſerabiliter vexatum, & vertiginis ſuæ tenebris obtectum, quique etiam malignum illum humorem vrgeatur euomere, porrigimus manum, & ſupportamus hunc illucque iactatum. Et ſi veſtimenta noſtra polluat, non auerſamur, ſed tantummodo requirimus, quomodo eum à tam grandi anguſtia liberemur. Quando autem eiuſmodi æger à paſsione requieuit, tunc liquido cognoſcet, à quanta illum turbatione ſanaueris; & quid dico, te honorabit vt Dominum. Nonne vides parientes fœminas. Quemadmodum aſsiſtentes ſibi ſæpe commordeant, & tamen illæ minime dolent: imo dolent quidem, ſed ipſum dolorem fortiter ferunt. Harum igitur memineris, & noli eſſe fœmina mollior.*

Petrus Chryſologus ſer. 28. Sicut medicus eſt patiens cum ægrotis: ſic debet eſſe quiſque cum ſuo proximo. *Non ne quoties miſerum hominem choleræ inflammauerit incendium, & dominante febre veſanum reddiderit ægrotantem, turbatur ſenſus, mens deperit, feritas accedit, recedit humanitas, & ne multis moriente homine furor viuit. Hinc eſt quod frendentibus parentes laniat, ſcindit proximos, cadit pugno, morſu agit, atque afficit obſequentes: tunc medicus ad virtutis laudem, & artis gloriam, ad famæ cumulum armatur patientia, tolerantiam ſumit, iniurias deſpicit, morſus ſuſtinet, fert labores, & non leues patitur, vti à pœna liberet laborantem; fouet oleo, inſiſtit curis, erogat medicinam, certus quod medicinam repenſet ægrotus, dum recipit ſanitatem. Ergo fratres ſi talia perpetrantes grauiſſima phreneſi laborare cognouimus, obediamus Chriſto, & furentium fratrum morſus verbera, onera, tota pietatis virtute portemus, vt & fratres noſtros liberemus à pœna, & nos æternum patientiæ præmium conſequamur.*

Chryſoſtomus hom. 21. ad Heb. *Sicut optimi medicorum cum alte ſecuerint, & per inciſionem fecerint doloris augmentum, ſolatium ſtatim afferunt & remedium illi loco, vbi dolor ineſt, & perturbatam refouent animam: poſtquam autem recreauerint, alteram iam non adiiciunt ſectionem, quin etiam illa quæ facta ſunt medicaminibus mitioribus, & valentibus magnitudinem mitigare doloris conſouent: hoc etiam Paulus fecit. Poſtquam enim concuſſit animas Hebræorum, & compunxit mentione, gehennæ & fidem feciſſet, quia omnibus modis perire oportet, iniuria Dei gratiam afficientem, ne multo timore deſperantem animam abſorberi faceret conſolatur eos, per laudes, & hortationes dicens, redeant vobis in memoriam priſtini dies &c.*

Idem hom. 30. in 1. Cor. *Sicut neque medicus quiſquam ferro manuque admotis. ſic accurate putrida vulnera ſecat, vt pauper egena manu porrecta, ſtipem flagitando vulnerum cicatrices tollit, & quod mirum citra dolorem, citra ſuſpirium, pulcherrimam conferunt medicinam.*

Quemadmodum ex adhibito remedio medici peritia agnoſcitur:

tur: ita interdum ex occurrente inopia miſerantis Dei prouidentia ſentitur.

Vt medicus videns hominem febricitantem, moroſum, minimeque ſibi temperantem, ſi concupiſcat frigidam bibere, ac ni accipiat periturum, ac plane futurum, vt vel ad laqueum fugiat, vel è ſublimi ſe præcipitem det, dum ſtudet maius excludere malum, permiſit quod minus eſt, cupiens illum à violentiæ nece reuocare, conſimilem ad modum fecit, & Deus qui vidit illos inſanientes, anxios concupiſcentes victimarum oblationem: iamque niſi acciperent, quod deſiderabant paratos, vt ad idola ſe deflectant, imo non ſolum paratos: verum etiam eo iam prolapſos, permiſit immolationem victimarum. Idem orat. 1. contra Iudæos.

Et quemadmodum ſi medicus ille (nihil enim vetat eodem exemplo denuo vti) poſtea quam indulſit appetitui laborantis, mox phiala eius ædibus allata præſcribat, vt ex hac ſola bibat aquam, deinde perſuaſo ægroto, clam ijs qui miniſtrant præcipiat confringere phialam illam, vt eum clam nihilque ſuſpicientem auocet ab illa cupiditate bibendi frigidam. Iſidem fecit Deus permittendo ſacrificia. Ibidem.

Quemadmodum igitur medicus fracto vaſe ægrotum cohibet ab intempeſtiuo frigidi potus appetitu: ſic & Deus euerſa ciuitate ipſa, adeoque funditus diruta, vt omnibus facta ſit inacceſſa, Iudæos à ſacrificijs abduxit. Ibidem.

Quemadmodum medici multas moleſtias obire coguntur, dum & ægrotos & victus rationem, & pharmaca curant, & parant voluptatem quidem nullam habentia, plurima vero vtilitatem: & quemadmodum filij vbique moleſti ſunt ita & præceptores ac doctores, & multo etiam amplius medicus enim & ſi ægroto inuiſus ac exoſus, eſt erga cognatos, tamen eius qui eo libenter vtuntur, amice habet, & commode erga ægrotum etiam ipſum ſæpe numero, & pater tam naturalibus quam externis legibus munitus, multa libertate principatu ſuo erga filium vtitur; etſi inuitum erudierit, & percuſſerit, nemo eſt qui prohibeat, neque ipſe filius reſpicere audebit. Sacerdotem vero multa grauat difficultas. Primùm enim voluntarijs præeſſe debet, & à quibus principatus ſui gratiam referat. Hoc autem non poteſt ſtatim contingere. Qui enim alios arguit & increpat, qualis tandem ſit, amiſſa omnino gratia exoſus redditur eodem modo habebit, qui excitat alios & admonet, & ad bona prouocat. Si dixero itaque pecunias tuas in egenos effundito: inuiſum quid & moleſtum dico: ſi dixero: iram caſtigato, furorem, extinguito, abſurdam concupiſcentiam ſedato, omnia grauia & inuiſa. Idem hom. 10. in 1. ad Theſſal.

Sicut medicus corporalis ægrum corpore; ſic & ſpiritualis animo infirmum diligentiſſime debet curare. *Curemus fratres: ſi nec amicum agnoſcimus, non in eum tanquam phrenetici ſæuiamus, non ab eo tanquam lethargici auertemur; multi ſæuiendo, multi dormiendo perierunt, Phrenetici ſunt, qui non dormiendo inſaniunt, lethargici ſunt, qui multum dormiendo premuntur. Prorſus tales ſunt homines lethargicis ſimiles, qui non ſæuiunt in Chriſtum, nec malitioſi ſunt aduerſus Chriſtianos, ſed tantum differendo langueſcunt, verbis ſomnolentis in lucem oculos intendere pigreſcunt, & qui eos excitare volunt, moleſti ſunt, recedite à me ait lethargicus. Quare dormire volo: ſed ille morieris, inde ille amore ſomni, mori volo reſpondet: Et charitas de ſuper nolo. Plerumque iſtum charitatis effectum exhibet etiam filius ſeni patri morituro, poſt dies paucos: nam vtique ætate finita, ſi lethar-* Aug. de verb. Domini ſecundum Ioannem ſerm. 59.

gicum videt & lethargico morbo premi ſuum patrem agnoſcit, medico dicente ſibi: excita patrem tuum, noli eum permittere dormire, ſi vis vt viuat. Adeſt puer ſeni, pulſat, vellicat, pungit, pietate moleſtus eſt, nec mori cito permittit cito moriturum, & ſi viderit, vt aliquando plures dies viuat, cum diſceſſerit ſucceſſurus: Quanto maiore charitate nos amicis noſtris moleſti eſſe debemus, cum quibus non paucos dies in hoc mundo, ſed apud Deum in æternum viuamus? At enim quibuſdam iſta non proſunt. Nunquid ideo negligenda eſt medicina, quia nonnullorum eſt inſanabilis peſtilentia? ſed attende quam multi ſunt de quorum ſalute gaudemus. Non omnis qui parcit, amicus eſt: nec qui verberat, inimicus. Meliora ſunt vulnera amici, quam blanda oſcula inimici, melius eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere. Vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligat, quàm eſurienti panis frangitur: vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat: & qui phreneticum ligat, & qui lethargicum excitat, ambobus moleſtus ambos amat. Quis nos poteſt plus amare, quam Deus? Et tamen nos non ſolum docere ſuauiter, ſed etiam terrere ſalubriter non ceſſat fomentis lenibus quibus conſolatur ſæpe, etiam mordaciſſimum medicamentum tribulationis adiungens. Exercet fame Patriarchas pios, populum contumacem pœnis grauioribus agitat. Non aufert ab Apoſtolo ſtimulum carnis tertio rogatus.

Vt medicus corpus curaturus, tranquillitatem animi ſeruat, vt quiete & tutius poſſit hominem ad ſanitatem reducere; idem debet medicus ſpiritualis efficere: *mea ſententia opus eſt quiſquis alios vult reprehendere animam ſuam ab omni temeritate & arrogantia quam maxime liberam faciat, vt viam ſuis verbis & operibus declarat. Nam & medici oſſa putrida & accenſa ſecturi, non ita ſe replent, quando curatum eunt. Sed tunc maxime tranquillitatem animi ſeruare ſtudent, ne forte arti obſit turbatio; quod ſi curaturis corpus tanta opus eſt animi ſedatione; medicum animarum dic quid decet? quanta à Deo prudentia expectanda, plane multo maior, atque adeo tanta quantam videlicet declarauit beatus ille martyr.*

Chryſoſt. in Babylam martyrem.

Vt accedit aliquis medicus ad languentem, quantum ars patitur, & induſtria medicamina non ceſſant, ſed ſi aut ægritudo tanta ſit, vt repugnet curationi, aut ipſe inualidus per impatientiam doloris contrafaciat, quam iubetur, relinquit medicus deſperat huiuſmodi hominem & recedit, ne inter manus ſuas expirans cauſam interitus eius ad ſe retorqueat: Sic ergo & nos ne in ſanctorum angelorum manibus, qui ad nos curandos Domino deſtinati ſunt, moriamur, relinquunt nos deſperantes animam noſtram, & dicunt non eſt malagma imponere, neque oleum, neque ligaturas, quia appropinquauit in cœlum iudicium eius.

Origines hom. 2. in Hieremiam.

Si corporis vulnera exhaurire non deſinunt medicorum periti, donec deſiiſſe dolorem viderint: multo magis hoc in anima fieri conuenit. Etenim anima vulnus triſtitia, & ipſam continuè lenibus haurire verbis oportet. Nec enim ſic carnis tumorem calidarum ſolet aquarum natura remittere, vt anima æſtum conſolatiuum copia ſermonum ſedare conſueuit.

Chryſoſt. Hom. 6. ad populum Antioch.

Si medicus membra, vel ex natura, vel ex morbo mutilata correcturum ſeſe polliceretur, non cum dolore eius verba acciperes: cum vero magnus ille animarum medicus

Baſilius contra Diuites.

medicus cupit te omnibus præcipuis membris abſolutum facere, in quibus deficis, beneficium iſtud repudiabis.

Si medicus qui nullam poteſtatem habet ſalutis humanæ, propter ſolam confectionem herbarum non erubeſcit medici nomen ſibi imponere; quanto dignius iſte vocatus eſt ſaluator, per quem totus mundus ſaluatus eſt.

Idem hom. oper. imperfecti.

Sicut nouitius medicus intrans in ciuitatem, & volens oſtentationem dare artificij ſui, omnes venientes ad ſe non tantum curat de mercede accipienda, quam de opinione ſua commendenda. Cum autem manifeſte fuerit fama eius bona, tunc ſecundum laborem incipit exigere & mercedem: ſic & Dominus *incipiens prædicare, non ſecundum iudicium quoſdam, ſed omnes indifferenter ſanabat: Poſtquam vero omnis Iudæa cognouit beneficia ſanitatum, digno pretio fidei venundabat.*

Ibidem Hom. 8.

Perinde quaſi qui medicus ingreſſus ad ægrotos, ſciſcitetur an velint curari, ne dum ille curam ſuſceperit, & illi nollent, inutilis exiſtat curatio, nimirum his qui laborant, aduerſus artem medici pugnantibus; ſic & Dominus eos qui ſanabantur, percontabatur, nec niſi fidentibus conferebat beneficium, vt per fidem & beneficium conſeruari poſſent, per fidem enim cognoſcitur animi propoſitum.

Athanas: de Paſsione Domini.

Nam in morbis corporalibus quando aliquis humor prauus, & corruptus irrepit ad poros: priuſquam in ſuperficie apertum fuerit, quidquid eſt præter naturam corpori condenſantia non adhibent medicamenta medici, ſed expectant donec extra prodierit quidquid intrinſecus in imo delitescit; & affectioni adhibent medicinam: poſtquam ergo humana natura ſemel incubuit vitij morbus, expectauit medicus vniuerſitatis, vt nullum eſſet reliquum genus vitij immixti naturæ, propterea non ſtatim poſt inuidiam à Caim factam fratris cædem homini adhibet ad medicinam. Nondum enim in lucem prodierant ſcelera eorum, qui Noemi tempore perierunt: neque corporalis flagitij grauis morbus fuerat apertus: neque Ægyptorum aduerſus Deum pugna: neque Aſſyriorum ſuperbia, neque nefaria ab Herode facta cædes infantium, nec quæcumque alia literarum monimentis ſunt mandata. Poſtquam ergo vitium peruenit ad ſummum nec erat vllum genus ſceleris, quod admittere non eſſent auſi homines, vt per omnem ægritudinem peruaderet medicina, ea de cauſa non incipientem, ſed perfectum morbum curat.

Gregorius Nyſſenus orat. Cathochetica magna ca. 29.

Vt medicus auſtera remedia cum recipere perſuadet ægrotos, agit precibus, non compellit imperio, ſciens infirmitatis, non voluntatis eſſe, quod ſalutaria reſpuit, quoties profutura repellit infirmus. Et filium pater non poteſtate, ſed timore ad rigorem pertrahit diſciplinæ, non ignorans, quam ſit aſpera immaturis ſenſibus diſciplina, & ſi corporalis infirmitas ad curam precibus ſic monetur; ſic puerilis animus ad prudentiam ducitur blandimentis: quid mirum ſi Apoſtolus, qui ſemper eſt, & medicus & pater humanas mentes, morbis carnalibus ſauciatas, vt ad remedia diuina ſubrigat, ſic precatur.

Petrus Chryſologus ſerm. 108.

Siquidem hoc ſpectat medicus, vt morbo liberet ægrotum, non vtrum merito an immerito ſibi morbum contraxerit. Tu quoque igitur medicus eſto, ei qui ſe læſit vnum hoc quid quo pacto morbum illi adimas.

Chryſoſt. H. m. 1. de Dauid & Saule.

Sicut medici qui omnia ad perfectam rei medicæ ſcientiam requiſita habent, cæteris anteſtant; ſic ij ciues alijs excellunt, qui vſum rerum ac in-

telligentiam

telligentiam, doctrinæ ſtudia, ac ciuiles artes poſſident; vt Ludouicus Claris, qui ob multarum rerum cognitionem, viuidam ingenij aciem, ſingularem innocentiam, pietatem, religionem, mirificam induſtriam, animi magnitudinem, prudentiæ integritatem, eruditæ mentis indolem, morum elegantiam, ac magnificam liberalitatem, mira cum laude maximáque cum approbatione inter cæteros viros præſtantes eminet.

Iacob. de var. ſerm. de temp ſer. 2.

Moleſtiam morbi medicus tribus modis ſcire poteſt; Aliquãdo per ſuam ſcientiam Theoricã, & tunc eſt infirmo multum miſericors, aliquando per quandã practicam & exercitationem longam; & tunc eſt magis miſericors, aliquando per experientiam, quando in propria perſona infirmitates plurimas expertus eſt; & tunc eſt maximè miſericors, & ideo bonum eſt, aliquando infirmetur, vt infirmis melius compatiatur. Sed ſi eſſet aliquis medicus, qui eſſet bonus Theoricus, & bonus practicus & infirmitates eſſet expertus, iſte adhuc eſſet magis miſericors. Deus igitur ante incarnationem infirmitates noſtras corporales, & ſpirituales cognoſcebat, per æternam ſapientiam, quaſi per quandam Theoricam, & ideo tanquam pater benigniſſimus multum erat miſericors. Pſal. quo modo miſeret pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentiũ ſcilicet, quum ipſe cognouit figmentum noſtrum, recordatus eſt quoniã puluis ſumus & homo ſicut fœnum &c. poſt incarnationẽ autẽ ſciuit per quandã practicã & exercitationẽ longam quod annos 33. circa noſtras infirmitates ſanãdas tam corporales quam ſpirituales practicauit, & ſe exercitauit, & ſic fuit magis miſericors. Act. 10. Quando pertranſijt benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo &c. Et ſicut medicus multum contriſtaretur, quãdo circa aliquando infirmum, diu ſe exercitaſſet, & nihil profeciſſet. Ita Chriſtus Pſal. contriſtatus ſum in exercitatione mea, & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Ac ſi dicat de tribus doleo, & contriſtor, ſcilicet quando mea exercitatio nihil valet, & quando vox inimici, ſuggeſtio diaboli plus valet, quam mea inſpiratio, & quando ego peccatorem tribulo punio id: tandem ſciuit per experientiam, quare expertus eſt tentationes, famem, dolorem & mortem, & ideo factus eſt maxime miſericors; Heb. 4. non enim habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris; &c. Heb. 5. Didicit ex his quæ paſſus eſt obedientiam.

Sicut medicus diligens & beneuolus, nunquam longè ab infirmo recedit; quinimo prope illum cubat, comedit & verſatur nocte dieque: ſic Deum inuocantibus eum prope eſt quod expertus Moyſes cecinit. Non eſt natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi ſicut adeſt nobis Deus noſter. *Maxima eſt hodie copia medicorum omnes volunt aliorum infirmitates curare, nemo ſuas omnes volunt in corpore eccleſiæ oculi eſſe, nemo manus: oculi in corpore naturali, quum cætera omnia videant, ſe ipſos non vident: tales oculi eſſe volunt, qui, ad eum locum non vocati, hoc ſibi officium vſurpant, ſed manus eſſe manum bono operi admouere pauci, volunt. Sic alienos labores celeriter carpunt; qui nihil ipſi laborant.*

Deut. 4. Thomas Stapletonus in promp. morali ſuper euang. Ro. Dom. totius anni in par. Aeſt.

Inciuile & indignum ducimus, ſi æger optimo & amanti medico exponat, quo ſit ordine ac ratione curandus: & tamen ille ſæpe fallitur, ac falli poteſt. Quanto magis Dei prouidentiæ nos totos committere oportet; Iudith ſacerdotes populi merito reprehendit, dicent: qui eſtis vos, qui tentatis Dominum, quod traditus ciuitatem Aſſyriis

Idem. Iudith. 8.

Aſſyriis. ſi intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam prouocet; ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat.

Cæterum ſi quis medicus diceret & cum authoritate infallibili diceret; ſi poſt morbum recidiuas, peribis in illo; intelligens tamen quod non infallibiliter perires, ſed valde probabiliter: profectò ſic corporis ſanitati ſtuderemus omnes; vt à recidiua nihilominus diligentiſſime caueremus: idem & in animæ ſalute fieret: ſi tam chara eſſet, quam corporis, hoc eſt, ſi Chriſtiani eſſemus, non homines tantum, imo ſi homines eſſemus, & aliquid plus quam bruta ſaperemus. Idem.

Medicum non offendit morbus; ſed morbi medicina neglecta, recuſata, reiecta magnopere offendit; ſic Deus, qui diſſimulat peccata hominum, numquam diſſimulat duritiem cordis, & neglectas viſitationes, quæ ſunt medicina eius. Sic ſæpe non ipſe morbus, ſed morbi neglecta curatio corpus interficit. Idem.

Pharmacopola, qui theriacæ ſuæ virtutem, & efficaciam non verbis, tantum commendat, ſed deuorata coram ſerpente, moxque, accepta theriaca, venenum expellit; ſuam proculdubio theriacam efficaciſſime commendauit: ſic glorificatur à nobis Deus quum de facto propter fiduciam eius nominis ardua aggredimur. Idem.

Quemadmodum enim medici primum imponunt cataphaſmata, magis efficacia, & deinde rupto vulnere, ea quæ leniunt: ſicut patres filios ſuos videntes incompoſitis moribus, prius verberibus corripiunt, poſtea admonent, & ſolantur: ita & concionator poſt increpationem conſoletur auditores. Chryſoſt. hom. 7. in Geneſ. vt idem refert.

Si quis nobis medicus aut chirurgus vnum os fractum reſtituat, maxime ſi gratuito id facit, in perpetuum ei nos deuinctos profitemur. Ecce Deus totum quod ſumus nobis dedit, quum nihil eſſemus, &c. Idem.

Sicut medicus corporalis: ſic & ſpiritualis non debet aliquid ægro perſuadere, quod in animæ periculum conuertatur. At vero hac occaſione non alienum à re erit, quæſtionem quandam elucidare; nempe liceat medico, quando alia remedia præconſumpta ſunt, aut nulla alia ſubſunt, in vteri præfocatione, vuluæ confricationibus vti, idque quia aliqui medici Theologiam ignorantes ac ſine vllo diſcrimine ratiocinantes in abſurda inciderunt. Theologos vero Medicinam ſuperficialiter tantummodo attigiſſe, non autem recondita penetraſſe videtur. Verumtamen nos hanc quæſtionem tractandi veniam humiliter petimus, eamque cum de periculo ac morte ægrorum agatur, facillime impetraturos nobis perſuademus, cum videatur circa ea quæ ad ægrotos pertinent, noſtram ſententiam diſputatiue, non autem affirmatiue poſſe proferre: quam tamen vna cum alijs ſacroſanctæ Eccleſiæ, ac Theologorum iudicio remittimus. Medicos omnes ac cæteros lectores enixè rogantes, vt non noſtram, ſed ſacrorum virorum opinionem niſi aliter fuerit ſtatutum ſequantur: cum in eiuſmodi rebus tutior pars eligenda, & Theologis, qui de rebus ad ſalutem animæ pertinentibus agunt ſine vlla controuerſia aut titubatione ſit ſtandum. Attamen antequam ad quæſtionis elucidationem veniamus, operæprecium erit nonnulla notare, ne indifferenter vt multi fecerunt loqui videamur.

Notandum ergo 1. præfocationem vteri à frequenti aborſu, viduitate,

longa menſtruorum retentione, matricis inflatione, inanitate, ſiccitate, crudo partu, menſtruo, ſemine corrupto, & ab alijs cauſis proficiſci.

Notandum 2. non ſolum ſanguinem menſtruum, verum etiam & ſemen quantitate & qualitate peccare; quam doctrinam quamuis omnes Medici amplectantur, tamen hic Albertini Brottoni inter alios ponemus, tum quia facilius, & clarius de hac re agit, tũ vt quod dicturi ſimus euidentius percipiatur. *Sanguis menſtruus & ſemen quamdiu debitam naturam conuenientem menſuram, & qualitatem retinet, conſuetiſque temporibus per conuenientia loca integre expurgatur, tam diu etiam naturalis ſtatus integer & illæſus in eodem corpore ſeruatur. Nam ſemen licet humor excrementitius ſit, vtilis tamen eſt, & præterea ſui natura benignus, & vitali ſpiritu copioſè refertus, qui in debita matrice ſuſceptus, aptus & illi ſimile generare, vnde deciſus fuerat: menſtruus quoque ſanguis etiam ſi totius maſſæ ſanguineæ excrementum habeatur, neutrum tamen toti corpori officit, ſed in non prægnantibus, & non lactantibus tantum moleſtiam inferre ſolet; quod contigit quando præter terminos à natura conſtitutos intra corpus maiora augmenta ſuſcepit, quam pro naturæ modo conuenit; ſi autem conſuetis temporibus, & ſecundum naturam vtrique humores euacuentur, tantum abeſt vt quippiam mali corpori afferant, vt eodem potius depurato, in meliorem conditionem deducant: Ab iſta autem euacuatione excluduntur prægnantes & lactantes, quia prægnantibus ſecundum aliquam partem in alimentum ipſius fœtus degenerat, quod deinde poſt nutritionem ſupereſt, in membranis fœtui circumiacentibus recipitur, & ad pariendi tempus citra aliquam noxam cuſtoditur eumque vſum habere videtur, vt tempore partus ante fœtum effluere incipiat, & effluendo partes vteri lubricat, & lubricando faciliorem exitum efficit; poſtquam autem mulier peperit, hoc excrementi genus denuo generatur: ita tamen vt à propria mamillarum ſubſtantia in lac aſſidue vertatur, vt ex illa tanquam ex alimento, iam editus fœtus conſeruetur: ob quam cauſam fit, vt in his mulierib. dictum ſymptoma minimè contigat, in quibus igitur accidit neceſſarium eſt altera vel vtramque materiã retineri, & pluribus rationibus à naturali ſtatu recedere, & primo in quantitate ratione cuius in vaſis pertingentius ad veterum plenitudo oriatur. in ſubſtanti etiam quia longiori tempore intus detenta craſceſſit: & craſſe facta obſtructiones parit, & partas auget. Denique etiam in qualitatibus alteratur primis, in quam & ſecundis manifeſtis, & occultis, vt ex parte qualitatum manifeſtarum dicta materia in frigidiorem auram extenuetur, vt ſuperueniens perfrigeratio toti corpori clarè oſtendit, merito autem occulte in pernicioſam, & veneficam qualitatem degenerat, à qua nouas proprietates, & agendi vires, prioribusque contrarias ſibi adſciſcit: quo tempore non ſolum conſeruandi indiuidui, & purgandæ ſpeciei poteſtatem omnem deponit, ſed ſubiectum etiam ſibi corpus male afficit, multiſque, & diris ſymptomatibus excruciat; dum autem à dictis materijs hæc in corpore fiunt, non ſub ſenſibili, & propria earum ſpecie contingunt, ſed vaporis, & ſpiritus formam primo induũt, qui ſubſtantia ſua tenuitate, mobilitatem acquirens, in omnes etiam corporis partes quam citiſſime ſe diffundit, & accedente corruptione in agendo, & corrumpendo valde efficax euadit. Hoc ipſum clarius oſtendit enumeratorum ſymptomatum generatio. & generationis modus, quando quidem ſenſim & longiori tempore non fiunt, ſed confeſtim & quaſi*

Albertus Brottonus de morbis muliebribus cap. 41.

ſubito producuntur, quod minime contingeret, niſi penderent à cauſa magna actiuitatis, eiuſmodi eſt ſubſtantia ſpiritnoſa, quæ quo tenuior fuerit, tanto ad agendum erit promptior. Accedit quod partes principes, & ab vtero valde diſtantes, in hoc ſymptomate quaſi momento grauiſſimè afficiuntur, quod nullo modo fieri poteſt, quamdiu ſemen & ſanguis menſtruus craſſiorem & ſenſibilem ſubſtantiam retinet. Eo autem ordine illa emergere obſeruamus, vt ab hoc vapore genitalia primum, ligamentaque & vaſa vterum pertingentia nimia plenitudine obſtruantur, vt pote illa in quibus materia non ſolum copioſè recipitur, ſed copioſius etiam retinetur. Hinc vteri conuulſio, & ad ſuperiora vel latera contractio, oritur, in qua, repleta corpora, quo magis in latum & profundum extenduntur, tanto magis in longitudine abbreuiantur. Dum autem vterus ita contrahitur, duplici modo contrahi ſolet, æqualiter ſcilicet, & rectè, vel inæqualiter, & obliquè: rectè & æqualiter contrahitur, quando vincula, vaſa ad vterum peruenientia, æque plena ſunt, inæqualiter autem & obliquè contrahitur ſi maior fuerit plenitudo, in vna quam in altera parte, tunc enim maior conuulſio ſequetur ex parte maioris plenitudinis, quam minoris, & hoc eſt in cauſa quod per id tempus referunt obſtetrices, vterum obſeruari modo ſurſum retractum, modo ad latera reclinatum, non tamen quia inſtar animalis per corpus erret, ſed in proprio loco ſemper exiſtens, plenitudinis cauſa contrahitur, ad cuius contractionem eius quoque ceruicem retrahi neceſſe eſt: Hac eadem materia quam primum in frigidiorem & veneficam auram eleuatur, ambabus etiam qualitatibus vterus afficitur, qui frigiditatem & deleteriam eius agendi vim moleſtè ferens, non minus quam ex dicta plenitudine in originem ſuam contrahitur: mox in altum corporis dictæ qualitatis magis deductæ, & partium principum totiuſque corporis anotomiam occupantes, poteſtatiſque ſuæ inſignia vbique figentes, numeroſa & lethalia accidentia inferunt: atque hæc multorum generum pro partium ſuſcipientium diuerſitate multitudiniſque & pernicioſæ qualitatis ratione. Ad cor enim peruenientes animi defectum & ſyncopim inducunt, pulſandi ac ſpirandi actionem omnem è medio tollunt: ſi in ſpinalem medullam decubuerint in ſubiectis partibus conuulſionem facient, ſi in cerebrum aſcenderint, in ipſumque pari ratione egerint, non ſolum ſoporem, melancholiam, & aliud delirij genus cauſabunt, ſed efficacius agentes ſenſu, motu omnique vitali calore corpus vniuerſum deſtituent: vt hoc tempore miſeræ mulieres, à mortuis diſtingui nullo modo poſſint. Non mirum alicui eſſe debet, quod ex tam modica aura circa vterum primitus orta, deinde alijs partibus & toti communicata, tam multiplicia, & lethalia ſymptomata naſcantur: in primis quia nudis & manifeſtis tantum qualitatibus illa non operatur, ſed occultis etiam & veneficis, in quibus certè tanta eſt cum natura humana contrarietas, & alterandi poteſtas, vt à corporea ſenſibilique mole ſoluta, & in ſpiritoſam ſubſtantiam ſublimata eam agendi & corrumpendi vim acquirat, quæ in exigua etiam quantitate totum corpus quam primum peruadere, & peſſimum ſtatum deducere valeat: quod Galenus aliorum venenoſorum animalium exemplo clare patefacit. Quis enim ſibi perſuaderet, quod ex inſenſibili materia, quæ ex phalangij & ſcorpionis ictu in corpus noſtrũ procedit, tam dira & peſſima ſymptomata, quaſi repente fieri poſſent: quis etiam putaret, quod marina torpedo, tam inſignem agendi vim habeat; vt ſolo actu per qualitatis vim ſibi vicina alterari poſſit, & piſcatoris baculum tangendo, illius quoque manum ſtu- 6. de loc. aff.

peſacit. Hac & ſimilia pateſacere plane poſſunt in corpore humano corruptionem, quandoque oriri poſſe, quæ viribus & qualitate veneno omnino ſit coæqualis : ſic in propoſito malo omnium medicorum conſenſu contingit.

Mer urialis de morbis mulier. lib. 4. cap. 22.

Notandum 3. humores, qui faciunt hac mala, vt teſtatus eſt Galenus, potiſſimum ſunt duo, ſanguis menſtruus, & ſemen retentum : qui humores ſi diu, & præter morem in corpore retineantur, proculdubio ita inſignem contrahunt putredinem, vt veneni vere naturam æmulentur : præter hos duos humores ſunt, & alij qui vt Galenus & Auerroes atteſtantur in corpore noſtro ita poſſunt corrumpi, vt lethales euadant : vnde magis æſtimandum, hos fieri in vtero, qui cum ſit receptaculum, & cloaca quædam prauorum humorum, poſſunt in ipſo facile quilibet humores diu retenti adeo corrumpi & venenati effici, vt nihil differant à veneno ; ſicut enim falſum eſt ſemen ſimpliciter retentum euadere venenum : ita congruum eſt, ſi retentum valde putreſcat, venenatam quandam qualitatem comparare. Hæ tres humiditates habent hanc communem conditionem, vt euadant aduerſiſſimæ calori natiuo, qui quando diminuitur valde & hebetatur, neceſſario corpus ipſum refrigeraſcit.

Albertinus Bottonus de morbis mulierum c. 43.

Notandum 4. medicos cognoſcere, quando præfocatio fit à ſemine: *vbi à ſemine ſuppreſſio facta erit, ſaniora ſymptomata conſpicientur, quoniam ſpiratio erit ablata, pulſus nullus apparebit, ſyncopis etiam hanc mulierem apprehendet, denique ſenſus motuſque omnis abolitus erit, vt à mortua diſtingui non videatur :* & Rodericus à Caſtro.

Rodericus à Caſtro de mulierum med. lib. 2. cap. 1.

Signa ſanguinis aut ſeminis putreſcentis in vtero.

A ſanguine ne, an ſemine fiat, cognoſces, quia omnia ſymptomata à vitiato ſemine, quam à ſanguine tanto vehementiora ſunt, quantum vitiatum ſemen, quam menſtruum ad noxam corpori inferendam vim obtinet maiorem, quod Galenus cit. obſeruaſſe ſcribit ; vnde fit vt apnoea, conuulſiones, vocis abſciſſio anhelitus difficultas, pulſus abolitiones, animi defectiones, ac ſenſus cuiuſdam vaporis ab vmbilico, & pectine, ad ſuperiora aſcendens, qui altius fauces inuadens, eas quaſi vinculo perſtringere videtur, prorſuſque ſpiritum intercipere magno ſuffocationis metu, morbum arguant, à ſeminis corrupti retentione tendere, & paſſim alij.

Notandum 5. ex Moſchione & cæteris medicis vteri præfocationem eſſe grauiſſimum morbum & ad mortem tendenre. *Signa autem occurrunt hæc quod aſcendente ſurſum ad pectus matrice, patientes cadant ; omnemque ſenſum amittunt cum ſilentio, dentibus etiam fixis ſtrident, & aliquando eis manus & pedes vrgentur. Aliquando in rectum iacent, præcordia inflantur, thorax & ipſum pectus, gradius ſit, venæ etiam, quæ in fronte ſunt tumidiores videntur, ſudor frigidus per faciem & ceruicem deſtillat pulſus aut nullus inuenitur aut valde breuiſſimus. & aliquando citius ad ſe redeunt ; & ſurgunt, & quæ paſſa ſunt, ſciunt, aliquando, neſciunt, dolent, & capite & ceruice aliquando & delirant, aliquando propter ſilentium ſimiles ſunt caducis, & apoplecticis, & lethargicis & catapleticis, & quæ lumbricos habent &c.* Et Rodericus à Caſtro.

Rodericus à Caſtro de vniuerſa mulierum med. lib. 2. cap. 1.

Quilibet enim humor in vtero hoc modo corruptus, eius generis vaporem ex loci natura venenatum expirat, vt vnde vita, illinc & ſumma veneni pernicies ſæpe etiam mors ipſa exoriatur.

Notandum 6. Ex Galeno, præfocationem, quæ ex ſeminis retentione oritur,

oritur, multo eſſe cæteris,& ipſis retentis menſtruis grauiorem, quod quidem cæteri medici confirmant. *Vnde manifeſtum eſt enim ſemen retentum, vitiatumque, quam menſes ſuppreſſos, & corruptos maiorem vim habere ad hoc ſymptoma in corporibus affici, idoneis excuandum per vaporem.*

Iacobus Sylnius de menſibus mulierum: ſemen retentum vitiatum.

Notandum 7. ex Ludouico Mercato, in hoc morbo pharmacũ ſemen non educere, imo illud in patiente grauiora mala generare. *Quatenus vero ad purgationem attinet, experimento diuturno mihi eſt compertum, in fœminis ſic affectis purgationes parum aut nihil prodeſſe: quinimmo obeſſe plerunquè. Ratio quidem id conuincit: quia ſemen ſiue abundans; ſiue corruptum, raro expurganti pharmaco per vterum, aut ventrem duces: ſed potius profecto, humore commoto, eleuatiſque vaporibus promptius in grauiora mala fœminam deferes: confert tamen per interualla & paulatim corpus purgare, ne ſi quid excrementorum ſuperſit in vterum, forſam dilabatur, ſitque maioris mali cauſa: & rurſus vt excrementa vtero vicina expurgentur, quorum ſucceſſione fortaſſe aliquid eius quod corruptum eſt, & exciſſum ſecernet natura.*

Lud. Mercatus de mulie. affect. lib. 2. cap. 1.

Notandum 8. ex Mercuriali remedia confricationis vuluæ fieri, ſi modo ſunt facienda, dum ægrę à paroxyſmis tenentur; quia tunc cæteris prætermiſſis ſolum certatur remedijs.

Mercurialis de morb. mulieb. li. 4. cap 22.

His præmiſſis, dici poſſe videtur, medicos in vteri præfocatione, vuluæ cõfricationibus vti poſſe, quando ipſi ex ſuis regulis, & certo ſciunt, eam à ſemine in qualitate peccante, id: corrupto, ſeu putrefacto, & veneno infecto prouenire. Diximus in qualitate peccante, quia ſi peccaret in quantitate, nullo modo eſſet faciendum; cum illud ad generationem ſit aptum. Diximus quando ex ſcientia cognoſcunt, quia in re dubia tutior pars eſt eligenda.

At vero propoſitio eo modo limitata ac intellecta concedi, & eiuſmodi argumentis probari poſſe videtur.

1 Si aliquid obſtat, maxime periculum pollutionis medici, aut obſtetricis mulieris, ſed id non obſtat, ergo: probatur minor; quia communis opinio doctorum eſt. quoties pollutio ſequatur. prætèr intentionem, ex cauſa aliqua corpori conuenienti, ac neceſſaria, nullum eſſe peccatum, à cauſa illa non diſcedere, quamuis in ea futura pollutio præuideatur, vt eſt cibus, vel potus moderatus, aut animæ, vt orare, ſtudere, vel vtili alijs vt eſt audire cõfeſſiones, fœminas caute & cum neceſſitate alloqui & eiuſmodi. *Quære ob pollutionẽ non intentam, nullus eſt ab opere licito arcendus; alias multa actiones neceſſariæ eſſent omittendæ, ac innumeri laquei inijcerentur; ita docent Diuus Thomas 2. d. q. 154. art. 5. Caiet. opuſc. tomo 1 tract. 22. de pollutione ex audientia confeſſionum q. vnica artic. 1. & 2. Gerſon. 2. p. tract. de pollutione diurna propoſitione 12. alphabeto 38. litera 1. Abulenſis c. 5. Matth. q. 246. verſi. ſecunda cauſa & q. 247. verſi. aliter poteſt dici D. Anton. 2. p. tit. 6. c. §. quantum ad cauſam verſi. ſecunda cauſa. Tabiena verb. cogitatio. quæſt. 6. num. 7. fin. Armilla verb. pollutio. num. 1. Nauarr. ſum cap. 16. Hiſpanè numero 6. latine numero 7. ledeſme 1. p. quæſt. 21. art. 7. dubio vltimo. Margarita confeſſorum, quæſt. moralibus fol. 156. Nicua ſumma tit. 105. Metina lib. 1. ſummæ cap. 14. §. 18. fol.*

Refert Thomas Sãchez diſput. de ſanct. matrimonij Sacramento: tom. 3. l. 9. diſput. 45.

 126. &

116. & 12. queſt. 74. artic. 6. dubio ſpeciali, quod mouet de hac re. Zumel ea. queſt. art. 8. diſput. 4. ante dubio 1. & ibi Vaſquez diſput. 115. num. 8. Turrecrem. cap. non eſt d. 6. num. 2. & 4. Valentia 2. 2. diſput. 9. queſt. 3. puncto 3. §. cum autem cauſa. Nauarra libro 2. de reſtit. cap. 5. dubio. 2. de indirecte occidente in noua editione numero 131. Ludouicus Lopez 1. p. inſtruct. cap 73. §. penultimo & fin. Manual. 1. tomo ſumma 2. editione cap. 211. num. 1. Graffis. 1. part. deciſionum libro 2. c. 87. fine Emanuel Sa ſumma verb. Luxuria verſi. pollutio inuoluntaria Vega 2. tomo ſumma cap. 67. caſu 1. Philarcus de officio ſacerd. tomo 1. p. 2. lib. 4. ca. 18. fine.

Imo idem dicendum eſt, quamuis ea cauſa licita, in qua pollutio præuidetur ſit illicita ratione circumſtantiæ extrinſecæ, nihil ad pollutionem conferentis, vt ſi quis confeſſiones audiat ad vanam gloriam, vel cibos neceſſarios ſuſtentationi edat, quibus præceptum ieiunij violat: pollutio enim inde præter voluntatem ſequuta, quamuis præuiſa vacabit omnino culpa. Quia is actus eſt de ſe licitus, & conueniens: atque circumſtantia qua vitiatur, nil influit, quo pollutio ſubſequatur. Sed potius ex naturæ infirmitate procedit. Deinde quia eadem ciborum ſumptio, in die non ieiunij minime tribuetur culpæ, ratione pollutionis in ea præuiſa, ergo nec quamuis ea violetur ieiunium. Si quidem hæc violatio impertinens eſt vt pollutio ſequatur. Demum quia damna minime imputantur, ius ſuum proſequenti, quamuis aliunde peccet, vt conſtat in iudice puniente reum, ob iram vel inanem gloriam.

Eſt tamen doctrina hæc temperanda, niſi probabilis conſenſus in pollutionis delectationem aut periculum ſubſit; tunc enim quantumuis cauſa licita ſit, eſt ab ea abſtinendum ſub culpa lethali. Quia amans periculum peribit in illo, eccleſiaſtic: ex qua doctrina multorum doctorum, ipſe Sanchez deducit. 1. expertū ſe pollui, ex equitatione, abſque conſenſus periculo, non teneri pedeſtrem incedere, ab illaque deſiſtere, quia eſt res vtilis, nec cauſa per ſe, & ſuapte natura pollutionis.

Deducit ſecundo pollutionem præter intentionem ſubſecutam ex tactu licito, & in eo præuiſam, quando tactus ille eſt neceſſarius, & ceſſat conſenſus periculum carere omni culpa; vt ex amplexu iuxta patriæ conſuetudinem, quo euitato in notam inurbanitatis incideretur, & ex tactu quo chirurgus verenda feminæ attrectat: vel ex eorum aſpectu cauſa medicinæ adhibendæ. Quamuis enim hæ cauſæ valde influant in pollutionem, ſunt tamen valde neceſſariæ, & ſuapte natura licita, quare effectus præter intentionem inde ſequutus non cogit ab eis abſtinere. Quibus de cauſis cum medici & adiutrices ſeu aſſiſtentes mulieres tunc operam rei licitæ dent: (quid enim eſt vtilius, aut magis neceſſarium, quam in curam ægrorum incumbere) ſequitur medicum, chirurgum, mulieremque vuluam ægrotæ confricantes, etiamſi ipſi ſe polluerent, in peccatum non incidere, præſertim cum mulieres ad illud opus peragendum ſenes eligantur, medici verò ob mulieris honeſtatem tunc ſecedere teneantur.

Prætereà etiamſi medici pudenda inſpicerent, ſe tamen polluere difficillime poſſent; quia eæ partes male affectæ, continui ægræ gemitus, aſſiduæque lamentationes non luxuriam, ſed pietatem ſolent excitare.

His adde, quod ſi munus obſtetricum eſt eas partes in minoribus caſibus con-

bus confricare & contrectare (nam qualibet leui de cauſa obſtetrices manus in vuluã injiciunt) videtur in caſu tam periculoſo, vt eſt in muliere vteri præfocatione laborante idem munus eas obire poſſe.

2 Si non ſunt confricationes faciendæ, maxime ob ſimilitudinem morborum, qui poſſunt medicos decipere: aliquando enim medici ab eis decipiuntur: & ideo periculum eſſet, ne vnum morbum pro alio medici accipientes, verum ſemen confricationibus educeretur: ſed hoc periculum non obſtat: quia quamuis vteri præfocatio nonnullorum morborum ſimilitudinem præ ſe ferat tamen medici ſigna diſtinctiua particularia, plurima habent. *Nam quum patiuntur epilepſiam conoſcuntur, quia poſt conuulſionem cadunt in terram, ſpumas plurimas emittunt, pulſum habent maiorem, quam antea. Hyſtericæ autem nullas, aut paucas ſpumas emittunt; pulſum vel nullum, vel exiguum habent, & quem habent, denſior eſt valde. Addit Auicenna, & aliud quod epilepticæ ſemper amittunt memoriam & valde diminuuntur, ſecundum rationem: præfocatæ non ſemper errant mente, imo vero interdum poſtquam reſtitutæ ſunt, referunt quod paſſæ ſunt: itaque apparent non amiſiſſe memoriam, imo ſcribit Ariſt. libro de ſomno, & vigilia, atque etiã vſu probatur præfocatas varijs phantaſmatibus agitari, quæ non eſſe inſomnia conuincit: ſicuti etiam alijs animo deficientibus ſæpe contingere ſolet. Rurſum diſtinguuntur ab apoplecticis, quoniam apoplecticæ pulſum habent magnum, ſpirant, ſed videntur ſenſum & motum plane amiſiſſe. Hyſtericæ non videntur ſpirare, pulſum non habent; accedit quod in apoplexia mulieres habent faciem rubentem, venas tumidas, & quando euadunt, paralyticæ fiunt. Hyſtericæ neque rubent circa faciem, neque fiunt paralyticæ. Diſtinguuntur à Lethargicis, quia in lethargo & catoche febris adeſt, pulſus magnus, & vndoſus eſt: in præfocatione, non adeſt pulſus: ne dum vndoſus. Quæ lumbricis infeſtantur, ſentiunt punctiones in inteſtinis, pulſus habent quales ſunt lumbricis laborantiũ: in Hyſtericis nihil horum adeſt, diſtinguũtur a ſyncope quia in citiſſime finitur ſyncope; præfocatio durat duabus aut tribus horis, interdũ tribus diebus vt Rabbi Moyſes lib. 2. directorij c. 41. ſcribit. Ideo lege cautũ fuit, vt mulieres quæ patiuntur præfocationes, non ſepeliantur, niſi poſt triduum; quia repertæ ſunt mulieres, quæ ſepulchris reſurrexerunt, cũ præfocatæ & nõ mortuæ fuerint ſepultæ. diſtinguũtur à mortuis eo ſigno, quod tradit Gal. 5. loc. affect. 5. quia ſi lana carminata apponatur ori viuente muliere, lana illa mouetur: ſi mortua ſit, lana eſt immobilis, iidem dico de vaſe aqua plena, quod ſi vas imponatur ori ventriculi, vbi viuit aqua effluit, vbi mortua eſt aqua immobilis eſt, potiora ſigna non habuerunt medici, vt diſtinguerent præfocatas à mortuis, quia ſæpe ſimiles ſunt mortuis: & ſæpe vt dicit Aretæus perierunt poſt hac paſſione.* Ergo hæc ratio eſt nullius momenti.

Mercurialis & omnes medici idem affirmant.

3 Si fieri non poteſt, maxime ob delectationem; ſed in illa ſeminis emiſſione, quæ per confricationem fit nulla percipitur delectatio. ergo

Probatur minor; quia in gonorrhea, quæ eſt minor affectus (ſi eam excipias, quæ ex multitudine ſeminis fit) quia hæc non differt ſubſtantia, & colore à naturali ſemine, quod exit in coitu, vt Ioannes Baptiſta Montanus annotauit, nulla ineſt delectatio, ergo nec in emiſſione ſeminis corrupti, quod vteri præfocationem parit.

Ioannes Baptiſta Montanus.

Quod

Quod in gonorrhea nulla habeatur delectatio, probatur Primo: quia ſi ea à ſanguine oriatur, nullam voluptatem gignit, quoniam tunc eſt pr. nus, alieniſque qualitatibus infectus, quæ dolorem potius, quam voluptatem pariunt: ſi à pituita: hæc ſemen infrigidat, hebetat, contundit; ac ita illud natiuo colore priuat, vt nulla poſſit percipi delectatio. Si à bile mordicationem, ac ſæua Symptomata inducit; ſi à melancholia, eroſionem facit; peſſimaque & pernicioſiſſima accidentia habet: ſi ex corruptione ſeminis; hæc dolorem acerbum gignit, cum ſemen tunc ſit venenoſa qualitate imbutum, cuius ſignum eſt teterrimus fœtor, qui ab eo exit: tandem à quacumque cauſa (excepta ſeminis multitudine) oriatur gonorrhea, omni delectatione æger priuatur: ſecundo ægroti nullam delectationem ſe percipere referunt. Tertio qui ſunt frigidi, aut qui frequenti venere vtuntur, nulla voluptate afficiuntur; quia non ſolum frigiditas, verumetiam cæteræ qualitates, & ipſemet calor, ſi parum ſolummodo excedat, delectationem expellunt. Exceſſus enim caliditatis ſpiritus vitales, animales, ac naturales, qui in ſemine inſident extinguit; frigiditas hebetat; ſiccitas labefactat, & humiditas eos vna cum ſemine nimis exiles, ac tenues reddit. Quarto non ſolum medici in emiſſione ſeminis corrupti, nullam delectationem capi affirmant, verumetiam, cur non capiatur, rationes afferunt Leonardus Iacchinus.

Leonard. Iacchinus quæſt. nat. 34.

Cur ſeminis morboſa profuſio (γονόῤῥοιαν, Græci dicunt) prorſus abſque voluptatis ſenſu fiat.

An quia ſemen confertim non proruit? voluptas namque & dolor celeres mutationes expoſcunt; An quod vaſorum incontinentia, quam paralyſim vocant, contingit, à qua nimirum & ſenſus magna ex parte hebeſcit? Et Mercurialis.

Mercurialis de morbis mulier. lib. 4. cap. 5.

Sed dicetis; quæ eſt cauſa vt nulla capiatur voluptas. Hæc eſt, quia, vt intellexiſtis, voluptas oritur ex ſpiritibus & motu ſeminis, qui confertim ſubito fit, iam vero ſemen quod in gonorrhea effluit, ſpiritibus priuatum eſt, tardiſſime mouetur, & paulatim emanat, ita vt omnes deſiderentur voluptatis cauſæ. Et ſic cæteri, quos nimis longum eſſe recenſere.

Ergo in emiſſione ſeminis corrupti, quod vteri ſoffocationem gignit, nulla oblectatione ſed dolore patientes tenentur; quia ſemen in hoc morbo non ſolum in qualitatibus excedit quæ delectationem fugant; verumetiam ſit venenoſis ac pernicioſis qualitatibus infectum, quę omnē voluptatem excludunt, & vehementiſſimum dolorem ob veneni acrimoniam patientibus afferunt, vt ex ipſis infirmis comprobatur.

Præterea quis eſt ille, qui credat, ægrotas mulieres, quando ex mentis tarditatem, virium imbecillitatem, torporem habent, quando omnino refrigerantur, quando crurum infirmitatem, & contractionem, ſomnolentiam, deſipientiā, morſus oris, ventriculi, ventris tumorem ac dolorem, hypochondriorum borbariſmum, nauſeam, ſitim, cibi faſtidium, rerum omnium obliuionem, cordis ſaltum, acerbum & grauiſſimum capitis dolorem patiuntur; quando reſpirationem læſam, vocem interceptam, experiuntur; quando ſine motu, & ſenſu iacent, quando motum conuulſiuum

nam perpetiuntur: quando ſtupent, vertigine laborant, delirant, & veluti deſperatæ clamant, & quando in dorſum veluti mortuæ cadunt, delectationem ex ſeminis emiſſione capere poſſe: nam ſi delectatio in ſemine corrupto ineſſet, ob tot ſæua ac crudelia ſymptomata, nihilominus nullo modo perciperetur, quia ea ſunt tam terra ac terribilia, vt maiorem delectationem potius obſcurarent, ac profligarent.

His accedat, quod emiſſione ſeminis data & conceſſa, tempore paroxyſmi in quo omnia ſunt vehementiora & mulieres extra ſe poſitę, & in quo ſolum certatur remedijs, eſſet facienda: id eſt, dum tenentur à paroxyſmo, obſtetrix digitum vuluę debet immittere, atq; fricare, vt præcepta medicorum tradunt, qui paroxiſmus, cum ſit ſæuiſſimus ac crudeliſſimus, omnem delectationem nihilominus abijceret ac exterminaret.

4 Si ſeminis emiſſioni aliquid obſtat, maximè titillatio, & voluptas, quæ ex illa confricatione oriretur; ſed hæc eſt nullius momenti ergo

Probatur 1. quia ſi illi titillationi ægra non aſſentitur, non peccat. Nam & quæ vi deflorantur, quæque chirurgicis inſtrumentis in illis partibus tanguntur, peccatum mortale non committunt, ſi id honeſta de cauſa, & ſine conſenſu delectationis venereæ fiat; & quamuis ea omnia, carnis delectationem gignant, nullum tamen committitur peccatum, ſi eis conſenſus non præbetur. At difficile eſt creditu, ægram ac deliram mulierem, in extremis laborantē, quāuis rationis cōpotem illi delectationi aſſentiri; verū neq; poteſt, etiamſi vellet, quia dolores ac crudeliſſima ſymptomata illam delectationem obſcurant, ac tollunt, & cum vterus ipſe morbo laboret, ad eum omnes peſſimi humores confluant, venenoſaque qualitas carnem immutet, acerrimus dolor, non autem voluptas percipitur.

Præterea mulieres in alijs caſibus, & minoribus morbis, titillationem ac delectationē percipiunt, quando vid. obſtetrices manus in vuluā injciunt illamque contrectant, quæ contrectatio cum delectatione coniuncta, ſi in leuibus ægritudinibus non prohibetur, videtur in atrociſſimo morbo, qui in vitæ periculum ægram adducit, eſſe concedenda.

5 Præterea ſi ad ſedandum pruritum licitum eſt eas partes ſcalpere, vt multis Theologis placet, quod quidem ſine delectatione fieri nequit: cur non licitum erit eaſdem, ad ſemen corruptum emittendum, & ad ægram à morte liberandam confricare, cum id præſertim ſine vlla delectatione fiat.

6 Quia communis opinio Theologorum eſt, quod nulla ſit culpa, quoties pollutio ſequitur præter intentionem, idque ſit aut in ſomnis, aut in vigilia, quia qui hoc modo ſe polluunt, paſſiuè ſolummodo pollutionem patiuntur; ergo in caſu noſtro, nulla debet eſſe culpa, cum hyſterica mulier, illam ſeminis emiſſionem paſſiue patiatur; nam illa ſeminis corrupti emiſſio facienda eſt in paroxyſmo, vt initio notatum eſt, in quo tempore cū ad cerebrū exhalationes aſcendant, mulier delirat, grauiſſimis ſymptomatibus detinetur, & quid medicus agit, aut præcipit ignorat: ergo præter

intentionem, illam ſeminis eductionem ægra pateretur, cùm earum rerum quæ acciderunt, quaſi per euaneſcens ſomnium & nõ vt ſunt, aut fuerunt, recordetur & conſenſum ei non præſtiterit.

7 Si illa confricatio non eſt facienda, maxime quia ægra ad ſeminis emiſſionem concurrit, quare cum ei aſſenſum præbeat, peccare videtur; ſed id non obſtat; quia mulier grauiſſimo morbo, qui ſymptomatum magnitudine, numero, varietate, frequentia, actiuitate, & manifeſta ſæuitate cætera omnia, quæ homines euertere poſſunt longe lateque ſuperat, correpta, conſentire non poteſt, neque præuidere, nec cognoſcere, quod remedium medicus ſit adhibiturus. Præſertim ſi medicus nihil ei dicat, & quo morbo laboret ipſa patiens ignoret: qua de re nullum eſſet mortale periculum conſenſus, cum ex illa confricatione nullam poſſit percipere voluptatem, difficileque ſit in grauiſſimo morbo ægram, plenam voluntatem habere; quamobrem quando non eſt plene voluntaria, ſolum veniale iudicant eſſe Theologi.

Summa Armilla v. pollutio Iacobus de graffijs in dec. caſ. conſ c 86. lib. 2. ſumma Angelica v. pollutio Syluester Caietanus & cæteri ſummiſtæ.

Præterea in tam graui morbo dato quod ea morbum non ignoraret, non eſt credibile Chriſtianam mulierem habere plenam voluntatem conſentiendi, ſed ſolummodo ſimplex deſiderium, ſeu complacentiam pollutionis; quæ quando habetur propter alleuiationem naturæ aut mitigationem carnalium, aut ſanitatis recuperationem, non eſt peccatum, niſi directe operetur, vt eueniat; ſed in hoc caſu mulier ignorat quid medicus ſit facturus, cum ſit extra ſe poſita; quare ad ſeminis emiſſionem directe non operatur, quamuis eius ſimplex deſiderium ante fortaſſe habuerit; ergo nullum peccatum mortale hac de cauſa committere poteſt.

8 Si non licet maxime, quia ſemen non eſt pars corporis, nec propter illius bonum eſt inſtitutum, ſed ſobolis cauſa, tanquam eius redimentum: ſed hæc ratio non valet; primo quia ſemen non corruptum eſt illud, quod cauſa ſobolis eſt inſtitutum, non veneno infectum, quod eſt excrementum omnium teterrimum; & quod videtur poſſe, vt cætera inutilia à corpore eijci, ac vuluæ confricationibus educi, cum nullum aliud remedium ei morbo opportunum inueniatur, quia nullum pharmacum poteſt ſemen educere vt in ſeptimo Not. ex Vicomercati ſententia annotauimus.

1 Verum ſi ſemen corruptum ob conſeruationem vteri mulieris, non debet emitti, quia illud eſt generationi deſtinatum; conſequens eſt vt in multis caſibus maritus ſemen non eiaculetur v. g. quando vterus auertitur, & in alterutram partem inclinat, vt in coxam procumbat, tunc ſemen aditu prohibetur, nec ad vterum peruenire poteſt: quare generatio nullo modo fieri poteſt, cum ſemen ſpargatur, & eius ingreſſus in vterum ſit neceſſarius, ſi conceptio eſt facienda; & tamen intromitti non poteſt, quia vteri hoſtiolum non patet. At vero contrarium manifeſto generationis damno obſeruatur: ergo.

2 Qui habet vxores pingues, in vanum quoque ſemen emittit; (loquimur autem non de mulieribus, quæ à vulgo, ſed de iis quæ à medicis pingues

gues iudicantur) cum eiuſmodi mulieres non ſolum ſemen, ad conceptionẽ retinere, verum etiam excipere illud nõ poſſint: idque euenit, quia oſculum vteri præ nimio adipe cõcluditur; & hac de cauſa ſemen excipere nequit, Hæque ſunt cõmunes medicorũ opiniones, quibus contradicere ridiculum ac temerarium eſſet, & nihilominus ſemen in vterum non excipitur ſed cum damno generationis diſpergitur: qua de cauſa ſi eiuſmodi ſeminis emiſſio, quæ in euidens ac manifeſtum generationis damnũm tendit, non prohibetur, cur emiſſio ſeminis corrupti, venenoſa qualitate affecti, & ad generationem prorſus inutilis, prohiberi debet?

3 Quando vterus eſt male affectus, tunc impotens eſt ad concipiendum.

4 Quando tumet vterus, fit ineptus ad concipiendum, quia os eius ſtrictiſſime clauditur.

5 Quando eſt tortuoſus; Quia ad conceptionem neceſſarium eſt, vt ſemen recto tramite ingrediatur.

6 Tenuitas vteri, vetat conceptionem, quia ſemen propter raritatem adhærere non poteſt, ſed tranſudat, & perſpirat virtus eius; idem dicendum eſt de alijs ſterilitatis cauſis, quæ à medicis certiſſimis ſignis cognoſcuntur; & quamuis vxorati ex medicis mulieres ob aliquam prædictarum cauſarum eſſe ſterilem cognoſcunt; tamen contra finem generationis coeunt, & in duobus primis caſibus ſemen euidenter diſpergunt. At nulla debet fieri differentia in emiſſione.

7 Præterea quando mulier eſt prægnans, tunc viri rem cum vxoribus habere non deberẽt, quia vterus in grauidis ita exquiſitè oſculum ſuum claudit, vt ne ſpecili quidem cuſpidem admittat, qua de re tunc mulieres ſemen excipere neque concipere poſſunt.

Nec valet quod fieri poſſit ſuperfœtatio. Nam hæc non poteſt fieri niſi *Refert Alexander Maſſarius in prælect. de morb. mulier.* tertio aut quarto die poſt primum conceptum, in quibus os vteri non exquiſite clauditur, quia poſt illos dies vterus hiare non poteſt; aut quando vterus vt inquit Andreas Laurẽtius præ feruida libidine obſeratus aperitur, quia tunc ſemen excipere, & generare poteſt: ſed hi caſus rariſſime accidunt, & quando accidunt, ſecundi conceptus perraro vitales ſunt, vt idem inquit; *præſertim ſi poſt multos dies fiant*, quia prior fœtus iam grandior *Andreas* ſanguinem totum exhaurit, vnde fit, vt nouus hic ſuo genio defraudatus *Laurentius* intereat, & ante tempus extreenatur. *in op. anato.*

Qui habet penem breuiorem coire non deberet, ne ſemen fruſtra eiacu- *quæſt. 32.* laretur, *quia non deſunt, qui affirmant penem quoque breuiorem viros infœcundos* *cap 13.* *reddere, qui forte magis probabili ratione vtuntur, quod ſemen videatur non ita* *Idem.* *prompte poſſe in penitiorem ſinum vteri immitti.*

Quibus de cauſis certum eſt aut periculum vanæ emiſſionis ſeminis, aut moritari conceptus.

At vero grauius videtur, bonum ſemen manifeſte ſpargi, cum id ſit contra finem generationis, quàm ob mulieris vitæ conſeruationem corruptum & inutile emitti. Nec valet quod vir in loco debito ſeminet,

 & vteri

& vteri affectionem ignoret. Nam re vera ſeminare & mulierem non retinere nec concipere: & ſemen vane proijcere paria ſunt: nam & is diſpergit ſemen tritici, qui in terra ſterili ſeminat, & qui illud in aquam proijcit: ignorantia vero ſi virum excuſat, non confeſſores ac Theologos poteſt excuſare, qui ex medicis certo ſcientes mulieres nullo modo ob malam vteri affectionem, concipere poſſe, viris coitum vetare deberent.

At dicet aliquis fortaſſe matrimoniũ non ſolum prolis ſed & voluptatis cauſa, & ad luxuriæ remedium fuiſſe inſtitutũ ideoque licere viris ob ſolã voluptatem coire. Reſpondemus eiuſmodi fines ad ſuſceptionẽ prolis eſſe ſecundarios, hoſque eſſe illi primario annexos, quo ſublato hi ſecundi id eſt qui cum primario ſunt annexi quoque ceſſare debent; vt in omnibus finibus annexis conſpicere licet. At ſi voluptatis cauſa cum manifeſto generationis periculo licet cum vxore rem veneream habere; ergo ſemen alios vſus præter prolis ſuſceptionem habet: quare ſi ſolæ voluptatis gratia licet coire; ergo multo magis licebit ſemen corruptum educere, cum eiuſmodi voluptas ſit tranſitoria, hominum generationi noxia: emiſſio autem ſeminis corrupti mulieres quæ generare poſſunt, à morte liberet, & ad priſtinam ſanitatem reſtituat: loquor autem de matrimonio non prout eſt vinculum, ſed vt actus coniugales reſpicit, in quo ſenſu etiam vniuerſam quæſtionem omnes intelligunt, quia ſi priori modo præciſe matrimonium conſideretur, actus tunc coniugales ceſſant.

8 Si emiſſio ſeminis eſt contra generationem, quamuis ei non aduerſetur, quia eſt corruptum, cur mulier non ſeruatur, cum eiuſmodi ægritudines præter cætera incommoda vt inquit Montanus tollãt genus humanum, & propagationem ſobolis, & conceptus: *qua de cauſa medici antiqui præcipue Hippocrates, copioſiſſimi fuerunt, & diligentiſſimi in his morbis pertractandis, licet in alijs ieiuni ſæpe & compendioſi extitiſſe exiſtimantur, & ratio huius fuit quia miſerti ſunt humani generis.*

Iohannes Baptiſta Montanus de vterinis affectibus.

9 In ſeminis venenoſi emiſſione, nihil deperditur, quia eſt ad generationem ineptum, at ex morte ægrotæ, quæ certo ei imminet, cum eiuſmodi morbi ad mortem vt plurimum tendant, generatio hominumque procreatio manifeſte amittitur.

At dices, quod ſemen non poteſt eſſe tam corruptum, quin bonos ſpiritus in ſe contineat, quibus mediantibus poteſt eſſe ad generationem aptum, exemplo ſunt ea quæ ex putredine naſcuntur. Nam non ex ſola putredine (ſola enim putris materia ſufficiens non eſſet) ſed ex natiuo calore & ſpiritibus, qui in ea deliteſcũt procreantur: & exemplo etiam ſint tumores & apoſtemata, quæ cum inciduntur, vel aperiuntur medici & chirurgi vna vice vniuerſam materiam, vel pus, exire vetant, & præcipue vbi ſunt venæ ac arteriæ: quia ſi vna vice egrederetur, corpus debile redderet, non enim ſolum putridus humor exit, verum etiam innati ſpiritus qui ſub eo latitant.

Reſpondetur ex putri materia imperfecta animalia gigni, ſed ex ſemine corrupto quamuis aliquis calor naturalis, & aliqui ſpiritus ſub eo latitarent

tarent non poſſe perfectum animal, vt hominem,ſed ſolummodo molas ſerpentes monſtroſa prodigia, & id genus generari, quæ à præclariſſimis medicis & præſertim à Cornelio Gemma recenſentur: etenim ſi ex opinione multorum, dæmones non poſſunt ſemen aliunde ſumptum ita accommodare, vt proles ſuſcipiatur, quia ſpiritus,qui tenuiſſimi ſunt, ſubito euaneſcunt: tanto magis non poterit virtus ſeminalis hominis ſub veneno omnia deſtruente conſeruari.

Apoſtemata ad rem nihil faciunt, quia non ſunt ad generationem deſtinata, cæterum certum eſt ſemper in partes læſas naturā ſpiritus tranſmittere, vt eas ſi poſſibile eſt, præſeruent, aut conſeruent: aut quod lædit debellent, aut vt impediant, ne quæ proximiores ſunt, inficiantur. Sed hæc nihil ad rem.

10 Quia non eſt peccatum coniugem experiri, num impotentia ſeminandi intra vas perpetua ſit, cum aliquando,vt refert Caietanus acciderit, vt tranſactis ſex annis, ſemen effuderit: quod antea efficere non potuit: & tamen conando minime deliquit, vt affirmant Nauarrus ſum. cap. 22. num.60. Henriquez lib. 11. de matrimonio,cap. 15. Ludouic. Lopez 1. p. inſtruct. cap. 79. & tamen illa experientia multoties ſuo fine fruſtatur:cū ſemen extra vas effundatur:quare ſi coniux non delinquit reddendo,non petendo debitum; & ſemen generationi aptum effunditur; cur non poteſt corruptum ac venenatum confricatione educi. *Caietanus 2.2.q. 154. art. 1.*

11 Conceduntur nuptiæ adoleſcentis cum vetula, quæ ſine generationis nempe prolis fruſtrātur,cum vetula concipere ac generare non poſſit; verum non dicimus illud non eſſe verum matrimonium,cum matrimonij veritas ſine copula poſſit conſtare, eiuſque eſſentia in illa coniunctione animorum per mutuam traditionem poteſtatis corporum ad matrimonij finem,nō in ipſa actuali copula cōſiſtat: ſed loquimur in caſu,quod vetula peteret debitum adoleſcens verò illud reddere teneretur; & nihilominus ſemen fruſtra eiiceretur: imo excrementoſæ ac teterrimæ fuligines quibus vetularum vulua abundat, ſemen contaminarent ac corrumperent: maritiſque non parum nocerent, iuxta illud, cum vetula non coiui; cur morior?

Nec ſufficit illud Theologorum axioma, nempe quod matrimonium non tantum per prolem quatenus ex illo actu ſuſcipitur, ſed etiam quatenus ex illo poteſt ſuſcipi, cohoneſtatur. etenim quamuis ex aliquo matrimonio nulla fieret actu humana generatio, tamen ex prole quatenus ſuſcipi potuiſſet tale matrimonium cohoneſtaretur:quia axioma illud intelligitur de prole quæ ſuſcipi poſſet, & non de matrimonio adoleſcentis & vetulæ; ex quo naturaliter loquendo proles ſuſcipi non poteſt; cum certiſſimum ſit apud medicos, mulieres quibus menſtrua defecerunt, generare naturaliter non poſſe: ergo ſi ſemen in aliquo caſu ſine vllo generationis fine emittitur, concludi poſſe videtur, in muliere vteri præfocatione laborante ſemen corruptum emitti poſſe. &c.

Porro quod iuueni non liceat vetulam vxorem ducere, Ioannes Caſus

Ioannes Caſus 1. Thelon ro Oeconomics lib. 1. cap. 4. Summa rationum Naturæ. Quatuor rationes à natura. Diſpar coniugum.

perbelle, his verbis oſtendit. *Malum dico, ſi naturam; malum, ſi legem; malum ſi rationem; ſi religionem & conſcientiam, malum, malum denique ſi hiſtoriam, ſi famam ſi lucem naturæ ſpectas. Itaque non ego ſolum, ſed hæc omnia, & ſingula te ab hac malorum voragine & abyſſo auocant. nam vt a vi naturæ ordiar, dic ſodes, nonne ſtudet natura ſeipſam in ſpecie conſeruare maris & fœminæ coniunctione & generatione prolis? at ſi aridam & edentulam Xantippen ducas, quæ ſobolis propago? quæ conſeruatio ſpeciei in connubio meſt? abhorret ergo natura a diſpari iſta (vt ita loquar) ſocietate, qua flos cum putredine, vita cum morte, fœcunditas cum ſterilitate, viuaciſſimum animal cum cadauere, adoleſcens cum ſenio confecta fœmina copuletur. Præterea, natura in actu & appetitu matrimonij delectationem & voluptatem honeſtam quærit: ſed quæſo, (mi Pamphile) tuam implumem columbulam*
2. *aſpice. quid in ea vides, quod te ad hoc opus delectabile naturæ moueat? caput caluum,*

Deſcriptio vetulæ vxoris.

caperatam frontem, os dentibus carens, pro oculis foramina, in toto vultu pallorem & ſqualorem vides: en manus tremulas, pedes vacillantes, en truncum corporis, en ſaccum putredinis, en formoſam Venerem delectationis tuæ; ſi oſculeris, fœtet anhelitus. ſi amplectaris, mouetur vt lapis, mortiſque imago in tuis vlnis iacet. Pergo:
3. *natura pares cum paribus in vitæ ſocietate congregat: cæterum, quæ eſt ætatis, naturæ, morum ac ſtudiorum ſimilitudo inter Narciſſum & Hecubam, inter Vlyſſem & Cyrcem, inter iuuenem florentem & decrepitam ætate fœminam? natura ergo has nuptias odit, & potius in illis funeris quam voluptatis tædas accenſas videt. Poſtremo*
4. *natura vxorem ſociam vitæ, non ſeruam facit, vt docet Philoſophus: at durior ſeruitus eſſe non poteſt, quam furiis moroſæ ſenis, vaniſque affectibus delirantis fœminæ mancipari. Recte ille;*

> *Propter opes teneram vendit quicumque iuuentam,*
> *Mercatur lites & ſine fine dolos:*
> *Nulla quies illum recreat, pax nulla fouebit,*
> *Semper habet rixas, litigiumque frequens.*

Lex 2. Diſtinctio Topic.

Sequitur, vt lege hoc ipſum non licere probem. *Lex, vt noſti, duplex eſt: diuina & humana; verumtamen nec hæc, nec illa iubet: ergo non licet. De diuina lege conſtat, cum Deus creator omnium in inſtitutione matrimonij, primis omnium parentibus*
1. 2. *hanc legem dedit, vt creſcerent & multiplicarentur: non ergo vetulam ſine ſpe viri diuina lex, & prouidentia in matrimonium trahit. Præterea, lege diuina ſterilitas maledicta fuit, quorſum quæſo, ſi vetulas & delirantes fœminas ducere liceret? Porro*
3. *mandatum fuit vt fratres fratribus excitarent ſemen; quod ſane non fieret, ſi iuuenibus cum vetulis copulari liceret. Deinceps, cur vxor viri? cur oliuæ? cur columbæ? cur oui in ſinu? cur turturi? cur roſæ toties in ſacris oraculis comparatur? quid? eſtne vitis ſine vuis? oliua ſine oleo? columba ſine pullis? ouis ſine agno? turtur ſine prole? roſa ſine dulci odore & colore ſuo? ſed quas vuas? quod oleum? quos pullos*
4. *aut agnos? quam ſobolem? quem odorem, colorem ſenex fœmella habet? Poſtremo, lege & perlege totum volumen ſacræ Philoſophiæ, & oſtende vnum ſolum exemplũ, quo mihi probes ſimilem & imparem hanc copulam à Deo, à Patriarchis, a Prophetis, ab Apoſtolis approbari. Deus, in flore ætatis de coſta viri fœminam creauit: Patriarchæ ex filiabus hominum pulcherrimas, caſtiſſimaſque ſibi coniuges elegerunt:*
Pſal. 128. *Dauid inter Prophetas. Beatus es (inquit) & bene erit tibi: nam vxor tua ſi*

cut vi.

*cui vitis abundans in lateribus domus tuæ: per vocem, humilitatem; per hoc ver-
bum, abundans, fœcunditatem; per eſſe in lateribus domus, frugalitatem & fidem in-* 5.
telligo. Quid addam? Diui Apoſtoli hoc ipſum docuerunt: nam aliter, quorſum 1. Cor. 7.
ſuaſiſſet Paulus, vt virgines darentur nuptum; vt iuniores viduæ repelleren- 1. Tim. 5.
*tur a voto, ne irritam fidem facerent; ſexagenariæ ſe caſtitati & religioni vo-
uerent, non ſtuderent libidini? Hoc denique confirmarunt Patres, lumina Eccleſiæ,* 6.
*qui inter multa impedimenta matrimonij, impotentiam viri & fœminæ, agnitam
ſterilitatem, ſterilemque ætatem numerarunt: ſapienter ergo Poëta:*

Turpe ſenex mulier, turpe ſenilis amor.

Si hic legem humanam deſideres, te ad Pyramides Ægyptorum ante diluuium, 2. Lex huma-
ad æreas laminas Cretenſium, ad duodecim tabulas Romanorum refero: nam in il- na.
lis omnibus; vt Polydorus ſcribit, inſculpta & inciſa lex fuit, vt nemo ſine ſpe vteri 1.
vxorem ſumeret. Hunc cum mater Dionyſij maioris natu, delirans ſenio in amo- 2.
rem adoleſcentis deperiret, cumque ſibi exoptaret virum, caue, mater, inquit Diony- Lex naturæ
ſius, nam, etſi leges Syracuſanas violare potes, leges tamen naturæ violare non debes. violari non debet.
Quid multis? Plato in libris de Republica, Ariſtoteles in Politicis, omnes fere Phi- 3.
loſophi in ſuis monumentis has nuptias ineptas, impias, ſceleratas eſſe demonſtrant: 3. Ratio.
*quippe in iis nec generatio prolis, nec conſolatio viri, nec recta gubernatio domus, nec
fuga & euitatio ſceleris inueniri poteſt. Quod malum hoc ſit, ſi rationem ſpectes, ſic
probo; quia ratio lex prima humanæ naturæ eſt: ergo ſi natura vetet, ratio non pro-* 1.
*bat. Præterea, ratio optimum finem in re qualibet & nobiliſſimum bonum reſpicit:
maximum autem bonum matrimonij eſt generatio prolis, qua domus, qua pagus, qua
ciuitas fit & conſeruatur. Iterum, ratio iubet, vt decorum in omni actione ſeruetur:* 2.
vult ergo, vt mente & ingenio, ita forma & ætate pares coniungantur. Deinceps, ra- 3.
*tio euincit, quod in vetulis, vtero iam ſterili nulla generatio, calore pene exhauſto nul-
la conſolatio, ingenio languido, nulla recta adminiſtratio familiæ, ſemine iam putrido
nulla dulcis debiti ſolutio, & proinde admodum difficilis ſtupri euitatio eſſe poteſt. Po-* 4.
*ſtremo, ratio concludit, ſi nullum vſum, nullum finem & bonum matrimonij hæc im-
par congreſſio hominis cum vmbra & larua habeat, quod rixæ, contentiones, odia,
ſimultates & diuortia, immo nonnunquam inſidiæ vitæ, vt venena hinc illinc orian-
tur: quid ſupereſt ergo, niſi exclamem:*

*O male prudentes, qui tam connubia ſæua
Quæritis, & ſeruum tenditis eſſe pecus?*

Vt ratio, ita religio & conſcientia iſtas funebres nuptiarum tædas extinguunt, 5. Religio.
nam ſi religio ſit cultus & timor Dei, ſi conſcientia ſit motus & aculeus animi de- Conſcientia.
terrens à concepto ſcelere, non eſt quod exiſtimemus Dei verbo repugnante (vt antea 1.
*probauimus) vel religionem, vel conſcientiam vllo modo pati, vt exequiæ iſtæ nuptia-
les fiant: exequias dico quia mulier vnum pedem in cymba Charontis habet, cum
rem veneream & libidinoſam iam ruens in ſepulchrum cogitat. Præterea, religio &* 2.
conſcientia ſexagenarias ad lachrymas, non ad delitias; ad preces, non ad nugas Ve- Vetularum
neris; ad deuotiones perpetuas, non ad momentaneas voluptates; quid moror? ad qualis vita
tumulum, non ad thalamum; ad templum, non ad thorum; ad cælum denique, non eſſe debet.
*ad mundum iam iam periturum vocant: nefas ergo in illis eſt, roſas mundi quærere,
cum ſpinas potius veræ pœnitentiæ ſuſtinerent: nefas (inquam) eſt in illis cum equis*

& mul-

& mulis venari libidinem, cum in ſacco, cinere, & cilicio lugerent peccatum, nefas
quoque viris eſt, qui ex ſepulchro (vt durius non loquar) opes eodunt. ſuamque fa-
mam pro glebula & ceſtite nundinantur. Stulte, quid ſi lucreris vniuerſum mun-
Luc. 16. *dum, & perdas animam tuam, dic quæſo, quid in te lucri habes? latue forſitan ad tem-*
pus cum epulone viuis; deformem vxorem, at pulchras an illas habes, granum, oleum,
Herodotus *lana, vectigal, aurum, gemma, cælata opera, Crœſi non deſunt opes: ſed audi, exitus*
lib. 1. *omnia probat, caue ne ſero cum Crœſo clames, O Solon, Solon. pyra illi extructa fuit;*
caue ne tibi gehenna, ſi nummorum aut bonorum cauſa anum moroſam ducas?
Hiſt. orat. 5. *Quid ſupereſt, niſi vt hiſtorijs luceque naturæ hanc rem illicitam eſſe confirmemus?*
Immenſum & infinitum eſſet, volumina de hac re conſcripta legere aut referare;
Coſmographos igitur & Aſtrologos imitabor: nam vt illi chartas & ſphærulas effin-
gunt, in quibus magnitudinem terræ, & cœli immenſitatem deſcribunt cum res ipſas
aliter adumbrare non poſſint: ita vna vel altera tabella iſtius monſtri ex hiſtorijs
depicta, ſpeculum aperiam, in quo ſtygias vmbras eorum videant, qui ob tales funeſtas
1. *nuptias furiarum iam pœnas luunt. De Scythicis vetulis & veneficis hic nihil dicā,*
quæ homines ſere (vt perhibent hiſtoriæ) faculis nouæ libidinis accenſæ, nuptias &
exequias ſimul fecerunt, indeque hominum faſcinatrices dictæ, in antris ſulphureis
apud inferos cum furijs vlulare dicuntur. Si Triſmegiſto & Chaldæorum annalibus
2. *vllam tribuamus fidem, nullum facinus ſeuerius olim plectebatur, quā inſanus amor*
delirantium, qui caudam Veneri, & ſeniles nuptiarum cereos obtulerunt. Verte ho-
3. *rologium temporum, & leges de Deianira Theſſala, de Zenobia Æthiope, de Mar-*
tia Perſarum regina, de Pilote Dionyſij Maioris matre, de Octauia nobili Romana,
duo & viginti virorum numero celebrata, quæ omnes & ſingulæ nigro turpitudinis
ſuæ carbone notatæ, tanquam ſpectra, & exempla ſcelerum nobis relinquuntur. Scri-
bit Diuus Hieronymus, quandam vetulam Romanam ſpecie charitatis educaſſe
Mirabilis *puerum, quem ſæpe ad libidinem ſecum explendam traxit. Monſtrum eſt, quod addo,*
hiſtoria. *& tamen illius fide verum: hæc Cyrce contra naturam vterum geſſit, peperit mon-*
ſtrum, in partu diſrupta periit. Sed quo terrarum & gentium feror, vt exempla mi-
ſeranda in lucem feram? domeſtica (proh dolor) infinita ſunt: quot enim vbique
Turpe repu- *edentulas, quot caluas, quot curuas & claudas, quot ſurdas omnique ſenſu pene priua-*
eraſcere in *tas nouarum nuptiarum ſtudio, nouarum voluptatum actu inſanire videas. Hin-*
voluptate. *niunt iſtæ mulæ, eburneiſque dentibus (vt eſt apud Horatium) arte factis (quippe*
ætate naturales & putridos expuerunt) volunt ſcilicet adoleſcere, verſoque gnomone
& vmbra vitæ cum aquila nouam ætatem agere: & quorſum quæſo? certe, vt no-
uos viros contra fidem, contra famam, contra naturam, contra omnem religionem
& conſcientiam capiant, cum quibus ad breue tempus in ſordibus, vt ſuet volutent,
dieſque ſuos in bonis ducant: ſed quid ſequitur? in puncto deſcendunt ad inferos. Sic
breuis voluptatis pœnam æternam ferunt.

Verùm hęc doctrina intelligenda eſt de quadam decentia morali ac politica: nam Theologicè loquendo, illud eſt bonum matrimonium. Et quamuis in eo non poſsit eſſe bonum prolis, eſt ex aliqua parte bonum fidei; & tertium illud quoddam conſequens ſeu coniunctum cum ipſo matrimonio, quod eſt ſacramenti bonum, reliquis duobus præſtantius.

11 Si illę confricationes non ſunt faciendæ,maximè ob periculum voluntariæ pollutionis,quando ægra ad ſanitatem fuerit reſtituta. Verum illud periculū nō obſtat,quia ex doctrina ſuperius allata,ſequitur non poſſe eſſe peccatum ratione periculi,quia cum ægra neque in miſsione ſeminis, neque in illa confricatione vllam percipiat veneream delectationem, periculo ob eam,quando ad ſanitatem eſſet reſtitua,non ſe exponit, præſertim,cum ſibi facillime perſuadere poſsit,eam confricationē ad miſsionem ſeminis non teudere,quia cum illud ſine vlla voluptate exeat, & quando exit,ipſa ſit tamquā demētata & crudeliſsimis ac clamoſis doloribus ſuffocata,aliud excrementū vt menſtruū & eiuſmodi alias ſuperfluas humiditates exire facillime poteſt arbitrari & maxime in nuptis quæ frequentius eiuſmodi ægritudine corripiuntur, ratio periculi ceſſat,quia quando deſiderio coeundi tenentur,debitum à viris petere poſſunt,& ſic optatæ delectationis deſiderio frui.

At vero ſi ob eam rationem confricationes non ſunt faciendæ; in quacumque alia re exercenda,in qua pollutionis voluntarię periculum ineſt, eadem ratio militare debet, ſed in rebus minoris momenti,& non tam vtilibus ac neceſſarijs, vt eſt mulieris vitæ conſeruatio, ea ratio non militat, ergo nec in grauiſsima re, vbi de ægra morti vicina agitur,militare debet.

Nam 1. mulier patiens arctitudinē,ſi fieri poſſit debet,& tenetur inciſionē à chirurgis factā pati,iuxtà cap. fraternitatis, de frig. & malefic. & nihilominus faciliſsimum eſt puellam,aut mulierem ex chirurgico inſtrumento aliqua libidine titillari,voluptate capi & ad coitum impelli, aut ſemen emittere,aut abſoluta chirurgi opera,curioſa manu eas partes voluptuoſe tentare.

Præterea valde periculoſum eſt medicis,matronis,ac iudicibus corpora nuda exhibere, tum quia nudorū corporum aſpectus mares & fœminas ad laſciuiæ appetitus excitat; tum quia viſitationes ſunt fallaces, virginitatemque probare minime poſſunt,vt in primo volumine oſtendimus, & vt inquit Annęus Robertus. *Puella reſupina, iacet cruribus hinc inde diſtentis; proſtant pudenda corporis partes, quas natura ad delicias generis humani velauit; Has & matronæ (quæ obſtetrices anus ſunt) & medici inſpiciant, pertractant, diducunt: magiſtratus vultu compoſito riſum diſſimulat : matronæ præſentes venerem dudum oblitam refricant; medici pro ætatis diſcrimine,hic vires priſtinas reminiſcitur,ille animo æſtuante inanis ludicri ſpectaculo paſc.tur : chirurgus aut ferramento fabrefacto,(id ſpeculum matricis vocari ſolet) aut cereo & fictitio Priapo aditus venereos tentat; aperit, reſerat : puella iacens titillatione veſana prurit : vt etiam ſi virgo viſitari cœperit, inde tamen non incorrupta recedat; plura dicere vetat pudor.* Annæus Robertus rer. iud.lib.4. c. 10. Et vt inquit D. Ambroſius. *Ita ne ergo liberum erit accuſare omnibus; & cum probatione defliterint, patebit vt genitalium ſecretorum petant inſpectionem: & addicentur ſemper ſacra virginis ad huiuſmodi ludibria,quæ & viſu,& auditu horrori & pudori ſunt.* D. Ambroſ. lib.8 epiſt. 64.ad ſis egiru.

2. *Mulier quæ dicitur inepta viro, teſte Nauarro,propter arctitudinem membri*

Nauarrus de pœnit. diſ. nu. 113.

genitalis poteſt interdum fieri apta per artem chirurgicam vel medicinalem, vt colligitur ex c. fraternitatis, de frig. & malef. Sed id ſine fictitio priapo, aut eiuſmodi alio inſtrumento fieri non poteſt, nec hæc ſine delectatione, nec ſine periculo futuræ pollutionis poſſunt exerceri, cum quilibet leuiſſimus tactus, qui in vulua ſanæ mulieris fiat, maximam delectationẽ ac venereũ pruritum ſoleat excitare, quo experto certum eſt leuem ſexum aliqua arte concepti ardoris extinctionem quæſiturum.

3 Nemo negabit ſanam mulierem, quæ viſitanda eſt, maiori ac euidentiori pollutionis aut delectationis periculo, quam eandem extra ſe poſitam exponi: ſed in ea ratio periculi non impedit inſtitutas viſitationes; ergo multo minus in hyſterica muliere, quæ ex illa confricatione nullam delectationem, imo acerbiſſimum dolorem percipit; & quando in corrupti ſeminis emiſſione aliqua voluptas ineſſet, cum tunc in paroxyſmo, qui eam motu ac ſenſu priuat ſit facienda, nulla poſſet delectatione frui, vt ſana, quæ ad eã concurrere facillime poſſet. Nullum enim eſt peccatum, cui minus vterque ſexus reſiſtat, quam luxuria: nec illud eſt mirum. Nam multoties mulieres, ſemen, vel ob eius tenuitatem, aut aquoſitatem, aut frigidatẽ, aut crudidatem ſine vlla voluptate emittunt; & concipiunt: ergo multo magis nullam in ſeminis venenoſi & corrupti emiſſione delectationem percipient.

Thomas Sanchez Diſ. de ſant. Matr. ſacr. tom. 3. lib. 9. diſ. 45. num. 9.

4 Licet ſentienti magnum pruritum in partibus verendis illas refricare, quo pruritum ſedet, ſi adſit pollutionis periculum abſque conſenſus diſcrimine, vt cum multis Theologis Sanchez affirmat. ratio eſt, *quia iuſtitia & neceſſitas cauſæ excuſat; experientia enim compertũ eſt quantum doloris & moleſtiæ pruritus ille afferat, & eſſe difficilimum (ne dicam) moraliter impoſſibile a refricatione abſtinere. Deinde quia mulier nupta patiens verendorum arctitudinem, ſi fieri poſſit, copulæ apta per inciſionem faciam a chirurgis tenetur illam pati: iuxta cap. fraternitatis, de frig. & malef. Quod medium violentius eſt magiſque ad pollutionem excitat. Præterea quia ſimiliter liceret aſpectus, & tactus illarum partium, vt matronæ iurare poſſint, num à viro cognita ſit iuxta cap. propoſuiſti de proba. &c. nec aliqua 27. q. 1. quæ omnia quamuis ad pollutionem ex ſe prouocent, neceſſitas excuſat. Item quia nemo damnaret mundantem verenda à lanugine, & ſanguine menſtruo, ne pruritum patiatur, aut fœtorem, quamuis id præter intentionem ſubſequatur pollutio; ergo neceſſitas in hoc caſu excuſat, excuſabit pariter in illo.* Sed hæc omnia ſine maxima delectatione fieri non poſſunt, & tamen neceſſitas omnia excuſat, & præſertim illam arctitudinem, per quam mulier ad generationem apta reddatur, & per quam maximam titallationẽ ex priapo fictitio aut alijs chirurgicis inſtrumentis ſentit, cur titallatio, dato quod perciperetur, nõ eſſet concedenda in muliere hyſterica, quæ ad ſanitatẽ reſtituta, poteſt generare. Porro omnia ſupradicta, cum vita non ſunt comparanda: quamobrem multo magis titallatio, quæ nulla eſt, non debet illam confricationem impedire: præſertim cum mulieres titallationem ſæpe ob diuerſos caſus experiantur obſtetrices enim manuum iniectione frequen-

frequenter eas partes confricant ac contrectant. Quare ſi in ijs caſibus neceſſarijs non prohibetur? nec in maioribus eſt prohibenda.

5 Conceduntur, quæ in manifeſtum periculum tendunt, vt oſcula, & amplexus inter ſponſos de futuro, ratione contractus ſponſalium inter ipſos initi, quæ vt plurimum tendunt ante ſacramenti Matrimonij celebrationē in copulam carnalem, & tamen multi Theologi ea eſſe licita affirmant, ergo in noſtro caſu ratio periculi debet ceſſare.

Verumtamen contraria opinio tutior eſt, quæ eſt Palud. Soti Gabriëlis, Henriquez & aliorum.

Nec valet, quod ſicut matrimonium ipſum cohoneſtat copulam, ita ſponſalia quæ quoddam matrimonij initium ſunt, cohoneſtare debēt huiuſmodi tactus, qui inchoatio quædam ſunt copulæ: præſertim quia ſic magis fouetur amor in ordine ad matrimonium: & confirmatur, quia ex eo quod inchoatus ſit matrimonij contractus, per verba de futuro, data eſt de præſenti ex natura rei maior facultas ad actiones, quæ ad copulam ordinantur.

Ratio eſt quia manifeſto copulæ vel conſenſus in eam, aut pollutionis periculo ſe exponunt, qui oſculis, amplexibus, & huiuſmodi tactibus vtuntur, at periculo ſe exponere eſt peccatum: ergo

Probatur maior: nam multi ſunt qui ſtatim ac puellam amplexati fuerint, ſe polluunt; ergo magis in ſponſo de futuro, qui flagrantius ſponſam adamat.

Secundo quia ratione periculi pollutionis præuiſę inter ipſos coniuges fiunt mortalia, ergo multo magis inter ſponſos de futuro.

Tertio, quia experientia conſtat, ſponſos coire, niſi à matronis & parentibus cuſtodiantur, & nos certo ſcimus in aliquibus regionibus, vbi liberiora ſunt colloquia & oſcula, & vbi ſine parentum cuſtodia puellæ relinquuntur, rariſſimè legitima matrimonia celebrari.

Quarto hi caſus tam frequenter eueniunt, vt in nonnullis ciuitatibus ad peſſimam rem euitandam, Epiſcopi eiuſmodi peccatorum abſolutionem ſibi reſeruauerint, quæ omnia ex oſculis, tactibus, &c. originem habent.

Quinto difficile eſt intellectu, quo continentiæ ac temperantiæ habitu iuuenis qui ęſtu corporis ac libidine natura flagrat, poſſit puellam oſculari, amplecti, & tangere ſine vllo conſenſu in copulam.

Quare ea tantummodo oſcula debent concedi, quæ ſunt beneuolentię ſigna, vt ſunt prima oſcula, quando nuptię de futuro contrahuntur, & quæ in domus ingreſſu & diſceſſu dantur.

Nec oſculis & tactibus verè matrimonium fouetur, quia oſcula & amplexus immediate ſequuntur copulā, & ſunt præambula libidinis quæ facillimè ante matrimonij celebrationē poteſt contingere & matrimonium copulæ bonitatem addit, quando copula in conſummationem matrimonij fit.

Præterea ad fouendum matrimonium conuictus, mutuæ largitiones, mu-

mutuaque colloquia ſufficiunt: alioquin amici ad conciliandam beneuolentiam oſculis vti ſemper deberent. Nec ſponſa debet amari ob voluptatem, quæ ex ea capiatur, ſed debet per ſe ei bonum velle.

Nec etiam amor verus & legitimus oſculis fouetur: nam omnia oſcula aut ſunt charitatis, ſeu amoris, aut falſitatis, aut voluptatis: oſcula charitatis nullibi locorum reiterantur; ſed tantũmodo in aduentu aut diſceſſu dantur, quæ vero præter aduentum & diſceſſum dantur, limites ſuos excedunt, & oſcula voluptatis carnalis euadunt: & quia ſunt inuenta ad amorem cordiũ denotandũ, duobus, id eſt, in principio & in fine poteſt amor denotari: plura autem nonniſi carnalem voluptatem denotant. Qua de re qui nunquam ſponſas deoſculari ceſſant, ſignum eſt non amoris, ſed carnis quæ ad libidinem ac luxuriam excitatur. Nec valet dicere quod matres infantes continuo deoſculentur, quia ex illis oſculis nullum malum au periculum poteſt reſultare; qui etiam inter colloquia, puellas aut ſponſas deoſculantur, oſcula tunc non inſinuant, ſed figunt; & vbique locorum in reiteratis oſculis rudimentum libidinis ineſſe, homines mulieresque non ignorant; quam communi ſexus leuitate data occaſione extinguunt; etenim voluptatem communem voluntas communis facillime ſequitur; eſſet enim ad inſtar ſtatuæ marmoreæ ſponſus, ſi mille oſculis in die ludendo, libidinoſo morſu purpurea labella vellicando, faciei ora applicando, nudos puellę lacertos tangendo, aliquando manu ſecretiora aggrediendo, & inter tot delicias, lepores, amplexus & oſcula, continentiam ſeruaret, caroque voluptati non ſuccumberet: ſponſam vero, qui tot mellitis leporibus, ſuauiſſimis oſculis, virilibus amplexibus tam feruenti appetitu ac naturali ardore ad certamen venereum non prouocari, aut laceſſitam ſponſi libidini non reſponſuram dubitat, is demens eſt: cum puellæ quæ ad matrimonium ſunt propenſæ, laſciuam & anhelantem ſemper habeant cupiditatem, ſeque viris ſubmittendi ardentiſſimo deſiderio deflagrent.

Quare oſcula, amplexus, tactus perículoſiſſima eſſe concludendum: nam ſi ſola impura mentis cogitatione ſpiritu rigido nerui implentur, ſi ſolus aſpectus mentem ſolet turpiter fœdare, tactu, oſculis ac amplexibus membrum inflari, pleno vigore inflãmari, ſecretioreſq; puellæ partes æſtu libidinis ardere ſine vlla controuerſia eſt cenſendum, cum præſertim inter tot voluptatum illecebras, de caſtitate ac continentia ſponſi non Philoſophentur. Et ſi tunc petulantes & præcipites blanditiæ puellam non vrunt, & libidinis prurigine eam ardeſcere non faciunt, nec lectulus mollis, nec implicita mutuo ambitu membra, in eis pigrum amoris ac liciti ardoris deſiderium excitabunt.

12 Deus omnibus morbis curabilibus remedia dedit, & medici, vt Dei naturæq; in profligãdis morbis miniſtri contra charitatem peccare viderentur, niſi infirmitatibus quæ corpus humanum neci dant opportunis remedijs occurrerent; at nullum pharmacum poteſt corruptum ſemen educere, vt initio quæſtionis viſum eſt, nullumque aliud remedium mulieri

hyſtericæ

hyſtericæ niſi vuluæ confricatio poteſt adhiberi, ergo videtur concedenda, vt cæterorum excrementorum euacuatio, cum par ſit ratio omnium excrementorum: imo maius remedium pernicioſiori excremento, vtpotè quod contra humanam vitam manifeſte coniurat, & ab eo ſpeciei vtilitas non promanat, videtur eſſe admouendū: ſi ergo ſemen corruptum ad generationem eſt inutile, conſequens eſt, vt periclitantis indiuidui habeatur ratio, quod ſeminis corrupti emiſſione liberari poteſt: & impium ac inhumanum eſſet mulierem, quæ ad ſanitatem reduci poteſt, velle de induſtria interficere, propter inutile & venenatum excrementum, quod nec proli, nec ſpeciei, nec vlli rei eſt profuturum.

13 Si aliquid obſtat, maximè illud Theologicum axioma, quod aſſerit licere marem, teſticulos, aut quodvis aliud membrum ſibi amputare, ob vitæ conſeruationem, at pollutionem procurare, nunquam licere, etiam medijs licitis; licet omnino ad vitam præſeruandam neceſſarium ſit; cuius ratio communis eſt hæc, quia cætera membra natura ad bonum, & incolumitatem indiuidui deſtinauit, adminiſtrationem ipſorum membrorum indiuiduo conceſſit, vt ipſa præcidere poſſet; vbi neceſſitas exigeret; ſed ſemen non indiuidui bonum, ſed ad ſpeciei conſeruationem inſtituit, idcirco eius effuſionem extra matrimonium in nullo euentu nemo procurare poteſt.

Sed hæc ratio cum ceſſet in ſemine corrupto, quod eſt malignis qualitatibus imbutum, nec generationi vllo modo aptum, eius effuſionem impedire non videtur.

Præterea hanc communem opinionem infringit Thomas Sanchez his verbis, quamuis autem hæc ratio communis ſit, non omnino placet. *Primo, quia generationi deſeruire cum propria ſalutis notabile detrimento, nedum cum vita periculo nemo obligatur. etiam altero coniuge debitum petente, vt dicemus hoc lib. diſp. 24. num. 2. Non ergo, ne fruſtretur generatio, aſtringitur homo ad ſemen retinendum cum vitæ iactura. Secundo, quia nemo negabit fas eſſe ſirupum accipere, ſemen reſoluentem in ſanguinem, aliumve humorem alijs vijs expurgandum, ne æger omni medio ad ſalutem præſeruandam corporis deſtituatur: at generationi æquè obſtatur ac nocetur reſoluendo, ac expellendo ſemen. Accedit licere ob indiuidui bonum amputare ſibi teſticulos generationi neceſſarios, cum tamen in eo euentu prorſus generatio impediatur: à fortiori ergo licebit ſemel vel iterum generationem impedire, effundendo ſemen vt vita propria conſulatur: eo vel maxime, quod vita amiſſa prorſus generandi potentia extinguetur. Tertio, quia magis accedit generationi perfectæ fœtus nondum animatus, quam ſemen: cum tamen expulſio illius licite procurari poſſit, vbi ad matris ſalutem deſideretur vt probabimus hoc lib. diſput. 20. numero 9. Et confirmatur, quia ſemen eſt pars ipſius indiuidui; ſicut fœtus eſt pars ventris: atque ita non eſt cum negetur adminiſtratio illius, ſicut huius conceditur ob bonum totius Quarto quia quod ipſa natura diſponente, naturaliter efficitur, ſi ratione fiat, nullus eſt abuſus; motus enim ille naturalis authori naturæ tribuitur; ſed non obſtante generationis damno, natura ſæpe quo ſe exoneret ſemen expellit, licebit ergo ipſam medicamentis adiuuare; Et confirmatur quia fas eſt iudici lationem ſuſpen-* Thomas Sanchez diſput. de Sācto Matrim. Sacram tom. 3. lib. 9. diſput 17. num. 16.

 denti

denti opem ferre, idque curare eo quod actio illa ſuſpendendi licita ſit, cur ergo actionem virtutis expulſiuæ ſemen nociuum expellentis, quæ naturalis eſt, conſequenter bona adiuuare medicina nefas erit? Hæ rationes me valde vrget, vt cenſeam non eſſe legitimam rationem communiter traditam.

14 Quia rationes quæ in particulari à Theologis afferuntur, in caſu noſtro non valent v.g. ea quæ à Thoma Sãchez loco ſupra citato his verbis affertur: *atque ita legitimam rationem eſſe cenſeo, cur in nullo euentu & vbi ad vitam tuendam neceſſarium eſſet, liceat ſeminis effuſionem procurare, quia adeo vehemens in ſeminis emiſſione delectatio ſequitur, vt illam teſte Abul.c.5. Matth.4.184. ad primum homines tanquam ſummum bonum proſequantur, illique veluti ſuæ felicitati adhæreant. Quare ob id natura omni euentu ipſius adminiſtrationem homini denegauit; ea enim in aliquo caſu conceſſa euidentiſſimum ſubeſſet periculum, vt homo paſſione libidinis excæcatus; paſſim ſibi perſuaderit, cauſam effundendi iuſtam adeſſe, atque ita ſemen prodigere, indeque fornicationes, adulteria, aliaque innumera luxuriæ vitia aduerſus commune bonum pullularent. Quibus vt obuiaret natura merito ac iure optimo prædictam adminiſtrationem negauit, non obſtantet vitæ indiuidui periculo: quæ bono communi cedere debet, illique poſtponenda eſt: Non ſic autem contingit conceſſa cæterorum membrorum ob totius bonum adminiſtrationem: dolor enim maximus ex ipſorum amputatione conſurgens, coercebit, à neceſſaria, nedum à prodiga ipſorum adminiſtratione; vnde concludo legitimam rationem cur pollutio voluntaria ſit vitiũ contra naturam eſſe, quia aduerſatur generationi, ad quam natura ſemen deſtinauit: non autem ea eſt legitima, cur in nullo euentu permiſſa ſit: ſed quia omnino eſt denegata homini ſeminis extra matrimonij copulam, adminiſtratio ob commune bonum ad occurrendum periculis ex ea adminiſtratione conceſſa orientibus. Et hac ratione propoſita facile diluuntur obiecta, ea enim omnia probant generationis damnum minime obeſſe, quin aliquando liceret ob totius incolumitatem, ſeminis effuſio, niſi obſtaret vehemens periculum ſemen prodigendi, aliorumque vitiorum ob vehementem delectationem: Atque ideo quamuis cæteris expulſiuis virtutibus opem ferre medicina & alijs modis licitus, ad ſuas actiones naturales perficiendas, fas ſit: huic tamen nefas eſt.*

Sed hæc ratio quoque ceſſar, quia vt ſupra vidimus ex illa ſeminis effuſione nulla percipitur delectatio, nullique ineſt periculum voluntariæ effuſionis, præterea quando ſemen eſt corruptum, & in qualitate peccar, Sanchez loco ſupracitato numero 19. licitum eſſe illud medicamentis & confricationibus expellere, & viros doctiſſimos in Societate Ieſu de hac re conſultos idem ſenſiſſe affirmat.

Leonardus Leſsius lib.4 cap.3 de ſpeciebus luxuriæ dubit.14.

Et Leſſius grauiſſimus Thelogus idem ſentiret, ſi delectationis periculum abeſſet: inquit enim *eſt diſpar ratio, quia illa vaſa ſunt pars corporis, vnde de illis ſicut de alijs partibus ſtatuere poſſumus, at ſemèn non eſt pars corporis, nec propter illius bonum eſt inſtitutum, ſed ſobolis cauſa, tanquam eius rudimentum deinde & ſi forte ſemen in illo caſu detrahi poſſit medicamento cathartico; ſi tamen eo modo quo bilis, pituita, ac melancholia abſque libidinis ſenſu ſubduci poteſt, quod ego non puto, tamen non poteſt pelli eo actu & impetu, quem natura fert illi proprium, quia ſobolis cauſa inſtitutus eſt:* quæ rationes, vt ſupradiximus ceſſant.

Porrò

Porrò omnes rationes, quas vniuerſa Theologorum ſchola adducit, ſunt tres, nempe quia ſemen non eſt pars corporis, ſed ſit ſobolis cauſa inſtitutum; quia ſine delectatione, non poteſt educi: & quia periculum eſſet, ne ſemen mulieres in alijs caſibus prodigerent.

Verùm hæ rationes in caſu noſtro non valent; Non prima, quia & ſi verum ſit, ſemen non eſſe partem corporis, in quam indiuiduum habeat imperium, & ſit ad ſobolis commodum inſtitutum, tamen quia in eo caſu particulari, de quo ſolum eſt quæſtio inſtituta, ſpeciei ob eius venenoſam qualitatem non poteſt ſeruire: imo mulieri obeſſe, eam interficiendo, videtur vuluæ confricationem eſſe admittendam; nam quando non poteſt generationi commodare, conuenniens videtur, vt indiuiduum conſeruetur; præcipuè cum illa in partes, quæ ſuæ non ſunt imperium non exerceat; ſed medicus qui in omnes morbos ac in ægra corpora ius ac iuriſdictionem habet: etenim neque homo eſt ſuæ vitæ omniumque ſuorum membrorum Dominus: ideo nemo poteſt ſibi mortem conſciſcere; ſed Princeps poteſt delinquentes occidere, quia in eos iuſtum imperium exercet: ita medicus à corpore cauſam morbi ac noxios humores eijcere debet, præſertim quando ij ſine vllius aut indiuidui aut ſpeciei incommodo educuntur.

Qua de re nec eo impetu quo natura fert educitur, cum ſit corruptum viſcoſum, fæculentium, ſine ſpiritibus, ac omni vi, quæ illud eo modo eijceret, deſtitutum; ſed lente & ſine vlla delectatione egreditur.

Secundo multæ Theologorum rationes, vt videre eſt, aduerſus ſemen ſanum, & non corruptum in alioſque caſus à noſtro diuerſos militant.

Tertio ſi ſemen eſt ob ſobolem inſtitutum, ita vt non liceat in vllo caſu illud educere, cur natura quæ eſt tam prouida, & in ijs quæ ad vitam conſeruandam ac prolis ſucceſſionem habendam, tam diligens, ſemen bonum nulla exteriori cauſa laceſſita, euacuat, quod ſemen multoties nullum corpori nocumentum eſſet allaturum. Si ergo natura tunc vt indiuiduum ſolum ab imminenti morbo præſeruet, aut graue corpus exoneret, nulla habita prolis ratione, ſemen prolificum eiaculatur, cur medicus qui eſt eius imitator ſemen corruptum nullæ rei proficuum medijs licitis quæ nullum adferre poſſunt periculum, ſcientiæque ſuæ regulis educere non poterit? à corpore præſertim in quod imperium habet.

Præterea ſi in alijs minoribus morbis prouida natura ſanguinem, cæteroſque noxios humores per vias indirectas, innaturales, ac inopinatas aliquando euacuat, vt medicorum experientia demonſtrat, idem de ſemine corrupto faceret, niſi facilimum, præſentiſſimum, & facilimum remedium, nempè confricatio in promptu eſſet, quę ſemen corruptum educeret; & patientem liberaret.

Vlterius ſi in gonorrhæa, natura quæ tūc eſt validior, ſemen quod ad tantam corruptionem, vt in hyſterica muliere non accedit à corpore, expellit, multo magis eandem corruptiſſimum excrementum expulſuram non eſt negandum, ſi vires validas haberet, & ob grauiſſimorum ſymptomatum vehe-

vehementiam morbo ſuccumbere non cogeretur. At quando natura aliquò vergit, & ob virium debilitatem morbum ſuperare non poteſt, medici per eundem tramitem à natura intentum, medicæ ſciētiæ præſidijs ei opitulari, ac opem ferre tenentur; præſertim cum non ſine cauſa ac particulari fine, toties gonorrheæ materiam expellat. Quare ſicut in gonorrhæa illa ſeminis contaminati expulſio, initio non cohibetur, quamuis medici id efficere poſſint; ne grauiori damno corpus afficiatur; cur ſemen venenoſum, & ægram ad mortem trahens, non educetur, ſi natura vires integras haberet, idem eſſet effectura.

Qua de re ſi in gonorrhæa cuius materia prolem, quamuis debilem ac ægram, poſſet fortaſſe generare, non reprehenditur, in noſtro caſu medici non videntur eſſe damnandi; cum idem ſit facere & non prohibere, vt in gonorrhæa accidit, & in ijs qui fluxum boni ſeminis patiuntur.

Ioan. Hucherus de ſterilitate vtriuſque ſexus lib. 2. de vteri ſuffoc.

Præterea ſemen mutauit ſpeciem, quia tranſijt in venenum; ergo ceſſat ratio; quæ de procreanda ſobole affertur. *Non enim nouum aut inauditum eſt, venena inteſtina in noſtris corporibus ſuccreſcere, à quibus vt ab externis & aſſumptis funeſtiſſima ſymptomata, & inopinata mortes nobis confiſcantur, ſimileſque mortuorum corporum affectiones excitantur, vt liuor, nigrities, varij colores, mollities & laxitas vnico tantum diſcrimine, quod externarum peſtis in hominem euſarchum & temperantem lauteque & frugaliter victitantem ſæpius graſſari videatur; colliguntur autem minutatim ſenſimque intus inualeſcunt venena, ſine graui tamen ægrotantis & euidenti oſtenſione, donec aut cumulata vberius, aut corrupta deterius, aut longius ſparſa, aut mota ſint vehementius ab irritata tandem partis, in qua deſident facultate expultrice. Materia igitur hæc in plures vapores reſoluitur agitata, in vtero humorum corruptorum ſentina: Hinc repentina mors, quam in ſinu diutius anteageſtauerant, ægras velut ex inſidijs rapit.*

Non ſecunda, quia gonorrhæa & vteri præfocatione laborantes, ex ſeminis effuſione nullam capere voluptatem, imo acerbum dolorem percipere experientia & medici demonſtrant.

Nec de hac re Theologi mirentur, quia conſtat ſuccum melancholi vehementer corruptū, loca per quæ tranſit arrodere, & aliquando exulcerare, in terra autem ſuperfuſum eam ob ſuam acritudinem radere, flauamque bilim ob ſui acrimoniam dolorem per aliquod tempus in podice relinquere, quæ omnia nos ſumus experti. Quare non eſt mirandum ſi ſemen corruptum & peſtifera qualitate imbutum, eas partes accerbiſſimo dolore afficiat, cum corruptio optimi ſit peſſima.

Ioan. Heurnius de morb. mul. cap. 9.

His adde, quod neceſſe eſt obſtetricem eas partes titillare, quādo ea inſpicit, an præfocata mulier habeat os vteri obtortum, idque vt ſciatur, an morbus à menſtruo originem trahat. *Fieri enim poterit à ſanguine menſtruo, qui cunctando in vtero, putreſcit, cum exitus ei negatur obtorto ore vteri, quod non euenit in ſemine putreſcente,* quare exploret id obſtetrix. Cæterum omnia excrementa niſi ſint valde corrupta, & acribus qualitatibus infecta, delectationem quando euacuantur patientibus afferunt.

Non tertia quia mulier hyſterica cum ſit motu, ſenſuque priuata, ex illa confricatio-

confricatione, nullum po teſt peccati periculum adire, ob ea quæ in argumentis dicta ſunt.

Ex hac doctrina ſequitur. 1. Confricationes in eo caſu admitti debere 2. Non in monialibus id faciendum, quia ex virginiratem Deo deuouerunt, ſunt moraliter loquendo generationi ineptæ omniaque pro Chriſto ſubire tenentur. 3. In alijs caſibus non poſſe ſemen educi ob rationes à Theologis allatas cæterum hæc omnia in modum diſputationis dicta, non autem ſint affirmatiuè concluſa: etenim Theologis qui altius, res conſiderant, ſacroque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio, cui omnia noſtra ſubijcimus, ſtare decreuimus.

Sicut medici corporales morbis: ſic vitijs medici ſpirituales curationem præſcribunt., iuxta illud Ioan. Franciſci de Sancto Nazario. *Recipe ergo ſirupum aquæ viuæ ✠ quem bibas: Deinde recipe lacrymarum vnziam vnam: & apoſtema ſiue bozulam lauæ: quam dilutam gladio ſcinde: & emplaſtrum ex herba ſalutis & oleo virtutis confectum ſuperimpone: quod non amoueas niſi te liberum perfecte cognoſcas.* Ioan. Fra de ſancto Naz. in tract. de peſte.

Vt credas firmiter hoc eſſe tutum & verum remedium rationibus, auctoritatibus & exemplis iuſtificabo: illud ſingulas remedij partes declarando: vt ſcias in infirmitate tibi ipſi conſulere.

Dixi ſirupum aquæ viuæ id eſt caritatis: ✠ quæ eſt in illa aqua de qua Dominus ait in Euangelio Ioan. 4. Si quis biberit aquam quam ego dabo, non ſitiet in æternum. c. caritas 2. de pœni. diſtin. 2. Eſt autem caritas recta voluntas ✠ ab omnibus terrenis pœnitus aliena. Hæc eſt mors criminum: vita virtutum: virtus pugnantium: palma victorum: arma ſanctarum mentium: cauſa meritorum bonorum: ſine qua nullus ſanatur: nullus viuere poteſt neque Deo placere: fructuoſa in pœnitentibus: læta in proficientibus: glorioſa in perſeuerantibus: operoſa in omnibus omnino fidelibus: ex qua quicquid eſt boni operis viuit. ſecundum Proſperum in libro de vita contemplatiua tranſumptiue in c. caritas 1. de pœni. diſtinct. 2. Si apud tuum aromatarium hanc aquam non inuenias ad fontem timoris ✠ accedas: ibi eam reperies. Metus enim æternæ mortis caritatem introducit: ſicut ſeta filum c. ſicut ea can. & quæſt.

Dixi quem bibas: quia non ſatis eſſet deguſtare. Bibit enim ✠ hanc aquam qui in caritate radicem figit. Deguſtat ✠ qui aliqualiter cum ea communicat: ſed tamen delinquendo ab ea recedit c. alius eadem cauſa & quæſt.

Dixi lacrymis lauandam bozulam: quia liberantur à morte qui fletibus ſe mundant à peccato c. baptizantur de pœni. diſt. 2. & non ſolum lacrymæ liberant à morbo contracto: ✠ ſed etiam à futuro preſeruant. Quia fleuit Achab. in conſpectu meo non inducam mala in diebus eius 3. Regum c. 271.

Sed hic dubitare aliquis poſſet: an omnes lacrymæ proſint ad ſanitatem huius morbi? Diceres quod ſic: quia indefinite locutus ſum: & indefinita æquipollet vniuerſali. ✠ l. ſi pluribus ff. de leg. 2. c. quia circa de priuileg. Sed aliter ego ſentio. Declaro ergo me ipſum non loqui de lacrymis Cocodrilli: ✠ non de lacrymis improbæ mulieris quæ inſidias plorando inſtruit vt inquit Cato: non de lacrymis ingemiſcentis propter indignationem vel timorem ſupplicij corporalis. De quibus in l. obſeruandum. ff.

dum.ff.de officio præſi.de lacrymis deplorantis amiſſam pecuniã. iuxta illud Satirici. Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris. Loquor de lacrymis petri: non de lacrymis Iudæ. vnius fuerunt pœnitentiæ lacrymæ c. Petrus de pœni. diſt. 1. Alterius animi violenti indignationis internæ c. Iudas de pœni.diſt. 3.

Dixi vnziam quia octo ſaltem lacrymas arbitror neceſſarias ad bene perfecteque diluendum morbum. Octo enim dracmæ vnziam ✠ conſtituunt. vt not. per glo. in l. 2. C. de metalla.& metal. lib. 19. quibus octo dracmis æquipollent octo pœnitentiæ lacrymæ. Nam ad diluendum ſeptem peccata mortalia ſeptem ſaltem lacrymæ ſunt neceſſariæ. Minor enim numerus non ſufficeret nec peccatorum numero proportionabilis eſſet. Quid enim prodeſſet peccatum luxuriæ plangere & adhuc auaritiæ æſtibus anhelare. Oportet enim omnium pœnitere. Quod oſtendit Chriſtus qui ſeptem dæmonia eiecit à muto & ſurdo. Matth. 12. & Marci 5. Parum enim fuiſſet ſex expellere & vnum dimittere c. ſi plures de pœni.diſtin. 3. Octaua autem lacryma quæ futurorum ſcelerum dolorem & abſtinentiam deſignat niſi coniungatur: ſeptem lacrymæ parum iuuabunt: neque à peſte liberabunt: ✠ neque vllam afferent ſanitatem Oportet enim perpetrata delicta plangere & plangenda non perpetrare. Nam qui plangit peccatum & iterum admittit: quaſi lauat crudum laterem quem quanto magis abluit tantomagis lutum facit c. illa pœnitentiam de pœni. diſtin. 3. Et Iſidorus de ſummo bono his verbis noſtram ſententiam comprobat. Irriſor eſt non pœnitens qui adhuc agit quod pœnitet. Canis reuerſus ad ſuum vomitum eſt pœnitens ad peccatum. Multi enim lacrymas indeſinenter fundunt: quia inconſtantia mentis non peccati recordatione deflent. Inquit Iſaias lauamini & mundi eſtote. lauatur & mundus eſt qui peccata plangit: & flenda iterum non admittit. Lauatur & non eſt mundus neque ſanatur: qui plangit quæ geſſit nec deſerit & poſt lacrymas quæ fleuerat repetit. Et ſecundum Auguſt. in libro ſoliloquiorum. inanis eſt pœnitentia ✠ quam ſequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum tardius ſanatur: & nihil proſunt lamenta ſi replicentur peccata. Et ſecundum Grego. qui admiſſa plangit nec tamen deſerit pœnæ grauiori ſe ſubicit quia ipſam quam flendo impetrare potuit veniam contemnit.

Dixi bozulam gladio ſcindendam: ✠ quia non ſatis eſt morbum lauare exterius, niſi vniuerſa ſanies & putredo quæ intus eſt excutiatur. Et propterea clamat propheta. Scindite corda veſtra, non veſtimenta veſtra. oſtendens contritione cordis quæ in eiuſdem ſciſſione intelligitur: & interiori dolore peccata remitti. Cordis enim laceratio vera eſt conuerſio, vera pœnitentia. Nam conuerſio ✠ nihil aliud eſt quam cordis vndique verſio.

Tribus autem ſciſſuris eſt bozula laceranda: ✠ quia dolor peccati ſecundum Bernar. debet eſſe triplex. acer acrior, & acerrimus. Acer quia Deum omnium creatorem offendimus. Acrior quia patrem noſtrum cæleſtem qui nos multipliciter paſcit impugnauimus. Acerrimus quia iterum peccando crucifiximus redemptorem noſtrum qui nos proprio redemit ſanguine: a peccatorum vinculis liberauit: & qui à crudelitate dæmonum & ab acerbitate gehennæ potenter eripuit. Et ſi bozula tribus dilaniata vulneribus omnem putredinem non euomerit iterum punge: etiam ſi oportuerit ſpinis lanceijs & alijs quibus ipſe Chriſtus pro te punctus fuit in cruce. Cor enim totum contritum cõſciſſum debet habere peccator præ nimia anguſtia dolore, ira, indignatione.

dignatione aduerſus peccata. Nec tibi tot punctura, tot vulnera, tot gemitus, tot ſuſpiria moleſta videbuntur: ſi Chriſtum in cruce tot verberibus percuſſum: tot plagis confoſſum: tot vulneribus laceratum: tot iniurijs affectum: tua & non ſua culpa pendentem aliquantiſper contempleris. Nam ſecundum Grego. nihil eſt tam durum & aſperum quod æquo animo non toleretur: ſi paſſio ✠ Domini ad memoriam reuocetur.

Gladio itaque id eſt propria voluntate ſcindamus: corda noſtra laceremus: & in fruſta partiamur: ſi à peſtifera labe: ſi à crudeli martis furore: ſi ab horrida fame liberari & præſeruari exoptamus. Si cor noſtrum omnem ſordem exuerit & vndique à malo ad Deum conuerſum fuerit: Deus ipſe ad miſericordiam conuerſus nobis peccatorum noſtrorum præſtabit indulgentiam: quorum primo præparabat vindictam. Ad hanc ſciſſuram & contritionem nos per prophetam inuitat Dominus, dicens: Conuertimini ad me in toto corde veſtro & ego conuertar ad vos: libenter (inquit Ambro. libro de paradiſo) Dominus ignoſcit: prompte indulget: & magis miſericordiam amat quam ſacrificium.

Dixi emplaſtrum ſuperimponendum. Sed quia æger infirmitatis dolore vexatus ſibiipſi non poteſt opportune mederi. Et quia ſæpe ægrotant oleum virtutis & herbam ſalutis: vel ex ignorantia: vel ægritudinis impedimento non dignoſcit. ✠ c. nullus de pœni. diſtin. 7. Quærendus eſt ergo medicus qui emplaſtrum conficiat: oleum virtutis & herbam ſalutis edoceat. Is autem erit ſacerdos. qui ideo ſacerdos dicitur quia ſacras virtutes docet. ✠ l. 1. §. ſacerdotes ff. de iuſti. & iu. Saluator enim nobis polllicitus eſt medicinam aduerſus peſtem medicorum ſuorum. i. ſacerdotum miniſterio c. fi. de pœni. diſt. 1. Et propterea dixit leproſis: ite oſtendite vos ſacerdotibus. Luc. 17. Non enim ſufficit ſola contritio niſi ſubſequatur oris confeſſio d. c. fi. & c. omnis vtriuſque ſexus de pœni. & remiſſ. Quod etiam ratione probatur. nam peccator peccando tres perſonas offendit: ✠ Deum, eccleſiam & proximum. niſi ergo omnibus tribus ſatisfecerit, venia dignus non erit. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. ſatiſfit autem Deo per contritionem: eccleſiæ per confeſſionem: proximo per reſtitutionem c. perfecta pœnitentia de pœni. diſtin. 3.

Vera ergo eſt noſtra propoſitio peſtiferatum oportere implorare auxilium medici. i. ſacerdotis qui emplaſtrum conficiat & morbo ſuperimponat. Quod certe non poterit ſuperimponere: niſi morbus ſibi fiat manifeſtus. Nam qui operam medicantis expectat: oportet quod vulnus detegat, vt ait ſanctus Seuerinus.

Sed iam ſatis arbitror patere qualiter vulnera ſint detegenda, nunc operæprecium eſt demonſtrare oleum virtutis & herbam ſalutis. Optimi mores ſunt oleum virtutis & herba ſalutis. Optimi mores ſunt oleum virtutis ✠ Matth. 25. Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Oleum, id eſt, candidos mores in vaſis ſuis. i. in cordibus ſuis c. 1. de Sa. vnctione. Eleemoſyna autem eſt herba ſalutis, ✠ Sicut enim in præceptis medicinæ medicamentum quidem herbas multas accipit: vnam autē dominatiſſimā. Sic in pœnitentia cæteris potentior & dominatior eſt herba quam eleemoſynam dicimus, vnde ſcriptura diuina inquit: date eleemoſynam & omnia munda vobis erunt c. medicamentum de pœni. diſt. 1. Ex his oleo & herba commixtis conficitur emplaſtrum. Non enim infirmo ſat eſſet eleemoſynis vacare, ſi multis iniuſtitijs deſeruiret: vel forte linguam in detractionibus exerceret, aut

alio vicij genere animam macularet c. citius de pœni. diſt.2. Ambo autem vnita & ſimul incorporata optimum faciunt medicamentum. Vniuntur autem & incorporantur ieiunio ✠ quod mentem eleuat: virtutem largitur & præmia. O ſacrum ieiunium. O abſtinentia virtutum triumphatrix & regina: tu dæmones comprimis, tyrannos confundis: fortiſſimos ferarum vngues excudis: leonum ora contundis. Magna eſt ieiunij ſpecioſa militia. ſecundum Ambro. ieiunium mentes purgat: ſenſum ſubleuat: carnem ſpiritui ſupponit: cor contritum facit humiliatum: concupiſcentia nebulas diſſoluit: libidinem extinguit: caſtitati lumen portat verboſitatem non amat, humilitatem commendat: hominibus denique præſtat vitam beatam. ſecundum Auguſt. Vniuntur etiam & incorporantur Domini timore, qui mortem & peſtilentiam non ſeruantibus mandata minatur. Vnde alta voce cantat Pſal. initium ſapientiæ eſt timor Domini. Vel cogitatione mortis vniuntur.

Iam vt arbitror cognoſcitis oleum virtutis & herbam ſalutis. iam vt credo didiſciſtis incorporare emplaſtrum. Reſtat ſi vultis à peſte liberari quod ſuper apoſtema emplaſtrum imponatis, non amouendum donec in hac infirmitatum valle permanſeritis. Perſiſte ait Auguſt. & bonam vitam quam accepiſti, tenere non deſinas. propoſitum bonæ vitæ conſerua iugiter. nam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit Matth.10. Qui autem emplaſtrum iſtud à ſe amouerit proculdubio peribit. Niniue prædicante Iona meruit veniam. Sed quia iterum ad vomitum redijt paſſa eſt ruinam c. ſicut de pœni. diſtin.3. Agamus itaque pœnitentiam. Conuertamur ad Dominum qui ſanat contritos corde & ipſe liberabit nos à peſte. nec amplius patietur flagellum appropinquari tabernaculo noſtro, longitudine dierum replebit nos, & tandem ſi manſerimus in Chriſto & verba ſua ſeruauerimus videbimus gloriam Dei & regnum poſſidebimus paradiſi. Vbi ✠ ſenſus amicitia: concordia, plena poteſtas: pax ſecura: decus & gaudia ſunt animabus. Et vbi corpora ſanctorum fulgebunt fortia: pulcra: libera: ſana: ſita: ſine fine manentia læta. de pœni. diſt.4. c. ſi ex bono §. denique 2. §. finis Laus Deo & eius immaculatæ genitrici cuius intercesſione dignetur omnipotens & miſericors Deus nos à peſte & omni malo defendere.

Sicut medici curam habent ægrorum, & procurant, vt ij ad priſtinam ſanitatem reſtituantur: ſic & Principes ſalutem populorum procurare debent; ſed grauior prouincia epiſcopis animarum medicis eſt impoſita, cum ſubiectam ciuitatem ad ſupremam ac æternam felicitatem dirigere teneantur, vt enim inquit Gaſpar Contarenus.

Gaſpar Contarenus de officio Epiſcopi lib. 1.

Hinc ciuitatibus atque populis reges atque epiſcopi præſident. Regum officium præcipuum eſt, vt ciues bona ciuitatis inſtitutione probos reddant, eoſque euehant qui natura capaces ſunt ad contemplatiuam vſque felicitatem. Horum gratia, externorum bonorum copiam, militaremque potentiam ciuitati, cui præſunt, nituntur omnibus viribus comparare. Epiſcopus autem altiorem quendam ſcopum præſcriptum habet. Nam fidei ſuæ commiſſam ciuitatem Chriſtianis inſtitutionibus, diuiniſque legibus erudiendam, atque in officio continendam ſuſcipit; ſuſceptamque ad ſupremam illam felicitatem dirigit omni conatu, quam ſine Chriſtiana pietate atque inſtitutione ſperare ſtultum, ſimulque nefarium eſt, quo fit vt longè maiori dignitate Epiſcopus præditus eſſe cenſeri debeat, quam princeps ciuitatis. Hic namque curam habet

habet humanæ fælicitatis, quæ diſpoſitio quædam eſt ad Christianas virtutes ſupremamque illam beatitudinem; quarum ducem, ac magiſtrum Epiſcopum eſſe diximus.

Imitabimur ſapientes medicos, qui, cum peſtis in vrbe graſſatur, ſi eos curare non poſſunt, qui iam peſte correpti ſunt, ſaltem diligentiam adhibent, vt corpora adhuc ſana atque integra ſuis medicamentis à morbo defendant, &c.

Robertus Bellarminus conc. 21. de Hom. quaq.

Tria ſolent eſſe in medico falſo, quæ hic remouet à medico vero, ſcilicet promiſſionem, quia promittit, & non facit, nil promittat, quod non faciat, vnde hoc iurauit Dominus & non pœnitebit eum. In ſanando moram; nam neſcit Molimina tarda gratia ſpiritus ſancti; ferro inciſionem. Primum vbi dicit, quærenda medicina. Secundum ibi, ne differas; Tertium vbi dicit: verbo non ferro ſanare.

D. Bonauent. in expl. in Pſal. 118. verſ. clamaui tota die.

Sicut inter cætera medici præcipuum eſt, corporis procurare ſalutem; ſic inter multa epiſcoporum officia, illud præcipuum eſt medicum eſſe animarum. *Quartum eſt, eſſe medicos animarum: quod infirmum, inquit, fuit, non conſolidaſtis; & quod ægrotum; non ſanaſtis, quod confractum eſt, non obligaſtis: & quæritur apud Eſaiam, quod vulnus, & liuor, & plaga tumens, non ſunt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Ideo Dominus de ſeipſo dixit. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus: qui non tantum ad ægritudines tollendas ordinatur, ſed ad bonam valetudinem conſeruandam. Quintum eſt, parentes eſſe ſpirituales ſubditorum; & præſtare patrum correptionem, & diſciplinam & matrum blanditias, & tenerum amorem. Vnde Paulus ait: Nam ſi decem millia habeat pædagogorum in Chriſto; ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu, per Euangelium ego vos genui: &, Filioli mei, quos iterum parturio.*

Alphonſus Salmeron in conc. in Euãg. hiſ. par. 3. tract. 1.

Quemadmodum in rep. nihil vtilius, & ſalutarius medico, qui morbo bellum indicens, vitam ac naturam ſeruat, ſi prudenter adhibeat pharmaca, hoc eſt, ſuo tempore & loco, & morbo depellendo conſona: ita profecto nihil inutilius, neque pernitioſius imprudente medico, qui infirmitatis fomenta nutrit, ſanitatique atque vitæ hominum inſidiatur. Hæc autem magis locum habeat in ſpiritualibus. Nam vt nihil eſt ſanctius bono, & prudenti correctore peccati; ita nihil peius imprudenti, qui tantum pharmacum ad ſalutem animæ; recuperendam adhibere neſciat.

Idem tom. 4. par. 3. tract. 8

Sicut ſapientes medici per quaſdam viles medicinæ ſpecies ægrotos corpore ad ſanitatem perducere ſolent: ita & Deus omnipotens humanum genus, quod in parentis primi tranſgreſſione, in maximam vtriuſque hominis infirmitatem decidit, per plurimas vilis antidoti confectiones ad ſanitatem reparat. Quid enim excogitari poteſt vilius, quam hoc: qui & in peccatis naſcimur, & deinde quaſi irrationale animal viliſſimis quibuſdam adminiculis parentum vel nutricum prouidemur ac paſcimur? Quid rogo vilius quam quod nec die vna ſine peccato eſſe poſſumus, quodque aliquando aliter ad bonum flecti nequimus, niſi in peſſima cadere permittamur, vt vel ſic compulſi ad medicum verum cõfugiamus, faciemque eius in confeſſione præueniamus. Cum autem nec per tantam pietatis diuinæ medicinam curari noluerimus, pietas enim eſt magna & peccantem ſuſtinere, & ei quis ſit, quone tendat nimio peccandi vſu oſtendere, vt agnita ſui qualitate horreſcat, & reuertatur ad Dominum: non tamen idcirco deſinit nos curare. ſed adhuc alterius generis medicamentum velut aduſtionem, quam omnes amaram quidem eſſe, ſed corporeæ ſanitati vtilem tradunt, illi

Beda in Pſal. l. 11. comm.

dunt, illi ſpiritualiter nobis imponit, permittens videlicet nos variis modis corporaliter affligi, vt ſpiritus ſalutis fiet in die Domini. Huiuſmodi igitur aduſtionem quibuſdam profuiſſe Pſalmiſta teſtatur dicens: cum occideret eos Dominus, quærebant eum & reuertebantur. Quibuſdam vero obduratis, & in profundo peccatorum diuerſis, non profuiſſe legimus in Propheta qui dicit. Percuſſiſti eos Domine, & non doluerunt. Et caſtigatione crudeli percuſſi te filia Sion, ſed inſanabilis eſt fractura tua; ſunt & alia plurima vtilitatis genera quibus tam ſpiritualiter quam corporaliter cotidie implicamur, vt hoc modo humiliati veræ ſoſpitatis gratiam exquirere cogamur.

Merc. Triſmegiſtus in Pymandro.

Quemadmodum medicus eruditus, ægrotantis corpus doloribus afficit, vrendo illud atque ſecando, recuperandæ valetudinis gratia: Eodem modo mens voluptuoſa affligit animam, vt radices voluptatis euellat. Ab hac enim omnis animæ morbus. Morbus animæ grauiſſimus, impietas eſt.

Chryſoſtomus Hom. 17 operis imperfecti.

Si medico opprobrium eſt, qui nec alterius ſanitatem habet in manu, nec ſuam ſi velit alios curare, & ipſe debilis ſit, quaſi teſtimonium imperitiæ ſuæ portat in corpore ſuo propriam paſſionem. Quomodo doctori ſit opprobrium alios velle eruere à peccato, & ipſum maioribus eſſe peccatis, dum poſſit amplius ſe ipſum eruere à peccatis quam alios.

Damaſcenus de his qui in fide hinc migrarunt.

Quemadmodum, qui ægrotantem vnguento vel alio pretioſo oleo vult inungere, prior ipſe vnguendo particeps eſt vnctionis, & ſic poſtea inungit laborantem morbo: ita qui pro ſalute proximi adhibito ſtudio aliquid facit, primum ſibi, deinde proximo prodeſt.

Chryſoſtom. Hom. 44. in 1. Cor.

Qui iram monendo ſequitur, ſolum nihil aliud quam cupiditatem ſuam explet: qui vero poſtquam correxit peccantem charitatem oſtendit amoris fuiſſe, quæ percellendo dixit, declarat. Ergo eodem nos pacto inuicem nos erudiamus. Qui arguit ne iraſcatur: non eſt enim correctionis hoc, ſed affectus: neque qui arguitur ægrè ferat: medicina enim non inimicitia eſt, ſi enim medicos cum vrunt, nemo in ius vocat, licet ſæpe numero aberrent, quin vſti ſectique in tantis etiam doloribus beneficos illos in ſe eſſe putant; qui tantam perturbationem ſuſcitarunt; quanto magis æquo animo perferre caſtigationem, caſtiganti: ſic veluti medico intentum eſſe decet.

Idem hom. 13 in Geneſim.

Nemo prudens argueret medicum, qui ſuum egit officium: ita concionator medicamentum ex ſpirituali doctrina confectum imponit: auditorum poſt hæc erit curam adhibere, vt emendentur.

Idem ſerm. de habenda cura proximorum.

Nam ſi ſemper argueremus, impudentiores illi fierent, ſi ſemper obſecraremus, ignauiores redderentur. Quapropter, & medici non ſolum ſecant, ſed & vulnera obligant, neque ſemper amara, ſed nonnunquam & lenia pharmaca infundunt, vt per priora purificetur ſanies, & putredo; per poſteriora autem mitigetur dolor.

Idem in c. 1. ad Galat.

Parcit illi Paulus, nec vult vulneribus addere, quemadmodum eruditi medici eos qui in longum incidunt morbum, non protinus ac ſemel, ſed ex internallo curant, ne deſpondentes animum pereant: ſic beatus Paulus.

Sicut medicus debet morbis: ſic & iudex malitijs hominum obuiam ire, quia non obuiando peccat.

Verum quia hominum ſic creſcente malitia quod prouiſum eſt ad remedium, tendit ad

dit ad noſam c.1.de excep. in 6. quandoque in lites appellationum non corrigunt ſententias iniquas, ſed ſententias bene latas in peius reformant, vt dicit text. in l. 1. in princ. ff. de appel. & relat. & aduertit rebus tract.de appel. in præf.num.80.tom.3. fol.481. & litigantes appellationis remedio non grauati ſed grauaturi vtuntur Conc. Trid. c.1.ſeſſ.13.de refor. dum appellant; vt lites protrahant per annum vel biennium, & deinceps: ſicque pauperes appellatos eo vſque appellationibus remorentur, donec litē propter magnas regeſti, & ſportularū expenſas deſerere; vel concordiam cū eorum damno ſubire cogantur; quorum malitiȷ deberet Iudex, in eo quod poteſt obuiare, quia non obuiando peccat, vt ſcribit Franch. in c.27.ad hec lib. 2 ſub num.3. de appellationibus vbique enim Iudex debet potentum malitiȷ obuiare l. 39. fundo ff.de rei vindic. & c.16.ex tenore in fine de reſcrip. idque quoad malum inuitamur amouendum eſt l.5.conuenire ff. de pact. dot.

Sigiſmundus Scaccia in tract. de appel in. qu 3. art.1.nu.2.

Vt parum eſt, ſi infirmum medicus curare incipiat, & relabi eum ſinat in grauiorem ægritudinem; ſic etiam cum oratione contigit. Parum enim nobis profuturum eſt, ſi ad orandum magno animo accedimus, dæmonem precibus velut armis impetimus, bonam temporis partem orando tranſegerimus, Deum ad noſtra deſideria inclinare ceperimus, niſi etiam perſiſtamus, pulſantes, donec nobis aperiatur, feruenſque & æſtuans deſiderium oſtendamus, neque ægre feramus, aut à propoſito reſiliamus, ſi non ſtatim exaudiantur: vult Deus oratores ſuos eſſe importunos &c.

Laurent. Beyerlinck c. 11.in promp. mor. in feſt. S.Prax.ibol.

Medicus noſter ægrotum in manibus tenens: ecce quomodo artis ſuæ peritiam probat. Primum ſtupida membra diu palpando ad ſenſum reuocat, & tactu leui vulnera dolentia attrectando ad ictum confirmat: deinde ſecat, deinde vrit: deinde ligat: deinde fouet, & ad plenam ſanitatem reputat: ſic alphabetum iſtud in quinque partitiones diſtinguitur. Prima eſt conqueſtio: ſecunda eſt increpatio: tertia eſt conſolatio: quarta eſt præceptio: quinta eſt deprecatio: per conqueſtionem, palpas per increpationem ſecat, per conſolationem vngit, per præceptionem ligat, per deprecationem fouet. &c.

Natalis Talleped. in comment. in Threnos ſeu lament. Ier. promp. ex comment. Hug. de S. vict.

Cum videmus medicum ipſum magna diligentia applicare varia pharmaca, intelligimus ſane vehementer periclitari infirmum, & ad mortem tendere. Hodie quidem videmus ſanctam matrem Eccleſiam nobis diuerſa medicamina adhibere, aufert enim nobis cantica lætitiæ, nudat altaria veſtimentis iucunditatis, & operit veſte lugubri organa, adimit veſtes, promit nigras, miniſtros pauperrime veſtit, cantica inducit triſtia: noſtra capita cinere aſpergit, dicens quod puluis ſumus & in puluerem reuertemur. Abſque dubio, infirmitas noſtra ad mortem tendit, cum Eccleſia mater noſtra tot applicet remedia: nam ſi mille haberet linguas his omnibus nobis hodiernam inculcaret epiſtolam, dicens conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu & planctu.

Thomas de Truxillo in conc quadr. tom. 1.feria.cin conc. miſerabile maxime eſt peccatum quoniam ad illud curandum tanta ab Eccleſ. adhibentur pharmaca.

Aduerte etiam quomodo Chriſtus, tamquam optimus chirurgus docet, quod ſi curandum ſufficit vnguentum, non neceſſe habeas vti lanceola, aut cauterio: & ſi ſufficit digitum abſcindere, non debes abſcindere manum: ſic medicus, qui ſacchara roſaceo curare poteſt, non propinat amaras pilulas. ſic ergo tu ſi ſolus potes proximum curare, non eſt quod adhibeas teſtes: quòd ſi non potes, eos tunc adhibebis: cum melius ſit, vt aliquid detrimenti fama patiatur, quam ſi anima pereat, non enim eſt ve-

Idem ſerm. 3 poſt 3. D. Q conc. 3. correctio quomodo ſit facienda.

rius ho-

rus honos, cum perit anima. Cæterum qui malus eſt, diligenter ſe emendet, ne ab altero audire poſſit, medice cura te ipſum.

Idem 2. C. Q. ſer. 5. poſt D. in Paſ. coxc. 2.

Vt periti & experti medici ſolent, cum ad aliquam ciuitatem acceſſerunt, varios curare infirmos, & in illis præſertim peritiam ſuam manifeſtare, qui morbos incurabiles quodammodo habent: ita Chriſtus Dominus potentiam ſuam in tanta peccatrice oſtendere voluit. Cæterum medici humani alias infirmitates curant, alias vero non, quia neque omnia norunt, neque omnia poſſunt: at vero de Chriſto ait regius vates: qui ſanat omnes infirmitates tuas. Tum præterea vulgares medici ſanitatem inducunt, ſanguinem emittendo ex ipſis infirmis, venas ſcindendo, amaras potiones propinando, & præter hæc omnia grandem pecuniam exigendo: at vero cæleſtis medicus ipſe potius amaras potiones ſuſcipit, ex ipſo ſanguis elicitur. Vnde Iſa. ait, vere languores noſtros ipſe tulit, & peccata noſtra ipſe portauit. Nos vetitos edimus fructus, ipſe vero felle & aceto in cruce potatur: nos malis humoribus pleni eramus, ipſe vero in horto ſanguineo ſudore pro nobis madefit.

Pſalm. 53.

Matth. 15. Luc. 22.

Sicut medici in leuiſſimis ægrotorum delictis ſolent conniuere ſic eccleſiaſtici magiſtratus, qui populorum vitijs medentur, leuicula debent diſſimulare: *Nã qui leuicula omnia corroſerit, is aciem ſarculi ſui, id eſt, correptionum deinceps ſuarum de ſummis rebus hebetauerit, & fecerit inefficaces, cum medici inſtar, libertatem acre medicamentum & amarum quidem, ſed neceſſarium & pretioſum, in multa minuta & non neceſſaria abſumpſerit.*

Philippus Io: khuerus in leg apoſt. eccleſ con. 20 Nam leuicula ex cauſis diſſimulantur.

Adde venialia à Deo vix hominem auertere, dumtaxat huc diſponere.

Philotimus medicus, cum quidem pure circa iecur laborant, ei digitum exulceratum commonſtraſſet, Heus inquit, non tibi cum reduuia eſt negotium.

Aquila non captat muſcas, ſed nec vacat exiguis rebus adeſſe Ioui. Ouid.

Pygmæos & homulos cubitales contempſerit, cui ſit cum centauris aut Gigantibus, bellum vires prælio neceſſaria velitationibus ſuperfluis non atterenda aut accendenda.

2 *Tertium Auditoris. Nam vt quibus aures obcalluerunt, paneque obſurduerunt longis inanibuſque prologis, ij ferè ad reliquas iam ſerias orationis partes animo ſolent peregrinari: ſic leuiculis fatigati, ad grauiora dormitabunt.*

3 *Egiſlas oratoris. An eſt cuiuſquam tam perennis copia & fons rationum adeo inexhauſtus, vt in friuolis non debeat vti perſimonia, vt ſufficere grauibus poſſit?*

Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat.
Iupiter, exiguo tempore inermis erit. ait Ouid. lib. 2. Triſt.

Quis Parthorum tam diues ſagittis, vt pharetra in vera pugna non ſit habiturus vacua, ſi in obuias quaſque muſcas, tela inaniter contorſerit?

Miles, qui ſulphuratum puluerem omnem & plumbeas nuces, in anates, in paſſerculos petendos conſumpſerit, aut equum inanibus æquo campo curſibus fatigarit; cum in apros, aut veros iam hoſtes inciderit, qui poſſit pugnare vt vincat & triumphet.

Tranſeant, tranſeant intacti phalangis præambulones; vt ex inſidijs tota mox phalans ſequutura ſeruatur.

Qui in atomos & veniabiliſſima peccatula graues & crebrius inuectimur (quarum

onus

onus non comœdorum plauſtra non Argo; non centaurus, magna non qualibet alia nauis etiam centiremis portare queat) effuderit: Idem cum ad enormia facinora taxanda ventum erit, languebit, frigebit, vane declamauerit, niſi tum tonet, & neſcio quid diuinum, humanoque altius crepet, potius ſeſe ad maiora reſeruet.

Quid quod etiam morbo quodam animi, aut conſuetudine potius id tum videbitur quam res enormitate facere?

Qui prouerbium illud (ſilentium Amyclas perdidit) enarrant, aiunt Amyclas oppidum quoddam ſitum inter Caietam, & Tarracinam, quum ſubinde falſo nuntiatus eſſet hoſtium aduentus, & idcirco ciuitas frequenter inani terrore quaſſaretur; tandem lata lege cautum eſſe, nequis vnquam hoſtis nunciaret aduentum: atque nemine auſo etiam cum iam vere hoſtes aduenirent, clamorem ad arma edere, tandem capram ex improuiſo ciuitatem. At dico fac nullam fuiſſe legem ſilentij: creber ille clamor falſus de hoſtis aduentu potuit etiam tandem ciuitatem perdidiſſe: potuerunt enim ciues falſis illis, & vanis clamoribus, quaſi Anribal eſſet, ad portas toties decepti, aliquando vero aduentum hoſtium clamore (quem inanem quoque vt olim crederent) nil moueri non arma corripere, & perire. Vide Eraſmum in chi. adslus.

Itaque duces quidam periti non probant belli tempore frequentes illos & varios ad arma pulſus aut clangores.

Eccleſiaſtes in neniis grauiter & frequenter declamitans, in blaſphemias deinde dicens non admodum terruerit credituros, cum patria ſuo more corripere, & moroſum adpellaturos, qui puluiſculo offendatur, & morologum qui loqui neſciat niſi offendat.

4 *Indolis homines cuiuſcumque, qui enim veniam etiam minutorum non impetrant, Auditores omnino illibenter concionatori, quaſi inimico permittis bibere de maioribus, dicere; veniam autem & conniuentiam in paruis adepti, in magnis reprehenſiones ferunt, lædit morologia hominum patientiam.*

Itaque forſitan Cenſura Romanorum hac minus probanda, qua nihil non etiam leuiculum non reſponſum parum reuerens non oſcitationem altiorem factam loco non ſuo, non nimiam in milite corpulentiam, & nitorem præteribant ſine ignominiæ notā.

Vide Feneſtellam l. de Magiſtratib. Rom. c. 17.

Et leges Draconis vetuſti Athenenſium legiſlatoris, quibus vna omnibus delictis pœna erat conſtituta, vt etiam quæ deſidiæ damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent capite plecterentur, quam ob rem & Solon præterquam quæ de cæde erant conſtuta abrogandas curauit, & ſolebat Demades dicere, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. A. bell. lib. 12 noct. c. 18.

Profecto omnino eſt hoc nimis draconem eſſe
Eo forte ſcriptum eſt, Noli eſſe iuſtus multum,
Qui nimis emungit, elicit ſanguinem.

Baptiſta noſter ſummus hic artifex fuit vt, qui in ſuo Herode grauia maxime videtur reprehendiſſe.

Pro enim quod nos legimus (de omnibus malis quæ fecit Herodes) Vatablus vertit de omnibus malis, quæ patrabat Herodes, quo patrandi verbo in ſolis grauioribus & conſummatis malis boniſque latiniores vti puto; vnde & patres patrati dicti, qui

S 5 ad pe-

vehementiam morbo ſuccumbere non cogeretur. At quando natura aliquò vergit, & ob virium debilitatem morbum ſuperare non poteſt, medici per eundem tramitem à natura intentum, medicæ ſciētiæ præſidijs ei opitulari, ac opem ferre tenentur; præſertim cum non ſine cauſa ac particulari fine, toties gonorrheæ materiam expellat. Quare ſicut in gonorrhæa illa ſeminis contaminati expulſio, initio non cohibetur, quamuis medici id efficere poſſint; ne grauiori damno corpus afficiatur; cur ſemen venenoſum, & ægram ad mortem trahens, non educetur, ſi natura vires integras haberet, idem eſſet effectura.

Qua de re ſi in gonorrhæa cuius materia prolem, quamuis debilem ac ægram, poſſet fortaſſe generare, non reprehenditur, in noſtro caſu medici non videntur eſſe damnandi; cum idem ſit facere & non prohibere, vt in gonorrhæa accidit, & in ijs qui fluxum boni ſeminis patiuntur.

Præterea ſemen mutauit ſpeciem, quia tranſijt in venenum; ergo ceſſat ratio; quæ de procreanda ſobole affertur. *Non enim nouum aut inauditum eſt, venena inteſtina in noſtris corporibus ſuccreſcere, à quibus vt ab externis & aſſumptis funeſtiſſima ſymptomata, & inopinata mortes nobis conſiſcantur, ſimileſque mortuorum corporum affectiones excitantur, vt linor, nigrities, varij colores, mollities & laxitas vnico tantum diſcrimine, quod externarum peſtis in hominem euſarchum & temperantem lautaque & frugaliter victitantem ſæpius graſſari videatur; colliguntur autem minutatim ſenſimque intus inualeſcunt venena, ſine graui tamen ægrotantis & euidenti oſtenſione, donec aut cumulata vberius, aut corrupta deterius, aut longius ſparſa, aut mota ſint vehementius ab irritata tandem partu, in qua deſident facultate expultrice. Materia igitur hæc in plures vapores reſoluitur agitata, in vtero humorum corruptorum ſentina: Hinc repentina mors, quam in ſinu diutius anteageſtauerant, ægras velut ex inſidijs rapit.*

Ioan. Hucherus de ſterilitate vtriuſque ſexus lib. 2. de vteri ſuffoc.

Non ſecunda, quia gonorrhæa & vteri præfocatione laborantes, ex ſeminis effuſione nullam capere voluptatem, imo acerbum dolorem percipere experientia & medici demonſtrant.

Nec de hac re Theologi mirentur, quia conſtat ſuccum melancholi vehementer corruptū, loca per quæ tranſit arrodere, & aliquando exulcerare, in terra autem ſuperfuſum eam ob ſuam acritudinem radere, flauamque bilim ob ſui acrimoniam dolorem per aliquod tempus in podice relinquere, quæ omnia nos ſumus experti. Quare non eſt mirandum ſi ſemen corruptum & peſtifera qualitate imbutum, eas partes accerbiſſimo dolore afficiat, cum corruptio optimi ſit peſsima.

His adde, quod neceſſe eſt obſtetricem eas partes titillare, quādo ea inſpicit, an præfocata mulier habeat os vteri obtortum, idque vt ſciatur, an morbus à menſtruo originem trahat. *Fieri enim poterit à ſanguine menſtruo, qui cunctando in vtero, putreſcit, cum exitus ei negatur obtorto ore vteri, quod non euenit in ſemine putreſcente,* quare exploret id obſtetrix. Cæterum omnia excrementa niſi ſint valde corrupta, & acribus qualitatibus infecta, delectationem quando euacuantur patientibus afferunt.

Ioan. Heurnius de morb. mul. cap. 9.

Non tertia quia mulier hyſterica cum ſit motu, ſenſuque priuata, ex illa confricatio-

confricatione, nullum poteſt peccati periculum adire, ob ea quæ in argumentis dicta ſunt.

Ex hac doctrina ſequitur. 1. Confricationes in eo caſu admitti debere 2. Non in monialibus id faciendum, quia ex virginitatem Deo deuouerunt, ſunt moraliter loquendo generationi ineptæ omniaque pro Chriſto ſubire tenentur. 3. In alijs caſibus non poſſe ſemen educi ob rationes à Theologis allatas cæterum hæc omnia in modum diſputationis dicta, non autem ſint affirmatiuè concluſa: etenim Theologis qui altius, res conſiderant, ſacroque Sanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio, cui omnia noſtra ſubijcimus, ſtare decreuimus.

Sicut medici corporales morbis: ſic vitijs medici ſpirituales curationem præſcribunt., iuxta illud Ioan. Franciſci de Sancto Nazario. *Recipe ergo ſirupum aquæ viuæ ✠ quem bibas: Deinde recipe lacrymarum vnziam vnam: & apoſtema ſiue bozulam lauæ: quam diluuiam gladio ſcinde: & emplaſtrum ex herba ſalutis & oleo virtutis confectum ſuperimpone: quod non amoueas niſi te liberum perfecte cognoſcas.*

Ioan. Fra de ſancto Naz. in tract. de peſte.

Vt credas firmiter hoc eſſe tutum & verum remedium rationibus, auctoritatibus & exemplis iuſtificabo: illud ſingulas remedij partes declarando: vt ſcias in infirmitate tibi ipſi conſulere.

Dixi ſirupum aquæ viuæ id eſt caritatis: ✠ quæ eſt in illa aqua de qua Dominus ait in Euangelio Ioan. 4. Si quis biberit aquam quam ego dabo, non ſitiet in æternum. c. caritas 2. de pœni. diſtin. 2. Eſt autem caritas recta voluntas ✠ ab omnibus terrenis pœnitus aliena. Hæc eſt mors criminum: vita virtutum: virtus pugnantium: palma victorum: arma ſanctarum mentium: cauſa meritorum bonorum: ſine qua nullus ſanatur: nullus vincere poteſt neque Deo placere: fructuoſa in pœnitentibus: læta in proficientibus: glorioſa in perſeuerantibus: operoſa in omnibus omnino fidelibus: ex qua quicquid eſt boni operis viuit. ſecundum Proſperum in libro de vita contemplatiua tranſumptiue in c. caritas 1. de pœni. diſtinct. 2. Si apud tuum aromatarium hanc aquam non inuenias ad fontem timoris ✠ accedas: ibi eam reperies. Metus enim æternæ mortis caritatem introducit: ſicut ſeta filum c. ſicut ea can. & quæſt.

Dixi quem bibas: quia non ſatis eſſet deguſtare. Bibit enim ✠ hanc aquam qui in caritate radicem figit: Deguſtat ✠ qui aliqualiter cum ea communicat: ſed tamen delinquendo ab ea recedit c. alius eadem cauſa & quæſt.

Dixi lacrymis lauandam bozulam: quia liberantur à morte qui fletibus ſe mundant à peccato c. baptizantur de pœni. diſt. 2. & non ſolum lacrymæ liberant à morbo contracto: ✠ ſed etiam à futuro præſeruant. Quia fleuit Achab. in conſpectu meo non inducam mala in diebus eius 3. Regum c. 271.

Sed hic dubitare aliquis poſſet: an omnes lacrymæ proſint ad ſanitatem huius morbi? Diceres quod ſic: quia indefinite locutus ſum: & indefinita æquipollet vniuerſali. ✠ l. ſi pluribus ff. de leg. 2. c. quia circa de priuileg. Sed aliter ego ſentio. Declaro ergo me ipſum non loqui de lacrymis Cocodrilli: ✠ non de lacrymis improbæ mulieris quæ inſidias plorando inſtruit vt inquit Cato: non de lacrymis ingemiſcentis propter indignationem vel timorem ſupplicij corporalis. De quibus in l. obſeruandum. ff.

dum.ff.de officio præſi.de lacrymis deplorantis amiſſam pecuniã. iuxta illud Satirici. Ploratur lacrymis amiſſa pecunia veris. Loquor de lacrymis petri: non de lacrymis Iudæ. vnius fuerunt pœnitentiæ lacrymæ c. Petrus de pœni. diſt. 1. Alterius animi violenti indignationis internæ c. Iudas de pœni. diſt. 3.

Dixi vnziam quia octo ſaltem lacrymas arbitror neceſſarias ad bene perfecteque diluendum morbum. Octo enim dracmæ vnziam ✠ conſtituunt. vt not. per glo. in l. 2. C. de metalla. & metal. lib. 19. quibus octo dracmis æquipollent octo pœnitentiæ lacrymæ. Nam ad diluendum ſeptem peccata mortalia ſeptem ſaltem lacrymæ ſunt neceſſariæ Minor enim numerus non ſufficeret nec peccatorum numero proportionabilis eſſet. Quid enim prodeſſet peccatum luxuriæ plangere & adhuc auaritiæ æſtibus anhelare. Oportet enim omnium pœnitere. Quod oſtendit Chriſtus qui ſeptem dæmonia eiecit à muto & ſurdo. Matth. 12. & Marci 5. Parum enim fuiſſet ſex expellere & vnum dimittere c. ſi plures de pœni. diſtin. 3. Octaua autem lacryma quæ futurorum ſcelerum dolorem & abſtinentiam deſignat niſi coniungatur: ſeptem lacrymæ parum iuuabunt: neque à peſte liberabunt: ✠ neque vllam afferent ſanitatem Oportet enim perpetrata delicta plangere & plangenda non perpetrare. Nam qui plangit peccatum & iterum admittit: quaſi lauat crudum laterem quem quanto magis abluit tantomagis lutum facit c. illa pœnitentiam de pœni. diſtin. 3. Et Iſidorus de ſummo bono his verbis noſtram ſententiam comprobat. Irriſor eſt non pœnitens qui adhuc agit quod pœnitet. Canis reuerſus ad ſuum vomitum eſt pœnitens ad peccatum. Multi enim lacrymas indeſinenter fundunt: quia inconſtantia mentis non peccati recordatione deflent. Inquit Iſaias lauamini & mundi eſtote. lauatur & mundus eſt qui peccata plangit: & flenda iterum non admittit. Lauatur & non eſt mundus neque ſanatur: qui plangit quæ geſſit nec deſerit & poſt lacrymas quæ fleuerat repetit. Et ſecundum Auguſt. in libro ſoliloquiorum. inanis eſt pœnitentia ✠ quam ſequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum tardius ſanatur: & nihil proſunt lamenta ſi replicentur peccata. Et ſecundum Grego. qui admiſſa plangit nec tamen deſerit pœnæ grauiori ſe ſubicit quia ipſam quam flendo impetrare potuit veniam contemnit.

Dixi bozulam gladio ſcindendam: ✠ quia non ſatis eſt morbum lauare exterius, niſi vniuerſa ſanies & putredo quæ intus eſt excutiatur. Et propterea clamat propheta. Scindite corda veſtra, non veſtimenta veſtra. oſtendens contritione cordis quæ in eiuſdem ſciſſione intelligitur: & interiori dolore peccata remitti. Cordis enim laceratio vera eſt conuerſio, vera pœnitentia. Nam conuerſio ✠ nihil aliud eſt quam cordis vndique verſio.

Tribus autem ſciſſuris eſt bozula laceranda: ✠ quia dolor peccati ſecundum Bernar. debet eſſe triplex. acer acrior, & acerrimus. Acer quia Deum omnium creatorem offendimus. Acrior quia patrem noſtrum cæleſtem qui nos multipliciter paſcit impugnauimus. Acerrimus quia iterum peccando crucifiximus redemptorem noſtrum qui nos proprio redemit ſanguine: a peccatorum vinculis liberauit: & qui à crudelitate dæmonum & ab acerbitate gehennæ potenter eripuit. Et ſi bozula tribus dilaniata vulneribus omnem putredinem non euomerit iterum punge: etiam ſi oportuerit ſpinis lanceis & alijs quibus ipſe Chriſtus pro te punctus fuit in cruce. Cor enim totum contritum cõſciſſum debet habere peccator præ nimia anguſtia dolore, ira, in-

dignatione

dignatione aduerſus peccata. Nec tibi tot punctura, tot vulnera, tot gemitus, tot ſuſpiria moleſta videbuntur: ſi Chriſtum in cruce tot verberibus percuſſum: tot plagis confoſſum: tot vulneribus laceratum: tot iniurijs affectum: tua & non ſua culpa pendentem aliquantiſper contempleris. Nam ſecundum Grego. nihil eſt tam durum & aſperum quod ęquo animo non toleretur: ſi paſſio ✠ Domini ad memoriam reuocetur.

Gladio itaque id eſt propria voluntate ſcindamus: corda noſtra laceremus: & in fruſta partiamur: ſi à peſtifera labe: ſi à crudeli martis furore: ſi ab horrida fame liberari & præſeruari exoptamus. Si cor noſtrum omnem ſordem exuerit & vndique à malo ad Deum conuerſum fuerit: Deus ipſe ad miſericordiam conuerſus nobis peccatorum noſtrorum præſtabit indulgentiam: quorum primo præparabat vindictam. Ad hanc ſciſſuram & contritionem nos per prophetam inuitat Dominus, dicens: Conuertimini ad me in toto corde veſtro & ego conuertar ad vos: libenter (inquit Ambro. libro de paradiſo) Dominus ignoſcit: prompte indulget: & magis miſericordiam amat quam ſacrificium.

Dixi emplaſtrum ſuperimponendum. Sed quia æger infirmitatis dolore vexatus ſibiipſi non poteſt opportune mederi. Et quia ſæpe ægrotans oleum virtutis & herbam ſalutis: vel ex ignorantia: vel ægritudinis impedimento non dignoſcit. ✠ c. nullus de pœni. diſtin. 7. Quærendus eſt ergo medicus qui emplaſtrum conficiat: oleum virtutis & herbam ſalutis edoceat Is autem erit ſacerdos. qui ideo ſacerdos dicitur quia ſacras virtutes docet. ✠ l. 1. §. ſacerdotes ff. de iuſti. & iu. Saluator enim nobis pollicitus eſt medicinam aduerſus peſtem medicorum ſuorum. i. ſacerdotum miniſterio c. fi. de pœni. diſt. 1. Et propterea dixit leproſis: ite oſtendite vos ſacerdotibus. Luc. 17. Non enim ſufficit ſola contritio niſi ſubſequatur oris confeſſio d. c. fi. & c. omnis vtriuſque ſexus de pœni. & remiſſ. Quod etiam ratione probatur. nam peccator peccando tres perſonas offendit: ✠ Deum, eccleſiam & proximum. niſi ergo omnibus tribus ſatisfecerit, venia dignus non erit. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publica. ſatisfit autem Deo per contritionem: eccleſiæ per confeſſionem: proximo per reſtitutionem c. perfecta pœnitentia de pœni. diſtin. 3.

Vera ergo eſt noſtra propoſitio peſtiferatum oportere implorare auxilium medici. i. ſacerdotis qui emplaſtrum conficiat & morbo ſuperimponat. Quod certe non poterit ſuperimponere: niſi morbus ſibi fiat manifeſtus. Nam qui operam medicantis expectat: oportet quod vulnus detegat, vt ait ſanctus Seuerinus.

Sed iam ſatis arbitror patere qualiter vulnera ſint detegenda, nunc operæprecium eſt demonſtrare oleum virtutis & herbam ſalutis. Optimi mores ſunt oleum virtutis & herba ſalutis. Optimi mores ſunt oleum virtutis ✠ Matth. 25. Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Oleum, id eſt, candidos mores in vaſis ſuis i. in cordibus ſuis c. 1. de Sa. vnctione. Eleemoſyna autem eſt herba ſalutis, ✠ Sicut enim in præceptis medicinæ medicamentum quidem herbas multas accipit: vnam autẽ dominatiſſimã. Sic in pœnitentia cæteris potentior & dominatior eſt herba quam eleemoſynam dicimus, vnde ſcriptura diuina inquit: date eleemoſynam & omnia munda vobis erunt c. medicamentum de pœni. diſt. 1. Ex his oleo & herba commixtis conficitur emplaſtrum. Non enim infirmo ſat eſſet eleemoſynis vacare, ſi multis iniuſtitijs deſeruiret: vel forte linguam in detractionibus exerceret, aut

alio vicij genere animam macularet c. citius de pœni. diſt.2. Ambo autem vnita & ſimul incorporata optimum faciunt medicamentum. Vniuntur autem & incorporantur ieiunio ✠ quod mentem eleuat: virtutem largitur & præmia. O ſacrum ieiunium. O abſtinentia virtutum triumphatrix & regina: tu damones comprimis, tyrannos confundis: fortiſſimos ferarum vngues excudis: leonum ora contundis. Magna eſt ieiunij ſpecioſa militia. ſecundum Ambro. ieiunium mentes purgat: ſenſum ſublimat: carnem ſpiritui ſupponit: cor contritum facit humiliatum: concupiſcentiæ nebulas diſſoluit: libidinem extinguit: caſtitatis lumen portat verboſitatem non amat, humilitatem commendat: hominibus denique præſtat vitam beatam. ſecundum Auguſt. Vniuntur etiam & incorporantur Domini timore, qui mortem & peſtilentiam non ſeruantibus mandata minatur. Vnde alta voce cantat Pſal. initium ſapientiæ eſt timor Domini. Vel cogitatione mortis vniuntur.

Iam vt arbitror cognoſcitis oleum virtutis & herbam ſalutis. iam vt credo didiſciſtis incorporare emplaſtrum. Reſtat ſi vultis à peſte liberari quod ſuper apoſtema emplaſtrum imponatis, non amouendum donec in hac infirmitatum valle permanſeritis. Perſiſte ait Auguſt. & bonam vitam quam accepiſti, tenere non deſinas. propoſitum bonæ vitæ conſerua iugiter. nam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit Matth.10. Qui autem emplaſtrum iſtud à ſe amouerit proculdubio peribit. Niniue prædicante Iona meruit veniam. Sed quia iterum ad vomitum redijt paſſa eſt ruinam c. ſicut de pœni. diſtin.3. Agamus itaque pœnitentiam. Conuertamur ad Dominum qui ſanat contritos corde & ipſe liberabit nos à peſte. nec amplius patietur flagellum appropinquari tabernaculo noſtro, longitudine dierum replebit nos, & tandem ſi manſerimus in Chriſto & verba ſua ſeruauerimus videbimus gloriam Dei & regnum poſsidebimus paradiſi. Vbi ✠ ſenſus amicitia: concordia, plena poteſtas: pax ſecura: decus & gaudia ſunt animabus. Et vbi corpora ſanctorum fulgebunt fortia: pulcra: libera: ſana: ſita: ſine fine manentia læta. de pœni. diſt.4. c. ſi ex bono §. denique 2. §. finis Laus Deo & eius immaculatæ genitrici cuius interceſſione dignetur omnipotens & miſericors Deus nos à peſte & omni malo defendere.

Sicut medici curam habent ægrorum, & procurant, vt ij ad priſtinam ſanitatem reſtituantur: ſic & Principes ſalutem populorum procurare debent; ſed grauior prouincia epiſcopis animarum medicis eſt impoſita, cum ſubiectam ciuitatem ad ſupremam ac æternam felicitatem dirigere teneantur, vt enim inquit Gaſpar Contarenus.

Gaſpar Contarenus de officio Epiſcopi lib. 1.

Hinc ciuitatibus atque populis reges atque epiſcopi præſident. Regum officium præcipuum eſt, vt ciues bona ciuitatis inſtitutione probos reddant, eoſque euehant qui natura capaces ſunt ad contemplatiuam vſque felicitatem. Horum gratia, externorum bonorum copiam, militaremque potentiam ciuitati, cui præſunt, nituntur omnibus viribus comparare. Epiſcopus autem altiorem quendam ſcopum præſcriptum habet. Nam fidei ſuæ commiſſam ciuitatem Chriſtianis inſtitutionibus, diuiniſque legibus erudiendam, atque in officio continendam ſuſcipit; ſuſceptamque ad ſupremam illam felicitatem dirigit omni conatu, quam ſine Chriſtiana pietate atque inſtitutione ſperare ſtultum, ſimulque nefarium eſt, quo fit vt longè maiori dignitate Epiſcopus præditus eſſe cenſeri debeat, quam princeps ciuitatis. Hic namque curam habet

habet humanæ fœlicitatis, quæ diſpoſitio quædam eſt ad Chriſtianas virtutes ſupremamque illam beatitudinem; quarum ducem, ac magiſtrum Epiſcopum eſſe diximus.

Imitabimur ſapientes medicos, qui, cum peſtis in vrbe graſſatur, ſi eos curare non poſſunt, qui iam peſte correpti ſunt, ſaltem diligentiam adhibent, vt corpora adhuc ſana atque integra ſuis medicamentis a morbo defendant, &c.

Robertus Bellarminus conc. 21. de Hom. quaq.

Tria ſolent eſſe in medico falſo, quæ hic remouet à medico vero, ſcilicet promiſſionem, quia promittit, & non facit, nil promittat, quod non faciat, vnde hoc iurauit Dominus & non pœnitebit eum. In ſanando moram; nam neſcit Molimina tarda gratia ſpiritus ſancti; ferro inciſionem. Primum vbi dicit, quærenda medicina. Secundum ibi, ne differas; Tertium vbi dicit: verbo non ferro ſanare.

D. Bonauent. in expl. in Pſal. 118. verſ. clamaui tota die.

Sicut inter cætera medici præcipuum eſt, corporis procurare ſalutem; ſic inter multa epiſcoporum officia, illud præcipuum eſt medicum eſſe animarum. *Quartum eſt, eſſe medicos animarum: quod infirmum, inquit, fuit, non conſolidaſtis; & quod ægrotum; non ſanaſtis, quod confractum eſt, non obligaſtis: & quæritur apud Eſaiam, quod vulnus, & liuor, & plaga tumens, non ſunt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Ideo Dominus de ſeipſo dixit. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus: qui non tantum ad ægritudines tollendas ordinatur. ſed ad bonam valetudinem conſeruandam. Quintum eſt, parentes eſſe ſpirituales ſubditorum; & præſtare patrum correptionem, & diſciplinam & matrum blanditias, & tenerum amorem. Unde Paulus ait: Nam ſi decem millia habeat pædagogorum in Chriſto; ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu, per Euangelium ego vos genui: &, Filioli mei, quos iterum parturio.*

Alphonſus Salmeron in conc. in Euãg. hiſ. par. 3. tract. 1.

Quemadmodum in rep. nihil vtilius, & ſalutarius medico, qui morbo bellum indicens, vitam ac naturam ſeruat, ſi prudenter adhibeat pharmaca, hoc eſt, ſuo tempore & loco, & morbo depellendo conſona: ita profecto nihil inutilius, neque perniciosius imprudente medico, qui infirmitatis fomenta nutrit, ſanitatique atque vitæ hominum inſidiatur. Hæc autem magis locum habeat in ſpiritualibus. Nam vt nihil eſt ſanctius bono, & prudenti correctore peccati; ita nihil peius imprudenti, qui tantum pharmacum ad ſalutem animæ; recuperendam adhibere neſciat.

Idem tom. 4. par. 3. tract. 8

Sicut ſapientes medici per quaſdam viles medicinæ ſpecies ægrotos corpore ad ſanitatem perducere ſolent: ita & Deus omnipotens humanum genus, quod in parentis primi tranſgreſſione, in maximam vtriuſque hominis infirmitatem decidit, per plurimas vilis antidoti confectiones ad ſanitatem reparat. Quid enim excogitari poteſt vilius, quam hoc: qui & in peccatis naſcimur, & deinde quaſi irrationale animal viliſſimis quibuſdam adminiculis parentum vel nutricum prouidemur ac paſcimur? Quid rogo vilius quam quod nec die vna ſine peccato eſſe poſſumus, quodque aliquando aliter ad bonum flecti nequimus, niſi in peſſima cadere permittamur, vt vel ſic compulſi ad medicum verum cõfugiamus, faciemque eius in confeſſione præueniamus. Cum autem nec per tantam pietatis diuinæ medicinam curari noluerimus, pietas enim eſt magna & peccantem ſuſtinere, & ei quis ſit, quoue tendat nimio peccandi vſu oſtendere, vt agnita ſui qualitate horreſcat, & reuertatur ad Dominum: non tamen idcirco deſinit nos curare. ſed adhuc alterius generis medicamentum velut aduſtionem, quam omnes amaram quidem eſſe, ſed corporeæ ſanitati vtilem tradunt, illi

Beda in Pſal. l. 11. comm.

dunt, illi ſpiritualiter nobis imponit, permittens videlicet nos varijs modis corporaliter affligi, vt ſpiritus ſalutis fiet in die Domini. Huiuſmodi igitur aduſtionem quibuſdam profuiſſe Pſalmiſta teſtatur dicens: cum occideret eos Dominus, quærebant eum & reuertebantur. Quibuſdam vero obduratis, & in profundo peccatorum diuerſis, non profuiſſe legimus in Propheta qui dicit. Percuſſiſti eos Domine, & non doluerunt. Et caſtigatione crudeli percuſſi te filia Sion, ſed inſanabilis eſt fractura tua; ſunt & alia plurima vtilitatis genera quibus tam ſpiritualiter quam corporaliter cotidie implicamur, vt hoc modo humiliati veræ ſoſpitatis gratiam exquirere cogamur.

Merc. Triſmegiſtus in Pymandro.

Quemadmodum medicus eruditus, ægrotantis corpus doloribus afficit, vrendo illud atque ſecando, recuperandæ valetudinis gratia: Eodem modo mens voluptuoſa affligit animam, vt radices voluptatis euellat. Ab hac enim omnis anima morbus. Morbus animæ grauiſſimus, impietas eſt.

Chryſoſtomus Hom. 17 operis imperfecti.

Si medico opprobrium eſt, qui nec alterius ſanitatem habet in manu, nec ſuam ſi velit alios curare, & ipſe debilis ſit, quaſi teſtimonium imperitiæ ſuæ portat in corpore ſuo propriam paſſionem. Quomodo doctori ſit opprobrium alios velle eruere à peccato, & ipſum maioribus eſſe peccatis, dum poſſit amplius ſe ipſum eruere à peccatis quam alios.

Damaſcenus de his qui in fide hinc migrarunt.

Quemadmodum, qui ægrotantem vnguento vel alio pretioſo oleo vult inungere, prior ipſe vnguendo particeps eſt unctionis, & ſic poſtea inungit laborantem morbo: ita qui pro ſalute proximi adhibito ſtudio aliquid facit, primum ſibi, deinde proximo prodeſt.

Chryſoſtom. Hom. 44. in 1. Cor.

Qui iram monendo ſequitur, ſolum nihil aliud quam cupiditatem ſuam explet: qui vero poſtquam correxit peccantem charitatem oſtendit amoris fuiſſe, quæ percellendo dixit, declarat. Ergo eodem nos pacto inuicem nos erudiamus. Qui arguit ne iraſcatur: non eſt enim correctionis hoc, ſed affectus: neque qui arguitur ægrè ferat: medicina enim non inimicitia eſt, ſi enim medicos cum vrunt, nemo in ius vocat, licet ſæpe numero aberrent, quin vſti ſectique in tantis etiam doloribus beneficos illos in ſe eſſe putant; qui tantam perturbationem ſuſcitarunt; quanto magis æquo animo perferre caſtigationem, caſtiganti: ſic veluti medico intentum eſſe decet.

Idem hom. 13 in Geneſim.

Nemo prudens arguerit medicum, qui ſuum egit officium: ita concionator medicamentum ex ſpirituali doctrina confectum imponit: auditorum poſt hac erit curam adhibere, vt emendentur.

Idem ſerm. de habenda cura proximorum.

Nam ſi ſemper argueremus, impudentiores illi fierent, ſi ſemper obſecraremus, ignauiores redderentur. Quapropter, & medici non ſolum ſecant, ſed & vulnera obligant, neque ſemper amara, ſed nonnunquam & lenia pharmaca infundunt, vt per priora purificetur ſanies, & putredo; per poſteriora autem mitigetur dolor.

Idem in c. 1. ad Galat.

Parcit illi Paulus, nec vult vulneribus addere, quemadmodum eruditi medici eos qui in longum incidunt morbum, non protinus ac ſemel, ſed ex interuallo curant, ne deſpondentes animum pereant: ſic beatus Paulus.

Sicut medicus debet morbis: ſic & iudex malitijs hominum obuiam ire, quia non obuiando peccat.

Verum quia hominum ſic creſcente malitia quod prouiſum eſt ad remedium, tendit ad

dit ad noſum c.1.de excep in 6. quandoque in lices appellationum non corrigunt ſententias iniquas, ſed ſententias bene latas in peius reformant, vt dicit text. in l. 1. in princ. ff. de appel. & relat. & aduertit rebus tract.de appel. in præf.num.80.tom.3. fol.481. & litigantes appellationis remedio non grauati ſed grauaturi vtuntur Conc. Trid. c.1.ſeſſ.13.de refor. dum appellant; vt lites protrahant per annum vel biennium, & deincept: ſicque pauperes appellatos eo vſque appellationibus remorentur, donec litẽ propter magnas regeſti, & ſportularũ expenſas deſerere, vel concordiam cũ eorum damno ſubire cogantur; quorum malitijs deberet Iudex, in eo quod poteſt obuiare, quia non obuiando peccat, vt ſcribit Franch. in c.27.ad hec lib. 2 ſub num.3. de appellationibus vbique enim Iudex debet potentum malitijs obuiare l. 39. fundo ff.de rei vindic. & c.16.ex tenore in fine de reſcrip. idque quoad malum inuitamur amouendum eſt l.5.conuenire ff. de pact. dot.

Sigiſmundus Sciaccia in tract. de appe l. it. qu 3. art.1,nu.2.

Vt parum eſt, ſi infirmum medicus curare incipiat, & relabi eum ſinat in grauiorem ægritudinem; ſic etiam cum oratione contigit. Parum enim nobis profuturum eſt, ſi ad orandum magno animo accedimus, dæmonem precibus velut armis impetimus, bonam temporis partem orando transegerimus, Deum ad noſtra deſideria inclinare cœperimus, niſi etiam perſiſtamus, pulſantes, donec nobis aperiatur, feruenſque & æſtuans deſiderium oſtendamus, neque ægre feramus, aut à propoſito reſiliamus, ſi non ſtatim exaudiantur: vult Deus oratores ſuos eſſe importunos &c.

Laurent. Beyerlinck c. 11.in promp. mor. in feſt. S.Prax.ibol.

Medicus noſter ægrotum in manibus tenens: ecce quomodo artis ſuæ peritiam probat. Primum ſtupida membra diu palpando ad ſenſum reuocat, & tactu leui vulnera dolentia attrectando ad ictum confirmat: deinde ſecat, deinde vrit: deinde ligat: deinde fouet, & ad plenam ſanitatem reputat: ſic alphabetum iſtud in quinque partitiones diſtinguitur. Prima eſt conqueſtio: ſecunda eſt increpatio: tertia eſt conſolatio: quarta eſt præceptio: quinta eſt deprecatio: per conqueſtionem, palpat per increpationem ſecat, per conſolationem vngit, per præceptionem ligat, per deprecationem fouet. &c.

Natalis Tallepied. in cõment. in Threnos ſeu lament. ter. promp. ex comment. Hug. de S. Vict.

Cum videmus medicum ipſum magna diligentia applicare varia pharmaca, intelligimus ſane vehementer periclitari infirmum, & ad mortem tendere. Hodie quidem videmus ſanctam matrem Eccleſiam nobis diuerſa medicamina adhibere, aufert enim nobis cantica lætitiæ, nudat altaria veſtimentis iucunditatis, & operit veſte lugubri organa, adimit veſtes, promit nigras, miniſtros pauperrime veſtit, cantica inducit triſtia: noſtra capita cinere aſpergit, dicens quod puluis ſumus & in puluerem reuertemur. Abſque dubio, infirmitas noſtra ad mortem tendit, cum Eccleſia mater noſtra tot applicet remedia: nam ſi mille haberet linguas his omnibus nobis hodiernam inculcaret epiſtolam, dicens conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu & planctu.

Thomas de Truxillo in conc. quadr. tom. 1. fer. 4. cin. conc. miſerabile maxime eſt peccatum quoniam ad illud curandum tanta ab Eccleſ. adhibentur pharmaca.

Aduerte etiam quomodo Chriſtus, tamquam optimus chirurgus docet, quod ſi curandum ſufficit vnguentum, non neceſſe habeas vti lanceola, aut cauterio: & ſi ſufficit digitum abſcindere, non debes abſcindere manum: ſic medicus, qui ſaccharo roſaceo curare poteſt, non propinat amaras pilulas. ſic ergo tu ſi ſolus potes proximum curare, non eſt quod adhibeas teſtes: quòd ſi non potes, eos tunc adhibebis: cum melius ſit, vt aliquid detrimenti fama patiatur, quam ſi anima pereat, non enim eſt ve-

Idem ſerm. 3 poſt 3. D. Q conc. 3. correctio quomodo ſit facienda.

rus ho-

onus non comœdorum plauſtra non Argo; non centaurus, magna non quælibet alia nauis etiam centiremis portare queat) effuderit: Idem cum ad enormia facinora taxanda ventum erit, languebit, frigebit, vane declamauerit, niſi tum tonet, & neſcio quid diuinum, humanoque altius crepet, potius ſeſe ad maiora reſeruet.

Quid quod etiam morbo quodam animi, aut conſuetudine potius id tum videbitur quam rei enormitate facere?

Qui prouerbium illud (ſilentium Amyclas perdidit) enarrant, aiunt Amyclas oppidum quoddam ſitum inter Caietam, & Tarracinam, quum ſubinde falſo nuntiatus eſſet hoſtium aduentus, & idcirco ciuitas frequenter inani terrore quaſſaretur; tandem lata lege cautum eſſe, nequis vnquam hoſtis nunciaret aduentum: atque nemine auſo etiam cum iam vere hoſtes aduenirent, clamorem ad arma edere, tandem capram ex improuiſo ciuitatem. At dico fac nullam fuiſſe legem ſilentij: creber ille clamor falſus de hoſtis aduentu potuit etiam tandem ciuitatem perdidiſſe: potuerunt enim ciues falſis illis, & vanis elamoribus, quaſi Anribal eſſet, ad portas toties decepti, aliquando vero aduentum hoſtium clamore (quem inanem quoque vt olim crederent) nil moueri non arma corripere, & perire. Vide Eraſmum in chili adilus.

Itaque duces quidam periti non probant belli tempore frequentes illos & varios ad arma pulſus aut elangores.

Eccleſiaſtes in nenius grauiter & frequenter declamitans, in blaſphemias deinde dicens non admodum terruerit crediturus, cum patria ſuo more corripere, & moroſum adpellaturos, qui pulniſculo offendatur, & morologum qui loqui neſciat niſi offendat.

4 *Indolis homines cuiuſcumque, qui enim veniam etiam minutorum non impetrant, Auditores omnino illibenter concionatori, quaſi inimico permittis bibere de maioribus, dicere; veniam autem & conniuentiam in paruis adepti, in magnis reprehenſiones ferunt, lædit morologia hominum patientiam.*

Itaque forſitan Cenſura Romanorum hac minus probanda, qua nihil non etiam leniculum non reſponſum parum reuerens non oſcitationem altiorem factam loco non ſuo, non nimiam in milite corpulentiam, & nitorem prateribant ſine ignominiæ nota.

Vide Feneſtellam l. de Magiſtratib. Rom. c. 17.

Et leges Draconis vetuſti Athenenſium legiſlatoris, quibus vna omnibus delictis pœna erat conſtituta, vt etiam quæ deſidia damnati eſſent, aut qui olera ſurripuiſſent capite plecterentur, quam ob rem & Solon præterquam quæ de cæde erant conſtituta abrogandas curauit, & ſolebat Demades dicere, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. A. bell. lib. 12. noct. c. 18.

Profecto omnino eſt hoc nimis draconem eſſe
Eo forte ſcriptum eſt, Noli eſſe iuſtus multum,
Qui nimis emungit, elicit ſanguinem.

Baptiſta noſter ſummus hic artifex fuit vt, qui in ſuo Herode grauia maxime videtur reprehendiſſe.

Pro enim quod nos legimus (de omnibus malis quæ fecit Herodes) Vatablus vertit de omnibus malis, quæ patrabat Herodes, quo patrandi verbo in ſolis grauioribus & conſummatis malis boniſque latiniores vti puto; vnde & patres patrati dicti, qui

 ad pe-

ad pacta iam fœdora iuramento firmanda, & velut conſummanda mittebantur.

Alius quidam interpres (deque omnibus ſceleribus quæ fecerat) Caſtalion ſic (deque tot quæ committebat ſceleribus argueretur &c.) ſcelera certe de maioribus peccatis dicuntur.

Græce eſt πὰν ποιηρῶν *quaſi omnium improbitatum, nequitiarum, ſeu nequiter actorum, quo modo augmenti gratia dictum reor, & ſtudio indicandi diſſimulatas, tunc à Ioanne humanas & leuiculas Herodis negligentias, crimina & malitias egregie flagellat.us.*

Senec. in Prou. *Nam cum peccandi duo ſint genera, aliud ex propoſito, aliud ex negligentia, Seneca autore; quod ex propoſito eſt, videtur culpa plus habere, quàm alterum vnde: & quidam attenuandi peccati gratia, remouet propoſitum ab offenſa Clodium, inquit, nihil arbitror malitioſe quamquam ſceleſte quidem egerit Cic. lib. 15. epi. ad Atticum.*

Et hinc illa communis peccantium excuſatio, feci, ſed ignorans feci, ſed caſu, ſed ebrius, ſed victus impotentiore adfectu, ſed neceſſitate coactus; feci, ſed ſemel & primum non ex conſuetudine, non ex pertinacia &c.

Grauiora igitur decerpenda ad correptionem, & niſi leuicula interdum notanda ſed hoc tantum.

Idem Acad. peccatorum *Vt non ſolet quæri medicus, niſi morbo aut vulnere credito: ſic nec pœnitentiæ remedia petimus, ſi nos peccatores miſeroſque ignoremus. Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus dicit Dominus: cum homines peccata ſua non agnoſcunt, pœnitentiarij in bono ſunt otio, ac licet illis remiſſis curis, re ambulatum aut bonos inuiſum amicos.*

Idem in legatis: Apoſt. in ech. tom. 6. *Vt medicus prudens oculum ſanare malit, quæ pro multis videat, multoſque cuſtodiat: ſic philoſophus & eccleſiaſtes bonus, promptior erit ad curandum animum eius, quem pro multis procurare videt, & qui debeat multis ſapere, philoſophari & iuſtitiam colere.*

Idem in orbis ſer. *Medici in alieno ſolo elanguidos in ſuum remittunt, quod poſtquam rediere, videas ſenſim corpore toto conualeſcere: Nos terrigenas terræ noſtræ oblitos, peregrinantes animo, ac parum ſanos non ſanet, etiam in terram noſtram reditus, id eſt, cogitatio ſeria de morte ac ſepulchro?*

Idem Acad. pecc. *Sicut medicus debeat ante omnia ſcire an morbus ſit medicinalis, necne: ſic idem decet Theologum, non ignorare. Spes omnium remedium eſt, tam pœnarum, quam culparum. Quis medicus morbo manum admoueat, ſi ſanitatem deſperet: Antiqui medici, & ipſa ars præcipit iunioribus medicis ante omnia conſiderare, an morbi curabiles ſint.*

Ouid. 1. de Ponto.

Non eſt in medico ſemper releuetur vt æger,
Interdum docta plus valet arte malum.
Tollere nodoſam neſcit medicina podagram, &c.

Vt nimirum ſi immedicabile ſit malum, illud caueant: tangere; ſin ſecus, admoueant induſtriam: quis etiam æger in medicos diſpendet pecunias in herbas, in potiones, niſi ſperet valetudinem, & quis vnquam peccator ad Deum redibit, aut hominem, niſi

nem, niſi veniam aliquam præconciperet, ſin deſſeret, tendet in peius; qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc: ſicut furioſi phrenetici nihil erubeſcunt, audens omnia, ignem inuadunt, & aquam & altiſſima ſine pauore præcipitia: ſic qui ſalutis ſpem abiecerunt, plane fiunt intolerabiles.

Sicut in re medica, ita in re ſpirituali venena in remedia medici vertunt. *Hoc modo ex veneno remedium trahitur: vermis lignum rodit, de quo naſcitur, tineaque pannum, & de peccato damnatur peccatum & ipſa ſtercora impinguant agrum animæ &c.*

Ioan. Lorinus in Pſal. 50. ver. 19. 20. & 21. 4. Rom. 8. 3. 1. verſ 9.

Sicut medici boni de indoctis & malis: ſic & Theologi de imperitis & improbis conqueruntur. *Ex his plerique ſtudia Theologica attingunt; ſed ita attingunt vt quidquid habet aliquid, aut ponderis aut difficultatis exhorreſcant, & fugiant, nihil exacte intelligant, floſculos tantum delibent, qui vulgo placeant, & magis grati ac venuſti ſint, quam vtiles, cum ſcripturam ne à limine quidem ſalutarint: quam audacter eam exponunt? quam libere pronunciant? quam multa teſtimonia proferunt, quam multas figuras? nihil aliud ſonant quam Apoſtolos, & prophetas? videas vim ſcripturæ verbis afferri, inuitos prophetas citari, figuris figuram, & formam ſuam adimi, lacerari ſacra verba, & in alienos ſenſus detorqueri, fieri in libris diuinis, & cum placitu multorum excipi: quod in Terentio: non ferrent Grammatici.*

Iacob. Midius lib. 2. ars. med c. 3. Franc. Ribera in lib. 12. prophet. in Hoſeam.

Vt medicus ratione, atque vſu, & experientia præditus, prima quoque opportunitate, ſalutare remedium adhiberi præſenti tanto incommodo debet, ad ipſius ferociam ſubito ſi fieri poteſt, retundendam; idque antequam virus radices agat, penituſque infixum eſſe contingat, atque ipſum cor, ſum partes principes quo confeſtim properat occupet. Sic atroci vitio medicus ſpiritualis debet ſtatim oblata occaſione occurrere, idque antequam animæ viſceribus inhæreat, nam tunc eradicari niſi difficillime poterit.

Ioſeph Q. Quercetanus de curandis vulneribus &c.

Sicut hæc ipſa difficultas recti cognoſcẽdi, in artium ſingularum præceptis ac dogmatis adeo increbreſcit, vt hoc ipſum rectum cognoſcere id tanta fuit difficultatis, vt ex omni veterum medicorum, vſque ad Galeni ætatem numero nullus id integrè per omnia cognouerit, præter vnum Hippocratem & Pergamenum Galenum, & eos qui hos duos ſibi per omnia imitandos propoſuerunt. Sic præcipue in re morali rectum cognoſcere, res maximæ difficultatis habita fuit; quare illud in omnibus ætatibus pauciſſimis fuit conceſſum.

Ianus Cornarius in orat. de recto med. ſtudio.

Sicut fidelitas proprium medicorum Epithetum eſt; vnde Laertius Philippum fidelem vocat, ſedulitas quoque in iis requiritur. Hinc Celſus l. 3. c. 4. Ægro aſſideat medicus neceſſe eſt, ſedulitatem comitari doctrina debet, ſine qua magis nocet quam proficit. Sic fidelitas nempe ſecretum, aut ſigillum, vt vocant confeſſionis eſt confeſſorum proprium; nullo enim tempore, nullaque de cauſa ſine ipſius pœnitentis licentia, licet confeſſario peccata reuelare: ſedulitas etiã maxime ad confeſſarium pertinet, quia ſi is velit in rebus ſpiritualibus proficere, neceſſe eſt vt peccatorem non deſerat, cum ſedulitate autem debet eſſe doctrina coniuncta, quia ſine doctrina, vitia extirpari minime poſſunt.

Ioan. Chifſletius lib. 1. c. 2. Dædalmatum.

Sicut medici cauſas afferunt, cur corpora neutra, & aliquo modo affe-

ɫa, optimeque conſtituta morbis & præcipue epidemicis afficiantur: ſic morales, cauſas ob quas boni & mali promiſcuè morbis corripiantur non ignorant, vt doctiſsimus Puteanus his verb.

Erycius Puteanus in ep. promulſ. 5.

Quia enim non malos tantum, ſed & bonos promiſcue hoc malum manet: ac puniuntur, qui peccarunt & qui non peccarunt: iſti quidem, quia offenderunt: hi ne forte offendant, illi vt offendere deſinant, hi vt deſinant viuere; ſcimus enim longā vitā ſæpe improbam eſſe vitam, & acceleratā pœnam impedimentū ſceleris futuri. Itaq; malus quiſque vita ac indignus viuit; bonus meliori dignus: & qui meruit malum; id ſi accipit ſupplicium ſuſtinet, qui non meruit præmium putat. Quare non refragemur ſi nos Deus vocet: quia nec in poteſtate noſtra eſt, nolle ſequi: ſed eſt vt pura mente & mundata conſcientia ſequamur.

Bernardus Gordonius 1 lilio med. cap. 4 partic. 1.

Sicut medicus ſi periculum in quolibet morbo prædixerit ſemper medicus cōmendabitur, & nihil ſibi imputabitur. Sic politicus aut moralis ſi pericula in quolibet vitio præſignificauerit, ſemper laudabitur, & nihil ſibi adſcribetur.

Nicolaus Monardus de vena ſecunda in Pleuriſi.

Vt medicus debet eſſe in inceſſu, in ambulando, in curando, & denique in omnibus actionibus cogitabundus; nam vt inquit Nicolaus Monardus: *Sic oportet ire medicum ſemper cum in eius manibus agantur vitæ mortalium: Neque eſt vlla tam parua corporis humani læſio, quæ non exigat à nobis non ſolum domeſtica ſtudia, ſed meditationem inter ambulandum.* Sic eaſdem conditiones debet medicus ſpiritualis habere, cum in eius cura ac regimine ſit ſalus poſita animarum: nec vllum eſt tam leue animi peccatum, aut vitium quod præcipuam meditationem non expoſtulet.

Fran. Dauydargente in not. iur. ſelect. c. de interd.

Sicut ſane præcipiente Iuſtiniano, vtilius honeſtiuſque eſt, locum vnum ex altero ſupplere, & benignè interpretari, quàm affingere ficta facinora Triboniano, viro potentiſſimo, Romani Imperij, & Imperatorum gubernatori; de quo nonniſi honorificè loqui licet doctoribus, qui per eius immortale iuris opus propter illud, & ex eo ſubſiſtunt, & ſuſtentantur: Sic iubente ratione ac æquitate, præſtantius eſt medica quæ loca contraria ſunt concordare, aut defectum eorum ſupplere, & ſine extrinſeco intellectu explanare, quam Galenum medicum inſignem, & totius ſcientiæ medicæ vno excepto Hippocrate Principem, in quem multi peſsime debacchantur, lingua amarulenta impetere. De doctoribus enim tam egregijs, ac de ſcientia medica bene meritis, & per quos diuina ſcientia inter cæteras, vt ſol inter ſtellas eminet, niſi maxima cum laude loqui licet.

Ioan. Ieſſenus in præf. Inſt. Chirur.

Sicut is abſolutiſſimus medicus dumtaxat pronunciandus, qui curandorum omnium humani corporis malorum cognitionem habet integram. Sic perfectus Philoſophus moralis, is qui ſanandorum vitiorum ſcientiam ac practicam habet.

Thomas Minadorus lib. 5 ca. 5. de feb. maligna.

Sicut verum eſt quod olim doctiſſime Galenus ſcripſit, ſcire quid agendum non eſt res difficilis, vt pote idiotis nota, ſed quibus rationibus fiat, hoc eſt opus artificis: Sic in re morali ac ciuili, quid agendum, aut efficiendum ſit omnes plebeij ſciunt, nempe v. g. quod iuſtis de cauſis bellum ſit mouendum; ſed quibus artibus & rationibus gerendum ſit, pauciſſimi cognoſcunt.

Vt à

Vt à medico ſæpius quam à morbo grauior vitæ iactura imminet: Sic ab ignaro Philoſopho ſæpius quam à vitijs, grauius detrimentum animæ recipiunt.

Iaſon Pratizzitæus de pariente & partu.

Sicut euenit vt bonæ ac ſalutiferæ medicorum præſcriptiones contemnãtur, non culpa medici, ſed eorum qui eas recipere deberent: *Sic ſæpe numero fit, vt bonæ leges, peſſime ſeruentur, non culpa aliqua legiſlatoris, ſed improbitate eorum, quibus lex fertur.*

Gulielmus Reg.nadus lib.3.c.12.

Sicut medicus poteſt morbos ſolum quos cognoſcit curare: *Sic & leges non poſſunt niſi manifeſta crimina punire: at maxima pars eorum iudices ſubterfugit ac latet.*

CaluinoTurciſmi.

Sicut hæc eſt maxima vtilitas, quæ emanat ex prædictione. Nam medicus præſagiendo futura, obuiam it affectionibus in poſterum contingere paratis, eorum euentum in totum prohibendo, aut ſaltem magnitudinem minuendo. Quapropter præcautioni ſummopere conducit, quæ cum auctore Galeno lib. de conſti. artis medicæ cap. 19. & libr. de ſanitate tuenda ad Traſibulum cap. 30. & 31. illos, qui in morbos rapiũtur, declinant ve præcaueat ei medicinæ parti, quæ medetur tanto præſtãtior exiſtit, quanto melius eſt morbos prorſus non ſentire, quàm à mòrbis liberari. Quemadmodum nauis gubernatori longe præſtantius eſt antea quã in tempeſtatẽ incidat, iter abſoluere quam periclitatum fluctuaque euadere. Quæ Galeni lib. introductorio ſeu medico docta eſt ſententia. Itaque præſtabilius eſt futurum morbum præcauere, quam prorogare, aut defixum profligare; quia morbus cum iam hominem grauiter exercet maiori difficultate depellitur, quam cum nondum inuaſit. Nam (vt eſt in prouerbio) turpius eycitur quam non admittitur hoſpes. Sic in re morali maxima commoda à præſagitione Philoſophi capiunt. Etenim animi morbos præſagiendo futuris vitijs occurrunt, eorum euentum v etando, aut ſaltem vehementiam imminuendo. Sic ij qui vitia præcauere ſciunt, præſtantiores cæteris exiſtimantur, quia melius eſt hominem vitijs non affici, quam affectum ab ijs liberari. Etenim vitia cum homines exercere inceperint, maiori incommoditate profligantur, quam cum nondum inuaſerunt.

Hieronymus Cardanus de Socratis ſtudio.
Ioan. Braus in preg. Hip. 3.

Sicut teſtante Galeno medicorum monarcha nono de vtilitate particularum penultimo; quatuor ſunt vtilitates, ſiue commoditates doctrinæ anatomiæ. Quarũ vna eſt ad Dei potentiæ demonſtrationem, ſecunda ad particularum patientium cognitionem, Tertia ad futurarum diſpoſitionum corporis pronoſticationem. Quarta & vltima ad ægritudinum curationem. Quamobrem non ſolum chirurgicos, verum etiam medicos phyſicos præſcrire anatomiam condecentiſſimum eſt. Sic medicus ſpiritualis debet habere perfectam hominis Chriſtiani notomiam, 1. vt Dei potentiam hac contemplatione præcipue cognoſcat 2. ad ſingularis animi potentiarum ac propenſionum cognitionem 3. ad futurorum præſagitionem. 4. ad vitiorum emendationem: ſed de his in prognoſticis Hip.

Ioan. à Virgo in practica li. 1.c. 1.

Moleſtus eſt medicus furenti phrenetico & pater indiſciplinato filio, ille ligando, iſte cedendo, ſed ambo diligendo, ſi morem iſti negligant & perire permittant, iſta potius mãſuetudo falſa crudelitas eſt. Si enim equus & mulus quibus non eſt intellectus, morſibus, calcibus reſiſtunt hominibus à quibus eorum curanda vulnera contrectantur & cum inter dentes

† *Aug. epi. ad Bonif.*

eorum & calces ſæpe homines periclitentur aliquando vereentur non tamen eos deſerunt dolores & moleſtias medicinales reuocent ad ſalutem: quanto magis homo ab homine, frater à fratre ne in æternum pereat non eſt deſerendus, qui correctus intelligere poteſt, quantum ſibi pręſtatur beneficium, quando perſecutionum peperi querebatur.

Quemadmodum ſi quis vnum ex eorum numero qui cutem habent extrema ſcabie opertam deſumpſerit curandum, adde peſte vitiatum aut morbo incurabili ſenioque confectum præterea paupertate atque media: hunc talem confeſtim reddat ex deformi bonitate formæ conſpicuum, ex vetulo iuuenculum, vt qui cunctos anteeat præſtantia decoris eximij qui ex ipſis malis ſplendorem euibret, qui oculorum nictibus iubar quoddam roſeum occultet. Deinde noſtrum hunc ſeniculum in ipſo conſtituat flore ætatis. Ad hæc purpureo circumdet amiculo, caput cingat diademate omnique cultu condecoret: ad hunc ſane modum animam noſtram adornauit Deus, elegantem reddit ac deſiderabilem & mire amabilem. Angeli enim ipſi deſiderant contemplari ipſam animam, Archangeli omnes denique ſancti.

† *Chryſoſt. Hom. in epiſt. ad Epheſios.*

Sicut medicus ægrotos quamuis eis acerrima remedia adhibeat, potius corrigit quàm lędat. Sic Deus in puniendis hominibus. *Nam quamquam fortiſſima ac robuſtiſſima Dei manus ad puniendum ſit, nunquam tamen vel iratus deſperandam viuentibus hominibus plagam inijcit: ſed vt peritiſſimus ac fidelisſimus medicus inſania laborantes ægrotos ita ferit, vt magis demum correxiſſe quam læſiſſe dicatur, certis ad verbera membris, certis locis opportunoque tempore petitis, vt ſine noxa fiat quamobrem caſtigandi hominis prudens ac ſapiens optio fuerit; quæ Dei ipſius clementiæ ac voluntati caſtigationis arbitrium modumque permiſerit.*

† *Benedictus Ariamontanus in com. in lib. iudicũ cap. 10.*

Cum Chriſtus diabolum decepit obiecta hominis ſpecie; qui eſca voluptatis hominem prius deceperat, hoc non fraudis, ſed iuſtitiæ opus fuit. Quomodo enim cibo pharmacum ſimiliter admiſcet, & qui inſidiatur, & qui ei medetur, qui appetitus fuit inſidijs; ſed ille quidem venenum præbet lætiferum, hic autem veneni præbet medicamentum & modus curationis præſcribit, minime corrumpit ſcopum conferendi beneficij. Nam & ſi ab vtriſque in alimento fiat mixtio, pharmaci ſcopum tamen & inſtitutum aſpicientes hunc quidem laudamus, illum autem odimus, & aduerſamur. Ita hic quoque ratione quidem iuſtitiæ illa recepit deceptor quorum ſemina ſuo libero iecerat arbitrio.

† *Theodoretus orat. catechetica cap. 26.*

Neque quis ex hoc medicus eſſe cognoſcitur, ſi recte valeat ipſe, niſi & alijs morbo laborantibus oſtendat artem: neque Sol ſi radios in ſeſe contrahat, cognoſcetur eſſe lumen, niſi eos in orbem hunc proferat, eiuſque tenebras ſua luce diſcutiat: Ita ſeruator non ſeruat ſemetipſum ſi quidem ipſe quum eſſet ſeruator non opus habebat ſalute. Sed ex eo quod cæteris benefaceret, velut ab omnibus agnoſci voluit ſeruator omnium.

† *Athanaſius lib. 2. de incarnato Dei verbo.*

Solent aliquando periti medici cum ægrotus totius corporis torpedine laborat

laborat capitis venam ſcindere, vt ſanguinis effuſio poſſit corpus morbo illo leuare. Chriſtus eſt caput noſtrum, nos autem membra: ſcinditur vena capitis vt totum corpus ſanetur: patitur Chriſtus vt genus humanum redimatur. † *Hector Pintus in Ezechiel. cap. 28.*

Medici primum imponunt cataplaſmata magis efficacia & dein rupto vulnere ea quæ leniunt: ſicut patres filios ſuos videntes incompoſitos motibus prius verberibus corripiunt, deinde admonent & ſolentur: Ita & concionator poſt increpationem conſoletur auditores. † *Chryſoſt. hom. 21. in Geneſim.*

Ægrotos ferunt medici calcibus ferientes, inceſſentes contumelijs & conuitijs nec offenduntur, quia nihil aliud quam ſalutem hominis ægroti quærunt, licet facientis indecora (quoniam ſæpe lacerant medicorum veſtes) nec ideo à cura deſiſtunt. Sic concionator licet mala perpetiatur ab auditoribus. † *Idem hom. 31.*

Sicut medici, qui non vno curationis modo vtuntur ſed cum viderint in primis remedijs non eſſe depreſſum morbum, alia atque alia rurſus excogitant, ita multis medendi generibus vtatur animarum medicus. † *Ibidem.*

Sicuti moris eſt medicorum, quamuis vident morbos eſſe grauiores: quàm vt arte curari poſſint, non omittunt tamen officium ſuum: ſed omnem artem ſuam proferunt an forte poſſint ægrum vel longo tempore reparare, vt ſi tamen nihil profecerint, maiorem habeant excuſationem: itidem concionator nihil permittit quod ſui officij eſt. † *Idem hom. 43.*

Sicut gaudet medicus quando eum multitudo ægrotantium perſequitur: ſicut lætatur Rex quando ei magna exercitus manus armata circundat: ſic exultat ſacerdos quando eum audientium populus magnus circundat. † *Idem hom. 21 oper imperfect.*

Si cum medici corporum charos noſtros deſperauerint, eos tamen oramus ne curare omittant, ſed vſque ad extremam reſpirationem omnem artis adhibeant diligentiam: non multo magis eadem in nobis vtemur diligentia? Fortaſſis enim poſtquam ad ipſas inferni ianuas ipſaque nequitiæ peruenerit limina, reſipiſcere quis poterit, & recreari, & conualeſcere atque capeſcere æternã vitam. Quam multi enim cum ſæpius ſpiritale auditorium frequentarent, nullumque eorum quæ dicerentur perciperent, ſenſum repente vnico doctoris verbo conuerſi ſunt? imo non vnico illo etſi enim nullum præteriti ſtudij perſeuerant ſenſum lucrati tamen ſunt fructumque ſuæ perſeuerantiæ repente oſtenderunt. Nam ſicut arbor cum plures ictus acceperit & vno poſtmodum repente corruerit, non vni illi tantũ, ſed cæteris pariter imputatur, quod ille animaduertit qui radicem intuetur. Qui enim ex alto conſpicit, nihil tale valet conſpicari: Ita & hic & medici ſæpe plurimi cum plurima medicamenta ægroto obtuliſſent nihil profecerant, cum demum repente quiſpiam accedens totum perfecerit non eſt tantum munus illius qui poſtremus acceſſit, verum illorum etiam qui remedia priores morbo adhibuerunt: ita ſi quis poſt diutinam multorum admonitionem derepente ad nouiſſimi vnius cuiuſpiam correptionem reſipiſcat non poſtremo ſed prioribus acceptum referendum eſt. † *Idem hom. in 2. Timoth.*

Agricola

Idem hom. 41. in Geneſim. Agricola cum poſt multos labores & ærumnas ſterilem videt agrum neque digna laboribus mercede reſpondentem, non pari alacritate illum ſeminat & colit. Et medicus quoque videns infirmum ſuis præceptis non obtemperare ſed vacantē quotidie his quæ morbum incrudeſcere faciunt, ſæpe numero in ſua illum ægritudine relinquit vt experientia ipſa vtatur: magiſtri ſimiliter & qui diſciplinas pueros docent videntes illos priora reſpuere & abijcere quæ antea docta ſunt memoriam ſæpe auerſantur: ſic negligentiam eorum correcturi, & ad maius ſtudium reducturi. Veruntamen agricola tardus quidem fit, quia videt damnum ſuum maius fieri vt pote qui laborem & ſumptus ferat & fructibus deſtituatur: medicus autem non immerito ęgrum ſæpe relinquit: corpus enim eſt quod curatur & propter hoc dimittit vt doloris acceſſio morbum ſentiri faciat: & ſic tandem medicina non reſpuat: Magiſter autem ludi vtiliter nonnunquam plagis pueros erudit. Verum nos hodie præcellentes illos omnes, hoc agimus vt paternum ergo noſtros amorem declaremus, & doceamus ſi in illa negligentia manſerint, eos inde maiorem condemnationis cauſam habituros. Agricola quidem non pari alacritate ſeminat cogitans ſumptus hactenus fuiſſe inutiles: nos autem ab hac cura liberi ſimus. Nam licet iacto ſpirituali ſemine ob auditorum ignauiam fructum non capiamus perfecta tamen nobis futura merces.

Theodoretus ſer. 6. de Græc. affectionum curat. Atqui medicos illos maxime laudare ſoletis non quidem qui non miniſtris ſuis curandos ægros committunt, ſed qui pallium deponentes linteolumque ſuccincti ſuis ipſis manibus ferrum accipiunt, vlcuſque ſi ſit opus incidunt, neque fœtorem vlceris auerſantur, imo autem profluentem ſaniem excipiunt atque vnguenta compingunt neque vero illos reges admirari, & laudibus ornari ſoliti eſtis, qui regalibus in thalamis enutriti molliter omni deliciarum genere perfrui ſolent, ſed quibus graue non eſt pro ſubditis hominibus caput periculis obiectare quippe armis obiecti in prima acie cum hoſte fortiter pugnant.

Athanaſius de paſſione domini. Neque quis ex hoc medicus eſſe cognoſcitur, ſi recte valeat ipſe niſi & alijs morbo laborantibus oſtendat, artem, neque ſol ſi radios in ſeſe contrahat cognoſcetur eſſe lumen niſi eos in orbem hunc proferat eiuſque tenebras ſua luce diſcutiat: Ita ſeruator non ſeruat ſemetipſum, ſi quidem ipſe quum eſſet ſeruator non opus habebat ſalute: ſed ex eo quod cæteris benefaceret, velut ab omnibus agnoſci voluit ſeruator omnium.

Chryſ. hom. 6. de pænit. An non vides medicos ſi de ſalute ægrotantis diffidant, non iam curare: dicunt enim quod mallent infirmitari dare, ſed non vlteriorem ſuſcipit morbus curam Artis enim induſtriam morbi malitia vincit. Hæc dicunt qui de ægroti ſalute deſperant, ſi vero ſanitas expectatur omnia faciunt ægroto ſalubres afferunt medicinas: pari modo ſi quis peccatis deſperando ceſſerit quaſi non ſuperſit pœnitenti ſalus ſeſe metus in malum ſtimulat. Et tu ergo ſi moueris peccati ad ipſam peccati ſummam cæde ſcilicet & adulterio, medelam acceſſiſſe & ſanitatem, tametſi millies peccaueris confeſſione te excita.

Sicut

Sicut medici difficillimas ægritudines eligentes deſcribunt, taliſque curationis viam voluminibus docent, vt in maioribus exercitati, minora facile tranſigunt: Ita Deus in medium peccatorum maxima produxit, vt in paruis offendentes per illa facilem horum correctionem inueniant.

† *Idem hom. 77. ad Pop. Ant.*

Medicū cum vrentem videris, nunc ferientem, nunc ferro vrentem, nunc medicamento, & aliquando quidem ægrotum à cibo potuque cohibentem, aliquando vero eum in iſta laxantem, & modo quidem cooperientem vndique & vndique confouentem, nunc vero ipſi calefacto ſecurius plenam frigidis aquis epotare phialam, nunc vtique ſuper hac varietate, & frequenti mutatione eum culpabis, ſed tunc præcipue ſuſpicis artem, quando ea quæ contraria nobis videntur, & noxia, illum cum fiducia videris offerentem. Hoc eſt enim veri artificis & periti: Ita Deus.

† *Idem hom. 7. de laud. Pauli.*

Vt benefacit medicus, etiam vbi corpori moleſtiam & dolorem infert (cum morbo namque bellum gerit, non cum ægroto) ſic & bonus Deus ſalutem omnibus per caſtigationem & pœnam tribuit. Tu vero nequaquam medico iraſceris, ſi ex membris hæc incidat, illa vrat, alia à corpore omnino amputat, ſed & pecuniā illi numeras, & ſeruatorē vocas, quod in parua corporis parte morbum curet, priuſquam ad totum corpus morbus perueniat. Quando ciuitatem videns propter inhabitantes concuſſam, aut nauigium vna cum hominibus in mari diſſolui, contra verum medicum & ſeruatorem blaſphemam linguam mouere non dubitat, cum te intelligere oporteat quod hi morbi laborantium hominum ad curæ beneficentiam, & vtilitatem aſſumuntur, qui & moderati ſunt & ſanabiles. Quando vero medicam curam ſuperat morbi malitia, neceſſaria eſt inutilis membri alienatio, ne morbi eius continuatio cætera corporis vitalia percurrat, ex quo inciſionis aut inuſtionis non medicus eſt cauſa, ſed morbus.

† *Baſilius hom. 9. quod Deus non eſt autor mali.*

Quid enim ſi medicum quidem dicas eſſe debere, ferramenta vero eius accuſes quod ſecent & inurant & amputent & conſtricent quando enim ſine inſtrumento artis medicus eſſe non poſſit? ſed accuſa male ſecantem importune amputantem, temere inurentem atque ita ferramenta quoque eius, vt mala miniſteria reprehende: proinde eſt enim cum, Deum quidem iudicem admittis, eos vero motus & ſenſus per quos iudicat deſtruis.

† *Tertullianus lib. 2. contra Marcionem.*

Accipiam medicum oſtendens eum vni membro non parcere, vt membris omnibus parcat. Accipiam ergo exemplum iudicis boni, pro vtilitate communi quibuſdam non miſerentis vt perſpicere poſſimus quomodo multis parcens vni non parcat Deus: Verbi gratia: habeat iudex propoſitum quietem ciuitati & pacem genti, cui præſidet prouidere. Huic ſe offeratur latro honeſta forma, ætate ſatis integer, ex alio latere mater expanſis crinibus deprecetur vt ſenectutis ſuæ miſereatur, ex alio vxor ne virum ſuum interficiat lachrymabili voce deploret, circumſtent & paruuli liberi, cito orbi futuri. Quid hic faciet iudex? Miſerebitur latronis, an non? Quid in commune expedit ciuitati? Si miſertus fuerit, reuertitur homicida ad priſtinum ſcelus, ſin vero in iudicaria ſeueritate permanſerit, vnus

† *Origenes hom. 9. in Hierem.*

homo interibit, & vniuerſo populo prouidebitur. Sic Deus ſi pepercerit peccatori & miſerans eius, voluerit eum proijcere pro ſcelere, quis non accipiat licentiam? Quis malorum, qui nunc ſaltem propter ſupplicia terrentur non inuadet tempus, vt expleat quæcumque voluerit & præceps feratur in vitia.

† *Chryſ. lib. 1. de prouid.* Certè cum medicus contraria his quæ nobis ſalubria videntur præcipit, ſiue algens membrum profluo fonti ſubiicere iubeat, ſiue alia huiuſmodi facere, nonnunquam reluctamur, ſed cùm nobis antea perſuaſerimus, artis illum ratione cuncta facere, promptè ac libenter cedimus, idque cum ille ſæpius fallatur: Deum, cuius viæ à nobis incredibiliter diſtant, qui eſt ipſa ſapientia, qui nunquam falli poteſt, punienda curioſitate perſcrutabimur. Cumque illi ſimpliciter cedamus à quo facti rationem exigere iure noſtro poſſemus, ab ipſo cuius ſolum cedendum eſt nutui eorum quæ geſſerit, cauſas ac rationes requiremus, atque huiuſmodi indigne ignorantiam feremus.

† *Philo. de congreſſu quærende exercitationis gratia.* Sicut apud medicos quæ dicitur logoiatria multum abeſt vt ægrotos adiuuet: remediis enim & chirurgis & diætis, non verbis morbi curantur: ſic & in philoſophia verba tantum quidam venditant & venantur, vitam autem morbis refertam curare non poſſunt, nec volunt: nec pudet eos à teneris annis vltimam vſque ſenectutem ſententiolas frigidas oppugnare, propugnareque tanquam felicitas in nominibus, verbiſque, & immodica inanique curioſitate ſita ſit, ac non potius in componendis moribus, qui fons ſi bene habeat, exulant vitia virtus reſtituitur.

† *Tyrius Platonicus ſerm. 29.* Sicut medici cum faſtidientibus ægrotis porrecturi ſunt ſaporis amari medicamentum, dulci ipſum liquore aſpergunt, atque adeo ſalutarem amaritudinem tegunt: ſic etiam illa philoſophia vetus ſententijs ſuis, fabularum, carminum ac cantus amictu velatis, antiquos illos animos cepit, neque aliter quàm diſſimulata diſciplinæ moleſtia ad inſtitutionem illexit.

† *Chryſ. hom 7. de pænit.* Quemadmodum medici grauiſſimorum morborum cauſas atque curam diligentius docent, vt in difficilioribus exercitati qui diſcunt, facile quid ſibi in alijs faciendum ſit intelligant: ſic diuinæ literæ maxima delicta in medium poſuerunt, vt inde minora etiam contemnentes facilius rationem curationis inueniant.

† *Chryſ. hom. 40. in Geneſ.* Vt medicus quando infirmum curat, neque ſemper fame detinet, neque ſemper larga menſa frui ſinit, vt non voracitas febrim patiens augeat morbum, fames vero infirmiorem eum efficiat: ſed coniectans apud ſe quantæ ſint ægrotantis vires & diligenter vtens arte omnia ſua in medium affert: ſimiliter & miſericors Deus, ſciens quod cuius expediat, aliquando concedit nobis proſperitate frui, aliquando etiam exercitationis gratia tentationibus nos circundat.

† *Idem hom 38 oper. imperf.* Quemadmodum medicus quando primò ingreditur ad infirmum, ſtatim de ſtomacho eius interrogat, & eum componere primum feſtinat, quia ſi ſtomachus ſanus eſt, totum corpus validum eſt; ita ſi ſacerdotium integrum.

grum fuerit, tota eccleſia floret, ſi autem corruptum fuerit, tota eccleſia marcida.

Sicut medicorum quidam gnari curationis omnium fermè vitiorum, morborum, languorumq; nullius eorum rationem veram aut veriſimilem poſſunt reddere: alij contra vehementer facundi, ſignorum & cauſarum remediorumque, ex quibus ars conſtat, interpretes optimi, in tractandis ægrorum corporibus ſunt ignauiſſimi, ne minimum quidem remedium adhiberi idonei: ita qui ſe exercent in operibus ſapientiæ, plerumque verba negligunt: qui vero dicendi artes callent, nullam bonam diſciplinam habent reconditam. Hos igitur infræni lingua fretos inſolenter efferri mirandum non eſt, oſtentantes quam ſemper exercuerint inſolentiam, ſed illos ſpectandos ſuaſerim, qui tanquam medici callent rationem ſanandi morbos, peſteſque animæ, donec Deus etiam interpretem optimum inſtruxerit, imbre ſuo perfuſus fontibus & illi ſapienti iudicaris. † *Philo. lib. quod deterius potiori insidietur.*

Quis phrenetico medicus iraſcitur? quiſue febricitantis & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accepit: Hunc affectum aduerſus omnes habet ſapiens, quemadmodum aduerſus ægros ſuos medicus: quorum nec obſcura ſi remedio egent contrectare, nec reliquias & effuſa intueri dedignantur, nec per furorem ſæuientium excipere conuicia ſcit ſapiens, omnes hos qui togati, purpuratique incedunt, valentes coloratoſque male ſanos eſſe, quos non aliter videt quàm ægros intemperatos: Itaque ne ſuccenſet quidem ſiquid in morbo petulantius auſi ſunt aduerſus medentem. Quo animo honores eorum nihilo æſtimat, eodem parum honorifice facta. Quemadmodum non placet ſibi ſi illum medicus coluerit: nec contumeliam iudicabit, ſi illi honor plebis vltimę ſalutanti mutuam ſalutationem non reddiderit: ſic nec ſe ſuſpiciet quidem, ſi illum multi diuites ſuſpexerint. † *Senec. lib. 2. ad Serenum cap. 11.*

Vt medicorum ſcientiam non ipſius artis, ſed bonæ valetudinis cauſa probamus & gubernatoris ars, quia bene nauigandi rationem habet, vtilitate non arte laudatur: ſic ſapientia quæ ars viuendi putanda eſt, non expeteretur ſi nihil efficeret; nunc expetitur, quia eſt tamquam artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis. † *Cicero lib. 1. de finibus.*

Omnis medicus ex herbarum ſuccis, vel arborum, vel etiam metallorum venis, vel animantium natuiis, profutura corporibus medicamenta componit, ſed herbas iſtas ſi quis forte antequam ratione artis componantur, aſpiciat, ſi quidem in agris aut montibus velut fœnum vile conculcat & prætereit: ſi vero iſtas intra medici ſcholam diſpoſitas per ordinem viderit, licet odorem triſtem, forte auſterum reddant, tamen ſuſpicabitur eas curæ vel remedij aliud continere, etiamſi nondum quæ vel qualis ſit ſanitatis ac remedij virtus agnouerit. Veni nunc ad Ieſum cæleſtem medicum: intra ad hanc ſtationem medicinæ, eius Eccleſiam: & quia Ieſus hic qui medicus eſt & verbum Dei eſt, ægris ſuis non herbarum ſuccis, ſed verborum ſacramentis medicamenta conquirit: quæ verborum medicamenta, ſi quis incultius per libros, velut per agros videat eſſe diſperſa † *Origines hom 8. in Leuit.*

ignorans ſingulorum dictorum virtutem, vt vilia hæc, & nullum ſermonis cultum habentia præteribit: qui vero ex aliqua parte didicerit animarum apud Chriſtum eſſe medicinam, intelliget profecto ex his libris qui in eccleſia recitantur, tanquam ex agris & montibus ſalutares herbas aſſumere, vnumquemque debere ſermonum duntaxat vim, vt ſi quis ille eſt animę languor non tam exterioribus frontis & corticis, quam ſucci interioris hauſtæ virtute ſanetur.

† *Origines hom. 20. in Ieſum Naue.*

Solent medici præbere interdum cibum aliquem, interdum etiam potum dare, verbi gratia, ad diſcutiendam caliginem viſus, nec tamen in edendo ipſo cibo, vel in potando ſentimus, quia vtile eſt, & prodeſt oculis, ſed cum tranſierit vſus cibi illius, aut poculi virtus, paulatim purgat aſpectum, & tunc demum ſentire incipimus, quia cibus ille vel potus profuit oculis, ſed & in alijs ſimiliter corporis partibus eadem fieri ſolent. Hoc ergo modo credendum eſt etiam de ſcriptura ſancta, quia vtilis eſt, & animæ prodeſt etiam ſi ſenſus noſter ad præſens intelligentiam non capit, quoniam, vt diximus bonæ virtutes quæ nobis adſunt reficiuntur in his ſermonibus, & paſcuntur, & contrariæ torpeſcunt ijs meditationibus & effugantur.

† *Auguſt. tractatu 28. in Ioannem.*

Medicus quando ægritudinem diſcutit, ſi curet quod per aliquam cauſam factum eſt, & ipſam cauſam per quam factum eſt non curet, ad tempus videtur mederi, cauſa manente, morbus repetitur, verbi cauſa apertius hoc dicam: humor in corpore ſcabiem vel vlcera gignit; in corpore fit magna febris & non paruus dolor, exhibentur quædam medicamenta, quæ ſcabiem compeſcant & feruorem illum vlceris ſedent, & adhibentur & proficiunt, vides hominem qui fuit vlceroſus & ſcabioſus, ſanatum, ſed quia humor ille nõ eiectus eſt, rurſum ad vlcus redit: cognoſcẽs hoc medicus purgat humorẽ, detrahit cauſam, & nulla erunt vlcera vnde ergo abundat iniquitas? vt ergo cauſa omnium morborum curaretur, id eſt ſuperbia, deſcendit & homo factus eſt filius.

† *Idiotæ contemplat. cap. 11.*

Ægro de quo deſperatur, medicus concedit, vt cuncta quæ concupiſcit accipiat: qui vero ſanari poſſe creditur, eum à multis prohibet. Ita Deus quem diligit, tribulationibus afficit.

† *Chryſ. hom. 8. de pænit.*

Quicumque viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Non modo morbum, ſed morbi radicem euellit. Radix enim adulterij concupiſcentia impudica; ſic & medici faciunt, non ad morbos inſtant ſolum, ſed cauſas etiam tollendas, quamuis ægrotantem oculum viderint prauum rheuma deſuper à temporibus compeſcunt: ſic & Chriſtus facit, cæcitas mala eſt adulterium oculorum eſt morbus non corporis ſolum; ſed animæ prius, id circo compeſcit rheuma impudicitiæ per timorem legis; iã mœchatus eſt in corde ſuo, corde corrupto, quæ vtilitas in reliquo corpore. Quemadmodum enim in plantis & lignis, ſi quando exeſum, videmus reliquam de cætero repudiamus partem ſic in homine cum id perierit; incaſſum eſt inde reliqua corporis ſanitas: Auriga perit: fractus deiectus eſt, vanum in poſterum equi currunt.

Quoties

Quoties ſalutaribus ſuccis contra læthales morbos antidotum temperat peritia præcauta medicorum, ſi præter artem, præter medicinam, præter tempus accipere præſumat ægrotus, fit periculi cauſa, quod prouiſum eſt ad ſalutem: Sic Dei verbum ſi præter magiſterium, præter doctrinam, præter dogma fidei ſcire temperatius præſumat auditor, quod eſt vitæ materia, perditionis occaſio.

† *Petrus Chryſologus ſerm. 156. de epiphania.*

Ad medicum vadunt decem habentes ſpecies infirmitatum non omnes eodem modo curat, ſed alium illo, & alium illo, & alium alio vt puta ſanat emplaſtro, alijs aliud tribuit medicamentum, nonnullis quod cauterium nuncupatur, imponit: alium amara, alium dulci temperat potione, cuiuſdam vero vulnera craſſiore vnguine delinit: ſic & ſermo Dei pro qualitatibus hominum loquitur, nec paſſim ſapientiæ ſuæ ingerit ſacramenta.

† *Origenes hom. 3. in Ezech.*

Sicut tria ſunt genera malorum medicorum: vnum eorum, qui inhoneſtam vitam agentes, ea tamen quæ ſunt medici muneris ſedulo obeunt, alterum eorum eſt qui Laurea medicinæ accepta, neque bonæ vitæ exemplo, neque medicorum præceptorum eruditione, neque remediorum præſcriptione, rem medicam agunt, ſed quæ ad ægra corpora ſananda pertinent, negligunt, aut omittunt. Tertium eorum eſt qui non per certa præcepta & ſtudia, ſed fabulis & impoſturis rem medicam exercent & tamen medici non ſunt, neque ob eorum ignorantiam eſſe poſſunt. Sic ſunt. *Tria genera malorum paſtorum; vnum eorum qui turpem vitam agentes, ea tamen quæ ſunt paſtoralis officij diligenter adminiſtrant, plebem ſibi ſubditam verbi Dei prædicatione, ſacramentorum adminiſtratione, correctione, conſolatione ab erroribus reuocatione, & ſimilibus ad paſtorale officium pertinentibus paſcunt. Alterum eorum eſt, qui ad paſtorale officium aſſumpti, neque bona vita exemplo, neque eorum diſpenſatione, quæ ad animarum ſalutem pertinent, propter imperitiam, aut negligentiam oues ſuas paſcunt. Tertium eorum eſt qui non per oſtium, ſed aliunde intrantes paſtorum ſibi officium aſſumunt, & tamen paſtores non ſunt, nec eſſe poſſunt.*

Otho Cardinalis in ep. ant. tract.
Petri de Soto in tract. de inſtit. ſacer.

Faceret igitur Eccleſia boni medici inſtar medicinam, quæ obſit magis quam proſit tollentis, iuxtà ca. 1. de ſentent. excom. in 6. cum lex laqueum magis tollere debeat, quam iniicere 27. q. 1. ca. viduas.

† *Claudius Eſpencaeus de continentia lib. 1.*

Quid opus reſpondet, medico ad proſpiciendum corpori, de cuius conſtat aduerſa valetudine? quis ęgro cōcedat facultatem pharmacis abutendi? Nã & medici medicamentorum quamlibet periti, ęgrotantes tamen quibus & quatenus eis vtantur, alterius ſapientis conſilio, iudicioque definiunt? ad eundem modum in animi morbis, non ſibi quiſque nec alius quouis eſt medicus, cuius cenſura ſaluti proſpiciendum, ſit, ſed qui vocatus à Deo fuerit, cuique ſit poteſtas ad ædificationem tradita: alioquin periculum ne Chriſtiani, vt ſunt homines in deteriora procliues libertatem darent in occaſionem carnis.

† *Idem lib. 5.*

Sicut officium medicorum eſt, corpora humana noxijs humoribus euacuare, vt ſanitate frui, homines poſſint: ſic & *munus prælatorum eſt expur-*

† *gare ſuam congregationem à malis, eos exterminando, & in ciuilibus continendo, vt alij poſſint quiete exire ad opus ſuum &c.*

Emanuel Rodericus in q. reg. & cano. tom. 3. Hieronymus Mengus in flag. dæmonum c. 2.

Sicut medicus debet exhortari ægrum, vt Deo maxima cum deuotione pro ſanitate conſequenda preces fundat, quia aliquoties morbus à Deo ob peccata immittitur; *ſic exorciſta debet hortari obſeſſum vt cũ maxima diligentia expurget conſcientiam ſuam, tum quia oratio eius, & etiam pro eo orantium, facilius exaudietur à Deo; tum quia hæc vexatio & frequenter conſueuit fieri pro peccatis: & debet ipſum inſtruere vt ſubijciat ſe humiliter Deo, & quod ipſum deprecetur, vt ſi expedit, liberetur à ſpiritibus immundis.*

Laurẽtius de Iuſtinianus de inſt. & reg. Prælatorum.

Sicut medicus corporalis à quo vocetur, & ad multa alia debet reſpicere; *ita qui ad regimen vocantur animarum, ſumma cum diligentia obſeruare debent, à quo vocentur, quoue illud moueantur affectu, miniſterum difficillimum accepturi ſint, ad quod vtique non elate, pro adipiſcenda gloria, non latanter pro implendis voluptatibus, non cupidè pro aggregatione diuitiarum accedendum eſt, ſed humiliter ſed pauè ſed deuote.*

Idem. c. 8.

Medicinæ artis periti hoc habent proprium, vt non omnibus æqualiter, ſed ſingulis diuerſa pro vt expedire, perſpexerint, impertiantur medicamenta: languoribus nunc quippe ferro, nunc cauterijs ſæpe verò varijs vtuntur vnguentis. Interdum ægrotantes ciborum attenuant paruitate; nonnunquam aut exquiſità alimentorum qualitate ſuſtentant. Naturam vtique ſingulorum attendunt; & vitã & iuxta vniuſcuiuſque neceſſitatem remedia tribuunt, quæ ad conſequendam ſanitatem iudicauerunt eſſe opportuna; non voluptati propriæ ſed infirmantium reſtaurationibus cõſulentes. Cæterum ſi tanta pro redintegrada corporum mortalium ſoſpitate, medicis ineſt ſolertia; quanta in ſanandis paſſionibus animarum vigere debeat, cura præſulibus? Qui legit, intelligat. Quo enim præſtantior eſt anima corpore, natura diuturnitate; officio & moribus, eo ſolicitior in reparatione ipſius eſt adhibenda prudentia: Non plane pro ſanandis corporibus, ſed pro ſaluandis animabus. Deus factus eſt homo, & inter homines conuerſatus eſt, hominis paſſiones ſine peccato ſuſcepit, atque hominum languores, voluntarie ipſe portauit. Et paulo inferius quamobrem tanquam ſpiritualis med. debet eſſe prælatus, & ijs qui ad ſe conuenniunt ſacris eruditionibus opportuna præbere remedia? Maximo itaque diſcretionis medicamine conſideret, mores, ſtatus ſingulorum, qualibuſq́ue, quatenus cuique valeat loqui quæ expediat.

Super illud: niſi ſuum quoque ægrotus: de ægrotis ſpiritualiter & moraliter, morbis laborantibus, aliqua ſunt dicenda.

†

Lipſius lib. 1. cap. 2. conſt.

Vt ij qui febriunt, iactant ſe inquiete & verſant; & lectum ſubinde mutant vana ſpe leuamenti: ita vanitas eſt, nos qui fontem fomitemq́; mali circumferimus, & telo affectuum percuſſi ſumus, velle quouis terrarum fugiendo illud excutere, aut internam plagam motu & diſcurſu ſanare.

†

Idem ep. 97.

Vti oculi vbi glaucoma obſidet, puriter non vident: non item mens, vbi adfectus.

†

Chryſ. hom. 2. de pœnit.

Sicut qui malè ſe cibis ingurgitant, cùm aſperas ſint medicinas accepturi; ſi nimia ſeſe eſca ſepeliunt, atque ſic medicinam accipiunt, aſperitatem quidem; illam pertulerunt, vtilitate verò exciderunt ægram facientes me-

tes medicinæ dimicationem ad corrupti humoris malitiam: Quamobrem medici eos incænatos dormire mandant, quo virtus totius medicinæ quamprimum atque illicò morboſis occurrat humoribus: ſic & ieiunio contingit, ſi te ipſum hodie multa obrueris ebrietate, craſtino verò eam acceperis, quæ ab illo eſt medicinam, hanc tibi profectò vanam inutilemque effeceris.

Sicut breuiſſimo temporis ſpatio illi ægroti diem ſuum obeunt, qui cibis pernicioſis ſe ingurgitant: ſic qui quibuſcunque vitiis ac ſceleribus ſe contaminant.

Velut ſi quis laborat hepatis vitio, medico oſtendat vngues exulceratos, inepte facit: Ita qui grauibus laborans malis; de nugis conſulat amicum. † *Plutar. in moral.*

Vt homines ægri cùm multis febribus anguntur, ſi in aquas ſemet ipſos frigidas immerſerint ad præſens quidem aliquid videntur ſibi quæſiſſe ſolatij, multiplicatas verò corpori ſuo flammas febrium reparant: Ita & nos agimus cum conſcientia ſtimulamur peccatorum, & in Eurypum nos vel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus. † *Chryſ. lib. 1. de de compal. cordis.*

Quemadmodum periculoſum eſt morbum in corpore diutius immorari, ægrotumque ad ſumenda pharmaca procraſtinare: ita animam, vitiis immerſam ſalutem differre.

Craſtina qui differt meliorem in tempora vitam,
Quis rectè hunc dicat conſuluiſſe ſibi? *Iacob. Bilim.*
An qui promiſit veniam, ſi crimina plangas,
Craſtina promiſit tempora certa tibi?
Qui piger eſt hodie ſuperi ad mandata Monarchæ,
Ipſius obſequio cras minus aptus erit.
Emporij tempus nunc eſt: ſi fluxerit illud,
Poſtea iam nulli quærere lucra licet.

Sicut pars maxima recuperandæ ſanitatis eſt ægrotum velle curari: ſic pars magna ſalutis eſt peccata velle delere. *Idem.*

Pars mihi ſemper erit, ſeruari velle ſalutis
Maxima, ſi cupias, iam prope ſaluus eris.
Sit modo velle tuum vehemens & forte ratumq;
Molle etenim lucri nil tibi velle feret.
Non vult cui nimium leuis eſt, molliſque voluntas;
Imaque qui ſuperis pluris habenda putat.
Qui bene vult, volet hic cœlum, cœlumque volendo
Fortiter, huic facilis mox labor omnis erit.

Vt ægroti qui morbo laborant, ſanitatem recuperare procurant: ſic.

Accepto dormire poteſt cum vulnere corpus,
Promittit medicus iam meliora ſibi. *Id.*
At alio premitur tum mens ægrota ſopore,
Hic ſopor indicium non leue mortis habet.

O Pater,

O Pater, o magni dominator & incola cœli
Ne capiam ſtygio vulnus ab hoſte caue.
Aut mea ſi forte accipiat mens vulnus ab illo
Peſtifer ex oculis diffuge ſomne meis.

Qui corpus ægrè affectum ad balnea, ac voluptates trahit: quaſi putrem ac laceram nauem deducit in mare.

† *Plutar. in moral.* Qui male affecto corpore vitæ ratione morbum accerſunt, ij quaſi cœnum commouent.

† *Idem ibidem* Qui ita corpus exinaniunt pharmacis; vt peregrinis rebus expleant, ac magis noxiis: perinde facerent, ac ſi quis expulſis è ciuitate Græcis, inducat

† *Ibidem.* Perſas & Scythas.

Quemadmodum in ægroto non ſemper ſingulæ partes morbo laborant, ſed multæ ſanæ inueniuntur: idem animæ accidit.

† *Macarius hom. 15.* Si forte quis ægrotet, contigere tamen poteſt, vt membra quædam ſana habeat verbi gratia in parte viſiua oculum, aut aliquid aliud membrum, cum alioqui reliqua membra ſint affecta: ita ſe habet in re ſpirituali. Probabile enim eſt, quempiam tria membra ſpiritus habere ſana, ſed non propterea ſanus eſt.

† *Chryſoſt. hom. 2. opir.* Sicut qui aſpide percutitur, quaſi delectatus vadit in ſomnum, & ſic per ſuauitatem ſoporis moritur: ſic & qui accipit ſub vſuris, pro tempore delectatur, quaſi qui beneficium accipit, ac ſi per ſuauitatem beneficij non ſentit, quomodo captiuus efficitur.

† *Lip. lib. 1. de conſt. c. 2.* Vt ij qui febriunt, iactant ſe inquietè, & verſant, & lectum ſubinde mutant vanâ ſpe leuamenti: in eadem cauſſa nos, qui terram fruſtra mutamus, ægrę ſcilicet mentis.

† *Idem ex praefat. Analect.* Vt ij qui vincti, & impediti, ſunt, membra habent ad vſum, nec vtuntur: ſic mens, lingua, ſtylus adſtricta ad morbi catenam.

† *Plutarc. in moral.* Cholerici qui purgari ſub tempus, collecta in dies maiore bile, poſtea grauiter diſcruciantur: ſic qui ſinunt fœnus accreſcere; cum adeſt dies, grauiter è capite laborant.

† *Baſilius in Iulitam martir.* Quemadmodum ægri & debiles, rebus vtuntur ad curandum aptis: ſic & ſtulti ſapientia indigent, meliuſque longè ipſam quàm argenti & auri theſauros mercari, longeque item carior lapidibus pretioſis, & omne admodum pretioſum ipſa prorſus dignum non eſt.

† *Chryſoſt. ſer. contra dep. & ſuperb.* Quemadmodum qui phreneſi laborat, cum ſeipſum non agnoſcat neque quæ ante pedes ſunt nouit: & oculum cum ipſe cæcus eſt omnia reliqua membra in tenebris ſunt, ita arrogantia ſe habet vnde & inſanis, iiſq; qui natura ſtulti ſunt, miſeriores ſunt arrogantes.

Abrahamus Bzouius conc. quadr. fer. 2. poſt 11. hom. Quadr. Sicut ægri medicis: ſic ſubditi principibus & prælatis obedire ob multas rationes tenētur. 1. ob cauſas quas Abrahamus Bzouius affert. *Primum: nam ita à natura comparatum eſt, vt non ſuperiora inferioribus, ſed inferiora ſuperioribus obtemperent. Raptantur & mouentur omnia hac ſublunaria à cœlis, cœlorum orbes partim à Deo, vt volunt philoſophi primo mobili, partim ab Angelis, adſiſtibus motoribus: hi tam vero tam cœlis quam ſtellis prælati à ſupremo motore*

fieri

ſieri qui Anarchus eſt & Monarchus &c.

Secunda deſumitur à moribus gentium, nulla enim eſt tam effrenis barbaries, quæ vel aliquem inter ſe magiſtratum, tanquam pro Dei vicario non agnoſcat ǃ, eique non obſequatur. Da etiam inſeſſores viarum: Da latrocinia publica: Da inſuper ipſos dæmones inferni, vbi nullus ordo; etiam inter iſtos inuenitur princeps ſummus, cui omnes alij parent. Ille enim Deus qui mentibus hominum inſeuit ſemina virtutum, ſimul conſeuit odium & execrationem vitiorum: ad quæ cum & naturæ inclinatione, & prauorum ſæpe conſuetudine, plerique à virtutis cultu declinant, voluit aliquos in Rep. eminere, qui & legibus, & decretis & gladio vel prohiberent vel caſtigarent.

Tertiā cauſam educo propter quam obtemperandum magiſtri: videlicet propter meritum. Qui enim Dei ordinationi obſequitur; præſertim per quam vel ſcelera emendantur vel facinoroſi caſtigantur, maximum ſibi apud Deum meritum reponit, eo quod eius voluntati non contranititur. Proinde, qui magiſtratui vel virtutes inſerenti, vel peccata corrigenti, vel peccatores tollenti obtemperat; cum id ex voluntate diuina faciat, magnum ſibi meritum comparat apud Deum, ſed ſubſiſte. Non ſine ratione dixi qui magiſtratui vel virtutes inſerenti; vel peccatores tollenti obtemperat: nam hic eſt limes poteſtatis conceſſæ hominibus, virtutes depangere: & ſcelera auerruncare, nam ab his duabus Antiſtibus, felicitas & ſalus publica, propterquam augendam & ſeruandam illi.

2 Quia niſi aliqui eſſent qui præeſſent, aliqui qui parerent, hominum ſocietas conturbaretur ac confunderetur, vt enim inquit Richardus Hall. *Cum hominum naturam perſpicio, in eamque diligentius paulo & attentius intueor, video D. O. M. ipſos multo magis quam pecora quædam congregabilia ad ſocietatem quandam & coniunctionem inter ſe habendam fabricauiſſe. Ex quo neceſſario efficitur, ſi modo non conturbatam & confuſam, ſed firmam & ſtabilem hominum inter ipſos conſuetudinem eſſe velimus, aliquos qui pareant, alios qui præſint eſſe debere.*

Richardus Hall. de dignitate vnius regis ac magiſtratus.

3 *Quemadmodum ſublatis liberis, ſimul tollitur paternitas, ſublata ſeruitute, tollitur dominium mortua vxore, is qui fuit maritus deſinit eſſe maritus: ita per omnia ſe res habet; in poteſtate, vt ſublata obedientia, ſimul tollatur poteſtas. Nam hanc eſſe omnium relatiuorum naturam, tota philoſophorum ſchola nouit, & clamat. Quicunque igitur abnegata obedientia ſuperiori poteſtati reſiſtunt, non ſolum ordinationi diuinæ, iuxtà verbum Apoſtoli reſiſtunt: ſed ipſum opus Dei, quantum quidem in ipſis eſt, deſtruunt atque è medio tollunt: merito igitur tales horribilibus ſupplicijs interimit Deus.*

Matthias Predembachius in pſal. 57.

4 Quia inobedientia nihil grauius. Nā *inter omnes artes illas quibus innumerabilibus aduerſum nos ad nocendum inſtructus eſt, auſim dicere, nullam eſſe quæ noceat grauius, quàm hæc vna. Nam furta, adulteria, homicidia & quicquid eius generis eſt, ad quod ſuis dolis homines inducit, priuatim ſingulos lædunt: ſpreta vero auctoritate illorum, qui præſunt, eccleſiæ atque huius politiæ ordine turbato, corruit ſubita diſciplina morum vniuerſa, vt omnes eò quo fert ille furioſus animorum impetus pro ruentes in omne ſcelerum genus ſeſe præcipitent. Hoc nihil eſt opus nos rationibus*

Idem de diſſidijs eccleſiæ componendis.

ant exemplis docere : docet nos eheu nimis apertè hæc tam horrenda huius noſtri deploratiſſimi ſeculi facies.

M. Ant. Piſſilius de inſtruendo Princ. color. 6

4 Quia inobedientia eſt peior morte: etenim ex inobedientia ſubditorum maxima incommoda principes ſubeunt ; bella enim tunc atrociſſima ſunt expectanda. *Quia obedientia eſt columna imperij , vnde non fortuna factum eſt, vt coniuncta ſunt hæc duo , obedientia & Hubertas, ita vt ſtatim poſt oblatam principi illam, petatur viciſſim à populis hæc, ſed omnino vt oſtendatur, in illam principis dominatum terminari c ſciendum 8.q.1.c.illud de mai.& obe.& ab hac voluntariam populi ſubiectionem inchoare not. in l.vlt.D. pro derel.l. 1.c. de frum.vrb.conſtant.eccl.19. Et ſane opportuit ea quæ de eodem pene loquuntur , in confinio ponere l.2 §. quartus c.de vet.In enucl.Iuſti edict.13. de Alex. & Ægy. c.7. quandoquidem eſt enim imperij columna obedientia , eius autem baſis Hubertas.*

Idem color 4 Princip. ad vitæ vſque iuſiurando edicuntur.

5 *Quia præceptum eſt domini mandata principis cuſtodiri nimis: pſal. 118 aleph. vbi notabile quod Caſſiodorus obſeruat ſententiam ſcilicet illam toto orbe famoſam. Nequid nimis Terent. Andr. Leo imp. Conſt. 1. in ſola obedientia locum non inuenire: adeo vt ſedula non ſufficiat, ſed nimia omnino exigatur Quando corporea quiſque ſalutis principis præcepta præferre ſi neglexerit nimis compelletur, & pœnis c. 2. de mai. & obed. l. inter claras ad fi. c. de ſum. Trinit. Caieta. in trac. de vinculo obedi.*

6 Quia ob propriam vtilitatem ſubditi principi obedire tenentur : populi enim ſalus à principe dependet, populus autem ſine principe, eſt tanquam corpus ſine anima.

7 Quia tota virtus ſubditorum in obedientia conſiſtit , cum ea ſit omnium rerum publicarum fundamentum: ſicut enim ad principem imperandi peritia : Sic ad populum obedientia pertinet , & ſicut principis officium eſt præeſſe non ſubeſſe : ſic ſubditorum non imperare ſed obedire : quare Theopompus rectè cuidam reſpondit , Spartæ ſalutem non in Rege , qui alijs imperare ſciret, ſed in ſubditis qui prompte obediendum eſſe non ignorarent.

8 Quia vnuſquiſque conſcientiæ vi ad principi parendum tenetur , etenim publicæ poteſtatis & ſubiectionis , principis & ſubditorum relatio, eſt neceſſaria; cum ſine vtroque nulla reſpublica poſſit conſeruari.

9 Quia incommoda, moleſtiæ & intolerabiles labores, quos magiſtratus in iudicando conſulrando, deliberando, multaque alia ciuilia exercendo maxima omnium vtilitate ſubeunt , reuerentiam & obedientiam ſubditorum promerentur. Ampliatur primo hæc cõcluſio, primo nẽpe quod ſubditi principibus obedire teneantur: etiamſi principis iuſſa vtilitatem continere non videantur, quia populus ſecreta & cogitationes principum, deliberationumq; executiones penetrare non debet. Ampliatur ſecundo etiamſi principes Tyranni eſſent , loquimur autem de Tyranno exercitij, ſeu vſus: nam Tyranno, qui dicitur de iure, & titulo, nemo non ſolum debet obedire, verum etiam priuata manu licet eum interficere; & hæc non ſolum eſt opinio omnium politicorum, verum etiam & Theologorum,

gorum, vt refert Iacobus Kelleius: *D. Thomæ 2. ſen. diſ. 44. ad. 2. ad. 5. vbi ſic dicit, qui ad deliberationẽ patriæ Tyrannum occidit, laudatur & præmium accipit.* *Caietani. 2. 2. q. 64. ar.* 3. Petri de Arg. de iuſt, & iure lib. 5. quæſt, 1. a. r. 3. Couarru. in 4. Decret. 10. 2 ca. 2. §. 4. nub. Petri vauara. lib. 2. de reſt. cap. 3. Emanuelis Rodriguez in ſumma ca. 13. Dominici Bannes 2. 2. q. 64. ad 3. Tholoſani in quo hæc verba leguntur, nec vlla propemodũ in hac ſententia videtur difficultas, cur non liceat priuatæ vel publicæ perſonæ huiuſmodi inuaſorem reipublicæ aut principatus necare, quia nullus huic ſubditus dici poteſt, qui hoſtis eſt. Ferdinandi Vaſq. lib. 1. illuſt. contro. c. 8. n. 33. Gregorij de Valentia. Tom. 3. q. 8. de iuſt pun. 3. Leonardi Leſſij de iuſt. & iure cap. 9. diſ. 40. Toleti de inſtruc. ſacer. lib. 5. cap. 6. qui omnes priuata manu Tyrannum occidi poſſe, quando patria liberari non poteſt, affirmant, & tunc vt notat Caietanus interfector non manu priuata, ſed publica autoritate, quæ ex publico conſenſu conceditur, id efficit: & vt inquit Policratici autor lib. 1. cap. 15. certe hoſtem publicum nemo non vlciſcitur, & quiſquis eum non perſequitur, in ſeipſum & in totum Reipublicæ mundanæ corpus delinquit. Probatur autem quod legitimis principibus qui ſint tyranni tyranniceque gubernant, ſubditi obedire debeant, & quod priuata manu eos interficere non liceat.

Iacobus Kellerius in Tyrand. D. Thomas Petr. de Arg. Couarru. Petrus de vauara Emanuel Rodriguez. Dominicus Bannes Tholoſanus Ferdinandus Vaſquez. Leonard. Leſſius. Toletus.

1 Qua nulla lex iubet, nec permittit ſubditum, principem ſuum quamuis Tyrannum occidere poſſe, cum principes ſint dei miniſtri; quos ob peccata populi regnare permittit. *qui regnare facit hominem hyppocritam propter peccata populi* Iob. 34. *dabo tibi Regem in furore meo Oſeæ.* 13. *aſſur virga furoris mei & baculus ipſe eſt in manu eorum indignatio mea*, neque ſine cauſa Tamberlames ira; & Attila flagellũ Dei ſe eſſe dixerunt: & princeps iniuſtus & Tyrannus, vt inquit Ribadeinira poteſt eo nomine communiter appellari, & vt Plutarchus, *nimirum deus quibuſdam malis tanquam carnificibus vſus eſt ad ſumendas de aliis malas pœnas, quod verum eſſe de pleriſq; Tyrannis arbitror:* idem in moralibus: *vt lycn. fel, & phocæ coagulum atque alia peſſimarum ferarum partes aduerſus magnos morbos efficax habent remedium: ſic deus peſſimis Tyrannis vtitur nonnunquam ad correctionem*, & Caſus: Rex bonus eſt dextera, Tyrãnus vero eſt ſiniſtra Dei, nã ille clementiæ, hic autem iuſtitiæ inſtrumentum dicitur, ſed iuſtitia dei eſt legitima, ergo inſtrumentum eiuſdem, quod eſt aliquando Tyrannus, iuſtam & legitimam autoritatem habet, quod quidem non arguit Tyrannidem ob id eſſe iuſtam, ſed pœnam quam ciuitati infligit eſſe legitimam.

Ribadeinira de Princ. Chriſtiano. 2. Plutarchus de ſera num. vindic. Ioannes Caſus in Ioh. ciui. li. 4. c. 2.

2 Quia quando principes, Tyranni euadunt, ſignum eſt populos eiuſmodi dominis dignos eſſe, vt enim inquit D. Auguſtinus, *etiam talibus dominandi poteſtas non datur, niſi cum ſummi Dei prouidentia res humanas iudicat talibus dominis dignas; & certum eſt Deum per Tyrãnos, ſceleſtos populos caſtigare. ecce oculi domini ſuper regnum peccans, & conteram illud à facie terræ*; Iere. 50. 24. *illaqueaui te & capta es Babylon, & neſciebas; inuenta es, & apprehenſa, quoniam dominum prouocaſti. Dan. 2. 21.*

D. Auguſt li. 5. de ciuit. Dei cap. 21.

3 Quia nulli priuato arma aduerſus magiſtratum à Deo ordinatum ſuſci-

ſuſcipere non licet, vt enim inquit D. Paulus *omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non enim eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt*; quæ auctoritas non ſolum, de bonis principibus, verum etiam de malis quoque eſt intelligenda, iuxta illud D. Petri: *ſubiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.*

4 Quia ne verbo quidem principi maledicere licet, *principi populi tui ne maledicas*, Exo. 22. ergo multo minus vi & armis eos impetere & vt ait Lipſius *Tyrannos ferre ſapientiæ norma eſt. & ſæpe ex publico vſu.*

5 Quia Dauid, qui noluit Sauli nocere, Tyrannos non eſſe occidendos, nec moleſtia afficiendos omnibus exemplum præbet.

6 Quia legitimorum principum delicta quamuis grauia & atrocia, non poſſunt niſi à Deo puniri, cum ij humanis legibus non ſubijciantur, teſte D. Ambroſio. *liberi enim ſunt reges à vinculis delictorum, neque enim vllis ad pœnam vocantur legibus tuti imperij poteſtate.*

Elias Reuſnerus lib. 1. artis ſtratagem.

7 Quia gladius iuſtitiæ, non priuatis, ſed principibus, optimatibus & magiſtratibus à Deo fuit traditus, & vt inquit Elias Reuſnerus. *priuatis Deus vſus gladij non tradidit, ita nec vſum gladij ab eis repoſcit.*

Tacitus 4. hiſt.

Quia Tyrannus ſine totius reipublicæ, & ipſorum liberatorum periculo deponitur? *raro ea moles conuelli ſine conuellentium exitio poteſt*, vt inquit Tacitus & vt Fauonius apud Plutarchum. ſi Tyrannum volumus auferre, *naſcetur bellum ciuile peius deteriuſque omni Tyranno*: quibus de cauſis depoſitio à nullo eſt tentanda; quia ſubditi ne minimam quidem poteſtatem ſuum

Bodinus de ſpeci. rerum publicarum.

principem condemnandi habent, & manum priuatam in ſuum principem iniicere, eſt peccatum tam graue, vt qui eſt delatus, teſte Bodino, conuictus nondum autem, perpeſſus condemnationem, *Si ille moriatur, & ſtatus eius non ſit diminutus ob crimen aliquod qualecunque ſit excepto ſupremo capite maieſtatis, crimen hoc nunquam poſſit purgari per mortem eius; imo lex in hoc caſu eum, qui nondum de eo fuit conuictus, habet pro eo, ac ſi iam tum eſſet condemnatus.*

Vincentius Caſtellanus lib. 3. c. 1. Cunerus d. off. principis, Chriſtiani.

His de cauſſis quando ciues à tyrannis opprimuntur, debent ad miſericordiam Dei confugere, eumque enixe rogare, vt populum à miſerijs & calamitatibus liberet, vt inquit Vincentius Caſtellanus, & Cunerus. *cum igitur reſiſtere poteſtatibus licitum non ſit, non aliud præter hæc reſiduum habent ſubditi Chriſtiani, quam vt gemitus & petitiones eorum aſcendant, & innoteſcant apud Deum, in cuius manu cor Regis eſt, & quocunque voluerit, poteſt inclinare.*

Sarisberienſis li. 8. c. 20.

Et vt Sarisberienſis; *& hic quidem modus delendi tyrannos vtiliſſimus eſt, & tutiſſimus, ſi qui premuntur ad patrocinium clementiæ Dei, humiliter confugiant, & puras manus leuantes ad dominum, deuotis precibus flagellum quo affliguntur, auertant; peccata delinquentium enim, vires ſunt tyrannorum.*

Aut ſi licet, in alienas prouincias confugere debent, ſi vero fuga inhibetur, potius mortem ſubeant, quam in ſuos Principes ſacrilegas manus iniiciant.

Hic tamen obiter notandum librum Ioannis Marianæ de Rege & regis inſti-

inſtitutione à Sorbona fuiſſe damnatum, non quia is à communi Politicorum & Theologorum ſententia recederet, ſed cauſa fuit lamentabilis Henrici IV. caſus, vt inquit Iacobus Kellerius. *Quod Mariana calamo à Parienſi prætorio dies dicta, liberque inde damnatus cauſa fuit lamentabilis magni Regis caſus. Nam poſtquam eum ſicarius Rauillac inſigni ſcelere peremiſſet, multus per ora ciuium indignitatem facinoris frementium ſermo ijt: per veſtigata vndique cauſa tam immanis latrocinij fuere qui librum quoque Marianæ notarent, non quod nefarius ille gladiator inde conſilia hauſerit, quia non potuit; ſed quod autor tyrannica materia fuſior eſſet, & eloquentia ſpectaretur, nobilior futura, ſi nulla: melius enim de his Mariana ſcripſiſſet ſuperſedendo ſcribere. Nã irritatus ex cæde Regia animus in aciem iudicium venit, & viſus eſt, occaſionem magnis cladibus poſſe dare, non dediſſe; inopinati exitus & momenta temporum iudicia, & leges variant, neque eundem ipſis ſolum criminibus obuiam eſt; ſed & criminum periculis, quæ ſæpe etiam ab ignaris ſtruuntur, & ſunt improuidi, quidam non malitioſi; in ſcholis libertas ingenijs danda eſt; ibi ſine noxa multa diſcuti poſſunt, quæ ſi eliminentur & ad notitiam publicam perueniant, in plebe rerum perignara & tot partitionum, quas eruditior intellectus facit, non ſatis capaci damna dant, quæ prauideri ſemper non poſſunt, ab ijs qui procul negotijs cum amicis muſis ætatem agunt, domi quam foris peritiores.* Iacobus Kellerius in tyrannic.

Sed ego opinor Marianæ librum. 1. ob regis lamentabilem caſum, cui Galli illud quod Machabæi Alexandro Magno (*& ſiluit terra à facie eius*) merito tribuebant, fuiſſe damnatum.

2 Quia videbatur alijs exemplis præter Henrici III. à fraterculo interfecti, in cuius narratione nimis ſe diffundit, vti potuiſſe. 3. quia regem reprehendit, & ea morte dignum fuiſſe annuere videtur. 4. quia argumentis quæ pro tyrannorum interfectoribus fiunt non reſpondet, quare cum nulla ſequatur reſponſio, in lectorum animis liberę opinionis electionem relinquit; præſertim cum affirmet tyrannos iuſtè interfici poſſe, fraterculum in ſcholis didiciſſe.

Sicut diuina virtute (qua ſola, vt ait Galenus, natus eſt homo veritatẽ videre) fieri exiſtimare oportet, vt ab ſæuiſſimis & maxime exitialibus morbis ſæpe homines liberentur: vt quum lethalibus apparentibus ſignis ſymptomatiſque moriturum ægrũ ſperes præter omnium ſpem, atque expectationem rediuiuus ad ſe, quaſi è orci faucibus ereptus redeat æger priſtinæque ſanitati reſtituatur. Sic ſolo auxilio diuino non humana ope nullo conſilio fit, vt ſceleſtiſſimi homines, quos in vitiis morituros omnes iudicabant, probi optimiq; euadunt. Franc. Valeriola obſer. med. lib. 1. obſer.

† Thomas Stapletonius in prompt. morali.

Quemadmodum altè dormiens niſi aliquo impulſu excitetur, non euigilat, nec de ſurgendo cogitat; ſic multi peccatores in longa peccati conſuetudine altum ſtertentes, de vitæ in melius mutatione nihil cogitant, niſi manus Domini tangat eos, & paſſiones à quibus veluti fluctibus rapide currentibus deorſum trahuntur, aliquo impedimento iniecto ſiſtere cogantur.

Sicut ſplene & intercute laborantes, cum larga fruuntur menſa, frigida potione delicijs ferculorũ, & ſaporibus, tunc præcipue omnium ſunt miſerrimi, Chryſ. Homil. 6. ad pop. Antioch.

ſettimi, delicijs morbum augentes; ſi vero ſiti & fame ſecundum medicorum leges cruciantur, aliquam ſalutis ſpem habent: ſic & in iniquitate viuentes ſi puniantur, à Deo, bonam ſpem habent; ſi vero cum iniquitate licentia & delicijs fruuntur, ſunt multo miſeriores.

Idem. Sicut qui febre laborat lenta illa quidem, ſed hectica & aſſidua, ſi forte ab aliquam intemperantiam incidit in febrem quandam acutam, & per vrgentem, facile eam expellit & leni medicina curatur, manente tamen ſemper hectica febre: ſic actus cito curatur, conſuetudo autem peccandi difficillime. Maximum ſaxum in montis cacumine nullo negotio ſiſtitur; vbi in vallem præcipitari cœpit vix vlla induſtria retinetur. Maxima iuſtorum peccata facile ſanantur, impiorum autem qui impetu in ſcelus currunt, nec mediocria niſi difficillime ſanari poſſunt. Dauid ſceleriter ab adulterij flagitio, & homicidij ſcelere reſipuit; Saul frequenter Dei mandatis rebellans, reprobus fit: ſed hoc ideo factum eſt, quia vocem Nathan Prophetæ Dauid audiuit, vocem Samuelis Saul audire noluit; vocem Dei non audit, qui vocem prædicatoris non accipit. Aſſueti peccato, peccati illius reprehenſionem non ſuſtinent: quidquid de illo peccato Prædicator dicit, non ſibi nec de ſe, ſed alijs, & de alijs eum loqui arbitrantur. Sic hominem quaſi extra ſe ponit peccatum & amentem facit, vt licet ei propriè loquaris, & eius ei vitia aperies, tamen te non audiat, non intelligat prorſus, ſed ad alios, & de alijs te loqui exiſtimet.

† Exemplum c. Reg. 12. 1. Reg. 15.

† Peccatum ad mentem facit.

Idem. Quæ ſpes ægrotum ſalutis manet, cum is adhibitis ſalutaribus pharmacis, non modo nihil promouet; ſed etiam grauius ægrotat? Ad peccatorum remedia inſtituta eſſe feſta ſuperius ex D. Gregorio dictum eſt, ſi illa peccatis multiplicandis ſeruiant quæ ſpes emendationis expectanda? ſi quo die maxime Deum colere oportuit, eo illū die maxime offendimus, ſi vt propheta loquitur conuertimus in abſynthium, iudicium & iuſtitiam in terra reliquimus, quid aliud nobis dictum eſt, quam quod paulo poſt ſequitur: odi & proieci feſtiuitates veſtras; non capio odorem cætuum veſtrorum.

Idem. Quemadmodum ægrotus, qui à medico ictus puriorem ſanguinem emittit, groſſiorem retinet, deficit, ille vero qui puriori retento, inutilem groſſum, & corruptum emittit, conualeſcit: ſic peccator qui bona ſua prædicat, & mala tacet ſalute excedit; ille autem viuit Deo qui bonis ſilentio compreſſis, (neque enim ea vel ignorat, vel obliuiſcitur Deus) quicquid mali habet coram Deo medico ſapientiſſimo exponit. Rurſum qui ſana membra medico oſtendit, & vulnera tegit, nunquam curabitur, imo potius quotidie deterius ſe habebit; ſic qui boni magis videri appetunt, quā eſſe, dum bona ſua iactitant, & mala tacēt, bonorum mercedem amittunt, remedium non inueniunt.

Idem. Male ſanatur à medico, qui hauſta potione, ſic eam euomit, vt nihil in ventriculo remaneat: male ille Deum per Chriſtum reconciliatur, qui reconciliatus nihilo fit melior.

Idem. Quemadmodum ægrotus qui dum pedibus conſiſtere valet, aſſiduo eget

eget alimento, quo nutantia membra ſuſtentet, vt cæcus qui per iter difficile graditur, continuo eget ductore, vt vlcus ardore ſuo finitimam carnem incedens, frigidis aſſidue liquoribus refrigerandũ eſt: ad eundem modum nos per naturæ conditionem, infirmi, per cupiditatem, cæci, in arido huius mundi ſolo plantati, fomitem peccati fœtidum circumgeſtantes, vlcere multorum peccatorum fœdati, aſſiduis orationibus & precibus ad Deum tanquam omnium malorum optimo & præſentiſſimo medicamento opus habemus ſceleſtiſſimi homines, quos in vitijs morituros omnes iudicabant, probi optimique euadant. † *Idem.*

Vt alia eſt vera ſitis ſitientis, alia falſa febricitantis: ſic alia eſt neceſſitas, alia cupiditas. Neceſſitati pauca, cupiditati nulla ſatisfaciunt. Et ſicut ſitim eſſe febrilem non naturalem tunc euidenter cognoſcitur, quando moderato potu non extinguitur, ſed quo magis bibitur, eo magis accenditur ſitis: ſic omnino non neceſſitatẽ, ſed cupiditatem eſſe, qua laboramus, tunc perſpicuè ſcitur, quando moderatis contenti non ſumus, ſed quo abundamus magis, eo plura appetimus. †

Sicut homo morbo & annis grauis, ſi debili baculo innitatur, nunquam ita illi fidit, vt toto corporis pondere in illum incumbat, ne oneris magnitudine fractus, innitentem delidat, atque deicijat: ita rebus humanis toto pectore incumbendum non eſt, nec in eis felicitatis pars vlla ponenda, aut vnquam dicendum. † *Idem.*

Quid de ægrotante homine ſperandum eſſet, qui baculo inixus, vix pedibus conſiſtere poſſet ſi quis illum externa vi impellere atque proſternere conaretur? Eodem modo anima noſtra ſpirituali ægritudine laborans, cum ob ingenitam infirmitatem, longamque peccati conſuetudinem, quaſi alteram naturam, frequentiſſime labatur, quo loco erit, aut quando ſanabitur, ſi voluptatis conſpectus, peccandi opportunitas, occaſiones mali ad peccandum adhuc alliciant. † *Idem.*

Quemadmodum qui ex natura ſurdi ſunt, ijdem & muti ſunt, quia inſtrumentum diſciplinæ qua loqui diſcitur, auditus eſt: ſic qui ſpiritualiter ſurdi ſunt, nec audiunt quid loquatur in illis Dominus, ijdem & ſpiritualiter muti ſunt, nec de Deo aut diuina loqui poſſunt, quia fides ex auditu eſt; & diſciplina recte loquendi iuxta Deum ab auditu Dei & eorum quos Deus mittit, naſcitur; quare qui vtroque hoc malo laborat ille maxime de ſalute periclitatur. Quomodo tamen ſanari queat, loca ſubſequentia declarabunt. *Idem.* † *Pſal.* *Rom* 10. †

Suaue aut amarum, ſeu vitæ inſtitutum, ſeu aliquod aliud adueniens, non ipſa facit rei natura, ſed mentis habitudo; quæ ſi amara & triſtis eſt, omnia ea amara videntur vt in ægrotis accidit, quorum palato & animo omnia diſplicent: ſi iucunda & hilaris, omnia apparent ſimilia, qualis quiſque eſt, talem ſibi fortunam fingit. Depellenda ergo omnis animo triſtitia, ne ſicut amara quædam herba cibis admixta omnes noſtras actiones reddat acerbas, omnia quæ nobis adueniunt, horrida & ingrata efficiat. *Idem.*

† Idem. Qui febribus laborant, & appetitum plane deiectum habent, cum alias coram ſe auide comedere eoſdem cibos vidēt, quos illi faſtidioſe reſpuunt, excitantur ſæpe numero ad comedendum: ſic deſidioſi ad virtutum opera, aliorum recte factis: ſic interdum commouentur, vt obiecta ignauia, & ipſi operari grauiter contendant. Sunt quippe virtutes quaſi optima quædam odoramenta: vnde Apoſtolus ſuas pro Chriſto paſſiones eſſe odorem vitæ in vitam ſcripſit. Quemadmodum ſuauia aromata ad ornamenta proprium quiddam per aerem continentem ſpirant quibus præſentes recreantur; ita vir bonus, toti ſibi commorantium contubernio ſalutaris & iucundus eſt. Sed vt ipſa aromata tunc maxime ſpirant, quum vel confricantur, vel conteruntur: ſic virtutum opera tunc maxime mouent, cum laudantis oratione explicantur, vt hic Chriſtus Ioannis virtutes etiam oratoriè tractat †, interrogationibus acutis auditores excitans.

† 2. Cor. 2. Baſi hom. in Gord. mart.

† Idem. Pſalm. 21. Peſſimum valetudinis ſignum eſt, quum remedia, quæ ſanitatem adferre ſolent, morbum augent: ſic nihil illis hominibus deploratius, qui ex ſanis conſilijs peiores fiunt: lex Domini conuertens animas ait Dauid. Qui ergo illa audita non conuertuntur, ſed peruertuntur, ad impietatis faſtigium perueniſſe putandi ſunt, conſummatæ nequitiæ indicium eſt, facinus quod vna non ſucceſſit via, alia ſemper atque alia pertinaciter aggredi.

† Idem. Vt qui laborant, non affectant haberi vlceroſi, ſed magis fugiunt videri, quam eſſe: ſic peccatores omnes nec adeo quiſquam impius eſt; vt etſi in facto impius forte non erubeſcat, de ipſa tamen impietate non pudeat, aut in ea ſibi placeat.

† Idem. Qui podagra laborat, pedes habet, ſed non ad currendum. Qui Luſcus eſt, ambos oculos habet, ſed non ad clarè & perſpicue videndum: qui à ſuperiori aliqua poteſtate ligatas manus habet (vt loquuntur) manibus certe non caret; ſed vt libere quod vult, agat manus non habet: ſic omnes aures habent, ſed pauci ad audiendum, nempe id quod bonum eſt, & bene & vt oportet. Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam.

† Eccleſ. 3.

† Idem. Quemadmodum vlceroſi quidam qui ex vlcerum ſuorum oſtentatione ſtipem colligunt, ſi ſalutem illis pollicearis, plane reſpuunt, quia per vlcera ſua alimentum ſibi & lucrum parant: ſic iſti voluptuarij, prorſus in carnem conuerſi, ſuarum voluptatum illecebra ſic deliniti ſunt, vt neque morbum agnoſcant, nec ab illo ſanari velint. Nihil igitur mirum, ſi verbum Dei auditum in illis penitus ſuffocatur.

† Idem. Corpore ſæpe ægrotamus abſque culpa noſtra: ſed ſi medicamenta contra morbum data reſpuimus, & reſpuentes decimus, noſtri ipſorum homicidæ ſumus. Hoc eſt de quo ſpiritus ſanctus mundum arguet, quod nec remedia ſalutis vberrimè data acceptauerint, nec de gratiæ talentis datis aliquid ſuperlucrati fuerint. Hæc ſane cura pios animos vel maxime remordet non ſolum ne peccent, ſed præterea ne Dei donis non ſatis fructuoſe vtantur.

† Idem. Vt proteruus æger neceſſaria corporis medicamenta, tormenta corporis vocat

ris vocat, & medicum crudelitatis accuſat; ſic proteruus & impius Caluinus, alijque horum temporum hæretici digna pœnitentiæ opera, quæ animabus curandis Apoſtoli adhibuerunt, & poſt illos Eccleſia, animarum tormenta vocant & aſperitatis ac ſeueritatis nimiæ Eccleſiam accuſant non præſentem modo, ſed & antiquiſſimam omnium, quę poſt Chriſtum, ætatum patres.

Infirmus qui ſe morbo oppreſſum neſcit, medicinam non quærit, ſuperbus, quia ſe virtute plenum extimat, Chriſti gratiam & medicinam non implorat. † *Idem.*

Sicus hydropicus corripit eum, cui digitis tumet, ſui ventris immemor: ſic iſti faciunt cenſores hypocritæ, ſordes tergere nõ valent manus, quum lutum tenent ab immundo quid mundabitur? vir pauper calumniãs pauperes ſimilis eſt imbri vehementi, in quo paratur fames. Quem enim conſolari debeat, eodem morbo laborans eundem vexat calumniando, & iudicando, ſicut imber qui terram fœcundare ſolet, nimium inundans, & intempeſtiue cadens eam ſterilem reddit. † *Eccleſ. 34. Prou. 28.*

Quemadmodum hi qui non ſitientes bibunt, & non eſurientes edunt, etiam ea quæ eſurientes ac ſitientes ſumpſerant, euomunt, & dum ſuperfluos ingurgitant cibos, neceſſariis priuantur: ſic omnino ambitioſi nouos ſemper honores appetentes, nec illis quos habent potiuntur. † *Idem.*

Quemadmodum ægrotantes in magno dolore, vbi viderint medicum, non amplius dolent: ita cum quis triſtitiæ laborat, minus habet mœroris, præſentem intuitus amicum. † *Philemo apud Stobæum ſer. 11.*

Sicut æger obſequẽs eſſe debet domeſticis medico quoq́, præcipuè qui falli nullo modo debet, occulta enim intemperantia ſoli ægro periculum imminere certum eſt. Sic pœnitens confeſſario obedire debet, omniaque ei humiliter ac reuerenter aperire. *Alexander benedictus de medici & ægri officio. lib. 1. cap 1.*

Sicut qui diuturno morbo eſt aſſuetus, illum amplius pro morbo non habet; ſic quibuſdam vitijs, qui diu eſt deditus, pro peccatis ea non ducũt vt ſunt hæretici, qui comeſſationes, laſciuias, & eiuſmodi pro peccatis non habent. Vt enim inquit Iacobus Gretſerus: *comeſſationes, crapulæ, ebrietates laſciuia, turpiloquia Eutrapelia omnem excedunt modum in turba iſta, idque adeo, vt pro peccatis hæc propemodum nemo ducat.* *Iacobus Gretſerus in libello cui tit. Monſtrantia Euangelico Lutherani.*

Sicut qui morbis contagioſis laborantium conſortium effugiunt ab ijſque ſe ſeparant ſani, & liberi ab eiuſmodi morbis viuunt: *Sic qui ſe ab impijs ſeparat, nec ſequitur eorum conſilia actiones & doctrinam, eſt beatiſſimus.* *Gilier. Genebrardus in Pſal. Dauid.*

Sicut ſcalpere cicatrices, vulnera renouat. *Sic memoria iniuriarum præteritarum renouat turbas, & reſuſcitat affectiones animarum.* *Petrus Matthæus in hiſ. probat.*

Solet inſipiens vinum à vulnere abijcere, ne paruum dolorem patiatur: ita vir imprudens doctrinam abijcit, quia ei aſpera eſt.

Qui eſurit aut ſitit, & cibo aut potu ſatiatur conuenienti, ſanus iudicatur, qui vero non ſatiatur cibo ſumpto, aut potu, ſed quo plus ſumpſerit, plus appetit, infirmus merito putatur; nec ei remedium eſt, plus comedere aut bibere, ſed humorem tollere, qui interius latens famem vel ſitim auget: † *Ioan. Oſorius in conc. Dom. 12 poſt Pent. conc. 2.*

auget: Huic perſimilis auarus eſt qui nunquam impletur, ſatiatur nunquam, iuſtus vero contentus ſua ſorte eſt, amplius non appetit.

† *Idem.* Sicut infirmatur infans, nec potionem amaram ſumere valet præ teneritudine; ſumit eam nutrix, vt in lacte ſuaui ſit aliqua medicinæ qualitas, & virtus, qua infans ſalute reſtituatur: ita non poterat homo pro peccato ſatisfacere; ſtomachus ei non erat, vt potionem biberet, qua peccatum deleretur: ſumit eam Chriſtus Dominus, tanquam nutrix, & poſtea in lacte ſuaui facilis pœnitentiæ peruenit ad nos virtus potionis, & calicis Chriſti, & applicatur nobis meritum, & ſatisfactio Chriſti; & ita nos ſanamur.

† *Idem.* Vt ſanitatem conſequaris tantum opus eſt vt doleas de infirmitate tua, & eam medico dicas, non inedias, non purgationem, non phlebotomias à te exigo. An non illa facilis iudicaretur medicina? Quis vel ad horam ęgrotaret? cur igitur non facilis iudicabitur, vt animæ ſalutem conſequaris, & febrem peſtiferam peccati cures pœnitentia, in qua illud ſolum à te exigitur, vt doleas de peccato, & illud confeſſario manifeſtes. Recte Paulus. *Heb. 2.* Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, oblatam nobis facili ac ſuaui medicina.

† *Idem.* Quidam in ſpiritualibus infirmitatibus adeo ſe negligentes exhibent, ac illi qui in corporalibus vlceribus poſt longa tempora medicum conſulunt vel chirurgum, cum iam difficillimum ſit remedium: de quibus Eſaiæ: vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec fœta oleo, nec curata medicamine: ex quo illud euenit, quod per prophetam dicitur in- *Eſ ia 1.* curabilis fractura tua, peſſima plaga tua. Hinc eccl. languor prolixior *Hier. 30.* grauat medicum; leuem languorem prædicit medicus. Hinc 4. Reg. 4. *Eccleſ. 10.* miſſurus Eliſæus Giezi, vt ſuſcitet filium Sunamitis, ait: Accinge lumbos *4. Reg. 4.* tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo non ſalutes eum; & ſi ſalutauerit te quiſquam, non reſpondeas illi, pones baculum meum ſuper faciem pueri. Bene ergo parer puellæ ait: Modo defuncta eſt; ſed veni? innumera enim mala ex dilatione conuerſionis proueniunt in animam.

† *Idem tom. 3.* Phreneticus homo aliquando cordate loquitur, & putant qui cum audiunt non infirmari, & ideo medicamina non adhibent, ſed aliquando inſanias loquitur, & tunc infirmitatem oſtendit, & neſciens quid dicat, dicit quod ei expedit, vt ſanitas eius quæratur & medicina ei adhibeatur. Erant hi diſcipuli phrenetici ambitione, biberant de calice illo mulieris illius *Apoc. 7.* Babylonicæ, & inſani erant ſuperbientes. Non ſe agnoſcebant, nec ſuperbiam ſuam videbant, ideoque medicinam non quærebant, quia infirmitatem ſuam neſciebant. Num ergo permittit Chriſtus Dominus, vt inſanè loquantur, vt petant quod neſciunt, vt ab eo curentur, & ſanentur, & illi infirmitatem agnoſcant, & humilitatis medicinam ſumant, & ſic nunc ſciunt, quid petunt, quia aperiunt occultam ægritudinem.

† *Idem.* Solent aliquando infirmi ita male ſe habere, vt medicus dicat: tollite eos, & ducite in patriam, ibi enim aer conueniens naturæ ipſorum eſt, &

terra

ferrę natura, ibi melius habebunt: vulnera Chriſti patria noſtra ſunt, in quibus nati & renati Deo ſumus & in filios Dei regenerati; ibi omnis ægritudo tollitur. Hinc de ſe refert Hieronymus quod cum moleſtiſſimis carnis tentationibus vrgeretur, & nullo medicamine adhibito remedium inueniret, ad vulnera Chriſti cum primum accederet, non medelam ſolum reperiebat, ſed angelicam experiebatur puritatem.

Ep. 4. ad Ruſticũ & 22. ad Euſtochium.

Non ſolum æger gaudet ſalute adepta, ſed & ſpe ſalutis, quam & medicus cito affuturam dicit: omnes Chriſtiani hoc in ſtatu verſamur, omnes infirmi ſumus peccato, & curatione indigemus, omnibus his eſt ſuper regno æterno, omnes in Dei domeſticos adſcribi deſideramus, & curamus; gaudendum ergo nobis eſt, non ſolum cum illud adepti fuerimus quod exoptamus, ſed etiam cum nobis ſunt coniecturæ, quibus ſpem concipimus illud aſſequendi.

¶ Idem tom. 9.

Quemadmodum infirmus, qui curatur á peritiſſimo medico, licet dubitet, an recte curetur, euentus tamen conueniens & valetudo ſequens oſtendit medici peritiam; ſic in fine mundi nobis innoteſcit, qua arte á Deo nobis remedium adhibitum ſit, & omnis res noſtra comparebit: interim ſatis nobis ſit noſſe Deum medicum prouidentiſſimumque hæc ordinare in bonum noſtrum.

Idem.

Curandum autem homini valde eſt, vt recte confiteatur, ne forte deceptus á confeſſione redeat, putans ſe ſanum, cum infirmus ſit, quod omnium periculorum maximum eſt: de quo ſapiens ait. Generatio quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota á ſordibus ſuis. Dixi hoc maximum diſcrimen eſſe, quia neſciens infirmitatem ſuam, non eam curat, & ideo perit miſere, qui enim nouit in peccato ſe eſſe, cum periculum adeſt, ſibi proſpicit.

Idem. Prou. 30.

Si ergo vides te á Deo derelictum, & deſiderijs tuis traditum, time; Deus enim conuerſus eſt in inimicum tuum, ſed cum eo ſupplicium hoc deuenit; vt permittat Deus hominem infidelem fieri, & fidem amittere, hoc crudeliſſimum ſupplicium eſt, licet iuſtiſſimum. Cum enim peccato induratus homo eſt, ſi fidem retineat, nouit ſe in peccato eſſe, nouit remedium, & vbi inueniendum ſit, ſed qui fidem amiſit quomodo remedium quæret, aut inueniet, cum extra eccleſiam ſalus non ſit nec medicina.

† Idem tom. 4. in exped. Belgica contra hæres.

Ac ſi per ſimilitudinem dicat ſumenti cibum, & non digerenti perniciosum eſt ei, cibus ſiquidem indigeſtus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit. Ita & multa ſcientia ingeſta ſtomacho animæ, quæ eſt memoria, ſi decocta igne charitatis non fuerit, & ſuper quoſdam artus animæ, mores ſcilicet, atque actus transfuſa atque digeſta, quatenus ipſa de bonis quæ nouerit vita atteſtante, & moribus, bona æſtimatur: nonne illa ſcientia reputabitur in peccatum, tanquam cibus conuerſus in prauos noxioſque humores? An non malus humor? peccatum? an non mali humores, praui mores? an non inflationes, labes in conſcientia ſuſtinebit, qui eiuſmodi eſt ſicut ſciens bonum & non faciens?

‡ Idem tom. 4. ad Scholaſt. in initio ſtudiorum.

† *Plutarc. in moral.* Quemadmodum qui dentibus laborant, protinus medicum adeunt, malum exponunt. qui febre tenentur, aceerſunt: at phreneticus, nec accerſit, nec admittit, ob morbi vehementiã: Ita qui vitia ſua celant, nec admonentes patiuntur, de his nulla ſalutis ſpes.

† *Baſilius orat. 15. de guent.* Vt perinde ac hi, qui ex cholera laborant, ſemper id quod ante ingeſtum eſt, eiicitur: & ſi priuſquam penitus purgari fuerint, alium cibum ſemper ingeſſerint, ſummo iam dolore, ac lancinatione vomunt: ita etiam qui fœnora exercent, vſuras ex vſuris tranſmutantes, anteaquam priora expurgentur, alterum mutuum ſuperinducunt, atque vbi paululum aliena in deliciis habuerint, deinde ob res proprias lugent.

† *Plutarc. in moral.* Quemadmodum hominem vehementer ægrotum, vel Lunæ deliquium, vel ventus aſperior, vel maris deceſſus, aut huiuſmodi quæpiam leuis rerum commutatio tollit è medio: Ita animos imbecilles & affectibus corruptos quæuis offenſa perturbat: cùm qui firmis ſunt animis, iſtiuſmodi non ſentiant.

Idem. Quemadmodum qui ſtomacho valent, & animantia ſaniſſima, ſaxa, ferrum, ſerpentes & ſcorpios concoquunt, eaque in nutrimentum vertunt: contra valetudinarij etiam pane & vino offenduntur: ſic ſtulti & amicitias perdunt, ſapientes etiam inimicitiis rectè norunt vti:

† *Hierony. ep. ad Ruſticum.* Quemadmodum ſcire non poſſumus ægrotationis mala, niſi cum fuerit ſanitas conſecuta: & quantum boni virtus habeat, vitia demonſtrant, clariuſque fit lumen comparatione tenebrarum.

† *Plutarc. in moral.* Vt qui morbo laborant, cibos puriſſimos & lautiſſimos faſtidiunt & recuſant, ſi quis edere compellat: ijdem reſtituti bonæ valetudini, caſeo quoque aut cæpe lubenter veſcuntur: ita ſtultis magnifica fortuna iniucunda: ſapientibus humilis ac tenuis fortuna ſuauis.

† *Refert Ioan. à S. Gemi. in ſum. de exempl. lib. 10.* Quemadmodum inſani non proſperitate eriguntur, ſed inſania quam ſubeunt, vnde affligi debuerunt, & exinde miſeri in exultatione defluunt, vnde altius flendi ſunt: ita proſperi peccatores ſunt freneticis ſimiles, qui inſaniam, virtutem putant, quia ex morbo eſſe neſciunt. hoc quod amplius non poſſunt & quaſi creuiſſe viribus ſe æſtimant. Dum ad vitæ terminum per augumenta doloris appropinquant. quia rationis ſenſum non habentes flent, & rident, & tanto magna æſtimatione ſe dilatant, quanto inſenſibile malum quod patiuntur ignorant.

† *Ioan. à S. Gem. in ſum. de exempl. lib. 10.* Sicut aliquis habens quartanas, vel tertianas non dicitur curatus eſſe, ſi in diebus in quibus non eſt acceſſio non febricitet: ſimiliter nullus dici debet patiens pro eo quod ipſe non turbatur, cum nulla ſit ei moleſtia: ſed ſi inſtante tribulatione vel miſeria patiens eſſet, tunc diceretur patiens: ſicut ille qui in tempore acceſſionis non febricitat, diceretur eſſe curatus, & ſanus à febre.

Quemadmodum ægroti qui initio morbos depellere non curant, in maiores & grauiores incidunt: ſic peccatores qui leuia peccata deſpiciunt, in fœdiſſima prolabuntur.

† *S. Aug. in Pſal. 21.* Quemadmodum male agit ille ægrotus, quem morbos irritaſſe non puduit,

duit, remedia verò ſumere erubeſcit: ſic neſatio ſuffunditur pudore, *quem peccare non puduit, agere pœnitentiam pudeat: ô incredibiles inſanias de vulnere ipſo non erubeſcis, de ligatura vulneris erubeſcis: nonne putridum nudum fœdius, & putidius eſt. Confuge ergo ad medicum, age pœnitentiam.*

Sicut difficile eſt ægrorum grauiſſimo morbo conflictatum, ſine ope medicorum & pharmacorum vi, ſalutem recuperare poſſe: ſic impoſſibile peccatorem ſine Dei adiutorio & contritionis remedio peccata poſſe expiare: *Impoſſibile enim eſt quempiam de ſe ipſo triumphare poſſe, donec experimento didicerit, propria virtute ſe non poſſe obtinere triumphum.*

† *Richar. à S. Vict. lib. in cant. cap. 21.*

Quemadmodum qui amara bibunt antidota, patienter ferunt quidem primam moleſtiam, & tunc ſenſum percipiunt ſoſpitatis. tale quiddam eſt etiam virtus, tale quoque illic malitia: in iſta primum eſt mœſticia, & tunc iucunditas procreatur.

† *Chryſoſt. hom. 30. ad Hebræos.*

Sicut qui corporali morbo laborāt, quamuis ſexcenties remedia afferat medicus, & valetudinarius medicinæ curam reſpuit, & medicus imponens pharmacum, infirmus autem impatiens doloris illud reiiciat, nulla inde vtilitate ſuſcepta: Ita nihil effecerit eccleſiaſtes niſi obtemperent auditores.

† *Idem hom. 2. in Gen.*

Velut ſi aliquis ſæuiſſimo Hydrope, vel quolibet immedicabili languore conſtrictus, hunc quidem etiam negligat, eum vero culpet, qui exiguum in aliqua corporis ſui parte non curet tumorem. Si vero malum eſt propria peccata non cernere; duplex iam aut triplex peccatum eſt iudicare, alios & in ſuo oculo trabem abſque dolore geſtare. Omne quippe peccatum trabe grauius eſt.

† *Idem hom. 20. in Matt.*

Vt ij qui phreneſi laborant, irrident aut verberant ſuos medicos: *ita plerique eo ſtultitiæ venerunt, vt aſpirare ad bonam mentem nolint.*

† *Lipſ. in cent. 1. ep. 43.*

Vt ſuus cuique morbus videtur atrociſſimus: ita ſuum cuique incommodum maximè dolet.

† *Plinius.*

Quod ægris euenit, quos longa imbecillitas vſque adeò affecit, vt nunquam ſine offenſa proferantur: hoc accidit iis, quorum animi ex longo morbo reficiuntur.

† *Seneca ep. 7.*

Vt qui per febrim, aut ephiatrem horrent, atq; æſtuant grauius afficiuntur ijs, qui eadem foris patiuntur: ſic fortunæ res quod foris aduenian, minus diſcruciant, quàm ea quæ ſunt animi.

Idem.

Vt qui laborant aduerſa valetudine iis omnia ſunt moleſta, faſtidiunt cibos, incuſant medicos, ſuccēſent amicis. At reſtituta ſanitas omnia reddit iucunda; ſic animo ægroto quæuis vita, inſuauis animo ſano nullum vitæ genus non iucundum.

† *Plutarc. in moral.*

Qui corporis morbo laborant, quieti ſe tradunt, medicum acceſſunt, abſtinent: ſed qui ægrotant animo, quo grauius ægrotant, hoc magis abhorrent à quiete, & à medico.

Idem.

Vt grauius ægrotant ij qui cum leuari morbo videntur, in eum de integro inciderunt: ſic vehementius nos laboramus, qui profligato bello ac penè ſublato renouatum bellum gerere conamur.

† *Cic. lib. 12. epiſt.*

 Vt

† Vt magis humectat ventrem magiſque ſitim pellit humor, qui ſenſim
Plinius. infunditur, quam qui vniuerſim hauritur, ita magis cohibent à petendo munera paulatim data, diſpenſataque, quam ſi ſemel donentur vniuerſa.

† Quamuis æger non ſit ſine morbo, non tamen idem eſt æger, & morbus: ita aliud eſt beneficium ipſum, aliud quod ad vnum quemque noſtrum beneficio peruenit. *Seneca lib. 6. de benef. c. 1.*

† Sicut infirmus qui venit ad medicum, ex parte iam ſanus eſt: ſic ipſe peccator cum adit ſacerdotem, & doctrinę aut pœnitentiæ medicinam quærit, ex parte iam iuſtus eſt. *Chryſ hom. 8. oper. imperf.*

† Vt vitia corporis nequaquam quibusvis temerè homines aperiunt, ſed his tantummodo qui eorum curandorum rationem teneant. Eodem modo etiam peccatorum confeſſio fieri debet, apud eos videlicet, qui ea norint curare. *Baſil. in Reg. breu. interrog. 229.*

† Vt qui à cane rabido morſi ſunt, non ſolum rabiunt ipſi, verum etiam alios contagio inficiunt: ita qui hæreſim & peſtilentem aliunde imbiberint opinionem, & alios ſuis inficiunt colloquijs. *Plinius.*

† Vt difficillimè ſanantur qui ſui ſenſu carent in morbo, velut lethargici ac phrenetici: ita difficillimè reuocantur ad bonam mentem, qui non agnoſcunt ſua vitia. *Plutarc. in moral.*

Vt nemo ferret, ſi quis medicus, vel Æſculapius vltrò accedens ad alienum morbum, percontaretur, num haberet fiſtulam in ano? aut num mulier haberet cancrum in pudendis? multò magis eijciendus curioſus, qui aliena mala non curat, ſed retegit tantum idque non accerſitus. *Idem.*

Vt qui febri laborant, è diuerſis diuerſa capiunt, hoc eſt è calidis frigeſcunt, è frigidis caleſcunt: ſic & diuitiæ moleſtiam adferunt ſtultis, & paupertas gaudium ſapienti. *Idem.*

† Vt quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem cibi non ſentiunt: ſic auari & facinoroſi veræ laudis guſtum non ſentiunt. *Cicero.*

† Vt è corporis morbo quidam hoc excerpunt commodi, quod vacant negotijs quibus diſtringebâtur, & quoſdam labores obiecti reddidere validos: ſic quibuſdam exilium paupertas, naufragium occaſio fuit philoſophandi. *Plutarc. in moral.*

† Quemadmodum tyrones leuiter ſaucij non vociferantur, imo manus medicorum magis quam ferrum horrent, & veterani quamuis confoſſi patienter ac ſine gemitu velut aliena corpora excoriari patiûtur: ita tu nunc debes te fortiter præbere curationi. *Seneca ad Elbiam matrem.*

† Sicut quidam fame coacti, cum deeſt quod edant, ſuis ipſorum artubus turpiter veſcuntur; ſic quidam ſiti gloriæ cum deeſt, qui laudet, ipſi laudant ſeipſos non ſine dedecore. *Plutarc.*

Sicut qui lippiunt, aut alioqui laborant oculis, non ſinunt alios admoliri manum, atque lugent quibuſuis ſeſe tractandos exhibent, vt malum, quo laborant exacerbatur. *Idem.*

Veluti

Veluti febricitantibus amara videntur omnia, at vbi conſpexerimus *Idem.*
alios eadem non faſtidientes, iam non cibum; ſed nos ipſos incipimus accuſare: ſic deſinemus incuſare negotia, ſi viderimus alios eadem hilariter ac libenter obeuntes.

Vt natura alius ad aliquem morbum procliuior: ſic animus alius ad alia *Cic. lib. 4.*
vitia propenſior. *Tuſcul. quæſt.*

Quemadmodum cui eſt impoſitum cataplaſma, & cui inuncti ſunt oculi, vel ipſo aſpectu præbet morbi ſuſpicionem, ita fuci, tincturæ & colores illiti, animam intrinſecus ægrotare ſignificant. *Clem. Alex. lib. 2. pæd. 2.*

Vt ægrotus non quærit medicum diſertum, ſed ſanandi peritum: ſic à Philoſopho non requirimus orationem phaleratam. *Seneca.*

Sicuti qui morbo laborant regio, ijs mel cæteris dulciſſimum amarum eſt; ſic ſapientiæ præcepta pijs iucunda, triſtia ſunt ijs, qui prauis affectibus corrupti ſunt. *Plinius.*

Vt qui diutina tabe conficiuntur, non effugiunt mortem, ſed lentè moriuntur; ſic qui non ſtatim puniuntur, non effugiunt pœnam, ſed longa ducuntur pœna. *Plut.*

Sicut homo ſanus & fortis continuat viam ſuam, ſed homo æger & debilis & ſi incipiat viam cito deficit: ſic iuſtus perſeuerat, ſed peccator non continuat. Iob. tenebit iuſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem. *Ioan. à S. Gem. lib. 5. cap. 55.*

Sicut ægri non debent medicos temerè obiurgare; ſic ſubditi malè agunt, quando facta ſuorum principum vel prælatorum redarguunt.

Sicut ægri aliquando à medicis relinquuntur: ſic amici in aduerſa fortuna ab amicis deſeruntur.

Sicut ægri morbo difficillimo laborantes; ſic homines inconſtantes die ac nocte nunquam quieſcunt; *Inconſtans enim, & mutabilis homo ſimilis eſt infirmo, in graui & afflictiua infirmitate cõſtituto, qui nocte adueniente optat quod cito tranſeat; & dies ad ſurgendum fiat; & rurſus in die afflictus veſperam & noctem expectat. Sperans ſcilicet, ex varietate temporis minui vim doloris. In nocte enim qua eſt dormiendi tempus accipitur torpor ocij, per diem vero qui eſt tempus operis exercitatio actionis intelligitur. Similiter in veſpere, quia ſomno congruit, rurſus ocij deſidia ſignificatur. Inconſtans ergo animus in nocte diem quærit, quia in quiete exiſtens exercitium actionis appetit; & rurſus in die veſperam expectat, quia in exercitio poſitus ocium quietis exoptat. Vnde dicitur Iob. Si dormiero dicam: Quando ſurgam? & rurſum expectabo veſperam. Humanus enim animus (vt Auguſt. dicit) quia illa in qua fuit cõditus inſtitia ſodalitate nõ ſigitur alternantis ſemper deſiderij motu variatur, vt quietus actionem deſideret & deſiderij, & occupatus ad ocium anhelet; vnde ſi dormiero, ſcilicet per quietis ocium quando ſurgam, ſcilicet ad actionis exercitium. Et rurſus in exercitio poſitus expectabo veſperam, id eſt, inquietis deſidiam.* *Idem li. 10. c. 33.* *Iob 7.*

Sicut ægroti toto lecto ſe conuertunt, modo ad ſpondam interiorem, modo ad exteriorem, membra iactant, & corporis iactatione ſeſe nudant; ſic peccatores nullibi poſſunt conquieſcere, ſed dum hac, illac diuagantur, pecca-

peccata & ſcelera nefariè aperiunt, ac diuulgant.

Sicut ægrotis ſunt appetitus deprauati, & cibos ſuauiſſimos reſpuunt, propter copiam humorum, qui os ventriculi erodunt; ſic vitijs affecti, egregia ac ſingularia contemnunt, fœdiſſima quæque expetunt, propter abundantiam vitiorum, quæ menti obſcuras caligines offundunt.

Sicut grauiſſimo aliquo affectu laborantes, morborum magnitudinem diu diſſimulare non poſſunt; ſic ægri animo vitia diu occultare nequeunt.

Vt ægroti acerbiſſimo morbo tentati, eius ſymptomata ſuſtinere diutiuſ non poſſunt, ſed neceſſe eſt, vt ſuccumbant, & intereant: ſic anima grauiſſimis peccatis onerata, niſi expurgetur, neceſſe eſt vt langueat ac pereat.

Quemadmodum qui valde febricitant, appetitum, & robur amittunt: ſic qui principum aulas inhabitant, mentem & bonos mores perdere ſolent, niſi frequenter animo repetant hoc dictum: noſce te ipſum.

† Antonius Monach. ſer. 59. Sent.

Sicut infirmus donec medioctiter habet aliquam paſſionem, & ſperat ſe poſſe curari, ſeruat ſe à nociuis eſcis; ſi autem intellexerit inſanabilem ſe iam eſſe, iam non parcit: ſic & homo donec medioctiter peccat, ſperat ſalutem, quantumcunque poteſt obſeruat ſe à malo: ſi autem grauiter peccando cœperit deſperare, iam nihil dubitat facere quaſi qui iam peccatis ſuis vincit iudicium Dei.

† Chryſ. hom. 40. operis imperf.

Quemadmodum vomitu laborantes in principio quidem detinere intus egredientes humores nituntur, cum vero faſtidio victi ſuccubuerint, magnis ſingultibus è profundo omnia eructant: ſic qui praua conſilia in proximos verſant, cum malignitatem mentis ferre nequeant, obtrectationis ſaniem euomunt.

† Idem homil. 43. in mat.

Vt febri atque phreneſi laborantes perexiguam quadam linearum rectarum ſimilitudine in pariete deſcriptam decepti, animalia quædam deformia videre exiſtimant, & teſtantur, vt aſſerit Ariſtoteles: ſic improbi homines animi ægritudine deprauati, lineas rectas hoc eſt, aliorum facta illuſtria, digna quæ publicis munimentis mandentur ad memoriã poſteritatis ſempiternam, non ſolum ſpoliant ornamentis, ſed etiam vitio vertunt, & ad calumniam rapiunt.

† Hector Pintus in Eſai. ca. 6.

Vt æger intemperanter abutens ſalutari potione, conuertit eam in perniciem; ſic impij diuinam miſericordiam contemnentes, ſpem impunitatis in illecebram grauius delinquendi conuertunt.

† Idem ca. 57.

Quemadmodum qui non poteſt aciem oculorum dirigere in ſplendidum ſolem, videt illum in pelago: ſi cum Deum non videamus in eius eſſentia, poſſumus illum intueri in admirabili ſupplicio Tyrannorum.

† Idem in Nahum cap. 1.

Quemadmodum vulnere percuſſus, ſi quando ei adhibetur remedium non ſentit ferrum chirurgi, & vulnus ſine gemitu tractatur mortis ſignum præfefert: ſic flagitiis conceptus ſi non ſentit caſtigationem Dei, nec eius mouetur ſupplicio in ſummo periculo verſatur.

† Idem cap. 9.

Vt eorum qui cadunt aliqui à fronte alii à tergo decidunt: ſic & ſpiritualiter accidit. Iuſti enim à fronte cadere dicuntur, impij autem à tergo: nam qui decidunt ante faciem, vident locum ruinæ, poſſuntque ſe facile erigere & manibus adiuuare: non autem qui retrorſum ruunt. † *Idem in Daniel. ca 8.*

Vt mendicus membra ſana tegit, ea autem oſtendit, quæ ſunt ſaucia & tabe confecta, & vlnere labefactata, vt eleemoſynam obtineat: ſic peccator non eſt virtutis actiones Deo oſtenſurus, ſed vlcera animæ, & membra ægritudine viciorum extabeſcentia, vt miſericordiam conſequatur. † *In Ezechiele cap. 3.*

Quemadmodum mendicus in via iacens non ſolet tranſeuntibus ſana membra oſtendere, ſed ſaucia & vulneribus confecta, vt eos moueat ad miſericordiam: ſic nos non ſumus has virturum actiones oſtenſuri ſed peccata, & animam flagitiis percuſſam, vt eius moueamus pietatem. † *Idem cap. 7.*

Quemadmodum ſol qui ſanis oculis gratus erat, ipſis morbo laborantibus moleſtus efficitur, cum ipſe apud ſeipſum maneat ſemper idem qui fuit: ſic Deus qui benignis benignus oſtendebatur, & miſericordibus miſericors, ipſis in flagitia incidentibus, & immanitatis ægritudine laborantibus iratus apparet, cum ipſe ſit Deus immutabilis, qui antea erat. † *Cap. 15.*

Vt ille, qui filium habet integra valetudine pollentem, & ſeruum ægritudine laborantē durius & ſeuerus tractat filium, quam ſeruum, non quod magis diligat ſeruum, ſed quia velit eum incolumitati reſtituere; quem ſcit graui morbo laborare. Filium autem quem amore incredibili proſequitur, reprehendit, vexat & exulcerat: ſic Deus interdum filios, quos diligit, affligit, permittens eos in gemitu & labore verſari, in ſceleratos autem indulget, vt proſpera media, mundi opes & externas commoditates conſequantur, quò ab animi ægritudine liberentur. † *Idem in Ezechi. ca. 1.*

Vt luctator eum qui ſecum in paleſtra contēdit amplectens, fert in ſublime, vt eum inde proſternat in terram: ſic mundus ideo nos extollit, vt præcipitet, vt ex vertice falſæ & fluxæ gloriæ ruamus ad profundum veræ & perpetuæ ignominiæ. † *Idem cap 2.*

Vt ſenſus ob ægrotationē aliquam deprauatus & corruptus, dulcem fauum iudicat amarum: ſic animus peſtiferis opinionibus corruptus, ſuauia Dei verba contemnit & inſuauia exiſtimat. † *Idem cap. 3.*

Vt ſaniores è mari veniunt, qui nauſea grauem ſtomachum exonerant, ita è procellis huius vitæ qui corporis languore animi fœces abluant. † *Erycius Puteanus ep. fer. 2. ep 19.*

Sicut non ſemper eſt malum, quando æger medicis non paret, idque quando ſcientiæ medicæ contraria præſcibit: *ſic non obedire præcepto ſuperioris non eſt ſemper malum. can: non ſemper. 11. q. 3. ſed tum eſt ei parendum, quando non repugnat, aut Dei aut eccleſiæ aut ſacrorum patrum inſtitutis, quod ſi contrariatur, ſpernenda eſt poteſtas imperantis, inquit tex. in c. qui reſiſtit poteſt eadem q. 3. & in c. ſi Dominus &c.* *Aldoranus, Mascardus in comm. I. V. concl. 1. num. 154.*

† Sicut qui ad peſte fameque infectam pereuntemque regionem ſe confert, peſtis famiſque damna inuenit: ad ſanam autem fertilemque plagam accedens reficitur; Deo ſtabili conſilio tam diuerſa in illis oris prouidente; ita profecto hominem in Ægyptum peccatum inquam deſcendentem Dei maledicta, vbi repoſita corripiunt: aſcendentem vero atque fugientem, & confugientem in ſanctam Ieruſalem, diuina pax accurrens ac ſupra collum procumbens oſculatur, & lauto excipit gratiarum conuiuio.

† Franc. à Meſſana lectura in Zachariam 2. 6.

Vt difficillime curatur qui medicum audire non ſuſtinet; ſic non ſaluatur qui verbum Dei audire nolit. *Quid enim ſit miſerabilius illis, quibus aures mentis ſic occupatæ & impeditæ ſunt terrenis cupiditatibus, vt non queant audire verbum Dei, quod poſſit ſaluare illorum animas? Quid periculoſius illis quorum lingua ad blaſphemias, ad maledicta, ad detractionem, & verba turpia eſt promptiſſima, & expeditiſſima: ad orandum vero, benedicendum, conſolandum, mala ſua confitendum eſt difficillima? Tales homines difficillime curantur. Quomodo enim cures ægrotum, qui nullum medicum audire ſuſtinebit, qui ſe bene valere perſuaſum habet?*

Ioan. Hoffmeyſterus in hom. in Euang. Dominica 13. poſt Trinitate.

† Neque ſi quis vulnus acceperit, & medicinam impoſuerit, non diligenter alligabit, ſed decidere permittet, neque aquam puluerem, & alia vulneri contraria non cauebit, ne grauius malum ſequatur: non medicinæ, ſed propriæ deſidiæ culpa hoc nobis accidere ſolet, cum diuinis ſermonibus parum, ſæcularibus ſemper attendimus: ita ſemen omne ſuffocatur fructus nullus prouenit.

† Chryſoſt. hom. 83. in Ioan.

† Fra tanti gratioſi e ſuccinti afforiſmi, laſciati da quel gran ſplendore della Medicina Hippocrate, vtiliſſimo fu quello: ægrotantes febre non debent cibari niſi prius euomant, & qui manducat potius ad mortem; quam ad ſanitatem manducat. Bello, e ſalutiffero afforiſmo chi hà febre (dice queſto gran medico) non deue mangiare ſe prima non vomita, ſe prima non euacua: e ſe mangia, il mangiare lo porta piu toſto alla morte, che alla ſanità, Auerti che per il corpo parlo ſolo, ma à me pare, che piu' ſerui per l'anima. ægrotantes febre. Peccatore, tu hai gran febre, e la tua febre è peſtifera & ſe tu t'accoſti con quella à mangiare quel ſantiſſimo pane nell' oſtia conſacrata: t'apporta la morte piu toſto che la vita, Iudicium ſibi manducat, & bibit. Mors malis, vita bonis, Eh miſero; vomita, confeſſati prima, reſtituiſci, ceſſa da tutti i peccati, e poi accoſtati a quella gran menſa.

† Fran. Aioſino Baretti nella predica delle marauiglie & verità del ſan. ſacr.

† Sicut ægroti variis ac atrociſsimis morbis affligebantur: ſic inſtrumentis & variis modis Martyres torquebantur, quæ apud Antonium Gallonium legere potes.

† Antonius Gallonius de SS. Martyrum cruciatibus.

Sicut ægri obedientia ergo medicum neceſſaria eſt ad ſanitatem: ſic & moralis neceſſaria eſt ad ſalutem; *prædicamus ergo obedientiam noſtram eſſe nobis neceſſariam ad ſalutem, ſicut iam ſatis eſt monſtratum in ſuperioribus: obedientiam inquam noſtram erga Deum, ſecundum legem eius &c.*

Gaſpar Caſalius de quadripartita iuſtitia lib. 3. cap. 17.

Sicut non ſufficit ægro remedia cognoſcere, niſi in eorum ſumptione

medico

medico obediret. *Sic parum eſſet veritatem per fidem conſpicere,niſi veritatem agnitam per fidem,coleremus per obedientiam.*

Sicut ægri cum alioquin friget. ſolent ad cerebrum & caput humores quidam aſcendere,qui ita impediunt olfactum , vt neque odorifera percipiamus,nec etiam male olentia ſentiamus: ſic etiam cum friget in nobis diuinus amor,tam peſtifero humore impedimur,& obruimur, vt neque peccata noſtra agnoſcamus,nec virtutem amplectamur; nec præmia cœleſtia appetamus,neque tormenta ſempiterna timeamus ,cum cupiditate & ambitione ſenſus omnes obrutos habeamus. Quamobrem ſicut ad catarrum corporeum curandum potiones ſumere ſolemus,quamuis amaras: ſic etiam ad animæ ſalutem procurandam , abſtinentiam & pœnitentiam quamuis aſperam complecti debemus.

Marcus Vigerius Card. in Decachordo Chriſtiano cap. 47.

†

Thomas de Truxillo tom.2.c.9. fer. 4. poſt D.in Paſ. conc.2.

Dei amor in multis refrigeſcit ,pœnitentia ſalutaris.

Comparatur anima peccatoris paralytico. Certo dico quod propter quatuor.

Propter malorum multiplicitatem,
Quia ſeruus.
Propter bene agendi impoſſibilitatem,
Quia iacet.
Propter mentis diſſolutionem ,
Quia paralyticus.
Propter vermis afflictionem ,
Quia male torquetur.

†

Ioannes Clerea in ferm. Quadrag. fer. 5. poſt cineres.

De primo ſcitis, quid facit peccatum mortale in peccatore ? facit quatuor magna mala. Primo facit homines ſeruos;& per conſequens multos habere labores.In domo enim patris familias filius & filia ſupportantur: ſed non ſeruus,& ancilla,quia ſeruorum eſt laborare,non autem filiorum, aut filiarum.Macarella es,ne in peccato mortali:ſeruite diis alienis, vnde ſapien.v.laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis , & ambulauimus vias difficiles:viam aut Domini ignorauimus, dicit Deus:non vultis mihi ſeruire , itẽ &c. perſona ambulans in itinere montuoſo, & lapidoſo multum laſſatur & vexatur:ſic & peccatores.Audite vos qui tamen laboratis ad aſcendendum ad honores:& vos qui ſuper lapides auaritiæ,& vos qui ſuper lutum luxuriæ multum laboratis,& mirabiliter laſſatis vos : videtur quod eſtis putrefacti,pro nimio labore,ſicut illi qui ſunt incarcerati.Ideo dicitur Iohel 1.computruerunt iumenta in ſtercore ſuo,& certe nunquam animal brutum fuit ita putrefactum in ſuo ſtercore & ita abominabile, coram homine: ſicut homines peccatores coram Deo.

Secundo peccatum hominem ad bene agendum impoſſibilitat; quia iacet.Quicquid enim facimus vel luctamur, ſi ſimus in peccato mortali, totum perdimus:poſſumus enim dicere de peccatore faciente eleemoſynas,peregrinationes,& alia huiuſmodi,de Genere bonorum operumq; nihil facit:quia nihil meretur: merito,ſupple vitæ æternæ:quia iacet in domo putrefactus, ſi faceres tot bona opera , ſicut mater Chriſti : immo

quot Chriſtus, quo ad ſubſtantiam actus, & ſis ſine gratia, nihil poteris facere Deo acceptabile; immo iaces in domo in fœcibus tuis: Hiere. xlviij. Requieuit in fœcibus ſuis.

Tertium peccatum hominis mentem diſſoluit; quia paraliticus: dicunt aliqui bene vellem abſtinere à peccato, ſed non poſſum. Quæro à te quæ eſt cauſa. Certe non ſcio aliam cauſam: niſi quia paralyticus, & hæc infirmitas, quaſi diſſoluit. & diſiungit membra: & reddit indiſpoſitam ad operandum, ſic ſpiritualiter peccatum: veniet nunc ad confeſsionem, vnus groſſus latro vſurarius & dicetur ſibi à cõfeſſore, oportet, quod reſtituas, ou le grand diable d'enfer t'emportera. Reſpondebit quo modo? ſi facerē reſtitutionem de omnibus non remaneret in domo mea, nec vnus panis ad comedendum, nota tum quod ſi non facias, & nunquam intrabis in regnum paradiſi. Tunc ſtat talis perplexus & trepidus, & mente diſſolutus: ſicut corporaliter paralyticus neſciens ad quam partem reuertat: timens diem mortis. & ex alia parte ne damnetur. Ideo bene dicit pſalmiſta de talibus ſpiritualiter paralyticis: Trepidauerunt vbi non erat timor Pſalmo xiii.

Quarto peccatum hominem, vt vermis rodit, & iſte durat non ſolum in vita & morte ſed etiam poſt mortem. Iſaiæ vltimo: vermis eorum non morietur; ſed quare vocatur vermis, quia generatur ex putrefactione terræ, multi ſunt ſeculares, & religioſi vagabundi, qui dum conſiderant vitam ſuam damnabilem, & peccatorum multitudinem ſentiunt, in ſeipſis vermem corrodentem, qui eos fortiter pungit, & torquet, & magis in morte, quam nunc ecce ergo ſpiritualem animæ infectionem: à qua oportet cauere ſi voluerimus paralyſim ſpiritualem euadere.

Lud. Granat. tom. 1. ca. 2. Qua quidem in re, vlceroſis quibuſdam mendicis ſimiles mihi eſſe videntur: qui cum ex vlcerum ſuorum oſtentatione ſtipem colligant, ſi ſalutem illis pollicearis, & medicamenta offeras, plane reſpuunt: quoniam vlcerum occaſione alimentum ſibi & lucrum parant. Hos igitur improbi omnes imitantur, qui terrenis opibus & voluptatibus incubantes, medicum ſalutis qui eos à peſtiferis animi morbis ſanare cupit, reijciunt. Qui quidem duplici nomine deplorandi ſunt, & quod miſeri ſunt, & quod eſſe volunt.

Idem ca. 1. Dom. 4. poſt Epiph. Contingit aliquem ſoporiferis febribus valde grauari, cui tamen ſomnus valde noceat. Quem ſi vellices, & à ſomno magnis clamoribus excitare velis, morbique ingraueſcentis periculum commineris, grauiter quidem, & attollit oculos, & excitantis voces libenter accipit, & vigilare etiam nititur. Verum cum nimia humoris noxij vi prematur, ſomno iterum quodammodo inuitus mergitur. Hoc autem ipſum peccatorum & voluptatum ſomno conſopitis frequenter accidit: ad quos ſi clames, ſi mortem, ſi iudicium, ſi gehennam, ſi æterna præmia, ſi æternos cruciatus, & ipſam quoque Domini crucem, & commiſſa diu ſcelera, & repentinæ mortis periculum ante oculos ponas: audiunt illi quidem & libenter interdum audiunt, & vera ac ſalutaria eſſe quæ dicis agnoſcunt, & quodammodo ex ſuis

ſuis illis tenebris lethalique ſopore emergere conantur: nihilominus tamen pondere prauæ conſuetudinis preſſi,& amore ſæculi ac voluptatis illecebris deliniti,in priſtinos mores relabuntur.

Relinquimus quod ſalutare eſt ,& id appetimus quod vehementer eſt noxium:ægrotis ſimiles,qui ſalutares cibos faſtidientes,nocituros ſcienter appetunt. *Idem tom 4. conc.1. Dom. poſt Pent.*

Quod enim ægrotis aliquando euenit,vt cum in lecto molliter ſtrato ſomnum capere non poſſint, extra lectum poſitos vel nolentes ſomnus opprimat. Idem frequenter pijs accidit, vt eos ſpiritualem hunc animæ ſomnum captare volentes quandoque fugiat, qui tamen ſeſe interdum non ſequentibus ingerat. *Idem conc.2. Dom. 4. poſt Pent.*

Cum æger ſe ægrotare intelligit,non omnino remedij expers eſt. Dat enim operam,vt adhibitis medicamentis ſanitatem aſſequatur. At qui vere ægrotat,ſeque ægrotare non ſentit,quæ illi ſpes ſalutis reliqua eſt?quam multos videmus, qui illata capiti vulnera negligentes,& ſana eſſe credentes, paulo poſt in morbum inſanabilem inciderunt? Minus periculi eſt, vbi ſe improbus improbum eſſe cognoſcit, quàm ſi quis Phariſæi huius opera faciens,iuſtitiæ ſibi nomine applaudat. *Idem conc. 1. Dom 10 poſt Pent.*

Quæ ſpes ægrorum ſalutis manet,cum is adhibitis ſalutaribus Pharmacis non modo nihil promouet, ſed etiam grauius ægrotat? Quæſo ſupernum illum iudicem ad hos feſtorum violatores dicturum ſperamus, niſi quod olim iam dixit:odi & proieci feſtiuitates veſtras,& non capiam odorem cœtuum veſtrorum,&c. *Idem conc.2. Dom. 16. Pent. Amos.*

Quemadmodum qui oculis captus eſt,vbique offendit,& in varia præcipitia labitur: ita conſequens eſt,vt is in huiuſmodi peccatorum, quæ diximus præcipitia ruat, qui mentis oculos habet odij atque iracundiæ fumo & tenebris obcœcatos.&c. *Idem conc.2. Dom.21.poſt Pent.*

Quibus illud cótingere videtur,quod ijs qui grauibus in corpore vulneribus acceptis, cum falſo medicamine curem obduci vident, falſa ſecuritate decepti, medicamenta reſpuunt: cum interim vulnus interius late ſerpat, ac tandem immedicabile fiat. Quibus multo ſatius fuiſſet aperta vulnera circumferre, quàm falſa ſanitate deludi. Idem igitur iſtis euenit, putant ſacramenti fructum recepiſſe,cum tamen veram animæ ſanitatem vitio ſuo minime perceperint. *Idem tom.3. Dom. 1.in albis conc. 2.*

Æger multa petit à medico, non dat medicus. Non exaudit ad voluntatem vt exaudiat ad ſalutem; ergo medicum tuum pone Deum: pete ab eo ſalutem,& ſalus tua ipſe erit. *Idem fer.2. in Rogat. conc.*

Sicut parentes,ægrotante filio, ſi ſomnum forte ſalutarem carpit, obſeruare ſtudioſè ſolent, ne aliquo domeſticorum ſtrepitu ſomnus ille intercidatur: ita cœleſtis ſponſus, anima in illo dulciter quieſcente & obdormiente,diligéter curat, ne ſalutaris iſte ac vitalis ſomnus intercipiatur. Quid autem tali ſponſo dulcius? quid amantius? qui tali ſtudio talique adiuratione ſaluti & incolumitati ſuorum proſpicit? *Idem in præpar. ad orat.*

Sicut is,qui efficaciter ſalutem deſiderat,medicamenta non reſpuit,ſine *Idem conc 1. de Pent.*

quibus ſalutem conſequi non poteſt,& qui ad inſulam aliquam peruenire cupit,neceſſe eſt vt nauigationis laborem non detrectet (cum ad inſulam nemo ſine nauigationis labore appellere poſſit) ita cum non poſt lapſum criminis ſine pœnitentiæ medicamento æternā ſalutem conſequi valcat, neceſſe eſt vt qui alterum cupit,alterum non refugiat.

Idem conc.5. de pœnit.

Fruſtra item varijs medicamentis vſus eſt, qui ſalutem quam quærebat non eſt aſſecutus.Quis autem pœnitentiæ finis eſt? Imo vero quis ſacramentorum omnium à Chriſto Domino inſtitutorum finis eſt, niſi quam

Iſaiæ 27.

Iſaias breuiter expoſuit cum ait: Hic omnis fructus vt auferatur iniquitas: Peccati igitur abolitio,deteſtatio &honeſta vitæ conſtitutio,nihil priſtinæ vetuſtatis retinens,huius ſacramenti fructus & finis eſt. Qui ſi non ſequatur,fruſtra omnis pœnitentiæ labor inſumitur.

Idem.

Si quis infirmum ac debilem hominem baculo innitentem,& vix oſſibus hærentem apprehenſa veſtis lacinia violenter impelleret, an non facile eum deijceret,atque proſterneret?cum igitur humana natura poſt communis peccati lapſum, adeo ægra, infirma,& ad malum prona relicta ſit, totque malorum ſemina inter ſe contineat,quid futurū ſperamus, ſi foris etiam peccandi opportunitas, & occaſio ante oculos poſita ſit? Quis enim dubitare poterit, illam ruituram, cum frequenter etiam ipſa per ſe nemine impellente,ad malum præceps feratur.

Idem tom.3. in Dom.5. Pent.conc.2.

Quo circa hanc tantam affectuum noſtrorum peruerſitatem conſiderāti mihi,apparet plane internum hominem noſtrum in quandam ſpiritualis paralyſis ægritudinem peccati vitio incidiſſe.Euenit enim aliquando, vt homo ſic hoc morbo corripiatur,vt altera corporis parte integra atque illæſa manēte,altera vi morbi oppreſſa,omnis motus & ſenſus expers iaceat. Hinc fit, vt ſi eā quæ ſana eſt,vel acicula leuiter pūgas acri doloris ſēſu afficitur:morbida autem,ſi vel ferrū adhibeas & ignē,nihil ſentiat.Idem igitur mihi interno homini noſtro eueniſſe videtur. Cum enim duplex ſit eius portio,quorum altera ſpiritualia, & diuina contuetur,altera vero terrena, & ad corporis commodum pertinentia captat: ſic tamen natura per peccatum deprauata & inuerſa fuit, ſic ius ſuum altera eius pars retinuit, altera amiſit,vt inferior hæc portio ea quę ad corporis commodum pertineat, ardentiſſimo amore proſequatur: ſuperior autem illa quæ ſpiritualia & diuina perſequi debebat (quæ tanto flagrantiori ſtudio amplectenda erant,quanto humanis diuina,terrenis cæleſtia,& caducis æterna pręſtant) nihil ea faciat,nec illorum iacturis quamlibet maximi perturbetur. Quis igitur hoc indicio non aperte videat internum hominem noſtrum grauiſſimo paralyſis morbo correptum; quando altera eius pars, quæ terrena reſpicit,ita viuit & viget,altera vero, quæ diuina ſuſpicere deberet,in pleriſque hominum velut ſaxum quoddam immota maneat? Hanc miſeriam nunquam ſatis nec lachrymis quidem Hieremiæ deploratam.

Idem in concionibus &c. quæ et.C. in concep. Beatæ Mariæ virg.2.

Omnia quæ infirma ſunt, alieno ſubſidio egent. Infirmus,qui vix pedibus conſiſtere valet, frequenti eget alimonia, qua nutantia membra ſuſtentet,Cœcus qui per iter difficile graditur, continuo eget ductore, qui

ipſum

ipſum inoffenſo pede dirigat. Arbor in arido plantata ſolo frequentibus eget aquis; vt fructum ferat. Vlcus ardore ſuo finitimam carnem incendens, frigidis aſſidue fomentis refrigerandum eſt. Hæc omnia mala nobis ſpiritualiter propter peccatum eueniunt: nos enim debiles & infirmi; nos cæci & oculis capti; nos in arido huius mundi ſolo plantati: nos peccati fomitem intra mentis ſinus geſtamus, & vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem æſtuamus, ideoque frequentiſſimis remedijs, & medicamentis indigemus. Præſentiſſima vero remedia ſunt, ea quæ modo propoſuimus, quibus carnis maceratio, & ſenſuum ac præcipue oculorum, & linguæ diligens cuſtodia, occaſionem peccandi fugat, cæteraque pietatis officia iungenda ſunt. Hæc enim omnia imbecillitatem noſtram adiuuant, ſine quorum adminiculis infirmitas noſtra inter tot mundi laqueos, tot offendicula, tot dæmonum inſidias magnopere periclitatur: ſi enim qui his præſidijs vitam ſuam muniunt non omnino periculo vacant, in quo periculo erunt, qui hæc omnia humanæ infirmitatis remedia negligunt.

Quemadmodum phreneſis morbo laborantes (quorum omne rationis lumen extinctum eſt) in nullos magis, quam in medicari & ſanare volentes inſaniunt: ita plane mundus in nullum genus hominum atrocius deſæuit, quam in hos ipſos, qui ipſum exitiali morbo laborantem ſanare volebant. Hoc enim vel maximum inter mala corporis & animæ diſcrimen diligentiſſime notandum eſt, quod mala corporis quo leuiora ſunt, minus curamus, quo vero grauiora, eo diligentius omnium medicamentorum genera depellere contendimus. Contra vero quiſquis virtutis ſtudio ſollicite incumbens, in aliqua minora peccata (quæ leues animarum morbi ſunt) incidit & acriter ſolet, & ea diligentiſſimè à ſe propulſare ſtudet: qui autem hoc ſtudio neglecto, totum ſe turpiſſimæ vitiorum ſeruituti addixit, quò grauiora crimina committat; eo minus ſentit: quia omnem penè malorum ſenſum cum ipſa virtute amiſit; eodem enim fere gradu & vitæ turpitudo, & mentis cæcitas decernunt. Quare non valde mirandum eſt ſi grauiſſima animæ vulnera minus ſentiant. Quin etiam multi ſvnt, qui eſſe ſub ſenſibus delicias computent, qui lætentur cum male fecerint, & exultent in rebus peſſimis. Quo magis prouidendum eſt, fratres ne peccata peccatis cumulantes, eo tandem veniamus, vt omnem doloris interni ſenſum ſic amittamus, vt mala noſtra minimè ſentiamus, & omnia ſpiritualia medicamenta repudiemus: ac ſi tandem inſanabiles efficiamur. Scriptum eſt enim: *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit.* In hoc igitur miſerando ſtatu mundus erat. Quare nihil mirum ſi ita in eos, qui ſanare ipſum cupiebant, efferatus eſſet. *Idem tom. 3. Dom. poſt Aſcenſ. conc. 21.*

Si quis æger febribus æſtuans, ardentiſſima ſiti laboraret, duplici ratione hæc tanta ſitis ſedari poſſet: aut porrecta illi magna frigidæ copia, qua ſe ad ſatietatem vſque ſitibundus ingurgitaret, aut certe febri ſublata, & ſiti conſequenter ſedata, quæ ex ipſa febri oriebatur: ſic igitur huic ægro optio daretur, vt ex iis duobus alterum, quod ſibi commodius eſſet, eligeret, *Idem tom. . conc. 4. Dom. 4. in Quad.*

quibus ſalutem conſequi non poteſt,& qui ad inſulam aliquam peruenire cupit,neceſſe eſt vt nauigationis laborem non detrectet (cum ad inſulam nemo ſine nauigationis labore appellere poſſit) ita cum non poſt lapſum criminis ſine pœnitentiæ medicamento æternã ſalutem conſequi valeat, neceſſe eſt vt qui alterum cupit,alterum non refugiat.

Idem conc.5. de pœnit. Fruſtra item varijs medicamentis vſus eſt, qui ſalutem quam quærebat non eſt aſſecutus.Quis autem pœnitentiæ finis eſt? Imo vero quis ſacramentorum omnium à Christo Domino inſtitutorum finis eſt, niſi quam *Iſaia 27.* Iſaias breuiter expoſuit cum ait: Hic omnis fructus vt auferatur iniquitas: Peccati igitur abolitio,deteſtatio & honeſta vitæ conſtitutio,nihil priſtinæ vetuſtatis retinens,huius ſacramenti fructus & finis eſt. Qui ſi non ſequatur,fruſtra omnis pœnitentiæ labor inſumitur.

Idem. Si quis infirmum ac debilem hominem baculo innitentem,& vix oſſibus hærentem apprehenſa veſtis lacinia violenter impelleret, an non facile eum deijceret,atque proſterneret?cum igitur humana natura poſt communis peccati lapſum, adeo ægra, infirma,& ad malum prona relicta ſit, totque malorum ſemina inter ſe contineat,quid futurũ ſperamus, ſi foris etiam peccandi opportunitas, & occaſio ante oculos poſita ſit? Quis enim dubitare poterit, illam ruituram, cum frequenter etiam ipſa per ſe nemine impellente,ad malum præceps feratur.

Idem tom.3. in Dom.5. Pent.conc.2. Quo circa hanc tantam affectuum noſtrorum peruerſitatem conſiderãti mihi,apparet plane internum hominem noſtrum in quandam ſpiritualis paralyſis ægritudinem peccati vitio incidiſſe.Euenit enim aliquando, vt homo ſic hoc morbo corripiatur,vt altera corporis parte integra atque illęſa manẽte,altera vi morbi oppreſſa,omnis motus & ſenſus expers iaceat. Hinc fit, vt ſi eã quæ ſana eſt,vel acicula leuiter pũgas acri doloris ſẽſu afficitur:morbida autem,ſi vel ferrũ adhibeas & ignẽ,nihil ſentiat.Idem igitur mihi interno homini noſtro eueniſſe videtur. Cum enim duplex ſit eius portio,quorum altera ſpiritualia, & diuina contuetur,altera vero terrena, & ad corporis commodum pertinentia captat: ſic tamen natura per peccatum deprauata & inuerſa fuit, ſic ius ſuum altera eius pars retinuit, altera amiſit,vt inferior hæc portio ea quę ad corporis commodum pertineat, ardentiſſimo amore proſequatur; ſuperior autem illa quæ ſpiritualia & diuina perſequi debebat (quæ tanto flagrantiori ſtudio amplectenda erant,quanto humanis diuina,terrenis cæleſtia,& caducis æterna pręſtant) nihil ea faciat,nec illorum iacturis quamlibet maximi perturbetur. Quis igitur hoc indicio non aperte videat internum hominem noſtrum grauiſſimo paralyſis morbo correptum; quando altera eius pars, quæ terrena reſpicit,ita viuit & viget,altera vero, quæ diuina ſuſpicere deberet,in pleriſque hominum velut ſaxum quoddam immota maneat? Hanc miſeriam nunquam ſatis nec lachrymis quidem Hieremiæ deploratam.

Idem in concionibus &c. quæ et.C. in concep. Beatæ Mariæ virg.2. Omnia quæ infirma ſunt, alieno ſubſidio egent. Infirmus,qui vix pedibus conſiſtere valet, frequenti eget alimonia, qua nutantia membra ſuſtentet,Cæcus qui per iter difficile graditur, continuo eget ductore, qui ipſum

ipſum inoffenſo pede dirigat. Arbor in arido plantata ſolo frequentibus eget aquis; vt fructum ferat. Vlcus ardore ſuo finitimam carnem incendens, frigidis aſſidue fomentis refrigerandum eſt. Hæc omnia mala nobis ſpiritualiter propter peccatum eueniunt: nos enim debiles & infirmi; nos cæci & oculis capti; nos in arido huius mundi ſolo plantati: nos peccati fomitem intra mentis ſinus geſtamus, & vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem æſtuamus, ideoque frequentiſſimis remedijs, & medicamentis indigemus. Præſentiſſima vero remedia ſunt, ea quæ modo propoſuimus, quibus carnis maceratio, & ſenſuum ac præcipue oculorum, & linguæ diligens cuſtodia, occaſionem peccandi fugat, cæteraque pietatis officia iungenda ſunt. Hæc enim omnia imbecillitatem noſtram adiuuant, ſine quorum adminiculis infirmitas noſtra inter tot mundi laqueos, tot offendicula, tot dæmonum inſidias magnopere periclitatur: ſi enim qui his præſidijs vitam ſuam muniunt non omnino periculo vacant, in quo periculo erunt, qui hæc omnia humana infirmitatis remedia negligunt.

Quemadmodum phreneſis morbo laborantes (quorum omne rationis lumen extinctum eſt) in nullos magis, quam in medicari & ſanare volentes inſaniunt: ita plane mundus in nullum genus hominum atrocius deſæuit, quam in hos ipſos, qui ipſum exitiali morbo laborantem ſanare volebant. Hoc enim vel maximum inter mala corporis & animæ diſcrimen diligentiſſime notandum eſt, quod mala corporis quo leuiora ſunt, minus curamus, quo vero grauiora, eo diligentius omnium medicamentorum genera depellere contendimus. Contra vero quiſquis virtutis ſtudio ſollicite incumbens, in aliqua minora peccata (quæ leues animarum morbi ſunt) incidit & acriter ſolet, & ea diligentiſſime à ſe propulſare ſtudet: qui autem hoc ſtudio neglecto, totum ſe turpiſſimæ vitiorum ſeruituti addixit, quò grauiora crimina committat; eo minus ſentit: quia omnem penè malorum ſenſum cum ipſa virtute amiſit; eodem enim fere gradu & vitæ turpitudo, & mentis cęcitas decernunt. Quare non valde mirandum eſt ſi grauiſſima animæ vulnera minus ſentiant. Quin etiam multi ſvnt, qui eſſe ſub ſenſibus delicias computent, qui lætentur cum male fecerint, & exultent in rebus peſſimis. Quo magis prouidendum eſt, fratres ne peccata peccatis cumulantes, eo tandem veniamus, vt omnem doloris interni ſenſum ſic amittamus, vt mala noſtra minimè ſentiamus, & omnia ſpiritualia medicamenta repudiemus: ac ſi tandem inſanabiles efficiamur. Scriptum eſt enim: Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. In hoc igitur miſerando ſtatu mundus erat. Quare nihil mirum ſi ita in eos, qui ſanare ipſum cupiebant, efferatus eſſet.

Idem tom. 3. Dom. poſt Aſcenſ. conc. 21.

Si quis æger febribus æſtuans, ardentiſſima ſiti laboraret, duplici ratione hæc tanta ſitis ſedari poſſet: aut porrecta illi magna frigidæ copia, qua ſe ad ſatietatem vſque ſitibundus ingurgitaret, aut certe febri ſublata, & ſiti conſequenter ſedata, quæ ex ipſa febri oriebatur: ſic igitur huic ægro optio daretur, vt ex iis duobus alterum, quod ſibi commodius eſſet, eli-

Idem tom. 2. conc. 4. Dom. 4. in Quad.

geret,

geret, aut frigidam porrigi, aut febrim extingui: non dubium quin magis cuperet ſitim pariter cum morbo tolli, quam eandem aquæ potu ſedari. Si enim aquæ potu ſitim ſedet, extincta hac ſiti, & febri adhuc vrgente, alia continuo ſitis exardeſcet, & noxius humor magis irritari & recrudeſcere incipiet. At febri ſublata, & ipſa quoque ſitis extinguitur & cæteræ cum ea infeſti morbi moleſtiæ ſimul abolentur. Hac ergo ratione veriſſime dictum eſſe fatemur, inquirentes autem Dominum non deficiet omni bono: quia plus eſt bonorum omnium ardentiſsimam ſitim ſedare, quam omnes terrenas opes poſsidere, quæ nullam poſſeſſori ſuo ſatietatem, nullam animi quietem afferre poſſunt: ſed eadem illa, quæ erat in abundantia, cupiditas, & libido manet; Multis enim plane eget quicunque cupit, etiam ſi multa habeat: nullo autem eget qui eo quod habet contentus eſt, quamuis exiguum ſit: Solus ergo Chriſtus, qui ſpiritus ſui virtute cupiditatis morbum ſanare poteſt: qui ſitim illam ex veteri naturæ morbo flagrantem; qui pruritum illum antiqui vulneris cœleſtis gratiæ rore temperat, hanc animi pacem & quietem ſine vlla etiam terrenorum bonorum affluentia præbere poteſt. Quam vtique perceperat qui dicebat: Ego enim didici in his: in quibus ſum ſufficiens eſſe, idemque de pijs hominibus intelligi voluit, cum ait: tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Quia videlicet non minus placido & ſedato animo ſunt terrenis opibus vacui, quam bonis omnibus affluentes: quia internis diuinæ gratiæ muneribus locupletati, cætera pro illorum dignitate & ſplendore faſtidiunt; Quod quidem non obſcure propheta inſinuauit, cum ait: melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas.

Philip. 41. *2. Cor. 6.* *Pſalm. 36.*

Hoc autem pij omnes facere ſolent: qui ea mente concionatoris vocem, qua ægroti ſalutis cupidi, medici præcepta auſcultant. Hi enim non minus in exequendo, quæ medicus præcipit ſolliciti, quam in eo, audiendo attenti ſunt. Ob hoc enim audiunt, non vt diſcant, ſed vt id quod audiunt, exequantur. Hoc igitur modo audiunt quicunque ad æternam ſalutem cooptati ſunt.

Idem ſer 4. poſt Dom. in Paſsi. cap. 3.

Sicut enim qui febri æſtuantes, frigidam bibunt, ſtatim teleuari & voluptate pectus affici videntur, quam tamen longe maior ac diuturnior moleſtia ex noxij humoris cruditate conſequitur: ita plane vitia quędam initio breui quidem voluptate pectus hominis titillant, quam tamen, poſtea diuturni, & graues dolores conſequuntur, quos vitia cuncta longa poſt ſe catena trahunt.

Idem Dom. 2. in quadr. conc. 2.

Vt ſi aliquis transfixus eſſet venenato telo, quod è corpore euelli non poſſet, nullum temporis punctum dolore vacuum haberet: ſic vbi iniuſtitiæ mortiferum venenum in viſcera penetrat, & in præcordiis hæret, animoque mortiferum vulnus imponit, vix quidquam eſt quod miſerum hominem valeat à ſummis angoribus, & aſſidua dolorum acerbitate liberare.

Idem in concep. quæ &c. in feſt. S. Matthiæ Apoſt. conc. 1

Idem.

Sicut æger cuius viſcera ardentiſſima febris vrit, nullo modo in latus vnum conſiſtere diu potes, ſed modo in hanc, modo in illam partem voluitur

nitur atque iactatur: neque tamen tot mutationibus, quietem quam quærit inuenit (quoniam intra ſe inquietudinis ſuæ cauſam geſtat) ita improbi vix vlla rerum aut locorum mutatione lethale telum, quod intra ſe ex malorum ſuorum conſcientia geſtant, excutere poſſunt.

Sicut æger faſtidio laborans, nullamque medendo voluntatem capiens, vſque adeo graui in comedendo moleſtia afficitur, vt interdum ne mortis quidem metu induci ad edendum poſsit; cum contra qui bona valetudine eſt, magnam in edendo capiat voluptatem: ita plane qui propter acediam ſpiritualia cuncta faſtidit grauem, dum illis vacare compellitur, moleſtiam patitur, qui verò deuotionis virtute prædictus eſt, maximam, dum rebus diuinis operam dat, voluptatem percipit: vnde eſt illud, Gaudium eſt iuſto facere iuſtitiam. † *Idem in feſto S. Matt. Apoſt. conc. 2.* *Prou. 21.*

Sic videmus pios parentes ægrotantibus filiis, & potiones amaras recuſantibus dona & xenia promittere: ſi medici præceptis obtemperauerint: cum tamen ſalutis beneficium non tam parentum, quam filiorum ſit: ſic igitur cœleſtis ille parens nobiſcum agit, cuius præcepta omnia (ſi ad vnguem examinare velis) deprehendes ſanè non ipſi, ſed nobis vtilia & ſalutaria eſſe: qui tamen pro illorum obſeruatione ingentia nobis præmia pollicetur: vt meritò dubitare debeamus, pro quo beneficio magis illi obnoxij ſimus, an propter mandata quæ præcipit, an propter præmia quæ obedientibus promittit. † *Idem.*

Ægroti qui vehementiſſimo tota nocte febris ardore vexantur ſolent ante Solis ortum deſiderare: quod vel ſplendore lucis, vel medici aduentu, vel familiarium amicorum colloquio partem aliquam moleſtiæ ſuæ leuari poſſe credunt. Itaque cum vel tenuiſſimum ſurgentis auroræ radium præſenſerint, reſpirare & lætari incipiunt; quod proximum eſſe iam ſolis ortum intelligant. Hęc ergo exemplo fratres vt cunque licebit, quo gaudio ſanctæ illæ Patrum animæ perſultarunt (quorum ſpes omnis ab aduentu Chriſti pendebat) cum poſt longiſsimam tot annorum noctem crepuſculum hoc, id eſt, venturæ lucis ſignum in beatæ Virginis conſpicerent, exorta enim aurora, hoc eſt Chriſti matre vicinum ſolis iuſtitiæ aduentum eſſe intelligebant, cuius ope à tenebris in lucem, & à vinculis illis & cæco carcere, in libertatem & gloriam filiorum Dei vindicandi erant. † *Idem.*

Quid cauſæ eſſe putatis, cur ægrotantium multi, cum edendi faſtidio laborant, morte peius cibum oderint, quem ſani deperibant? Non alia certè eſt, quàm quod ſtomachus, cum noxiis humoribus plenus ſit, dum ſatis intra ſe habet hoſtium cum quibus pugnet, alios admittere recuſat. Quo tempore ſi adhibita pharmaca noxios illos humores expulerint, protinus idem qui antea fuerat edendi appetitus redit: eadem igitur cauſa eſt, fratres, cur rei omnium maximas atque pulcherrimas, nempe virtutes, atque cœleſtia & diuina munera faſtidiamus, quod noxius vitiorum, [...]mque cupiditatum humoribus mens noſtra referta ſit, quæ ſi à po[...]nitentiæ, & melioris vitæ medicamentis non excutimus, nunquam † *Idem.*

aut iuſtitiæ, aut cæleſtium rerum famem & ſitim patiemur, atque ita nunquam ſalutarem illam mentis ſatietatem percipiemus, quæ ingredientibus, & egredientibus inæſtimabilis ſuauitatis paſcua præbet.

Idem. Vt ſi quis æger inexplebili fame laboraret, & multis dapibus abſumptis, eadem adhuc fame vrgeretur; alius vero qui ſano eſſet corpore, vno tantum ferculo contentus famem ſedaſſet: ſic meliori conditione eſſet, minimo cibo contentus, quam ille qui tot abſumptis ferculis eadem fame cruciaretur? Non ergo ingens opum multitudo, ſed cupiditatis abductio quietem animis affert.

Idem. Quod medici facere ſolent, cum æger magno ciborum faſtidio laborat, hoc eccleſia in hac ſacratiſſima ſanctorum omnium ſolemnitate agere videtur. Illi namque varia ciborum genera offerri languenti præcipiunt, fore vid. ſperantes, vt in tanta ciborum varietate aliquod tandem inueniant quod iacentem atque proſtratum edendi appetitum excitare valeat. Ad hunc ergo modum eccleſia ægris multorum mentibus, & ſpiritualium rerum faſtidio laborantibus ſplendidiſſimum cœleſtium hodie conuiuium inſtitutis, omnigena dapi varietate apparatum, vt inter tam multa diuini ſpiritus fercula aliquid tandem, inueniri queat, cuius auiditate & deſiderio mens noſtra capiatur &c.

Idem. tom. 2. conc. 4. fer. 6. poſt. 4. Dom. quadr. Quemadmodum in deſperata ægritudine, in venenum ſæpe remedia vertuntur: ita mentes peccatis obduratæ remedijs interdum deteriores fiunt: ideoque orandus ſemper eſt Deus, ne nos in reprobum ſenſum cadere permittit; cum enim eo deuentum fuerit, adeo non conferunt remedia, vt frequenter etiam exulcerent vulnera & mala reddant grauiora; quod quidem hodie in his hominibus videre eſt, qui maximo ſignorum in maximum malorum omnium prolapſi ſunt: quo & Dominum gloriæ crucifixerunt, & non modo ſeſpſos, ſed etiam remp. ſuam perdiderunt. Quo argumento cernere licet, fratres, quo tandem mentis cæcitas & diuturna peccandi conſuetudo perueniat. Quo igitur pie & vtiliter aliquid, de hoc tanto miraculo, in præſenti cócione dicere valeamus; cœleſtem opem ſacratiſſimæ virginis interceſſione ſuppliciter imploremus.

Idem conc. 1. fer 9 poſt. Dom. quadr. Sicut qui dormit, poſt modicum tempus excitatur, vt ad intermiſſum vitæ vſum redeat; ita iuſtorum corpora exiguo temporis ſpatio in terræ gremio condita, velut in lecto conſopita iacent: quæ paulo poſt in reſurrectione futura, ad intermiſſam vitam redibunt.

Idem. conc. 2. Quis quæſo æger optimo & amanti medico exponit, quo ſit ordine atque ratione curandus? An non hoc parum ciuile fuerit, & indignum? Et quidem medicus non raro fallitur, vt qui morbi materiam minimè cernat, ſed tactu venæ & vrina ceteriſque indicijs coniecturam faciat; at ſeculorum conſpector Deus, qui non cóiecturis, ſed oculis ſole ſplendidioribus mala noſtra contuetur, qui non ſolum Dominus, & conditor ſed etiam pater eſt: quomodo legibus tuis aſtringendus eſt, vt ea tibi ratio[illegible] tempore opem ferat; quod tu tui ipſius ignarus? definiſti? [illegible]

ergo [illegible]

ergo hæ ſanctæ fœminæ quæ his ambagibus ſuperatis cauſam ſuam cœleſti medico commiſerunt, nihil aliud quam eam his pauciſſimis verbis indicantes.

Nonne tibi aliquando contigit, cum febribus æſtuares, & vehementer ſitires, in mentem venire limpidiſſimos fontes, quos aliquando vidiſti? è quibus cum modo, tibi ibere non liceat, decernere tamen vbi ſanitatem fueris adeptus, ad illos te profecturum, & illorum te aquis vſque ad ſatietatem ingurgitaturum; at cum ſanitate reſtituta, ſitis ipſa pariter cum morbo ceſſauerit, etiam ſi ad illos fontes perueneris, nulla tangeris cupiditate bibendi ridesque antiqua illa vota tua ac deſideria: quæ cum morbo pariter euanuerunt; ſicut ergo ſublato corporis morbo, ea quoque deſideria extinguuntur, quæ oriebantur ex morbo: ita ſanata per veram pœnitentiam animæ ægritudine, omnes, illi affectus & cupiditates, quæ ex peccati ægritudine prodibant, pariter offeruntur, atque ita demum, in magna animi pace, & quiete agit, quiſquis ad Dominum per veram pœnitentiam conuerſus eſt, hunc ergo, fratres, errorem deponite, vitijs renunciate, veram pœnitentiam agite, & opem Domini implorate: vt per veram pœnitentiam in hac vita, veram cordis pacem, & gratiam, & in futura cœleſtem gloriam vere pœnitentibus promiſſam, percipere mereamini. *Idem tom 4. conc. Dom. 29 poſt Pent.*

Sicut parentes ægrotante filio ſi ſomnum forte ſalutarem carpit, obſeruare ſtudioſe ſolent, ne aliquo domeſticorum ſtrepitu ſomnus ille intercidatur: ita cœleſtis ſponſus animæ in illo dulciter quieſcente, & obdormiente diligenter curat, ne ſalutaris iſte, ac vitalis ſomnus intercipiatur. *Idem in ſylua loc. com.*

Videmus paſſim ęgrotos, quibus cum frigidæ potus eſſet maxime noxius, cibus autem propter ſummam imbecillitatem longa inedia contractam maxime neceſſarius, tamen frigidam auidiſſime ſitire, & cibum ſupra quam dici poteſt horrere, atque faſtidire. Hoc autem exemplo naturæ lapſæ morbus aptiſſime ſignificatur: qui facit vt vitia, quæ mortem animæ inferunt, vehementer ſitiamus: pietatis autem & iuſtitiæ opera, quibus ſalus & vita noſtra continetur, ſupra modum faſtidiamus. Huius enim rei gratia ſanctus ille aiebat. Quare me poſuiſti contrarium tibi, &c. quia videlicet, quod tu vis, ego nolo; quod tu non vis ego volo; nec volo modo ſed ſitienter etiam appeto. *Idem in Sylua loc. comm.*

Sicut ex magna appetitus corruptione prouenit, vt ęgroti quidam præſertimque grauidæ mulieres, terram auidiſſime comedant, eoque cibo delectentur: ita ex magna iudicij corruptione procedat, vt homo famulorum comitatu, & domeſticorum parietũ ornatu cæteriſque ſimilibus adeo oblectetur, vt propter hæc ipſa paranda atque tuenda, diuina & humana iura violare non dubitet. *Idem in ſylua loc. comm.*

Quid de ægrotante homine ſperandum eſſet, qui baculo innixus vix pedibus conſiſtere poſſet, ſi quis illum externa vi impellere ac proſternere conaretur? At hoc eodem modo anima noſtra ſpirituali ęgritudine laborat: quæ cum ſæpe ob ingenitam in peccata labatur, quid de ea futurum *Idem in conc. quæ de præcipuis ſanctorum feſtis in eccleſia habetur in concep. B. Mar. virg.*

 rum

tum eſt, cum preſens voluptatis conſpectus, & peccandi opportunitas illam ad peccandum alliciat? Præſens enim rerum quas amamus, conſpectus vehementer hominem ad malum excitat & incendit.

Idem conc. 2. Quod ſi tibi opes iſtas, & felicitatem quam expetis, nondum largitus eſt, quęte etiam quod pater ęgrotanti filio, importuniſſimiſque vocibus frigidam petenti conſtanter negat. Pie ſiquidem negat, quod crudeliter largiretur. At non minus interdum opulentia iſta, quam expetijt hominibus quam aqua frigida ęgrotantibus nocet: alioqui nunquam Propheta dixiſſet, in labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua.

Idem in conc. quæ & C. in Puriſi B. Mar v g. conc. 1. Cum videmus aut pueros, aut fœminas auidiſſimè terram comedere, & ſalutares cibos faſtidire, intelligimus ſtatim interiora ipſorum peſtifero humore eſſe corrupta; quando te adeo noxia, & ab humana natura aliena delectantur, cum ergo videamus homines adeo peſtilentes animę ſuæ cibos depetire, & ſalutares atque profuturos odiſſe; hoc eſt ita mundi honores appetere, atque humilitatis opera deteſtari; quis iam dubitare queat, omnia interiora ipſorum eſſe corrupta? Quanto aliter puritatis & humilitatis hodie mater, quæ cum nihil haberet purificandum, legi tamen purificationis ſumma ſe humilitate ſubiecit.

Idem. Quemadmodum pius pater pro phrenetici filij ſalute anxius atque ſollicitus, varia vndecunque medicamenta conquirit, & quo magis filius ridet, atque delirat, aliiſque deliriis ſuis riſum incutit, hoc maiori cura atque dolore pius pater conficitur: ita Chriſtus Dominus ſeſe erga nos gerit, qui phreneticorum amore, malorum noſtrorum ignari, tota vita ſtertimus atque ridemus; cum tamen pius hic pater pro ſalute noſtra ſollicitus, nulli labori parcat, vt nec dies, nec noctes à ſalute noſtra procuranda deſiſtat. Quo vno argumento quantum ſit ſalutis noſtræ negocium perſpicere licet, quod omnipotentem Dei filium ſub hoc onere ſudare, ac tot labores perpeti coegerit; quos nos tamen phreneticorum more tantopere negligimus.

Idem conc 5. fer. 5. in cœna Domini. Quemadmodum leproſi hominis ſanioſa vulnera horremus, ſimul & miſereamur, ita aduerſus peccantem hominem, & indignamur & eius item miſeriæ compatimur: Chriſtus ergo Dominus hoc tempore non in eam peccantium faciem, quæ indignationem & vindictam commouet, ſed in eam quæ compaſſionem & pietatem exigit, contemplabatur: ideo nihil mirum, ſi peccata noſtra illum in eo tempore non ad iram, ſed ad pietatem magis, & miſericordiam flexerunt.

Idem. Hi autem ſimiles mihi eſſe videntur ijs, qui cum ardentiſſima ſiti in morbo laborent, nec tamen eo tẽpore medicis prohibentibus, aquis ſe ingurgitare audeãt decernũt; vbi è morbo conualuerint, ad eos ſe fontes ituros, quos aliquando viderunt, ibique ſe ad ſatietatem vſque bibituros, qui tamen ſanitate recepta, & ſiti pariter cum morbo extincta, rident ea quæ antea morbo deluſi propoſuerant: ſimilis igitur horum cæcitas eſt, qui

peccati

peccati morbo laborantes,non quid natura per gratiam ſanatam, ſed quid per peccatum ægra concupiſcat, attendunt,qui ſi ad Dominum per veram pœnitentiam conuerſi, veram animæ ſanitatem reciperent, facile hoc peruerſum de rebus iudicium riderent atque damnarent.

Nonne maius leuamen eſt medico poſſe dicere, quid nos torqueat, ac ſimul eius ea de re audire ſententiam, videre, tangi, palpari manu ipſius, vt curemur, ſecuros denique nos fieri illis expletis, & certos de ſanitate quam clamare medicinam, medicinam,ac neſcire interim,vtrum medicus de morbo noſtro cogitet, vtrum attendat, non videre quid agat, quid det ad valetudinem & ignorare ſuam curationem: in confeſſione vero auriculari loquimur medico: videmus quid nobis medicus faciat, impoſitione manuum manumiſſionem: audimus quid dicat abſolutionem,& verbum reconciliationis, & certi ſumus niſi per nos ſteterit, medicinas applicatas nobis reddidiſſe ſanitatem, & ſigna operata eſſe quod ſignificant; ſi vero ſoli Deo confiteamur, totum inuiſibile totum incertum, & iterum iugum meum ſuaue, & onus meum leue. † *Philippus Boſquierus Acad peccat.*

Vt ei qui diu decubuit gratior eſt proſpera valetudo, & pretioſior quam illi qui morbum nunquam ſenſit. Etiam illi qui illius nomine inuncti fuerunt, ineffabili gaudio ex eius ſanitate perfunduntur. Sic Deus nos quandoque diuitijs. patria & alijs rebus priuat, vt vbi illa reddat gaudium noſtrum magis cumuletur. *Idem orbis afflicti.*

Vt ægrotus etiamſi pietatem medici norit, tamen nihilominus medicum orat, vt in quantum poſſit leniter vulnus contrectet. Ita nos à Domino etiam pœnarum mitigationem petere debemus. *Ibidem.*

Vt ægroti patiũtur quædam membra à ſuo corpore auelli, vel abduci,vt à longis & temporarijs doloribus liberati, ſanitati reſtituantur: quare nos non ſubijceremur Deo in rebus aduerſis,vt ab æterna pœna liberati animæ ſalutem conſequamur? *Ibidem par. 3 cap. 19.*

Vt quando ægrotus non vult bibere amaram potionem, & quando attrectari vulnus non patitur, neque carnem putridam abſcindi vel abduci permittit, non mirum eſt ſi in ægritudine ſua ſuccumbat: ſi autem ægrotus ſe totum induſtriæ medici committat, ſimul ſuperare enitatur, bona ſpes eſt de recuperatione valetudinis. Multo firmiorem ſpem decet concipere Chriſtianos probos, & patientes quod & animæ & corporis æternam valetudinem recuperaturi ſint. Quique in afflictionibus ſuis contra Chriſtum ſpiritualem medicum murmurare non deſinunt, æternas pœnas ſuæ impatientiæ in corpore & anima luant. *Ibidem c. 31.*

Tale eſt ac ſi ægris ſub febrium iactatione languentibus, allaturus ſalutem curator adueniat, & animam in penetralibus ſuis ſub medicinali ſpecie excluſurus inquirat. Quis rogo, huic non pandat ſecreta vitalium, & in quibus adhuc locis vigor ſubſiſtat adnunciet? facilis extinguendi miniſtratur occaſio, illi à quo ſanitas poſtulatur. Sic te, impuriſſime hominum, aduerſus nos in rationum reſeratione muniuimus, ex v. ſtro nunc cognitores pendet arbitrio ſi qui peccatis vicit vniuerſos, non debet omnes reos † *Ennodius declamat. 6.*

nes reos ſuperare ſupplicijs. Naſcituras in poſterum culpas incidite: eueniet ex vnius cruciatu generalitatis emendatio;genus pietatis eſt circa hoſtem patriæ eſſe diſtrictum, ne dum perſonæ parcitis ad incrementum vitia prouocetis.

† *Hieronymus lib. comment. in Abacu:c.1.*

Quomodo ſi ægrotus æſtuans ebrius, quam frigidam poſtulet, & dicat ad medicum. Vim patior,crucior, vror, examinor, vſquequo medice clamabo, & non exaudies. Et reſpondeat & ſapientiſſimus ac clementiſſimus medicus: ſcio quo tempore dare debeam, quod poſtulas,& non miſereor modo, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & voluntas tua contra te petit: ita & Deus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera, atque menſuras interdum non exaudit clamantem, vt eum probet & magis prouocet eum rogandum, & quaſi igne excoctum iuſtiorem & puriorem faciat. Quod intelligens vt Apoſtolus ſecundum id quod miſericordiam conſecutus eſt, à Domino, ait. Sed non deficimus in tribulationibus. Et benedicite Dominum in omni tempore: Et ſcit quod qui perſeuerauerit, vſque in finem, hic ſaluus erit, & gloriatur in labore, & dolore, & cum Hieremia dicit, tribulationem & miſeriam inuocabo. Et quomodo alius inuocat Deum; ſic ſanctus vir ac bellator inuictus ad exercendum ſe,& probandum,tribulationem miſerum inuenire deſiderat.

† *Chryſ hom. 56. in Ioa.*

Quemadmodum inſani aduerſus ſe ipſos nonnunquam ſententiam ferunt,ita & inuidi ſolum inuidioſi miſeriam diſquirentes, eius fœlicitate & ſalute anguntur. Hi feris ſæuiores, illi enim fame impulſi non appetunt, ad beneficos nonnunquam inimicorum loco habent. Feris inquam ſæuiores,dæmonibus pares& fortaſſe iniquiores.ipſi namque aduerſum non nullo amicitiæ fœdere hoſtiliter perſequuntur, ſuo generi minime inſidiantur: nominis autem neque naturæ ſuæ participes reneriti, eos infeſto animo impetunt, atque ſe ipſos prius, quam quibus inuident ſupplicio afficiunt, animumque perturbationibus temere cruciant: idcirco omnis venia inuido deſperanda eſt. Nam ſcortator voluptatis ſtimulos in excuſarionem affert: fur paupertatem, homicida furorem. ille vero quam affert: nullam profecto,niſi animi prauitatem atque maliriam.

† *Auguſt. lib. 6.confeſ.c. 4.*

Sicut enenire aſſolet,vt malum medicum expertus,etiam b[illegible]no timeat ſe committere:ita erat valetudo animæ meæ: quæ vtique niſi credendo ſanari non poterat,& ne falſa crederet,curati recuſabat:reſiſtens manibus tuis,qui medicamenta. fidei confeciſti & ſparſiſti ſuper morbos orbis terrarum & tantam illis authoritatam tribuiſti.

† *Chryſ hom.4. ad pop. Antioc.*

Quemadmodum ſi quis apoſtematis morbo circumuentus, ferro tecidatur à medico,non habens quomodo recidenti aduerſetur,circumſtantia,tangit atque aſtantes mordet,illis quidem inf.rre,nihil habens ad modicum autem extendere manum non valens:ſic & Iob blaſphemiæ magnitudinem timens, facit inanimatis iniuriam, atque fiduciam paſſione adauget, non contra Deum audens, ſed ſe denique accuſans maledicit ante non creaturam,ſed ſuipſius diem:poteſtatem,inquit,habeo diei mei

non

non maledico conditorem, mei ipſius Diem maledico.

Quemadmodum qui laborant ab oculis, ſi ſpongias ac veſtium Cyaneo colore pannos tenentes, frequenter in ea intueantur: ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamẽ: ſimiliter & ſi tu Dauidis imaginem præ oculis habeas, & in hanc aſſidue defigas oculos, etiamſi millies obtundet ira mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar reſpiciens perfectam conſequeris ſanitatem, puramq; animi philoſophiam ac tranquillitatem.

† Chryſ. hom. 3. de Dauid & Saule.

Quemadmodum eum qui perpetuo ſitit, non dixerimus recte valere, etiam ſi copia rerum affluat, etiamſi iuxtá fluuios ac fontes accumbat. Quid enim prodeſt illa aquarum copia, cum affectio maneat inſedabilis? itidem & in diuitibus faciamus eos qui perpetuo concupiſcunt, ſitiuntq; aliena, ne putemus vnquam eſſe ſecuros, nec vlla frui rerum copia. Etenim qui ſuam ipſius concupiſcientiam non poteſt ſiſtere, etiam ſi cunctorum opibus vallatus ſit, quomodo futurus eſt hic vnquam in proſperitate? Eos vero qui quod habent ſuum, boni conſulunt, quique ſua ſorte contenti ſunt, nec alienas circumſpectant facultates, etiam ſi fuerint omnium egentiſſimi omnium opulentiſſimos dicere oportet.

Idem conc. 2. de Lazaro.

Sic multi corpore: ſic & plures animo ſunt ægroti: *& in anima noſtra multi, ſicut in illa ad piſcinam olim medentem porticu iacent ægri, & debiles: quam ſi adeat Dei verbum & auaritiæ lepram inuidiaque ferruginem, & intemperantiam cæcitatem, & iracundiæ, phrænesim, & luxuriæ paralyſin præcepto medente depellet & nos non ſolum, ad ſanitatem innocentiæ, ſed etiam ad firmitatem patientiæ refectos, iubebit illico non ſolum exurgere de infirmitatis lectulo, ſed etiam ipſum lectum tollere: vt eum portemus validi, quo portabamur infirmi.*

† Paulinus ep. 4. ad amandum vt refert Mathæus Cora. in Enchiridio medicinæ.

Quemadmodum vſu venire videmus in his, qui morbo laborant, vt cum morbus non ingraueſcit, cum ſanitatis initium fiat, & ſic in ipſa vitioſitate vlterius nec proceſſeris: & tibi militia finẽ habuerit qui ſi duos dies feceris tertio facilius ab ſtinueris.

† Chryſ. hom. 10. in ep. ad Rom.

At febricitans quoque inuitus audit frigida pocula ſibi negari, ſi tamen ſanari vult quod medicus mendat diligenter obſeruat. Tu ergo mi Hyppolite ſi vis amorem euadere liberque fieri, præpara, vt quæ præcipiam facias, noſcito te ægrotum eſſe maximaque infirmitate detentum, & propter ſanitatem dura & aſpera eſſe ſubeunda. Nempe ægrotus eſt, mi Hyppolite, omnis qui amat ac nedum ægrotus, ſed mente etiam captus: atque inſanus & amens.

† Aeneas Syluius de remed. amoris.

Quemadmodum nihilo differt, vtrum ægrum in ligneo lecto, aut in aureo colloces: quocunque illum tranſtuleris, morbum ſuum ſecum transferet: ſic nihil refert. vtrum animus æger in diuitiis, aut paupertate ponatur: malum ſuum illum ſequitur.

† Seneca 14.

Sicut medicinæ apud ægrotos vſus etiam apud ſanos honor eſt ita clementiam quamuis pœna digni inuocent etiam innocentes colunt.

Idem. li. 1. de Clement. c. 2

Sicut cæci, claudi, Naſo fracti, pede aut manu, gibberi, lippi, albugi-

noſi,

noſi, ſcabioſi impetiginoſi hernioſi hominibus placere non ſolent; ſic ijdem ſpiritualiter accepti Deo diſplicēt. *Non Placet Deo cæcus, vtroque lumine, eruta fides, ne agnoſcat Deum. Non placet Deo claudus vtroque pede, cui deficit amor, ne cognatione attingat Deum, ne ve illo charitatis coccineo funiculo vniatur Deo. Non placet Deo, paruo, grandi vel torto naſo, ille videlicet qui ſubobſaciente diſcretione ſpiritum, aliquid humile vel a recto diſtorsum, vel à magnitudine ſola elatum cogitat de Deo. Non placet Deo ille qui fracto pede affectus iam in Deum currentis, reſilit à iunctura, & cognatione diuina. Non placet Deo ille qui confracta fidei manu ſe retrahit à ductu, formatione & vnione diuina. Non placet Deo qui gibbo peccati depreſſus oculos non poteſt eleuare à terra ad cœlum, neque pectus ad pectorare ad Deum vocantem, incorporantem & animum animæ iungentem. Non placet Deo lippreſis, vel albuginem habens in oculo, qui ſcilicet oculos habet & non videt albugine carnalis concupiſcentiæ, aut phlegmate gulæ, obnubilatam habens mentis pupillam, ne Deum aſpiciat, ne ex aſpectu in amorem conſurgat, ex amore vero ne ſe illi inſinuet, atque deuinciat. Non placet Deo habens ſcabiem, voluntatem nimirum prurientem ad ſcelus. Indignus talis qui videat Deum immaculatum, qui conſortium meat cum Deo immaculato, & qui vniatur Deo incontaminato. Non placet Deo impetigine auaritiæ laborans. Indignus talis qui agnoſcat Deum ſua largientem, qui affinis ſit Deo liberali, & qui iungatur Deo benefico. Non placet Deo herniolus inflatus tumore ſuperbiæ. Superbis Deus reſiſtit, Alta à longe Deus cognoſcit, Accedit homo ad correlātum, & exaltabitur Deus, ne oculo mentis videatur, ne animæ illabatur, ne ſpiritui vniatur.*

† *Hbrahamus Brouius conion. quadr. one. ſer. v. cinerum.*

Naturaliter homines morti appropinquantes conſueuerunt ſitire, & ratio poteſt eſſe: quia ſanguinis effuſio reddit corpus ſiccum, & mortis terror areſacit cor: idcirco homines conſueuerunt in tali puncto poſtulare. Inter alia quando Chriſtus tempore ſuæ paſſionis ſitiuit, fuit ſalus humani generis: licet vt verus homo propter ſanguinis effuſionem corporaliter ſitiret. Sed negata eſt gutta aquæ illis qui facit fontes aquarum, & qui de petra propter populum ſitientem educta aqua potauit.

† *Antonius de Rampegolis.*

Si ægrotus contraria medico poſtulans, obtineret illa à medico, ſignum eſſet mortalis odij. hic ſpiritualiter prælatus dicitur ſuos ſubditos adire, ſi ipſos errare perſpicit, & incorrectos relinquit, non eſt enim ſignum amoris, ſed odij mortalis. Ipſi peribunt in peccatis ſuis, & ſanguis eorum requiretur de prælati ſui manibus. Vt habetur Ezech. 3

Idem.

Sicut æger medico vana & abſurda præſcribenti obedire non tenetur: ſic nec religioſi prælatis, qui fictitia iubent. *Vbi enim manifeſte conſtaret vana fictitia, ſeu fatua eſſe, quæ iubentur, vt ſunt omnia quæ præter regulam ſunt, quæ nec in ea continentur, nec ad contenta in illis ſeu ad vitæ ſpiritualis profectum expediunt, obediendum non eſt.*

† *Hieronymus à Politio in expoſitione in regulam Seraphei. Patriarchæ S. Franc, c. 10.*

Quilibet peccator leproſo aſſimilatur; & hoc ob multiplicē rationem, & proprietatem leproſi. Prima eſt propter turgiditatem & inflationem: quia

quia turgidus eſt, & inflatus,& per hoc ſignificatur peccatũ ſuperbiæ,quia ſuperbi turgidi ſunt & inflati:vnde ſuperbi ſunt,veſica inflata,quę ſi pungatur acu,quãtumcunque ſit inflata,deinflatur & deturgeſcit; ſic & ſuperbus quantũcũque ſit inflatus in diuitijs, & delicijs & in honoribus & de ſciẽtia ad modicũ punctũ mortis deinflatur,& deturgeſcit;quia ſicut dicit Iob.27 Tollet eum ventus vrens, & auferet; & velut turbo rapiet eum de loco ſuo. Etiam in ipſis ſuperbis non eſt niſi ventus elationis,& iactantiæ & vanæ laudis,ipſi ſicut bufones inflati ſunt,& maxime quando tanguntur aliqua dura reprehenſione,& portant ſemper venenum detractionis in ore: ſicut bufones, vt interficiant eos, qui tangunt illos;vnde dicit Pſalm. 13. venenum aſpidum ſub labijs eorum: in ore eſt lepra capitis: quia ſuperbia eſt caput & initium omnis peccati.eccleſ. 10 initium omnis peccati eſt ſuperbia:vel dicitur lepra capitis, id eſt diaboli, quia diabolus eſt caput,& rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ.Iob. 41.de lepra capitis Leuit.13. vir ſiue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra,videbit eos ſacerdos: iſta eſt Lepra Oziæ regis 2.Paralip.26.

† Ioan. Quintiuus in ſermo. moralibus 9.

2 Secunda propter putredinem interiorem, cum Lepra putrefaciat hominem interius,per hoc ſignificatur peccatum inuidiæ: quia inuidia quãdo facit hominem dolere de bonis proximorum,& gaudere de malis eorum, putreſcere facit animam inuidi coram Deo, & conſcientia eius,& omnes virtutes quæ erant in anima putreſcunt. Et ideo dicitur Prouerb. 14.Putredo oſſium inuidia.

3 Tertia eſt propter anhelitus eius fœtorem,& aliorum corruptionem,& ſubmiſſam locutionem,quia leproſus ſubmiſſe loquitur: quia habet vocem raucoſam,vel raucam:per hoc ſignificatur peccatum detractionis, & murmurationis, quia detractor ſub ſilentio detrahit & mordet ſicut ſerpens.Eccleſiaſtiſ. 10. ſi mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit. Præterea habet anhelitum fœtidum,vnde Pſal. 5. ſepulchrum patens eſt guttur eorum. Similiter detractor per fœtorem detractionis ſuæ primoſe corrumpit, & illum cui detrahit,quantum in ſe eſt, & eos qui detractiones eius libenter audiunt, quia ſicut dicit Gregorius,nunquam etenim detractor,niſi etenim libens auditor,& pſalm.13. corrupti & abominabiles facti ſunt ipſi ſimiles beſtię,quę ſimilis erat vrſo, & habebat tres ordines dentium. Dan. 7. quia tres corrumpit. Hæc eſt lepra Mariæ ſororis Moyſis, '& Aaron numer. 12.vbi habetur quod Dominus eam lepra percuſſit, quoniam contra Moyſen murmurauit propter Æthiopiſſam,de hac lepra leuit.13.

4 Quarta eſt propter ſitis abundantiam, & quantitatem: quia multoties accidit, quod quanto plus bibit, tanto plus ſitit:per hoc ſignificatur peccatum cupiditatis,cupidus enim ſemper ſitit. Vnde Iob. 18. exardeſcet contra eum ſitis, & eſt mirabile: quia quanto plus bibit,id eſt,habet, tanto plus ſitit, id eſt cupit habere, vnde ſatiari non poteſt. Et hoc eſt quod dicit Eccleſiaſticus 14. inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis

optime dicit,quia oculus eius ſatiari non poteſt:quia quando videt vnum pulchrum equum,vel aliquam pulchram rem,tam cito cupit illam habere: quia ſicut dicitur Prouerb. 13. venter impiorum inſaturabilis eſt; vere cupidi ſunt impij: quia non habent miſericordiam nec pietatem de animabus ſuis,nec de proximis: & vt Iacob 2. iudicium ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam; iſta eſt lepra Giezi qui per cupiditatem cucurrit poſt Naaman, & accepit munera ab eo 4. Reg.5. vnde dicit Eliſeus Giezi lepra Naaman adherebit,tibi & ſemini tuo,& lepra cupiditatis iſtis cupidis,& ſemini eorum vnde filij eorum nolunt reddere,quod patres eorum male acquiſierunt,& pertractauerunt:ſed illud ſibi retiuēt, libenter & ſcienter ipſi cum patribus eorū in inferno dānabuntur,& de patribus eorū conquerentur filij in ipſis,quod propter illos fuit eis opprobriū Eccleſ.41. De patre impio queruntur filij, quoniā propter illum ſunt in opprobrio.

5 Quinta eſt propter ponderoſitatem: quia leproſus ponderoſus eſt; per hoc ſignificatur accedia & pigritia: quia accedioſi & pigri ita ponderoſi ſunt,quod nolunt ſe mouere ad faciendum aliquod bonum opus, vnde Iob 7. Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis. De ponderoſitate pigritiæ dicit Apoſtolus Hebrę. 12. deponentes omne pondus,ſcilicet pigritiæ,& circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum.nobis certamen,&c. iſti ſunt leproſi in pedibus & manibus,ſicut fuit Moyſes,qui habuit manum leproſam,vt habetur exod. 4.

6 Sexta eſt propter vtilitatem infirmitatis,& fætorem,per hoc ſignificatur peccatum luxuriæ,quod eſt fœtidum & viliſſimum,fætidum eſt coram Deo,& angelis eius. Vnde Gregorius fœtor eius ad cœlum aſcendit. Nec mirum cum ſit fimus carnis & ſterquilinium corporis, odium Angelis, diſcordia proximis,cibus diaboli:præterea viliſſimus eſt,vnde Seneca, ſi ſcirē homines ignoraturos & Deos ignoſcituros tamē propter peccati vtilitatē peccare dedignarer. Animæ luxurioſę dicitur Ieremiæ.2. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas: & de luxurioſis poteſt dici illud quod dicitur Treno.1. dederunt prætioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam, vere luxurioſi dederunt pretioſa,id eſt animas vel gaudia paradiſi pro vili peccato, & modica delectatione; & ideo dicit optime vt refocillarent animas,quia nunquam illa delectatio ſatiat,vnde Auguſtinus præſens non ſatiat,præterita non delectat, futura cruciat. Item per lepram peccatum luxuriæ ſignificatur propter alias duas rationes,quia conſumit totum hominem,& quicquid boni habet;vnde Iob. 31. ignis eſt vſque ad perditionem deuorans &c. Item quia membra aufert oculos,ſcilicet intelligentiæ, vnde iudicum habetur,quod Sanſon excæcatus eſt per meretricem. Item aufert aures obedientiæ,nares diſcretionis, capillos bonæ cogitationis, barbam fortitudinis,ſupercilia ſanctæ meditationis, manus bonæ operationis,pedes ſanctæ affectionis,linguam confeſſionis, & orationis & prædicationis, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, Eccleſiaſtici 15. Hæc eſt lepra carnis de qua habetur Leuiti. 13. Qui vult ab iſta multiplici lepra

lepra mundari, debet venire ad Chriſtum, fontem miſericordiæ, debet eum adorare,& dicere: Domine,ſi vis potes me mundare,per hoc quod dicit: veniens notatur peccati, deſertio: quia tunc homo ad Chriſtum venit,quando peccata deſerit,in hoc quod dicit: Adorabat eum flexo genu, cordis humiliatio notatur, ſicut dicit Pſalm. 50, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Et Pſalm. 85. venient & adorabunt poſtea deberet dicere, Domine ſi vis potes me mũdare, quaſi diceret certus de poteſtate ſum: ſed de voluntate dubito, item cum dicit mundare, notatur infirmitatis cognitio. Vnde Pſalm. 31. delictum meum cognitum tibi feci,& iniuſtitiam meam non abſcondi.

Sicut infirmus corporaliter quatuor modis purgari poteſt; ſic infirmus ſpiritualiter: primo per potionem medicinæ, & hoc per contritionem, quæ eſt amara potio bibentibus illam Eſai. 34. Criſtus potaſti nos vino compunctionis, dicitur autem contritio vinum,quoniã ad modũ vini in principio pungitur aculeo doloris: ſed ſtatim ſequitur dulcedo conſolationis:cor enim quod nouit amaritudinem animæ ſuæ in gaudio eius,non miſcebitur extraneis. Ad hanc medicinam ſumendam hortatur nos Sapiens. Eccl. 17. ante languorem adhibe medicinam; conficitur autem hæc medicina ex herbis amaris, quæ in proprio horto naſcuntur,ſcilicet ex conſideratione propriæ fragilitatis, & propriæ iniquitatis: Deus autem apponit acumentum ſcilicet iudicij & inferni timorem. Secundo purgatur per vomitum confeſſionis, Eccl. 26. Si coactus fuerit in edendo multum 1. ſi conſcientia te reprehendat,ſurge è medio per contritionem, & vome per confeſſionem,& refrigerabit te pacificando conſcientiam tuam de hac purgatione 11. Macha. 16. Iudas qui interpretatur confitens. & qui cum eo erant. ſ. pudor,dolor,& timor & huiuſmodi purgauerunt templnm;& ibidem dicitur: ea die qua templum ab alienis eſt pollutum: contigit purificationem fieri: contra differentes confeſſionem. Tertio purgatur per ſudorem; ſic per ſudorem & opera pœnitentiæ quaſi in ſudore vultus Leuit. Eccl. 7. Purga te cum brachijs,contra illos qui brachia habent fracta,nullam habentes operationem virtutis: quorum pulſus denotat interiorem cordis malam diſpoſitionem; dicit enim Ouidius,quod cancer ſi ſine brachijs ſepeliatur, in terra ex ea naſcitur ſcorpio. Hinc & ait littoris equorei ſi demas brachia cancri. Cætera ſupponas terræ, de parte ſepulta,ſcorpius exibit: caudaque mouebitur vnca: ſic ſiquis brachia virtutem charitatis amiſerit: & ſe ſub terra per auaritiam ſepeliat: ſcorpio. i. venenoſus & peſſimus efficietur. Quarto modo per Lauacrum,i. per Baptiſmum,numer. 10. nono dicitur quod qui tangebat cadauer hominis mortui immundus efficiebatur, ſed tanquam aqua expiationis aſperſus mundabatur. Sic nos omnes cadauer mortui Adæ carnem ab ipſo ducendo tangimus. Ideo immunditiam originalis culpæ contrahimus,ſed quando aqua expiationis in baptiſmo aſpergimur;tunc à tali infectione mundamur, ſi tum propria fide ſeu parentum vtamur: Heb. 10. accedamus ad

† Ioan. Raulin in ſer. Quadrag. 153.

eum cum vero corde, in plenitudine fidei, áſperſi corde, á conſcientia mala: & abluti corpus aqua munda.

Berchorius in reper. mor.

Sicut æger dolet, & triſtatur, caleſcit & inflammatur: & guſtus eius aliter quam ante fuerat reperitur: quieſcere & compellitur & iubetur, & medicinis congruis refouetur: ab amicis viſitatur, á medicis frequentatur, á nociuis cibariis præſeruatur, & diligenti cuſtodiæ committitur: & in lecto ne exeat, quandoque per violentiam detinetur: ſic vere iuſtus dolet per contritionem, triſtatur per timorem: caleſcit per diuinum amorem: 2. Reg. 3. Adamauit Ammon, alias Amon, Thamar Sororem ſuam; ita vt ægrotaret propter amorem eius. Guſtat ſuauitaté diuinam per contemplationem. Talis etiam ſolet quieſcere per deuotionem; medicinis fouetur per Sacramentorum, & bonorum documentorum adhibitionem; ab amicis viſitatur, per Sanctorum reuelationem; & per Dei Angelorum conſolationem; á medicis frequentatur per prædicatorum, & prælatorum viſitationem. á nociuis cohibetur per mundi delectabilium abdicationem, diligenter cuſtoditur per Dei & ſuperiorum gubernationem: violenter etiam quandoque in lecto miſeriæ detinetur, per tribulationem & flagellationem: æger erat Dauid de quo dicitur 1. Regum 19. quod cum quæreretur vt veniret ad Saulem. Reſponſum eſt quod ęgrotabat: & de Ezechia etiam Rege iuſto dicitur 4. Regum 20. quod ægrotauit Ezechias vſque ad mortem, & reuera tales ægri gratijs vniuntur; á ſanctis iuuantur, á Chriſto curantur, gratijs dico vnguntur, vnde Mar. 6. quod Apoſtoli: vngebant oleo multos ægros, á Sanctis, etiam iuuantur, & conſolantur, vnde de Sanctis dicitur Mar. 16. quod ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt: á Chriſto etiam curantur; vnde Actuum 6. dicitur quod afferebant ægros, & curabantur, ægrotant ergo iuſti virtualiter; ægrotant etiam criminaliter, peccator æger enim dicitur, quia ad omnia bona impotens reperitur 4. Reg. 8. ægrotauit Benadab Rex Siriæ, ægrotant etiam damnati æternaliter, vnde Acham Regi peſſimo dictum eſt 2. Parap. 21. tu autem ægrotabis peſſimo languore vteri &c.

Idem.

Tranſlatio hominum iniuſtorum: qui continue ſe transferunt de gratia ad peccatum, de vitio ad vitium, de malo ad malum: vnde in Pſal. Nutantes tranferantur filij eius, & mendicent &c. Sexta eſt tranſlatio hominum impiorum: qui transferunt de mundo ad infernum: & de mundi gloria ad tormentum, vnde in Pſal. dicit. Tranferentur in cor maris, vnde de diabolo dicit 4. Reg. 17. quod Rex Aſſyriorum cepit Samariam: & tranſtulit in Aſſyrios, his igitur præmiſſis, de tranſlatione bona aliquid eſt dicendum: boni enim transferunt vt dictum eſt, de bono in melius: quia ſicut videmus quod porri & olera proficiunt & emédantur: quando transferuntur & tranſplãtantur: ſic homo proficit quando ſpiritualiter de peccato ad gratiam, de mundo ad eccleſiam, de ſeculo ad cæli gloriam transfertur & tranſit, vt ſic de quolibet viro iuſto dicatur illud Pſal. vineam de Ægypto tranſtuliſti, vbi aduerte quod ad hoc quod bene & vtiliter transferamur, neceſſe eſt quod interiora bene diſponamus: quia debemus eſſe vinea quod

quod exteriora caute deſeramus, quia debemus exire de Ægypto, quod vlteriora ſemper adeamus, quia debemus eſſe tranſlati.

Vt ſomniantes & furioſi habitum rationis, non actum, & vſum habent: ita incontinentes dormiunt, ſi vſum; furiunt, ſi affectum ſpectes. † *Ioan. Caſus in Ethi. Ariſt. lib. 7. ca. 10.*

Vt ægrotis amara, dulcia, & lippis Alba, nigra apparent, ita quæ ſunt vere delectabilia hominibus deprauatis, & corruptis maxime triſtia, quæ vero ſunt obſcœna, maxime iucunda eſſe videntur.

Vt illi non ſanantur, qui medicos libenter audiunt, ac diligenter attendunt, ſi nihil eorum, quæ præſcripta ſunt faciunt; ita ſic ſtudioſi & beati non fiunt, quamuis percipiant multa, ſi ea quæ præcepta ſunt, re, vita & opere non ſequantur. *Idem lib. 10. Idem l. 2. c. 4.*

Quando infirmario curæ, eſt diuturnus æger, cum ipſe ab longum morbum remiſſo, ſuſpicio, aliquando quæratur, audiens infirmarius non curat eum, quia modus ille conquerendi eſt vſitatus: ſi vero intenſius clamat, ſtatim occurrit & rogat, quid velit: ſic Deus cum multi ſint peccatores, ſcelerum ſuorum febri laborantes, qui aliquando remiſſe clamant, vt corrigantur: vt autem ſuſpirium illud ex intimo cordis non prodit, nihil proficit, nec Deus eorum clamoribus occurrit, quouſque mentis ardore inſtent, ipſumque ſtudioſiſſime inuocent. Quamobrem fratres dilectiſſimi, ſi vos aut filij veſtri morbo peccatorum laboratis, petite & ardentiſsime clamate, quia ſtatim Deus nobis ſubueniet. † *Philip. Diez. in Conc.*

Cum alicui vena ſcinditur, & ab eo bonus ſanguis profluit, ſtatim dicere ſolemus illud eſſe ſiniſtrum ſignum; exit enim bonus ſanguis, & putridus atque corruptus intus remanet: & ita ægrotus corrumpetur, & facile morietur. E contra vero ſi corruptus ſanguis ab eius corpore, ſciſſa vena, profluit, bonum ſignum dicere ſolemus: intus enim bonus remanet, & ita ægrotus ſanitatem conſequetur: ſic ô frater, cum ad confeſſorem adis, & ei dicis. Pater ego non furatus ſum, nec interfeci aliquem, nec aliud malum commiſi: iſta certe & incauta, & improba venæ ſciſſio bonum ſanguinem à te exire facis, corruptum vero videlicet, peccata intus, hoc eſt intra conſcientiam remanere permittis: Hoc profecto æternæ damnationis ſignum eſt. At vero ſi puræ & humiliter omnia crimina tua coram ſacerdote fateris, id equidem bonum ſignum eſt, ſiquidem deprauato ſanguine extra corpus expulſo, mens tua ſana & munda remanebit, infelix phariſeus peſsimam venæ ſciſsionem fecit: foras enim bonum ſanguinem proiecit, corrupto intra viſcera eius remanente. † *Idem.*

Quemadmodum cum aliquis plenus eſt vulneribus fœtidis, & corruptis, ſi chirurgus ad vulnera illa ſananda eo accederet, & ipſe ægrotus ei diceret. Ne huc Domine accedas, eo quod vulnera mea peſsimum odorem ex ſe emittunt, ita vt egomet me ipſum ferre non poſsim, & adeo corruptus ſum, vt nec tu etiam ardorem peſsimum ferre poſsis; ipſe chirurgus pietate commotus, ad eum accederet dicens; ſi tu de te ipſo horrorem habes, ego certe de te non habebo, imo potius omni beneuolentia, & amore te curabo, & tuis vulneribus remedium diligentiſsime adhibebo. O † *Idem.*

immenſa Dei bonitas animaaduertite ſingularem Dei erga peccatorem amorem. Peccator de ſe horrorem habet, & Deus de illo minime: maior eſt Deus corde noſtro, quocirca ô peccator accede & poſtula, remedium enim portun um inuenies.

Idem. Inſanus & maxime demens diceretur ille,† qui cum pedes ægritudine podagræ tumidos haberet,& manus vulneraras, & lepra coopertas, omni cura & ſolicitudine ocreas anguſtas, & comprimentes pedes, & manicas pretioſas quæreret. Oſtulte, ſtulte nonne vides ocreas ipſas pedibus tuis nocumento futuras eſſe, quoniam ipſi infirmi ſunt, chirothecas vero pellem manibus tuis eſſe detracturas? conare prius ſalutem pedibus ac manibus adhibere,& poſtquam ſani fuerint, nec ocreæ pedibus,nec chirotecæ manibus nocebunt.

Idem. Si tu maximo,morbo laborares,velles,ab illo curari, qui non eſt medicus,licet eſſe optimus vir non patet (diceres)quia neſcit medicinam, & interficeret me. Quare igitur animarum curam committis viro imperito,& litterarum ignaro? ô quantus eſt hic error, & quantum malum omnia profecto damna,quæ ipſe animabus intulerit ſuper te cadent.

Idem. Sicut ægri qui cum ardentiſſima febri laborant,& idcirco maxima ſiti æſtuanti cumque tunc bibere non audeant,quia medicinæ regulis cautum eſt,ſtatuunt ſe vbi primum ſanati fuerint, priſtinaſque vires recuperarint,ad amœniſſimos fontes, quos aliquādo viderant,eſſe ituros. & ſeſe aqua eſſe ſaturaturos. Qui poſt quam ſani facti ſunt, cum extincta febri, ſitis etiam extincta eſt, propoſita ſua,quæ à febri illuſi ſtatuerāt,iam nunc derident: ſimilis eſt amentia,& cæcitas illorum, qui cum peccati morbo corrupti ſint, ad ea non attendunt quæ natura diuina gratia ſanata, deprauatione ſua liberata,peter & exoptabit, ſed ad ea potius, quæ cum per culpam ſit infirma concupiſcit qui ſi ex animo ad Deum conuerterentur,& per veram pœnitentiam animarum ſuarum ſanitatem conſequerentur,ſtatim falſum hoc iudicium eſſe cognoſcerent.

Idem. Quando quis ſtomachum nimis repletum habet, accipit pillulam,quę facit eum omnia purgare, & ſi nolit: ſtomachus diaboli eſt infernus, qui iuſtos illos retinebat, veruntamen ingreſſus eſt ſaluator in hunc ſtomachum,tanquam pillula, & fecit eum omnia quæ intus habet, expellere: omnia,(inquam)ſcilicet iuſtos,reliqui enim in ſacris literis dicuntur nihil,& ſi potentiores ſint mundi.

Idem. Nam exultatio, quæ ex rebus terreis ſumit ægritudinem potius, quam ſalutem cauſatur: ſicut qui acuto lateris dolore laborat, qui vinum abunde bibit,& tunc poculo delectatur,at poſtea miſer id vita ſoluit,quia quod nullo modo dicebat,deguſtauit.

Idem. Si infirmo,qui maxima febri laborat, buccam aquæ des, vt refrigeretur, non illius ſitim extinguit nam antequam ad ſtomachum perueniat, maximus calor quo ardet,parum illud aquæ conſumit:ita voluptates huius ſeculi, prius quam ad cor accedat, in exterioribus ſenſibus finiuntur, nulla ingreditur ad interius animæ, & ſic non extinguit ſitim

ſitim, quæ intus eſt, idcirco dicebat: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.

Quando quis maximo morbo laborans, eſt iam prope tranſitum, ô *Idem.* quanta cura habent filij & vxor eius, vt aliquid manducet, quo confortetur, quamque ſoliciti ſunt, nō in condiendo res maximæ ſubſtantiæ, quibus reficiatur & ſpiritum poſsit alere, ac diutius ſubſtinere: ô bone Ieſu gloria animæ meæ, eum iam prope eſſes, vt per mortem ad patrem tranſires, omnis cura tua fuit, non quid tu manducares, ſed quid nos manducaremus, quod nos confortaret, & ita diuinum hoc ſacramentum condidiſti, & conſtituiſti. Non curabat nec ſolicitus erat diuinus redemptor, quid ipſe manducaret, ſed quid nos manducaremus.

Si es debili aliquo membro, aut alio corporali morbo laboras, & me- *Idem.* dicamentum tibi venditur, quod centum ac ducentis nummis æſtimatur, illam pecuniam bene conſumptā indicat: itaque vt à corporali infirmitate libereris, non dubitas omnem tuam ſubſtantiam admittere: & vt à calumniis eripiaris gaudes corporales labores perpeti, vadens & rediens ad lites agitandas, cum ſudore ſuo, & detrimento pecuniæ tuæ. Quare ergo non gaudebis, vt ad animæ ſalutem diuitiæ detrimentum patiantur, & corpus tribuletur, ſi quidem videmus hac via Deum maiores amicos ſuos duxiſſe, & ita ſanctus Paulus: in omnibus tribulationem patimur: ſed non anguſtiamur, Aporiamur, ſed non deſtituimur, perſequutionem *2. Cor. 4.* patimur, ſed non derelinquimur: Humiliamur, ſed non confundimur, deiicimur, ſed non perimus, ſemper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, & vt vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

Quando quis habet brachium Cancere conſumptum, ita vt illud præ *Idem.* putredine non ſentiat, impoſſibile eſt illud naturaliter reuiuiſcere, & ſic medici putrefactam carnem circumcidunt, quod ſi rogatus vtrum ſentiat, reſpōdeat minime ſibi dolere, vlterius progreditur abſciſſio, quouſq; tandem viuam carnem pertingat. cū vero tetigerit ſtatim clamat: ſiſte Domine, quia viuum tangis: ſic Deus ſe habet erga nos, permittit, vt diuiti domus comburatur ait tamen diues famulis: piger negligenter egit, quia lucernam ibi poſuit, & dormiuit & ſic hoc infortunium contigit: ſed non pane meo ille amplius veſcetur: interficit Deus eius filiam, & dicit ille, ipſa fuit in culpa mortis ſuæ, quia nullis medicinæ legib. tenebatur, nec ſe ab aqua poterat cōtinere: deambulabat noctu, cū viro ſuo in horto, & aer illi obfuit. Hæc omnia ſunt putridam carnem ſcindere, attingamus ergo viuum eius, primogenitum Deus occidit, qui erat lumen oculo- *Pſalm. 77.* rum ſuorum, illico clamat, o Domine, hæc erat vna ſpes ſenectutis meæ, nec alius filius mihi remanet.

Sicut æger, qui in epulis optime conditis, non ſolum ſaporem, & dul- *Idem.* cedinem minime inuenit, verum illas edere ſibi moleſtiſſimum eſt, ſic quam plurimi Chriſtiani adeo pigri & indeuoti, atque ſpiritu imbecilles ſunt, vt in lectione ſacra, in oratione, in ſermone ſpirituali, in contemplatione

rione,in concionibus,atque aliis huiuſmodi ſactatis rebus,non ſolum vo-
Pſal.106. luptatem,aut dulcedinem minime reperiant, ſed hæc omnia ita exhorrent,ac ſi eſſent venenum,quod eis mortem allaturum erat.

Idem. Si ægrotus magna febri laborat, & ſimul inſatiabilem ſitim patiatur, dupliciter eius ſiti ſatis fieri poteſt, vel ſi ei tanta aquæ gelidæ copia tribuatur,quouſque ipſe ſatietur, vel ſi à febre ipſa liberetur, à qua ſitis illa dimanabat, ſi huic ægroto optio daretur,quid potius vellet, in aqua frigida ſatiari,ea conditione, vt quamuis ſitis eius tunc extingueretur, manente febri ſtatim iterum ſiterit:vel an vero vt omnino à febri ipſa liberaretur,vtrum horum eligeret?profecto,niſi inſanus eſſet, ac demens eligeret potius à febri liberari,hoc enim multo magis ei, quam illud expediebat.Ergo maius beneficium Deus in illum confert,à quo ſitim & cupi-
Pſal.36. ditatem bonorum temporalium aufert, quam ſi ei diuitias tribuat, quæ deſiderium ipſarum magis incendere,& inflammare faciunt.

Idem. Si videres filium Ducis in hoſpitio ſuper ſtragulum iacentem contagioſo morbo laborantem, & eum cognoſceres: non ne domum tuam illum,adduceres & diligentiſſime curares, ſperans patrem eius aliquando tibi gratias relaturum? pauper igitur quis eſt niſi filius Dei, quandoquidem filius Dei dixit;quod vni ex iſtis minimis feceritis,mihi feciſtis. Si ergo filium Ducis per vtilitatem domum tuam affers, hic non eſt maior vtilitas:certe oſtenditis vos forte non credere, quæ ſumma veritas dicit ſcilicet ſe recipere in ſe bonum,quid pauperibus facitis,vt poſtea quaſi li-
Eſa.58. beraliſſimus Dominus perſoluat.Conſiderate fratres mei;quid dicit Deus ad hoc propoſitum, per Eſaiam:]Frange eſurienti panem tuum, egenos vagoſque induci domum tuam &c. tunc erumpet quaſi mane lumen tuum,& ſanitas tua citius orietur & gloria Domini colliget te, id eſt, eſto miſericors,& quamuis ſis in peccato per hoc diſponeris & cognoſces peccarum tuum,quia lux cognitionis intrauit in animam tuam, quaſi aurora quæ tenebras expellit,& ſanitas tua quæ eſt conuerſio tua celerius tibi adueniet,& gloria Dei amplectetur te.

†
Idem ſen. Quemadmodum illi,qui ſomnum non capiunt, colore pallido,viribus infirmis & membris omnibus fracti eſſe ſolent: ita etiam homines hoc contemplationis ſomno deſtituti, communiter perfecti viri colorem, & vires habere non videntur, quia vnus ex præcipuis fontibus, ex quibus Chriſtianorum diſſolutio,& deprauatio manat, & tanta in tentationibus infirmitas eſt,ſomni huius ſpiritualis defectus.

Idem. Cum homini infirmo & imbecilli vena inciditur, monet medicus, vt parum ſanguinis detrahatur, periculum enim eſt, ne vires omnino deficiant;labores & perſecutiones nihil aliud ſunt quam ſanguinis detractio, & ideo eas Deus ſubiecti qualitate metitur. Quare enim ſanctus Iob patientiæ & fortitudinis viribus polleret, ideo ille ipſe, qui ſanguinem illi, Dei permiſſione detrahere debebat, qui fuit ſathanas dixit, extende paululum manum tuam & tange cuncta, quæ poſsidet, & profecto omnia,

omnia illa infortunia, quæ alios debilitaſſent, Iob nullo erant detrimento.

Si quis ægrotat eo quo cæpas, portos, crudeſq; cibos comederit, poteſt ei medicus mederi gallinis, pernicibusque eum cibans, aliiſque pretioſis medicinis adhibitis, quando autem quis precioſis veſcens epulis, ſaluberrimaque ſumens medicamina infirmatur. & quod ei remedium poteſt adhiberi: Chriſtianus qui diuina ſacramenta ſuſcipiens, rem ſacram, concioneſque audiens, infirmatur, quibus medicinis curari poteſt? ipſis vtique ſacramentis. verumtamen difficilius, ſi quidem per ingratitudinem reincidit. Ethnici autem qui eo quod rudibus veſcuntur epulis, errorum mentiſque oculos obſcuratos, atque caliginoſos habent, ægrotant, ſi animis illuminarentur quandoquidem poſt lapides abeunt, eoſque tanquam Deos venerantur, melius atque ardenrius Deum verum ſequerentur. *Ibidem.*

Ad hoc reſpõdeo, interrogans quid eſſet de infirmo, ſi omnino cibos recuſaret, eo quod eos nõ ſapiat? certũ eſt quod moreretur. Quapropter remedium eſt ſibi vim inferre, vt abſque guſtu edat: nam ſi hanc vim ſibi inferat, poſtea cibos ſapiet, & quidam ei pauci videbuntur, iidem oportet in cibis ſpiritualibus fieri, ita nos docet ſpiritus ſanctus, dicens: viam ſapientiæ monſtrabo tibi, & ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum: Ego docebo te guſtum percipere, ex cognitione Dei. *Ibidem.* *Pro. 4.*

Quidquid editis de ſe bonum eſt, & tamen vobis amarum & lutum ſapere videtur, ſignum eſt quod in vobis humorum minia abundantia eſt; ſed poſt quam res vt ſunt ſapitis, ſignum eſt quod craſsi humores conſumpti ſunt; & naturalis virtus incipit prædominari. Chriſtianum cui Deus amatus, & cæleſtia videntur, ſine ſapore veriſimile eſt, à ſpiritu diuino multum abeſſe, ſed poſtquam res ſanctæ nobis, id quod ſunt, incipiunt ſapere, & ſæculares vanitates, etiam id, quod ſunt vobis ſapiunt, magnum eſt indicium præſentiæ Dei, in hac anima. *Idem.*

Ægrotat quis per quatuor menſium ſpacium & cum medicis ac medicamentis quidquid poſsidet diſpendit, & quotidie ægritudo eius in deterius procedit, ipſe vero crimina ſua confiteri minime recordatur, nec cogitat morbum, illum ei ob multa ſcelera ſua perueniſſe & forſan ſi animæ ſuæ ſalutem quæreret illam etiam corpori ſuo inueniret: ideo merito Innocentius Papa iubet vt medicus ægrotum inuitans, ante omnia ipſum hortetur, vt ſcelera ſua ſpirituali medico confiteatur. Quæ lex ſi obſeruaretur, ægroti non terrerenrur cum peccata ſua confiteri iubentur; ad hoc medico reſpondere ſolent, dicentes Galeni & Auicennæ ſententiam eſſe ne ægrotis triſtia nuntientur, ego vero vobis domini mei dico Galenum & Auicennam, nunc in inferno ardere, & vos ſi illos in hoc ſequimini, & quod debetis non facitis, eaſdem pœnas & ſupplicia eſſe ſubituros, nos autem ægroti, ne incuria tepeſcatis circa hoc negotium *Idem.* *Cap. cum infirmitas de pæn. & remiſsio.*

tium licet medici nos ad faciendum non admoneant, ſit nobis Corporalis ægritudo occaſio ad animæ ſalutem conſequendam; hoc enim Dominus intendit, cum propter peccata homines ægritudinibus vexat, quamuis præſenti nullam ex eis ſciant vtilitatem educere.

Idem. Accidit aliquem morbo Gallico laborare, vel alio quouis morbo contagioſo, omnia autem remedia inutilia eſſe, donec ſe ligni aqua curet, quam vulgo(Aqua del palo)appellant: idem humano generi contigit. Nam cum contagioſo culpæ morbo laboraret, quamuis antiqua Moyſis lex plurima ei remedia dederit, plurima ſcilicet ſacrificia, & ceremonias, quæ in ea præcipiebantur, nunquam tamen ſanitatem recuperare potuit: ita vt cœli gloriam ingredi & Dei frui poſſet aſpectu, donec ligni ſanctiſſimæ Crucis aqua curatus eſt. Nam cum in ligno crucis Redemptor noſter affixus eſſet, aquam tantæ virtutis effudit, id eſt, tantam virtutem & gratiam, vt omnem culpæ morbum lauare & ſanare poſsit; ſi tamen qui hoc morbo laborant, ea vt par eſt, lauentur.

Idem. Quando quis viſum obtuſum habet, vt ſcripturam ex minutis characteribus perlegat, cōſpicilia ponit, quæ viſum iuuant, & literas cōſpicuas reddunt, & ſic recte legitur ſcriptura quæ antea ab illo legi non poterat: ſacra ſcriptura maximis myſteriis eſt referta, viſus autem animæ noſtræ ad illa intelligenda nimis debilis eſt, neceſſaria interim eſt fides, quod inſtar ſpeculi & conſpicilij viſum animæ iuuet, fortificetq; , vt eam conſequatur.

Idem. Quando homines aut animantia rabie laborant, aut infecta ſunt, ſolet adduci pſyllus(vt ſaludador que los ſalude.) Erat anima beati Ioannis rabie originalis culpæ infecta(Yuino eſte ſaludador de la ſalud) huic malo remedium adhibere: (y an ſi in ſaludando ala madre) filius qui in viſcerib. eius erat, ab originalis culpæ rabie liber manſit.

Idem. Quemadmodum cum quis potionem ſumpſit, ne illam euomat, pulſu eius aceto tanguntur, aut malum citreum mordet, & ſtomachus qui eſcas: ſimiliter, vt cor tranquillum, & quietum in laboribus habeatis, ne per impatientiam illos euomatis, ſi quidem ſalutifera potio animæ ſunt acetum, quo aſpergi, & malum citreum quod mordere debetis, eſt Dominicæ paſſionis conſideratio, nec ad hoc tantum, verum etiam ad cuiuſcunque exercitij ſancti executionem vtilis eſt.

Idem. Si quis intus internam aliquam habet corruptionem, ſolet illi per fontem aliquem & cauterium exitus dare, & quia de nobis omnibus vere dici poteſt, corrupti ſunt, optimum remedium erit, vt in oculis noſtris, aut ſaltem in corde lachrymarum fons fiat, vt hæc corruptio euacuari poſſit. Regi Ezechiæ dixit Deus: vidi lachrymam tuam & ſanaui te. Quod ſi illi ſalutem dedit corporalem, nobis ſi plorabimus recte, & ex animo dabit ſpiritualem.

Idem. Quemadmodum qui ſortiti ſunt aciem oculorum obtuſam, ſemper ſecum

ſecum afferunt conſpicilia, vt oculis ſuperponentes, clarius cernant, & exactius res cognoſcant: ſic & nos, ne nos præcipites demus in voragines inexplicabiles peccatorum, debemus ante oculos mentis, præcepta diuina ponere.

Quemadmodum ſunt quidam adeo imbecilli & infirmo capite, vt vel vna vini guttula inebrientur, & corruant: ita nonnulli ſunt, qui ſi aliquam virtutis ſcintillam in moribus ſuis deprehenderint, vel pluſculum aut orauerint, aut ieiunauerint, protinus inflantur, & alios præ ſe ipſi facile contemnunt. *Idem.*

Habet quis vulnus & accedit chirurgus, qui applicat illi vnguentum, quoddam mollificatiuum: ſi autem vulnus hoc vnguento magis obduratur, non eſt in culpa chirurgus, aut medicamentum, ſed mala complexio hominis vulnerati. Applicat Deus peccatoris vlneribus vnguenta, quæ ſunt admonitiones, comminationes, ſupplicia, & denique promiſſiones: peccator vero magis obduratur, hoc profecto non ex Deo, ſed ex peccatore prouenit, quia vulnera habent corrupta & putrida, ſol mollificat ceram, lutum vero obdurat. *Idem.*

Qui nimium comedit, & ſtomachi cruditatem atque inuerſionem habet crudos atque digeſtos inſimul cibos euomit: ſic qui aliena bonis ſuis comiſcet, vtraque plerunque perdit. *Idem.*

Quod manifeſte apparet in eo, qui podagræ ægritudine laborat, non enim minimum ictum, quantumcunque ſit lentus, nec dum tenuiſſimam ſindonem, qua, ſi ſanus eſſet, recrearetur, ferre poteſt, ita damnati, vt erunt corruptiſſimi, quantumcunque tormentum quamuis minimum in ſuis corporibus nimis ſentient. Homines dum ſunt in hac vita aſſuefacti laboribus, illos, quia iam callum obduxerunt, quodammodo non ſentiunt: præfati vero in inferno, poſt millia vel ducenta millia annorum, tam teneri erunt, in tormentorum tolerantia ac ſi eo momento, quo tartarum ingreſſi ſunt, eſſent. *Idem.*

Quando infirmus eſt iam deſperatus à medicis eum derelinquunt, nec amplius volunt viſere, nec de illo curam habent: pater tamen & mater eius qui eum tenero amore complectuntur, diuitias nihilominus in eo curando conſumunt, noctes inſomnes ducunt nec vllo vnquam tempore ab eo recedunt, vt eum omnibus rationibus curent. O bone Deus quantus eſt amor, quo homines proſequeris Nam etiã reprobo, & præſcripta remedia non ceſſas adhibere, eum ad te conuertas, vt cognoſcamus fratres, neminem, niſi ſua culpa condemnari. *Idem.*

Qui podagra laborat pedes habet, ſi tamen illi dicas: frater curre, dicet ipſe: nequeo: dices illi vt non habes pedes; ſed non ad currendum: ſic omnes habent aures, ſed (propter ſcelera noſtra) pauci eas habent ad audiendum: vt oportet. *Idem.*

Quando infantes ægrotant, præcipiunt medici nutrices potiones ſumere, vt bonum eis lac præbeant: & ſic eorum morbo medeantur: idcirco nos prædicatores exhortamur eos qui carnales eſtis patres, vt puri- *Idem.*

Tob.9. ficemini, atque à peccatis vos cohibeatis, plurimaſque virtutes operamini, iſtud etenim erit bonum lac.

Idem. Quemadmodum vir debilis & ægrotus cum baculo innititur, non adeo ſuper illum incumbit, vt confringatur, & ipſe in terram corruat, ac percutiatur: ſic etiam cum bona temporalia ſint baculus debilis, & arundineus, non adeo illis per affectum innitaris, vt cum perdita fuerint, per impatientiam atque peccatum, tu etiam pereas.

Idem. Cum aliquis ægrotus maxima triſtitia afficitur, & ab aliquo inuiſus interrogatur, quæ tantæ triſtitiæ cauſa ſit, reſpondet, ſe potionem amaram quæ tantum purgare ſufficiens erat, accepiſſe, & eam abſque aliqua operatione, ſeu commotione in corpore ſuo habere. O infelix peccator, quam optimo iure ſanguineas lachrymas poſſes profundere, ſi quidem tam efficacia medicamenta, qualia ſunt labores à Deo miſſi, nihil in tuo corde operantur.

Idem. Qui vult dare buccellam cibi delicatiſſimi ægro, quem ipſis horrentiſſimum eſſe ſcit, ita perpolite & munde eum condit, vt illum vix videatur attingere. Quid ergo placitu difficilius, quam qui in mortali peccato commoratur? cui nec factum, nec prædicatio, nec diuinæ res placent, omnia illi horribilia & duriſſima videntur. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, vt ergo ſanctæ admonitionis, & correctionis eſcã percipiat, neceſſe eſt vt ſumma puritate conſcientiæ & exterioris vitæ ſit.

Pſalm.106.

Idem. Si quis habet apoſtema quod cauterio oportet aperiri, non eſt tam amens, vt in ignem aut ferrum iraſcatur, quamuis magno illi tormento ſint, ſed hoc patienter fert, licet ignis intentio, & naturalis propenſio non eſt ſanandi, ſed vrendi. At æquo animo ſuffert, quia principalis agentis, ſcilicet chirurgi intentio, non eſt illum vrere, ſed ſanare, quod ſi poſſet abſque cauterio, faceret: ſic inſectator, velut ignis nos vrere atque euertere ſolum intendit, Dei autem illum regentis manus vos ſcelerum apoſtematem bonoſque atque humiles intendit efficere.

Quemadmodum medici febre iactati non debent morbis alienis mederi, & corpora languida tremulaque manu contrectare, niſi ad ſanitatem prius fuerint redacti: ſic ſacerdotes animo ægri & ſceleribus implicati, ſacramentum non deberent miniſtrare. *Vide quid agas ſacerdos ne fabrienti manu Chriſti corpus attingas, prius curare vt poſſis miniſtrare.*

† Amb. de vid. lib. 1.

Vt qui ſemper ægrotant, remedia; ſic qui peccant medicinam in promptu debent habere. *Si quotieſcumque effunditur ſanguis, in remiſſionem peccatorum funditur, debet illum ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur, qui ſemper pecco, ſemper habere debeo medicinam.*

†† Amb. de ſacram.

Autor. Quemadmodum ægri, etiam ſi humores habeant in corpore præparatos, ſanitatem tamen habere aliquando non poſſunt: *Sic & aliquando plerique & vitam habentes mundam non accipiunt gratiam. Quare? Ne in ſuperbiam eleuentur, ne inflentur ventoſitate iactantiæ, ne altitudo muneris negligentiores efficiat.*

† Chryſoſt. ſup. ep. ad heb.

Vt ægri ſine pharmacis morbos: ſic peccatores vulnera peccati, ſine ſanguine

ſanguine Chriſti ſanare minime poſſunt.

Vt maxima punitione dignus eſt, qui ſanitatem; ſic qui Dei gratiam contemnit.

Sicut ridiculum eſſet, ſi ægrotus medico receptas dictaret; ſic impium, ſi peccatores ſacerdotibus & prælatis præcepta animas curandi præſcriberent.

Sicut qui morbo laborant, pharmaca quærunt: ſic qui animo ſunt ægri, medicinam requirere deberent.

Sicut ægrotantes niſi ſemper ordinatè vixerint, nulla ipſis diſciplinæ per tres aut quatuor dies ſeruatæ vtilitas: ſic & peccantes niſi ſemper ſobrij ſint, nihil proderit ipſis duorum aut trium dierum correctio. † *Chryſoſt. hom 3. ad pop. Antioch.*

Quemadmodum ſi quis pernicioſis humoribus plenus, ægrotationis laborem non effugiat, multo magis qui hanc omni cholera amariorem malignitatem in ſe ipſo recondit, atque conſeruat. Vltimi atque perpetui doloribus morbi laborabit; quod planum à verbis ſuis eſt, qui cum alijs dolorem inferant, quanto magis animam prorumpentis interiment. † *Chryſ. hom. 43. in Matth.*

Sicut eum quidam graui ægritudine vexatur, & multis modis indiget medicaminibus, & attenuatus eſt ſumptibus, ſi introierit medicus & dixerit ad eum, qui ægrotat; plures ſpecies ad confectionem medicaminis neceſſariæ ſunt; reſpondeat vero ægrotus: non habeo vnde tantas ſpecies emam, paupertate detineor; dicat ad eum medicus, illam & illam da mihi ſpeciem, tantum cætera de meo præſtabo; ſic & Deus dicit: da mihi confeſſionem tuam, & lachrymas pœnitentiæ, cætera autem pro miſericordia mea, & humanitate tibi præſtabo. † *Idem in Pſalm. 50.*

Quemadmodum ægrotis cõtingit, vt vbi à morbo fuerint liberati, præteritarum ægritudinũ obliti, ſeſe cibis pernicioſiſſimis ingurgitent, morboſque acceſſant. *Sic fere accidit omnibus impijs, vt poſt liberationem ex calamitatibus, mox obliti pœnarum, & beneficiorum deteriores fiant, & cum ſenſu memoriam quoque præteritorum deponentes, Deum nouis ſceleribus ſuis ad extrema ſupplicia adigant.* Quidam.

Sicut neque æger medico medicamentorum delectum præfinit; ſed ad quæuis ſeſe promptum exhibet: ſic neque nos quicquam grauatim ferre decet; aut noſtrorum vitiorum remedia remediorumque modum præſcribere, ſed ad omnia nos deuouere ac paratos exhibere. † *Trinerus in varijs apophtheg.*

Sicut qui deliraturus eſt etiam recuſaturo ſibi medicamenta inferri præcupit, ſic & nos exinaniri oportet, vt vel inuitos Deus acrioribus medicamentis (ſi quidem opus ſit) curet, expurget, præſeruet. † *Ibidem.*

Sicut in morbis ferè illi euadunt qui minimum à principio appetunt: ſic & alibi vbique minimum mali ſuſſerunt, qui minimum cupiunt. † *Ibidem.*

Sicut quod fere ægrotus plurimum appetit, hoc ſanus maximè faſtidit: ſic & ſi quis mente conſtaret, nihil plus quam diuitias aut honores abhorreret. † *Ibidem.*

Vt quo ægrotus quiſpiam à ſua natura diſceſſerit longius, eo laborat periculoſius. Sic proinde inter cuncta vitia periculoſiſſima eſt ſuperbia: *Ibidem.*

 eteuim

etenim ſuperbus procul ab omni humanitate diſcedit,ac more Nabuchodonoſor efferatur ac in brutum vertitur.

† *Ibidem.*

Sicut ſi quis Cephalea laborat,aut capite doleat, coronarijs ſertis non afficitur: grauatur magis atque eo ferè amplius,quo odorem ipſa ſpirant maiorem: Ita neque honores vitæ commoditati quicquam conducunt, ſed inſigniter officiunt.

† *Ibidem.*

Vt qui multo dolore vritur,fere medicamine, quod dolorem ſedat, indulgenter abutitur; ſic multo minus modum ſeruat, qui iraſcitur; ergo caſtigationem oportet alteri tradere; vel donec ira deferbuerit,differre.

† *Ibidem.*

Vt importuna in morbis voluptas ſemper cum multis alijs doloribus eſt fermentata: ſic & vitiorum iucunditas, nunquam citra animi dolores.

† *Ibidem.*

Vt non eſt iniucunda ægris occulta medicamentorum poteſtas, ſed abominabilis ipſorum amaritudo,acerbitas; ſic nec in virtutibus ingrata eſt ipſa gratia, ſed tantum ſenſui diſplicet externa phantaſia,& apparens moleſtia.

† *Ibidem.*

Vt æger facile cuiuis cauſæ vel etiam leuiſſimæ ſuccumbit: ſic & qui eſt obnoxius vni peccato,facillime à ſingulis inuaditur.

† *Ibidem.*

Vt qui initia ac ſemina morbi tolerat,ac negligit, grauem ſtatum expectat; ſic & qui ab homine natura illiberali primam iniuriam illatam diſſimulat ſecundam inuitat.

† *Ibidem.*

Vt valde ægrotat qui ne odorem quidem cibi tolerat; ſic atque infirmitatis eſt ab Euangelio excidere, ſed extremæ deplorationis eſt illius hiſtoriam faſtidire.

† *Ibidem.*

Vt qui dolorem corporis negligit,animo laborat: ſic & qui periculum ſuorum peccatorum ignorat,huic mens ſtupet.

Plutarchus de vicioſa verecundia.

Quemadmodum ægri qui initio leuem morbum negligunt in peius incidunt: ſic qui vitia animi contemnunt. *Cæterum illud palam accidit immodico pudori,vt dum fumum vitat ignominiæ, in ignem ſeſe conijciat: Etenim quos pudet eis contradicere,qui improbe moleſti ſunt,petendo quod æquum non eſt,poſtea pudefiunt ab illis, qui merito vocant in ius: dumque metuunt leuem reprehenſionem, frequenter commiſſentem pudorem ſuſtinent.*

† *Paulus Riccius de cæleſti agricultura lib. 3.*

Sicut ſi quis cauſonide,Synocho vel quouis graui morbo correptus,medicum doctrina & exercitio præſtentem adſumit, nonne veſanum delirumque diceres ægrotum,ſi de ſingulis, quæ medicus adminiſtrat, anxie quærat,& inueſtiget. Cur hoc & non illud? cur tali pondere? cur hac & non illa potius hora pharmacum & antidotum porrigat: cum optime noſcas languentis intereſſe, priuſquam ſeſe medicamentis fidei & operi committat,vigilanti,& ſollicita cura indagare, num medicus ille doctrina, experimento, & probitate ſit vulgo, & omnium teſtimonio probatus: quod cum exquiſitum ſibi fuerit continuo abſque vllo examine,& nutante cogitatione, ſe illius monitis & conſultis totum ſubmittat. Si hæc illi qui corpore languet conſideranda ſunt,quando ſeſe terreno,fragili & falli-

laci homuncioni medico committit, quid de cœleſti parente, ſpiritualium languorum ſanatore Deo, & Saluatore Chriſto Ieſu, eiuſque veteribus, & nouis æternæ ſalutis antidotis & pigmentis iudicandum ſit, tu ipſe conſidera.

Sicut qui male ſe cibis ingurgitāt, cum aſperas ſunt medicinas accepturi, ſi nimia ſeſe eſca ſepeliunt, atque ſic medicinā accipiunt, aſperitatem quidem illam pertulerunt, vtilitate vero exciderunt, ægram facientes medicinæ dimicationem, ad corrupti humoris malitiam. Quamobrem medici eos incænatos dormire mandant, quo virtus totius medicinæ quam primum atque illico morboſis occurrat humoribus; ſic & ieiunio contingit, ſi te ipſum hodie multa obrueris ebrietate, craſtina vero eam acciperet, quæ ab illo eſt medicinam, hanc tibi profecto vanam inutilemque effeceris. † *Chryſ. hom. 1. de pœnit.*

Sicut ægroti corpore medico opus eſt, ita his quorum æger eſt animus opus eſt Doctore, qui noſtram animam ad cognitionem deducat. † *Clemens Alex. lib. pedag. cap. 1.*

Sicut quando aliquis peccat ſub conſcientia ac deſtructione plurimorum, de pluribus incurrit reatum, & quantum per vnius membri vitium, ſerpit late diffuſum, reliqua per membra contagium, tantum in actorem ſuum multiplicis mali recurrit augmentum, & quantos deſtruxerit, de tantis ſibi materiam damnationis congregabit, commiſſo enim peſſimo opere contriſtantur boni, ſubuertuntur mali, vtinam non etiam boni. Nimis enim penetrabile telum eſt imitatio deteriorum. Ita autem è contrario, quando quiſque de eccleſiæ filiis aliquod bonum profitetur, in publicum creſcit deuotio meritorum corda mirantium, ac de tantis acquiruntur bonorum operum fructus, quantorum velut balſami ſuauitate condiuntur affectus. *Euſebius c. 1. in ſenns Hom. de initio quadrages.*

Quemadmodum qui laborant ab oculis ſi ſpongias ac veſtigium cyaneo colore pannos tenentes frequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: ſic ſi hominis clementiſſimi & humaniſſimi imaginem præ oculis habeas, & hunc aſſidue oculos defigas, etiam ſi millies abundet: ira mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar reſpiciens, perfectam conſequeris ſanitatem, puramque animi philoſophiam, ac tranquillitatem. † *Chryſoſt. Hom. 2. periculoſum eſt adire ſpectacula.*

Quemadmodum ægrotus admittere non differt medicum, quamuis in medicina ſunt hæreſes, ita nec qui anima ægrotat, & eſt plenus ſimulacris pro ſanitate ad Deum conuerſione prætexere debet hæreſes. † *Clemens Alexandrinus lib. 7. ſtrom.*

Quemadmodum qui cibum accipiunt, quem continere non poſſunt, etiam quem ante comederunt, propter illum euomunt: ita in Chriſti morte euenit. Mors cum corpus quod corrumpere non poterat, accepiſſet, etiam illa eiecit, quæ comprehenderat. Siquidem cum Chriſtum haberet dolebat, affligebatur quouſq; eum vomuit, idcirco inquit Apoſtolus ſoluens dolores mortis. Neque enim aliqua mulier, quæ parit ita dolet, vt illa cum corpus dominicum comprehendiſſet, diſtrahebatur, lacerabatur, & quod in Babylonio dracone factum eſt, quando accepto cibo crepuit † *Chryſ hom. 24. in 1. Cor:*

medius

medius idem in hoc vſu venit. Non enim per eos mortis Chriſtus rurſum erupit, ſed medio draconis ventre rupto clariſſimus euaſit.

† *Idem de cõpunc ord lib. 1.*

Vt homines ægri cum multis febribus aguntur, ſi in aquas ſemetipſos frigidas immerſerint, ad præſens quidem aliquid videntur ſibi quæſiſſe ſolatij; multiplicatas vero corporis ſui flammas febrium reparant: ita & nos agimus cum conſcientia ſtimulamur, peccatorum & in eurypum nos, vel lacus contritos prauæ intelligentiæ præcipitamus.

Idem hom. 52. in Matt.

Quemadmodnm ſi quis febricitans, plenum frigidiſſima vas aqua rapuerit ab aliquo, & eam peſtiferam bibendi cupiditatem expleuerit, ac morti ſe ipſum tradiderit, non eum vnde aqua rapta eſt, ſed eum qui rapuit accuſamus & ſibi ipſi iniuriatum cenſemus: ſic certo de auaris atque rapacibus cogitare debemus. Peiori namque febri iſti laborantes, alienarum rerum rapina habendi cupiditate inflammantur. Si quis etiam furore concitus gladio à latere cuiuſpiam rapto ſe ipſum occiderit, nonne qui rapuit ſibi ipſi iniuriam intulit, cum is à quo enſis raptus ſit, nulla ſit vexatus iniuria. Hoc ipſum quoque in pecuniarum rapina fieri videmus.

† *Ibidem.*

Quemadmodum qui acutæ bilis feruore febricitant, non ſolum extinguunt ardorem potu, verum etiam incendunt, atque inflammant: ſic qui auaritia laborant, cum huic cupiditati omni bile acerbiori pecuniam offerunt, maiori ſe ipſos flamma incendunt. Nihil quippe hanc ſitim ita extinguit, quemadmodum ab huiuſmodi deſiderio te ipſum liberum conſtituas: ſicut etiam acuta bilis, non potu, ſed è contrario potius extinguitur. Sed hoc ipſum, inquies, quomodo facere potero? ſi perſpexeris nunquam rerum copia huius te ardorem ſitis extinctum, ſed ſolo diuitiarum deſpectu ab hoc te tabifico morbo eripere poſſe.

† *Polyb. hiſ. 13.*

Quemadmodum hydropicorum deſideria nunquam externo humore adhibito ſaturantur, aut tolluntur, niſi interna corporis diſpoſitio curetur: ſic concepiſcentia illa plura habendi nunquam exaturatur, niſi vitium quod in animo eſt ratione aliqua corrigatur.

† *Chriſoſt. hom. 35. in 1. Cor.*

Quemadmodum qui febre laborant, nauſeant omnia: ſic perturbatæ mentes vndique percelluntur: Laudat quis, ſtatim intumuiſti: reprehendit, ſtatim deiiceris: quemadmodum corporibus infirmis quælibet res facile nocet: ſic deiecti animi nec aduerſus paupertatem, nec aduerſus opes conſiſtunt.

† *Idem hom. 11. 1. Cor.*

Quemadmodum febris in ipſis principiis non nimia ſiti ægrotos torquet, aucta autem eius flamma, intolerabilem ſitim iam conficit, & quãuis ad ſatietatem vinum quis præbear, non extinguitur tamen, ſed accenditur vehementius: ſic in hoc effectu vſu venit, nam ſi à principio noſtram aggreſſum animam non propulſabimus, non clauſerimus oſtia iam aditu patefacto, inſanabili morbo qui cum admiſerint conficiuntur.

† *Macarius Hom. 1.*

Quemadmoddm in infirmis ſi corpus vltra cibum ſumere nequeat, deſperant, de ipſis ac deflent omnes amici veri, cognati atque delecti: Ita luget

luget, Deus, & angeli ſancti animas illas,quæ non veſcuntur cœleſti ſpiritalique cibo,nec viuunt in corruptione.

Sicut ægrotus in doloribus poſitus omni homini oſtendenti ſibi aliquid ad remedium facile credit, non diiudicans perſonas medicantium neque diſcutiens artificia eorum. Sic cum exurgent pſeudo-Chriſti, Sancti in neceſſitate perſecutionum poſiti, & quaſi ægroti deſiderantes refrigerium Chriſti omnibus referentibus aliquid de Chriſto facile credent. † *Chryſoſt. hom 49. operis imperf.*

Peccatum ſanies eſt, pœna ferrum eſt medicinale, ſicut igitur ſaniem habens & ſi non ſecatur,male habet, & cum non ſecatur, tunc eſt in maioribus malis: ita peccans etiamſi non puniatur, eſt omnium miſerrimus, tunc maxime miſer cum non punitur, & graue nihil patitur. Et ſicut ſplene & intercute laborantes cum larga fruuntur menſa, & frigida potione, & delicatis ferculis, & ſaporibus, tunc præcipue omnium ſunt miſerrimi, delitijs morbum augentes: ſi vero fame & ſiti ſecundum medicorum leges cruciantur aliquam ſpē ſalutis habent.Sic in iniquitate viuentes ſi puniantur,bonam ſpem habent, ſi vero cum iniquitate delitijs fruantur hydrope laborantibus ſunt deteriores. † *Chryſoſt. hom. 6. ad pop. Antioc.*

Sicut febri correptus non tantum hanc paſſus eſt moleſtiam, quod infirmatus eſt, verum poſt morbum iam erit imbecillior, licet ad valetudinem ex longa redeat ægritudine: ſic quidem in peccato licet valeamus, etiam multa indigemus fortitudine.Age mihi quempiam contumelioſum licet contumelię pœnas non dederit,aliud tamen lugendum eſt,quod anima eius reddita ſit imprudentior. Peccatorum enim quoque crimine patrato & tranſacto, quoddam in anima noſtra venenum reponitur. Non audis quoſdam dicentes,cum bene valeant. Nondum aquam audeo bibere? Atqui conualuit quidem,ſed morbus hoc intulit ei detrimentum. *Idem hom. 30. ad pop: Antioch.*

Si vidiſti hominem ſcalpere manus & vſque ad ſanguinem confricare, euidentem habes in eo ſimilitudinem animæ peccantis expreſſam. Cedit ſi quidem voluptas illa dolori vt ſuccedit pruritui cruciatus. Neque id ignorabat:ſed diſſimulabat dum ſcalperet: ſic laceramus, ſic exulceramus proprijs manibus animas infelices, niſi quod tanto grauius, quanto excellentior & ſpiritualis creatura & quæ difficilius medeatur. † *Bernard. ſer. ad clericos cap. 4.*

Quemadmodum enim qui infirmatus eſt ac febre detinetur, exhorreſcit & reſpuit quemcunque obtuleris ei cibum, aut panem etiam ſuauiſſimum,eo quod ipſe febre ardeat, & ab ea grauiter torqueatur, hac ratione qui cæleſti Sancti ſpiritus deſiderio ſacro & præclaro fragrant,& amore dilectionis diuinæ animam habent vulneratam, ac diuino & cæleſti igne, quem Dominus in terram mittere venit, vultque confeſtim ardere, vehementer impelluntur, & accenduntur cæleſti deſiderio Chriſti:quæcunque præclara ſunt in hoc ſeculo,& pretioſa, reſpuenda,& odio digna æſtimant, propter ignem charitatis Chriſti continentem eos & efficientem,vt animi voto,boniſque cæleſtibus flagrent & ardeant erga Deum. † *Macarius hom. 9.*

Sicut qui clauos corpori infixos habet, doloribus preſſus non facile quicquam agere poteſt: ſic de timore confectus non oculo vti præter decorem, † *Baſilius in princip. prou.*

Ccc

corem, non manus ad nefarias mouere actiones, non denique paruum, aliquid aut magnum contra officium agere poterit, quaſi mœſtitia quadam minarum ac ſuppliciorum expectatione vinctus, atque oppreſſus.

Chryſ. hom. 1. in 2. Timoth.

Quemadmodum quibus aliqua pars in corpore dolet, putant, ſe plus dolere, quam proximos; & qui oculum dolent, nullam putant ſibi æquari poſſe dolorem. Ruſumque qui ſtomachi languore tenetur, illum putat dolores omnes excedere, ſingulique quibus detinentur incommodis omnia vim ſuæ magnitudinis trāſcendere æſtimant: ita & in angore animi ac moleſtia contingit, vt quoquiſque premitur, cum putat ceteros ſua acerbitate ſuperare; quippe qui hoc ſuo experimento diiudicat. Sicut qui filios non habet, nihil ea infelicitate putat eſſe moleſtius, & qui inter paupertatis anguſtias filijs angitur, nihil æque, atque filiorum multitudinem execratur.

Idem hom 7. ad epheſios.

Qui ſe conferrent in medicorum officinam illis non eo ſimpliciter eundum eſt. ſed curandum vt diſcant quomodo curentur. ac pharmacis vtuntur: ita & nobis qui in eccleſiam conuenimus, non hoc tantum modo agendum, ſed diſcendum quid ad ſalutem proſit.

Idem hom. 58 ad popul. Antioch.

Dic mihi quomodo ſeruis noſtris febricitantibus medicos accerſimus, & domos ſeparamus, & illic cogimus artis legibus obedire, & ignauiter ſe gerentibus difficiles ſumus & cuſtodes adhibemus, qui ne volentes quidem eos ſuas expellere concupiſcentias permittant; Et ſi dixerint eorum curam gerentes, opus eſſe medicamenta comparari, precioſiſſima cedimus, quicquid præceperint, paremus, & eis horum præceptorum præmia ſoluimus; cum vero nos laboramus, neque medicum accerſimus, neque pecunias: ſed tanquam aliquo carnifice, vel inimico & hoſte iacente, ita nullam animæ curam gerimus.

Idem hom. 14 in Matthæū & lib. 1. de cōpunctione.

Si habuerunt aliquam corporis paſſionem, omnia facimus, cuncta mereamur, vt in reliquum ægritudine liberemur. Anima vero noſtra tam male habente diſſimulamus, ſemper differimus, propterea ne corporis quidem languoribus liberamur, quoniam quæ maxime neceſſaria ſunt ſuperflua eſſe dicimus: quæ vero pene diſſimulanda, hæc omnino neceſſaria iudicamus, & fontem ipſum incuratum relinquentes, malorum riuulos purgare conamur. Nam præter quam quod horum cauſa peccata ſæpe ſunt animæ, certe languor corpore eſt deterior, quo anima carne præſtantior.

Benedictus Ariasmontanus de varia repub. ſiue in comment. in lib. iudicum cap. 10.

Sicut morbum: ſic & peccatum noſſe, faterique primus eſt gradus ad ſanitatem, vt inquit Benedictus Aria Montanus. In morbis quibus mens animuſque ægrotat, prima curationis ſpes, doloris, atque mali ſenſu, & cauſa, cognitione vel inquiſitione oſtenditur.

Quemadmodum per inſaniā mente moti res probe non vident, ſed pro morbi ſui ratione, quæuis imaginantur: ſic anima tua ab auaritia poſſeſſa, cuncta aurum, cuncta argentum reſpicit, libentius vides aurum quam ſolem.

Baſilius hom. in diteſcētes.

Quemadmodum qui grauitate capitis, ebrietateque tenentur, ſtulte ſimpli-

ſimpliciterque feruntur, quamuis præcipitium, & aliud quid ſimile ſubſit infra concidunt incaute: ſic qui corruunt in peccatum veluti praua ebrietate actionis deſiderio detenti, neſciunt quid faciunt, non præſentia, non futura præuidentes.

† *Chryſ. hom. 1. de pœnit.*

Sicut infirmus qui ipſe venit ad medicum, ex parte iam ſanus eſt, ſic & ipſe peccator qui venit ad ſacerdotem & doctrinæ aut pœnitentiæ medicinam quærit ex parte iam iuſtus eſt.

Idem hom. 8. oper. imperf.

Sicut qui habent intus incluſam eſcam indigeſtam, aut humoris vel phlegmatis ſtomacho grauiter & moleſte imminentia, ſi vomuerint releuantur; Ita etiam hi qui peccauerunt ſi quidem occultant & retinent intra ſe peccatum, intrinſecus vrgentur, & prope modum ſuffocantur à phlegmate vel humore peccati, ſi autem ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſemetipſum & confitetur, ſimul euomit & delictum atque omnem morbi digerit cauſam.

† *Orig. hom. 2. in Eſai. 37.*

Vt Podagrici totis artubus contremiſcunt, ſi quis eorum extremum pedis digitum vel leniter attigerit, non aliter mendaciorum magis vi, qui erroribus populum inficiunt, mirabiliter ſudant, & pallent, & præſentem doctrinæ ſuæ ruinam extimeſcunt, ſi quis paulo doctior aut ingenioſior eam quocumque modo cœperit rationum ponderibus examinare.

† *Guilielmus Reginaldus lib. 1. Caluino Turciſmi.*

Sicut in ægrotis initio quicumque morbus eſt paruus, deinde vires capit & augeſcit. *Sic in vnoquoque lapſu à minimus incipitur, ſed ſuccreſcentibus defectibus, ad maiora & grauiora labuntur. Vnde Iſid. de ſummo bono. Qui dilabuntur ad vitia non ſtatim à magnis criminibus incipiunt, ſed à modicis aſſueſcunt, vt ſic cum maximis corruant.*

Refert Ioan. Herolt in ſer. qui vulgo diſcipuli inſeribuntur 110. Greg. in mor.

Videmus autem ex abuſu potantium, præſertim dum febrium diſcratia laborant, quod potus vini alioquin facibus cauſat, vel ægritudinis augmentum, vel inſaniam & furorem, aut quandoque mortem: Nos autem filios omnes Adam, quis ægrotos, quis febricitantes eſſe peſſimis animæ febribus negauerit, quibus vertuntur in nauſeam & amaritudinem optima diuinorum eloquiorum verba, quibus in fel conuertitur ſuauiſſimus diuini verbi panis.

† *Ioan. Gerſon. in libello de medit. c. 8.*

Non aliter ergo nos de Dominica lege quærimus, quam quæri de optimo medico impatiens ægrotus ſolet, qui cum ingraueſcere ſibi morbos vitio ſuo fuerit imperitiam medentis accuſat. Quaſi vero curare vllam infirmitatem præcepta poſſint, ſi eis non obedient infirmis; aut ſanare quẽquam obſeruantia valeat, quam medicus ei imperat, ſi eam ſibi ægrotus ipſe non præſtat. Quid iuuat ſtomachum abſtinentia, ſi ſtatim dulcia ſubſequantur? Quid conferunt phrenetico ſilentia circumſtantium, quem ſtatim ſuus clamor occidit? aut quid prodeſſe poterit antidotum, cui ſuperfunditur venenum, & nobis itaque eſt lex antidotum, ſed vitioſitas venenum. Sanare nos non poteſt legis antidotum, quos occidunt venena vitiorum.

† *Saluianus Maſſilienſis de Gubern. Dei lib. 5.*

Et amarè flet: ſic Chriſtus inclinato capite pependit in cruce &lachrymoſis oculis fleuit, vt nobis inſinuaret ſuam amaram paſſionem & dolorem, & vt nobis oſtenderet quod per triſtitiam & fletum intraturi ſumus in cœlum M. ſ. Beati qui lugent, quoniam ipſi, &c.

† *Philippus de monte Calerio in ſer. Domin. 16.*

Sicut homo paralyticus eſt debilis virtutis, & ſe iuuare non poteſt, niſi medicamentis fortificetur in membris: ſi hoc in rectis exiſtens efficitur debilis, & quãto plus peccat tanto efficitur debilior ad reſiſtendum: & ad peccandum pronior, niſi ſibi virtus à Domino conferatur, hanc autem virtutem paratus & Deus conferre, ſi ab ipſo modo debito poſtuletur, ſicut nobis hic innuitur.

† *Leonardus de Vtino in Quadrag. &c. ſer. 10.*

Sicut qui credit ſe eſſe ſanum, licet infirmetur ad mortem non quærit auxilium nec currit ad medicum: ſed de omnibus exponens à nullo cauet ſibi, ideo dixit quidam; nullum amplius timeo niſi morbum quem non ſentio.

Super illud: ſintque externa rite comparata. De curatione & remedijs ſpiritualium morborum.

Petrus Greg. Tholoſ. in Sanctor. art. & mirab. lib. 28

SICVT Medicina corporalis eſt ea, quæ corporis morbos tollit, aut emendat. *Sic Medicina ſpiritualis eſt quæ animi morbos emendat, cum illa obſeſſa vitijs, non poteſt fungi naturali ſua proprietate, nempe rationali, vel eſt quæ conſeruat animam, ne vitijs aut delictis, quæ morbi ſunt, inficiatur. Huius medici ſunt plures: in primis Deus optimus maximus, Pater, Filius & Spiritus Sanctus. diuinam medicinam exhibuit Deus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſunt & legiſlatores ſeu nomothetæ, atque præceptores ſeu philoſophi, & admonitores, & conſolatores medici. De Medico illo ſummo, non eſt quod multis agam: nam nomen ipſum Ieſus, nihil aliud eſt quam ſalus: quia ipſe ſaluum fecit populum ſuum à peccatis, Matth. 1. Eſai. 12. 17. 43. 62. Daniel 9. Mich. capit 7. Zachar. 9. Luc. 2. Ioan. 3. 1. Timot. 4. & 1. Ioan. 4. &c. & Domini eſt ſalus Pſal. 3. Eſai. 49. Hier. 3. Atque finis fidei noſtræ, hæc ſalus animarum noſtrarum 1. Petri 1. virtus nobis ſalutis egreſſa ab illo torrente Dei, & ab aquis ſacramentalibus, & arboris fructu, qui in ſalutem omnium nationum, per agnum & Dominum crucifixum omnibus datus eſt, iuxta Prophetiam. Ezech. cap. 47. explicatam. cap. 22. Apocal. vnde D. Auguſt. contra 5. hæreſes: Fuſus eſt ſanguis medici, & factus eſt medicamentum frenetici. Sic Clemens Alexand. lib 1. pædagogiæ cap. 2. Eſt pedagogus, inquit, noſter verbum ſcilicet filius Dei, qui præter naturales animæ affectiones curat, per admonitiones. Morborum enim corporis auxilium proprie vocatur medicina: quæ docetur humana ſapientia: verbum autem paternum, ſolus eſt humanarum ægritudinum. Pæonius Medicus & ſanctus ægrotæ animæ incantator. Omitto referre reliqua quibus, à ſanctis patribus Deus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, medicus dicitur: ſatis enim conſtat ipſum languores noſtros tuliſſe, Eſaia 53. & peccata multorum Eſai. cap. 25. ſi. ut per vnius hominis primi peccatum mors, & morbi, & vt ait Horat. 1. car. od. 3.*

Poſt

Poſt ignem æthereâ Domo
Subductum, macies & nouæ febrium
Terris incubuit cohors:
Semotique prius tarda neceſſitas
Lethi corripuit gradum

Ita per vnum hominem & verum Deum, vita & à morbis animæ, & corporis curatio & ſalus, vt docet D. Paulus ad Rom. 5. & 8. Et virtus peccati gratia Dei 2. Coloſſ. 15. Atque per eius meritum, per ſacroſancta myſteria, & ſacramenta veluti per medicinas morbi ex peccatis contractis, ipſa ſcilicet peccata remittuntur nobis, reuelatis peccatorum vlceribus, & confeſſis. Matt. 3. & 26. Luca 7. & 24. Ioan. 1. ad Hebr. 1. & 10. Iacob. 5. & 1. Ioan. epiſt. 2. Apocal. 1. &c. Huius ſacroſancta medicinæ myſteria diſpenſant presbyteri, & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ pro vt cuique ordini tributum eſt: qui vt periti medici pro modo vulneris morbi & peccati detecti, medicinam applicant: itaque aliquando vt in corporali medicina mordicat, & incidit remedium, timore & contritione: aliquando reſoluit per lachrymas & admiſſi pœnitentiam; interdum macerat ieiuniis, vigiliis & ſimilibus: aliquando iubet euomere & vacuare per confeſſionem, reſtitutionem, ſatisfactionem, &c. aliquando impinguat clementia, dulcedine, benignitate, conſolatione: aliquando abſtergit & corrodit, correctione, & afflictione. Atque quod valde timendum eſt, aliquando inefficax eſt, & impotens medicina non ratione ſui ipſius, ſi quidem meritum paſſionis Chriſti per ſe efficax eſt, non ad redemptionem quidem tantum iſtius mundi vniuerſi, ſed & ad aliorum infinitorum ſalutem, ſi plures eſſent: verum inefficax ex parte ægroti & peccantis eſt cuiuſmodi, morbi ſunt animæ deſperatio, præſumptio, obſtinatio, & ſimilia vt recte de his Hieremias dixerit cap. 46. Fruſtra multiplicabis medicamina, ſanitas non erit tibi. Et D. Ioan. epiſt. c. 5. & peccatum ad mortem non pro illo dico vt roget quis. Verum vt ait Ouid. 1. Metamorph. Tunc.

Cuncta prius tentanda ſed immedicabile vulnus.
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Quamobrem & incorrigibiles excommunicationis poſtremo mucrone feriuntur, ne alios inficiant tabe. Neque tamen quia omnes ægri non conualeſcunt, idcirco nulla medicina eſt Cic. 2. de natur. Deor.

Sicut in re medica experti ſine cauſa alicuius, aut affectionis cognitione, ac inueſtigatione confeſtim ad ea, quæ ſæpenumero prodeſſe nouerint indiſcriminatim in omnibus ægritudinibus confugiunt, affectarum partium notitiam omnino negligentes, cum nos ſaltem non lateat affectorum locorum inueſtigationem, medicis ſumme neceſſariam eſſe. Sic experti in re morali, ſine vllius vitij agnitione, eadem remedia quæ prodeſſe cognouerint, ſine vlla diſtinctione vitijs adaptant, affectarum animæ potentiarum cognitionem penitus aſpernantes, cum certum ſit male affectarum partium cognitionem neceſſariam eſſe. *Martinus Henricus quæſt. Medic. 23.*

Sicut calix potatus ſanitatem adfert: ſic calix quem filius Dei ore ſuo benedicto bibit, ſuo corpori ſanitatem mentis & corporis acquiſiuit. Sanat quidem Chriſti paſſio nunc animas: nam tametſi peccata noſtra fuerint vt coccinnum, huius calicis epotatione, quaſi nix dealbantur, & rubra velut vermiculus, huius poculi ſumptione, veluti lana alba fiunt. In iudi- *† Gerardus Vernuſt pro ſanct. die paraſceue. conc. 3 conc. 1. Eſai. 1.*

 cio

cio autem, viuificabit & ſanabit corpora, facietque ea ſole clariora, candidiora niue, uitidiora lacte, rubicundiora ebore antiquo, & ſapphiro pulchriora.

Philip. Diez. Quid quæſo graui vulnere ſauciatus magis, quam chirurgi manum etiam cruciantem optat? At pueri infantes cum ſimili modo laborant; neque hanc opem requirunt; immo etiam cum chirurgus adeſt, flere & vociferari incipiunt. Idem igitur grandæuis iſtis pueris contingit, qui vt peccatorum ſuorum vulnera non ſentiunt, ita nec cœleſtis medici remedium pro dignitate æſtimare poſſunt.

Idem. Quemadmodum medici pharmaca ægrotis ea menſura propinant, quã ſanitatis neceſſitas exigit: ſanitatem autem ſine vlla menſura dare volunt (dant enim quantam maximam poſſunt) ſic ea quæ nos ad hunc finem adiuuant, eatenus amplectimur, quatenus fini conſequendo conducunt, finem autem ipſum, hoc eſt ipſam felicitatem & beatitudinem ſine vlla mẽſura cupimus; quia ipſam propter ſe ipſam deſideramus, neque ad aliud quidquam ordinamus, &c.

Idem. Vt medicamenta omnia, quamlibet ſalubria ſint, nihil opis ægrotantibus præbent, niſi ſumantur: ita plane hoc ſalutis humanæ poculum ad ſanandos omnium morbos ſufficientiſſimum eſt, nemini tamen eſt ſalutare, niſi ei quid illud ebiberit. Quid autem eſt bibere, niſi illud ad ſe trahere ſibique vnire, vnumque quodammodo cum illo fieri? Hoc enim & cibi, & potus proprium eſt, in corpus & ſubſtantiam aliti permutari, & vnum cum illo effici: quiſquis ergo Chriſti particeps eſſe cupit, vnum cum illo per fidem & amorem effici debet.

Idem c.3. in natali Domini. Quid iuuare medicamenta poterunt, quamlibet ſalutaria ſint, ſi in apotheca ſeruata nunquam curando vulneri admoueantur? exponam hoc apertius: vulnus hoc in animo noſtro ſitum eſt, qui amore ſui ſaucius, Deo neglecto, ad ſeipſum omnia referenda putat. Huius autem vulneris medicamentum, Chriſtus nobis ex diuina & humana natura confectum, in mundum attulit. Illud vero cordibus noſtris tunc admouemus, cum pio quodam affectu tantam erga nos Dei bonitatem, charitatem & miſericordiam ſedulo cogitamus, particulamque diei vel noctis in hac pia meditatione inſumimus, &c.

Idem cont. 2. Dom. 22. poſt Pent. Sicut ex viperæ veneno homines medicinam aduerſus venenatum eiuſdem morſum conficere ſolent: ita tu ex pœnis, quas peccatum importauit in mundum, antidotum nobis aduerſus peccati venenum confeciſti.

Idem. tom 3. Vnguentum, quod curandis vulneribus adhibetur, diu iiſdem adhærere debet, quo ſanitatem afferre poſſit; cum ergo vnguentum animæ vulnera ſanans, & ſuauiſſimo odore carnis noſtræ fœtorem conſumens, deuotio ſit quę ex ratione atque meditatione procedit, diutius orationi inſtandum, & in ea perſeuerandum eſt, vt ſpiritualis ſanitatis, & virtutis eius participes reddamur.

Hippocrates in quodam aphoriſmo inquit ſolentia iuuare ſi ſuo tempore non

non iuuant,mala procul dubio eſt ſignificatio: id eſt, ſignum mortis eſt:nam ægrotus qui cum medicamentis infirmior eſt, quod remedium ei adhiberi poteſt? idem poſſumus dicere in ſpiritualibus ægritudinibus: medicamentum validum eſt Dei verbum, & ſancti euangelij prædicatio ad animas conuertendas,ſicuti regius propheta teſtatur,dicens, lex Domini immaculata conuertens animas: ergo ſignum mortis atque æternæ damnationis eſt,à culpis non ſanari, nec tam efficaci medicamento ſalutem ſpiritualem accipere. † *Idem Hippocrates.* *Pſalm. 112.*

Mel quamuis dulce cum tamen vulneribus adhibetur, dolorem facit: ita veritas licet quid excellens, & eximium ſit, iniquis tamen ſceleribus vulneratos vexat. *Idem.*

Vnguentum ſandalinum non applicatur à chirurgo, niſi ad illam paſſionem ad quam confectum eſt, & vnguentum album eodem modo: ſingula vnguenta enim ad ſingulos morbos curandos virtutem habent, & ad alios morbos nihil proſunt:Nunc cognoſcetis quod vnguentum ſit triſtitia, & cui paſſioni applicandum ſit,corrigit vobis calamitas, in qua diuitias amiſiſtis,& propter hoc incommodum contriſtamini, hac triſtitia recuperatis aliquid ex diuitiis veſtris?non: Non enim eſt vnguentum quod iſti morbo medetur,ſumit aliquis vindictam ex te,afficiens te ignominia, quia tu illum dedecoraueras, triſtitiam accipis. Hac triſtitia adhibetur remedium præteritæ iniuriæ? non: ægrotas: & propter ægritudinem triſtitia afficeris,hæc triſtitia poterit infirmitatem ſubleuare?non offendiſti Deum, habeſque triſtitiam maximam, quod tantum Deum ac Dominum offenderis.Nunquid triſtitia iſta poterit huic malo proficere? Etiam profecto: triſtitia, ergo nulli alij prodeſt,niſi malo culparum, & quemadmodum triſtitia eſt vnguentum applicare, niſi ad illam paſſionem,ad quam habet virtutem:ſic eſt ſuperuacaneum triſtitiam accipere, niſi quo Deum offenderimus: Et ſi quidem diuinam maieſtatem toties offendimus.bonum erit,quod triſtitia noſtra creberrima ſit. *Idem.*

Si quis tibi aulam medicaminibus plenam, hic vaſa vnguentis referta, illic ampullas ſalubribus liquoribus repletas oſtenderet, tibique diceret; Hæc omnia ſunt ad mihi medendum,eis namque omnibus indigeo:nunquid illius miſericordia motus ei non diceres;ò frater,Deus tibi valetudinem conferat.plurimis te credo morbis laborare, ſi quidem tot indiges medicamentis. Ecquid arbitramini fratres eſſe diuitias & ſecularia bona? Beatus Gregorius hoc explicauit, dicens bona temporalia medicamenta ſunt inſtituta ad noſtram neceſſitatem ſubleuandam,introducit, te diues in domum ſuam.diuitiaſque ſuas tibi oſtendit, dicens:vide Domine horrea mea.plena frumento,cellaria mea vino repleta, thecas meas veſtibus abundantes,capſas denique meas nummis exuberantes; aſpicio. Merito quidem eum miſerari potes,nam ex eo quod tot medicamenta quæſiuit, plurimis morbis laborare colligitur,nimium te eſurire, credo frater mi, (ei dicere potes)ſi quidem quindecim modij tritici vni homini quotannis ſufficiunt: tibi vero quatuor mille vix ſufficiunt: multum te ſitire ſuſpicor, *Idem.* † *D.Greg. lib. 8.mor.c. 20.*

ſpicor, ſi quidem bibaciſſimo cuique parua quædam cuppa vini ſufficit, tibi vero vix viginti ſufficiunt, & ſic de aliis.

† Idem.

Quid prodeſt in pharmacopolium ad quærendas pictimas, ac potiones, cor tuum lætantes, aliaque ſalutifera medicamenta te conferre: ſi cum illis ſimul venenum ſumis? Deprecare igitur frater cœleſtem medicum Ieſum Chriſtum, vt ſua potenti manu te de turba ſeorſum apprehendat, & in tranquillo ſtatu ſemotum, ab omni peccandi occaſione conſtituat.

† Idem. D. Thomas ſup. 10.

Quoniam pretioſa medicamenta grauibus morbis adhiberi ſolent, & in magnis neceſſitatibus pleniſſimæ indulgentiæ conceduntur, ac magnæ reliquiæ & magna exiſtimatione extrahuntur, denique (vt in prouerbio eſt) frater & amicus in diebus infauſtis opportunus, El amigio y el hermano para el dia malo: D. Thomas inquit diuini auxilij proprium eſſe, in maioribus anguſtiis, & affectionibus miſeris ſubuenire.

† Erycius Puteanus in ep. Promul. c. 11.

Qui corpus curant, animam quoque curare deberent, vt inquit Puteanus. *Cenſeo hoc deinceps exemplo Lebadiam cum Helicone mutemus & corpori, vt animo medicinam faciamus ab eadem Muſa. Quam ſtulte eruditorum pleraque pars! quam ignaue. Si corpori ægre eſt, diuinam partem ſepeliunt, vt plane in veterno cubare, ac præſorbere Lethæum poculum videantur, dum adſcitiua obliuione ſe ipſi ac doctrinam mergunt: Hi non conſiderant ſimiles ſe nauis eſſe, ſimulacrumque habere, quam ſi periculo tempeſtatis ad carinam exonerant, mergunt non minus, quam ſi onuſtam furentibus vndis obiiciant. Etenim tempeſtas morbus eſt, onera, literæ, & ſtudia, quibus qui ſe ipſum cumque ſpoliat, in poteſtate doloris eſt ad omnem morbi curam, igitur qui tanquam ſuburra vtitur, periculi ſecurus eſt & vndis.*

† Ceſare Calderari ne cõcetti ſcritti ſcripta li intorno al miſerere.

Sicut pharmaca ægris corporibus exhibentur: ſic cœleſtia gaudia & lætitia cordibus afflictis, *A chi s'ha da rar quel vino del contento in cielo? à quei che ſon d'animo amaro, di vita meſta, & mal contenta Date vinum his qui amaro ſunt animo. A quei che ſono afflitti, e tribulati in queſto mondo, à quei che piangono il longo eſilio di queſta lagrimoſa vita, coſi ſon Io (vuol dir Dauid) d'un amariſſimo animo dolente e triſto: per li peccati miei dunque dammi il vino dell' allegrezza tua. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.*

Matth. 18.

Dice Redde, Quaſi che li venghi di ragione e che i adro ſia obligato a darcela, che coſi ſuona queſto verb. Reddere, Redde quod debes.

† Refert Thomas de Truxillo Ieſus Chriſtus act. c. 1.

Sicut ſtultitia magna eſt ægro corpore pharmacũ ſalutare: ſic magna eſt cæcitas animæ ſalutare remedium differre. *Si igitur ò peccator ſine pœnitentia ſaluus eſſe non potes, quid quæſo differs? Quid incommodi ſequitur ſi ſtatim pœnitentiam agis: imo ſane maximo in periculo verſaris, ſi pœnitentiam differas atque procraſtines, ſi quidem forte in reliqua vita tibi non occurret tanta commoditas. An differs eam in futuram vitam? non ſequeris ſane conſilium ſapientis, qui ait. Quodcumque facere poteſt manus tua, inſtanter operare, quia neque opus, neque ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.*

Principio ſemper, & tunc cum maxime eſt opus, maxime curationem adhibere oportet, vt enim confecto grauiore damno, vel quauis alia

cauſa

cauſa cupiditate repreſſo furore prudentius temperantiuſque pericula diſpicere, & cuiuſque rei indignitatem omnes poſſimus vitæ contra ſi quando vehementius paulo aut ſubito etiam in nobis exurgit cupiditas, tum veluti caliginem mentis oculis offundens, nil niſi quod ante pedes eſt videre permittit. Hic igitur præcipue ſumpto ſpacio ſuſcitanda eſt ratio, vt cõtra turpem cupiditatem inſurgat, atque auidè eius motus comprimat, priuſquam vel inanis lucri gaudio, vel vera de deperditæ pecuniæ offenſione vires reſumat, ac tum difficulter ad obedientiam reduci poſſit.

Paſcaſius Iuſtus de curanda in pecuniam ludendi cupiditate lib. 2. princi. in ſumma cupiditate obſtandum.

Sicut quædam medicina nihil valet ſine ſcamonea: ita merita noſtra nihil valent ſine paſſione Chriſti.

Bonauent. in exp. in pſal. 118. ver. vide humilit. mea.

Sicut tempus peſtis dieta corporalis eſt obſeruanda: ita dieta ſpiritualis. Primo dicitur fieri dieta circa regimen corporis tempore peſtis, debet procurari rectificatio aeris, per ignem eleuantem flammam; qui fiat de lignis optimis, & bene ſiccis, puta de ſarmentis, lauro, &c. ſuffumigationes in ortu ſolis & occaſu, & meridie aſpergendo loca aceto, fuſis naturalibus ſuauiſſimis odoramentis: dieta vero ſpiritualis fiat rectificãdo hominem igne charitatis, eleuando flammam ad Deum ſupra omnia diligendo; & proximum ſicut ſeipſum: cuius ſuffumigationibus deuotis, & contemplationibus diuinorum bonorum cum odore bonæ famæ. Secundo debet fieri dieta, à cibis, præcauendum eſt enim nimia à repletione ciborum, quia cibi ſunt minuendi circa quantitatem, qualitatem & diuerſitatem: imo abſtinendum eſt ſæpius. Dieta vero ſpiritualis fiat per ieiunium aliquibus diebus, vt fecerunt Niniuitæ. Ionæ. III. & conſcientia debet bene purgari per aſſiduam confeſſionem, ſæpe recogitando peccata cum dolore & diſplicentia. Tertio dieta fieri debet à delitijs, præcauendum ſiquidem eſt à lacte: vtendum eſt cæpe cum aceto: porro, cum melle, ſale parum: allio pro ruſticis: nam homo munitur cæpe contra venenum: porro mundificatur pectus: ſale exciccantur humiditates. Dieta verò ſpiritualis fiat per obliuionem peccatorum alienorum; ne ſcilicet homo delectetur in illis, aſſumendo proſperitatem pœnitentiæ cum dulcedine mentis, & ſpei fructuoſæ. Quarto debet fieri dieta à laſciuijs; præcauendum eſt inquam à coitu, & balneis. Dieta vero ſpiritualis fiat per contritionem animæ, cum lachrymis per aſperitatem cultus in cinere, & in cilicio: per caſtigationem ſenſuum, per euitationem commodi ad malum, per corporis flagellationem. Quinto debet fieri dieta à ſcandaloſis: præcauendum quippe eſt à labore in aere diſcooperto, à conuerſatione hominum præcipue infectorum: dieta ſpiritualis fiat per abſtinentiam, non ſolum à malo: ſed ab omni ſpecie mali: & præcipue à conuerſatione peccatorum. Pſalm. cum ſancto ſanctus eris, &c. vſque peruerteris. Sexto debet fieri dieta ab inimicitijs & inimicitijs. Præcauendum porro eſt ab herbis crudis: ab ira: triſtitia: & timore; gaudendum & lætandum eſt in hiſtorijs & melodijs, dieta vero ſpiritualis fiat per abſtinentiam, ab ira & inimicitia, & gaudendum in canticis ſpiritualibus. Septimo dieta à diuitijs tempore peſtis; vtendum eſt phle-

Leonardus de vtino in ſerm florid: de tempore 47.

botomia, dieta vero ſpiritualis fiat per alienorum reſtitutionem, per liberalitatem & miſericordiam ſua propria largiendo. Octauo dieta debet fieri à faſtigijs: quia vtendum eſt pilulis de aloe, tyriaca, & mitridato, dieta vero ſpiritualis fiat per humilitatem, & per manſuetudinem, quæ nos à ſuperbia præſeruent.

Ioan. Bap. Donatus De med ſtudioſi pend. De iudicijs lib. 4. c. 18.

Sicut iudiciorum quædam imperfecta eſſe, quædam abſoluta, quædam infida, quædam fida, quædam periculoſa, quædam tuta, quædam obſcura, quædam manifeſta, quædam ſine ſignis exercentur, quædam cum ſignis bonis, quædam denique bona, quædam mala eſſe nemo ignorat: imperfecta ſunt quæ morbum omnem plane non depellunt, infida ſeu incerta, cum morbi recurrunt, periculoſa, quæ cum grauioribus ſymptomatibus exercentur, obſcura quæ eduntur ſine humorum emiſſione, aut abſceſſu manifeſto: ſine ſignis ea fieri dicimus quæ à nullo antea die præmonſtrata ſunt; mala quæ ægris perniciem afferunt: contra abſoluta ſunt, quæ morbos plane abſtergunt: fida in quibus morbi nunquam recurrunt: tuta in quibus exitum habet morbus, abſque periculoſis ſymptomatibus, manifeſta quæ habẽt aut inſignem humorum emiſſionem, aut certe abſceſſum, cũ bonis ſignis illa eduntur iudicia vt ait quæ prænuncij dies antea ſignificauerunt, bona autem quæ ad ſanitatem ægrotum perducunt. Sic eadem iudiciorum genera apud Theologos inueniuntur. Imperfecta enim ſunt, quæ vitia non omnino exterminant. Infida cum vitia reuertuntur: periculoſa quæ grauia accidentia habent: obſcura quando peccatoris confeſſio fit ſine peccatorum grauiſſimorum euomitione; ſine ſignis quando peccatores ante, nulla indicia contritionis dederunt: mala quæ peccatoribus mortẽ cauſant, abſoluta quæ vitia prorſus tollunt, fida quãdo homines ad vitia amplius non reuertuntur, tuta in quibus vitia ſubito & ſine vlla reſiſtentia expellũtur, manifeſta quãdo manifeſte peccatores peccata euomũt, cum bonis ſignis quando dies aliquot ante confeſſionem contritus peccator fuerit. Bona quæ peccatores ad ſalutem, mala, quæ eum ad æternum interitum ducunt.

† Ennodius in Apologetico.

Reſcindenda docens laminis ſecreta morborum, & manifeſtæ deſperationi ſaluriferum eſſe vulnus adhibendum: nedum manus medici per impietatem à ſectione carnis corruptæ ſuſpenditur, de abſtinentia teli mutetur exitium. Quia dum parcit egregie dextra curandos interficit nec grandis eſt differentia vtrum lethum interas, an admittas. Mortem languentibus qui cum poſſit, non excludit, inflixit.

† Ioan. Stallius in Prac. Medendi faſci. 2 par. poſt c. 16

Sicut in morbis corporis *Poſito virium robore, adhibitum parti remedium, tamdiu relinqui debet, donec obluctando facultatem ſuam ferè omnem exuerit. Cuius actione ſi non vna ceſſerit affectus, hoc ipſum denuo, vel aliud ipſi facultati par toties reſumendum, dum morbus euincatur.* Sic in animi morbis: Poſito virium robore in applicandis potentijs animæ remedijs, tamdiu in iis debẽt perſeuerare, ea reiterando, donec ſpiritualia medicamenta, vitia expellant.

Idem. faſ 3. cap. 1.

Sicut remedium præcipuè inuenitur à morbo, & doſis ipſa ſtabalitur à remedio: ita modus vtendi ſumitur à parte læſa potiſſimum. Sic remediorum ſpiritualium inuentionẽ à vitio dimanare & quãtitatẽ qualitatẽq; ab ipſa natura remedij ſta-

dij ſtatui dicitur modus vero, vtendi à parte læſa quæ idem remedium in minori aut maiori quantitate ſeu qualitate exigit.

Sicut oportet priuſquam purgans exhibeamus medicamentum, craſſos humores attenuare, tenaceſque diſſecare & meatus recludere per quos trahi & deduci queant, ſi purgatio ſuccedere debet. Sic neceſſe eſt priuſquam homines à vitijs ſe purgent, craſſa peccata per contritionem attenuare, tenacia id: quæ animæ vt viſcus adherent exiccare, & os per, quod tranſire debent aperte aperire: libereque ea confiteri.

† *Natalis Soꝛcius de temꝑor. recte purg. in morb. ſec. 3.*

Sicut antiqua remedia à ſapientiſſimis medicis frequentata & ægris corporibus admota vim ſuam non amiſerunt, ſic nec ſpiritualia remedia ſuam efficaciam perdiderunt; quamuis de excommunicatione contrarium idiotis appareat & hæretici tergiuerſentur. Nam, vt inquit Wilhelmus Lindanus. Hæc porro excommunicationis ſpecies rectè à maioribus maior dicta, quam fuerit olim, atque adeo nunc eſt extimeſcenda, formidanda, atque horreſcenda, clamant illæ pœnæ atque cruciatus, quos demonſtrauimus, vt in omnium oculos occurrere ſolitos: ita & excommunicatorum ſenſus ſingulari cum corporis cruciatu diuexaſſe, quibus à dæmone ſæuiſſimo tortore excruciabantur, vexabantur, torquebantur. Verum quia nunc temporis Deo, Opt. Max. viſum eſt iſtas corporis vexationes excommunicationi detrahere, idcirco fortaſſis putes rem minoris eſſe momenti, minuſque habere timoris aut noxæ, ac habuerit olim. Poſtulabat nouæ religionis Chriſtianæ ratio noua atque inſolentia diuinæ virtutis prodigia, quibus & doctrinæ ſalubritas ſuſcipientibus comprobaretur, & eius contemptus, aut neglectus in improbos vindicaretur. Sicuti igitur manuum impoſitioni ad quoddam tempus viſibiliū ſignorum accellerat commendatio: ita excommunicationi, merito diutius diuinæ ſententiæ, vltioniſque habebat coniunctum excommunicatorum detrimentum, atque carnis interitum. Aliquandiu igitur miſerabilis animorum ſtatus atque excommunicatorum calamitas miſerando erat corporis cruciatu conteſtanda: quam diu hoc requireret fidei propagandæ ſiue ratio, ſiue commendatio. Proinde ne puerorum more aut infidelium verius exiſtimet quiſpiam huius de excommunicationis horrore dogmatis confirmationem ex corporalibus cruciatibus petendam: ſed ex inuiſibili potius noxa, qua animos afficit, necat, atque interficit ideo. Hæc enim potior eius detrimenti pars etiamnum hodie perſiſtit ingens atque valens, tametſi altera, quæ corpus vel febribus tentabat, vel cruciatibus vexabat, diuina ſit ſubmota voluntate: quemadmodum & ſuperius de ſacroſancta confirmatione eſt demonſtratum.

† *VVilhelmus Lindanus in panoplia Euangelica lib. 4.*

Duo ſunt officia Medicinæ: vnum quod infirmitatem ſanat. Alterum, quod ſanitatem conſeruat. De primo dictum eſt ſupra, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. De ſecundo hic dicitur, iuſtum adiutorium meum à Domino, qui ſaluos facit rectos corde, & illa enim & iſta ſaluos facit: ſed illa ex ægritudine ad ſalutem transfert. Si nec in ipſa ſalute conſeruat. Ibi itaque eſt miſericors auxilium, quia nullum habet peccator meti-

† *Ludolphus Chartus in Pſal 7.*

meritum, qui adhuc iuſtificari precatur, hic autem iuſtum auxilium eſt quoniam iuſto tribuitur. Sed ô iniqui quorum iniquitas conſummitur.

Cornelius Muſſus in conc. Euang conc. fert. Cine. uni. exigua mul. omni cura in purganda anima.

O miſeram cæcitatem cum omnibus, quæ aduerſantur nobis pugnamus, vt hanc infelicem corporis vitam tueamur, & nunquam in animum inducimus noſtrum, vt cum peccato, quod animæ vitam inopinato tollit dimicemus, & cõfligamus: in purgãdis naribus, in reſcindẽdis vnguibus in mundandis oculis, in lauandis pedibus, in omni immunditie noſtra tergenda curioſiſſimus, & diligentes: anima quæ tota putrida eſt ob fœces, ſingulis horis creſcentes, peccatis ipſis ſordidiores immerſa iacet ſordibus, & ſtercore oppreſſa; nec eſt qui ſurgat: arbores, vineæ, plantæ putantur & purgantur, animæ cura nemo tangitur: nemo eſt qui ſtudet eam mundare tot peccatorum ſordibus: nemo qui à tot vitiis curare conatur; quis veſtrum eſt qui veſtem habens laceram, calceos attritos, aut pileum obſoletum non accedat ſtatim pudore huius ſeculi motus, aut, ſartorem aut cerdonem vt ſarciantur, reparentur, renouentur? Heu ſola anima in tantum negligitur & contemnitur, vt moriatur, fiat inutilis, miſere viuat & infeliciter tot vitiis obruta, ſepultaque nemine commiſerante, nemine curam eius ſuſcipiente iaceat. ô Heraclite, ô Democrite quàm læti vobis nunc eſſent ſi viueretis, campi; tibi, deflẽdi, & tibi ridendi ſtultitiam & cæcitatem hominum?

Auctor l. b. orbis afflict. per t. c. d.

Vt medicina ophtalmica primo mordet, ac affligit oculum & aquam elicit, ſed viſum poſtea acutiorem reddit: ita omnes afflictiones ſunt amaræ & hominem prima vice cruciant, ſed poſtea illuminant intellectum mentis; ſic vt poſtea ſit prudentior & cautior.

Ioa. vitalis in ſpeculo morali totius ſacræ ſcrip. de orat.

Remedium in omni tribulatione, & neceſſitate eſt oratio deuota: eſt enim nuncius ſic gratus regi Chriſto, quod omnis libere intrat cameram ſummi regis, & ei auris miſericordiæ aperitur, vnde quandocunque neceſſitas incumbit, homo ſanctus per orationem ad Deum recurrit in omni preſſura, & tunc maxime, quando deficit ſubſidium hominum: ſicut fecerunt apoſtoli, quando incipiebant mergi dicentes: Domine ſalua nos: perimus, ſic Iudith contra Holofernem: ſic Sara contra diabolum & infamiam ſic Suſanna contra falſos teſtes: ſic Moyſes habens virgam in manu contra Amalech, ſic Ezechias contra Sennacherib orando pugnauerunt & vicerunt: & per orationem ſtatim deſcendit Chriſtus in auxilium & ſolatium noſtrum, vt patuit in camino trium puerorum, & Daniel in lacu leonum, & ſic de multis aliis.

Rabanus Maurus in Hier. l. 2.

Sicut quod eſt vni remedium, alteri eſt dolor, ac tormentum: *ſic aliorum tormenta, aliorum remedia ſunt: cum que punitur homicida, recipit quidem, quod fecit: ſed alij deterrentur à ſcelere &c. Decem ergo tribubus &c.*

Hieronym. 4 reg. 7.
Io. Lorinus in Pſal. 40. verſ. 5.

Sicut hoc verbum ſanare ad corpus ſic & ad animam pertinet. *Porro ſanandi verbum vt ad animam ſpectat; innuit effectum gratiæ, vt infirmitati naturæ, ex peccato ſpiritui medeatur, cum duo ſunt alij ratione ſaltem diſtincti, videlicet efficere iuſtum Deo gratum; tribuere ius ad vitam æternam, tanquam filio Dei adoptiue.*

ptiuo, peccata remittere, dare valorem, dignitatemque meritũ operibus. vnimus contra naturam eſt; ait Auguſtinus, quod vbiq; ſanat gratia. propter quam Deo dicitur. Miſerere mei; ſana animam meam: quoniam peccaui tibi : & x. lex. inquit dicit non concupiſces, fidelis dicit, ſana animam meam, quoniam peccaui tibi: gratia, dicit ecce ſanus factus es : iam noli peccare, ne quid deterius tibi contigat : ſanus dicit Domine Deus meus clamaui ad te & ſanaſti me. v de ſp. & litt. c. 27. x c. 36. y exo. 20. 17. z. ioa. 5. 14. a. Pſal. 29.

Sicut ad varios morbos expellendos, varia ſunt à medicis remedia adinuenta: ſic ad vitia animi exterminanda, varia ſunt ſacramenta inſtituta. nam v. g. *ſuperbia pellitur ſacramento Euchariſtiæ: inuidia confirmationis. Luxuria matrimonij: Auaritia pœnitentiæ: accidia, ordinis : ira Baptiſmi : gula vnctione extrema: inſuper, cum ex patratione vitiorum, infirmi effecti ſimus ad bonum operandum, & infirmitas hæc ſit tam culpa cõtracta, quam pœna inflicta, ſacramẽta inſtituta ſunt ad omnem infirmitatem, tam culpæ quam pœnæ remouendam : Nam contra infirmitatem culpæ. ſi eſt originalis, eſt ſacramentum baptiſmi: ſi culpa actualis, venialis, aut mortalis, eſt ſacramentum pœnitentiæ. contra infirmitatem pœnæ inflictæ, & contractæ, primo ignorantiæ, eſt ſacramentum ordinis, in quo duæ dantur claues. Secundo inualentiæ, inſtabilitatis, & inconſtantiæ eſt ſacramentum confirmationis. Tertio malitiæ eſt ſacramentum Euchariſtiæ. Quarto concupiſcentiæ, ſic eſt ſacramentum matrimonij, ſic ergo his ſacramentis malum remouetur, boni impedimentum.* Barthol. de piſis de vita lau. lib. uſque Mariæ virginis fruc 9. lib. 4.

Sicut in re medica quamuis medicina per ſe eſt ſalubris, tamen ſalubrior, quæ ex arte ſumitur: ſic in re ſpirituali medicina eſt etiam ex arte ſumenda; vt inquit, Boſquierus, *& ſi ſponte ſalubris medicina, tamen ſalubrior ſi ex arte ſumpta.* Philippus Boſquierus. Medicina etiam arte ſumenda.

Catapotia globatim ſumpta plus iuuant, quam liquata.

Pilulas ſub lingua (quas vocant) mandi vetant, ſed ſenſim liquari ſi ad tuſſim raucedinemue ſedandam. Plato in phædo.

Et ex venenis illa promtiora ad necandum, quæ à frigentibus ſumuntur, ſupplicij hoc quondam genus, quod tulere Socrates, ac Philopœmen &c.

Quin etiam iuuat ipſa concoquendi cibi ratio : piſcis enim aſſus elixo ſanior ac fere caro omnis.

Siliquæ, ſi recentes fuerint ſtomachũ lædunt aluũ ſoluunt, aliud alia operãtur. Platina li. de tuenda valetud.

Et Raphael Angelus Tobiam ſuum monet, exenteret piſcem, alioqui qui oculis non profuturum. Tob. 6.

Et platonicus ille Gygis annulus aliter conuerſus, aliter operatur. Nam cum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur. Ipſe autem videbat omnia, idem rurſus videbatur, cum in locum annulum inuerterat, inquit Cicero. Cic. offic. li. 3.

Vultus idem quaſi bifrons. nunc quod ſerenus delectat, nunc terret quia triſtis aut minax.

Mortis igitur meditatione ſponte ſalubri, vt aliter atque aliter ſapiat, etiam varie vtendum. Mortem vt patienter feras adeunda variæ.

Frons morti centuplex, & pro frontium numero numerus etiam medelarum quæ fere hic incluſa, ſtatutum eſt hominibus ſemel mori.

Philippus Boskherius in leg. apoſt. in eth. cor. 17.

Amara pharmaca,aut catapotia quamlibet ſalutaria ſunt, non minus quam venena,melle,& ſiquid dulcius eſt, præcondienda, ne reſpuentur: cur non & monita & increpationes? &c.

Vt ſunt qui cibis,ſi non propter cibos, certe ob amorem offerenti ;aut propter coquorum artem,& condimẽta veſcantur,fœminas amat propter ornamenta:ſic ſunt, qui veritatem & reprehenſiones non propter ipſas quidem,ſed propter amicitiam modumque dicentis, vel libenter vel patienter admittant.

Vulnerarius enſe reciſurus membrum corporis immedicabile,& ſectum cauterio aduſturus ne pars ſincera trahatur:præſopire ægrum ſuum conatur, aut aliis diſtinere ferrum igneſque paſſurum.

Philippus Prosquierus: in orbis ter.

Quemadmodum ſanguiſugæ carni adhærentes,admoto cinere, deuri dicuntur: ita meras ſanguiſugas illas, atque hirudines voluptates, inquam & meretrices, &c. excuties cineris ac mortis admota recordatione.

Hector Pintus in Eſa. c. 44.

Vt medicæ potiones tum ſanitatem conferunt,cum in ſtomacho calore naturali digeruntur, ſic diuina myſteria tum maxime medentur noſtris animis, cum in ipſis meditationis ac memoriæ calore veluti concoquuntur.

Idem in Danielem c. 3.

Vt hyenæ fel,& aliæ ferarum venenatarum partes aduerſus graues periculoſos, ac diuturnos morbos vim habent,illoſque depellunt: ſic crudelium tyrannorum immanitas, & flagitioſorum hominum fraudes, & maleuolentiæ remedia ſunt,aliquando multis incommodis ſalutaria quibus Deus vtitur,vt multorum ægritudinibus animi medeatur. Et vt nulla medicamenta quæ vulneribus adhibentur,tam acerbum afferunt dolorem,quam quæ ſunt ſalutaria: ſic impiorum malitia & calliditate quibus viri pij maxime torquentur admirabilem illis cæleſtis medicus habet medicinam.

Idem c. 9.

Quemadmodum ex duobus odoramentis moſcho & ambaro efficitur ſuauis paſtillus: ſic ex iuſtitia & miſericordia conflatur admirabilis compoſitio & confecto.

Idem c. 11.

Vt cauterium videtur vulnus,cum ſit vulneris remedium: ita calamitas videtur malum,cum ſit malorum medicina.

Idem c. in Lament. Hier. c. 1.

Vt exiguum venenum totam potionem, alias ſalutarem deprauat: ſic ſolus vnus homo totam remp. euertit: eſt velut peſtilens aer,qui tametſi exiguus in totam regionem peſtilentiam diffundit.

Idem.

Quemadmodum hæc aromata in igne maxime effundunt odorem; ſic vir iuſtus in igne calamitatis poſitus maxime virtutem oſtendit, & fragantia patientiæ redolet.

Idem c. 9.

Quemadmodum cũ pars vna non eſt remedij capax,remedium illud ad alteram applicamus, quam ob cauſam laborantes graui capitis dolore, ſcindimus venam brachij.quia caput non eſt capax phlebotomiæ & venæ percuſſionis; ſic vt medeamur animæ,oportet opprimere carnem.At Hebræi

bræi illi non caſtigabant corpora quin potius, ſic ſe in dies in voluptates ingurgitabant,& Adonidem colebant.

Quemadmodum periti medici pharmacis amaris dulce aliquid admiſcent; vt eos quorum ægrotationibus mederi cupiunt, alliciant, ſic prudentes concionatores reprehenſionum acerbitatem debent ſuauitate quadam, ſi opus ſit moderari,& ex aſperitate & lenitate ſalutarem medicinam conficere. *c. 32.*

Quemadmodum amara potio non dicitur inutilis,& ſpe fruſtrata ſi ſequitur ſanitas, etiam ſi ſumenti acerbitatem attulerit: ſic nec aſpera calamitas, qua Deus nos exercet, appellatur inanis & fruſtra recepta, cum ſequitur inde animarum ſanitas, vt cum diuina iuſtitia oſtenditur, multi corriguntur, multi etiam ob patientiam,& toleratiam illuſtrantur. Nihil enim magis conducit ad eximiæ virtutis gloriam nobilitandam, quam calamitas ipſa æquo animo propter Chriſtum tolerata. *c. 14.*

Sicut nos videmus per experientiã, quod officium boni medici habentis aliquem infirmum, eſt dare ſibi medicinam morbo contrariam, quia vt ait Greg. contraria contrarijs curantur, ſi aut videt infirmum propter medicinam ſibi datam effici nimis debilem, dat ſibi aliquid reſtauratiuum confortans eum, vt poſſit medicinam ſupportare: ſicut igitur eſt in iſtis corporalibus, ita ſuo modo eſt in ſpiritualibus: Chriſtus igitur qui eſt ſpiritualis medicus, videns homines infirmari diuerſitatibus peccatorum: dat eis ſaluriferam medicinam ſcilicet pœnitẽtiam, quã debent facere de commiſſis,& ad hoc eſt ſpiritualiter ordinatum tempus quadrageſimæ, vt qui alio tempore tranſgreſſi ſunt voluntatem diuinam, per quod ſpiritualiter infirmati, medicinam amaram, ſuſcipiant carnem per abſtinentiam macerando. Quia vero propter debilitatem & fragilitatem hominum hæc medicina eos debilitat; dat eis reſtauratiuum precioſum ſcilicet promiſſionem vitæ & ſacietaturæ, quam homines per veram pœnitentiam finaliter aſſequuntur. † *Philippus de monte Caleryo in ſer. Dom. 25.*

Sicut ſapientia alicuius medici ex duobus generaliter commendatur, primo quando ſcit infirmitatẽ cognoſcere. Secundo quando ſcit ſanitatis remedia adhibere. Chriſtus autem ſpiritualis medicus humani generis completiſſime iſtas duas conditiones habet. Nam primo cognoſcit infirmitates hominum vt ſic ſcilicet poſſit ſibi dicere, illud Heſter xiiii: tu ſcis infirmitatem & neceſſitatem meam: ſecundo ſcit perfectã adhibere ſanitatem, nam ſemper ipſe eſt qui ſanat omnes infirmitates noſtras. † *Philippus de monte Caleryo in ſer. Euang. 84.*

Sicut tria ſunt inter alia quę pertinent ad bonum medicum, Primum eſt quod cognoſcat infirmitatis morbum, ſecundum quod cognoſcat ſanitatis remedium. Tertium quod artem ſuam reducat ad effectum. Nam ſi illa negligeret, eius ars parum valeret: ad infirmum vero pertinet poſtquam ſanitatem recepit, regratietur medico de ſuſcepto beneficio, & ſibi præſtet obſequia, iuxta eius poſſibilitatem. Sicut igitur illa in infirmitate corporali conſpicimus: ita ſuo modo poſſimus in infirmitate ſpirituali intueri. Nam in ipſa ſpiritualis medicus eſt Chriſtus; infirmus vero miſer pec- † *Philippus de monte Caleryo in ferm. Dom. 10.*

ſer peccator,in Chriſto. vero tria prædicta euidenter cognoſcimus, vnde ex parte peccatoris curati,debet reperiri cognitio tanti beneficij.

† *Philippus de monte Caleo in ſer. Domi. 16.*

Sicut Paralyſis cauſatur vel ex nimio humore,per quod intelligitur gula,& luxuria,vel ex nimio calore,per quod auaritia, vel ex frigiditate, per quod inuidia,vel ex vulnere incidente,vel diuitente: per quod ſuperbia, aliquãdo paralyſis eſt terminus alterius morbi, puta apoplexiæ, quia eſt opilatio ventriculorum cerebri vniuerſaliter; & ſic impedit rationem per quod ira:& ſic; patet quod ad cauſandum peccatum acidiæ ſignificatum per paralyſim cætera peccata concurrunt,ex quibus fit homo piger & inſenſibilis circa ſpiritualia & diuina.

† *Ioan. Raulin in ſer. Quadrag. 35.*

Medicus expertus volens vti praxi ſua,& multum lucrari, tria ſolet reſpicere. Primo tempus aptum ad medendum: in quo ſcilicet vrgent plures infirmitates, vt patet in medicis, qui hyeme in monte peſſula non ſtudent:& æstate currunt ad praxim. Secundo reſpicit locum vbi vrget multitudo languentium,quia in paruo opido ſunt apud Gentiliacum medicus,non multum lucraretur: ſed bene in Pariſio grandi ciuitate. Tertio reſpicit ſibi coetaneos., & conſocios medicos, ne ipſum excedant arte & experientia, quia tunc impedirent eum à lucro ſuo, iuxta euangelij noſtri tenorem, hæc tria reſpicit Dominus, primo aſcendit Hieroſolimam,&c.

† *Ioan. Raulin in ſerm. Quadrag. 119.*

Dicunt medici quod in paralyticis appoſitorio tum medicinæ ſuper membrum paralyticum, non affert iuuamentum,vnde curetur paralyſis, ſcilicet opus quod apponatur ad membrum ſanum,infirmitas autem humani generis erat paralyſis.Tum quia ſic paralyticus non habet plenam poteſtatem ſupra mẽbra ſua, ſcilicet eo inuito quãdoque mouetur, ſic in nobis caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: vt non quæcunque volumus, illa faciamus.Tum quia, vt dicunt medici,paralyſis ex nimia cibi repletione naſcitur:pie docent in caſu infirmitati eius fauendum eſt, vt qui, hanc infirmitatem patitur, famem & ſitim longam ſentiat: ſic infirmitas humani generis ex nimia cibi repletione, in inordinata cibi vetiti ſumptione proceſſit,pſalm. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ira Dei aſcẽdit ſuper eos,ſimo in curatione huius morbi oportet,& apponere medicinam ad corpus ſanum, quod erat Chriſtus; alioquin omnia mẽbra noſtra tremerent;ipſe enim ſuſtinuit famẽ & ſitim lõgam xl.diebus:& alia in ſe recepit,quibus curaretur morbus ipſe,Lucæ 2.ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum.

† *Antonius Heniſigius Oldenburgicus in tract. de fideiuſſ. c.10.num. 440.*

Sicut ad expellendos morbos, non autem ad corpora nimia quantitate,aut qualitate vel frequenti reiteratione, enecanda,remedia ſunt inuenta: *ſic quæſtiones & torturæ ad hoc inuentæ ſunt, vt lim(?)dũ carnes vngula cruenta pulſante ſiliatis lateribus dolor quærat,& muſtiget, veritatem vt loquitur D. Hieronym. in ep ad Innocentium. De muliere ſepties icta,non vt hac ratione, quis enecetur aut puniatur l. ædiles: ff. 1. l. 10. l. 13. C. de quæſt. Hipp. de Marſilius in pract. cri: ff. nunc videndum num. 21. Angeſola conſ: cum: vlt. nu. 27. Clarus. ff. fin. quæſt. 64. num. 5. Tranſu. ll. Ambroſin. in tract. de modo formandi proceſ. in*

formas

formas lib.2.c.2.num.9.& 10.& vnde etiam Q.Curtius lib.6.mihi pag.177. tormenta exhibenda veritatis fidem vocat. Imo, vt Cic. in topicis ait: verberibus torti, & in igne defatigati quæ dicunt, videtur veritas ipſa dicere: probatque illud ipſum Menochius, de præſump. lib.1. quæſt. num. vlt. pulchre Cuiacius lib.14. obſer. c. 34. Quod ſi igitur iudex propter eandem cauſam reum ſæpius torqueret non faceret hoc re vera ad inueſtigandam veritatem, ſed potius, vt reum repetita tortura tandem enecet & interficiat.

Sicut pharmacum aliquod, aut medicina vulneri adhibita, principio quidem moleſtiam exhibere videtur: ſed poſtea ſalutem parit: ſic correctio iuſta, quæ grauis initio apparet, vtilis & ſalutaris poſtea inuenitur: ſicut medicus ex tactu pulſus de ægroto iudicat, viuam adhuc & quam vitæ, ac ſanitatis recuperandæ ſpem gerat: ſic tum alij cupiditatem ac voluptatem pulſus tum maxime ipſa reprehenſio mortificationis noſtræ huic mundo & vitæ in Christo ſigna ſunt certiſſima. † *Thomas Stapletonus in promp. mor.*

Sicut vinum eſt quidē remedium efficax contra cicutam; ſed ſi pariter vtrumque cōmiſceatur, vis veneni fit immedicabilis, eo quod ex vini calore citius cor penetrat: ſic fides accepta & gratia CHRISTI, eſt contra peccatum remedium proprium, & efficaciſſimum; ſed ſi noſtra ingratitudine & negligentia cum accepta gratia peccatum miſcemus, vis peccati eſt immedicabilis: & vt Apoſtolus loquitur, impoſſibile eſt renouari per pœnitentiam, id eſt, valde difficile: ſicut venenum vino mixtū difficillime curatur. Hinc fit, vt nulli ſceleratius viuant, quam impij Chriſtiani: ſic decorem vitæ tollit peccatum, ſaporem gloriæ tollit, quia gloria cœleſti nos penitus priuat. *Idem.*

Sicut vno eodemque medicamine varie in variis operante, nec vnquam in omnibus, eodem modo purgationem moliente praua vulgarium, ac empyricorum de medicaminibus purgatoriis cenſura tacite ab Hipp. refellitur. Si cum diaphenico, pilulis aureis, cochiis, aut ſimili alio arte conſcripto remedio, exemptum à ſe morbum ſentiens, aliorum quorumuis ſalutem attentare non vereatur, à periculo minime ſecurus fuerit, is qui hauſit idem pharmacum, quo alius ſanitatem adeptus eſt. Namque eueniet, vt in corpore permaneat ac purgandi munus non obeat: vel ſi purget, vt inſalubriter purget, idque nimium purgando, vel purgando quæ non conueniunt: alioqui caſu vel fortuna accidet, quum præter artem adhibitum eſt, vt purget ſalubriter. Vbi autem purgandi munere fruſtratur, & à corpore nihil emouet, non mirum eſt, quod ægrum grauiter affligat, nam in illum humorem quem elicere debuerat concoquitur, eiuſq; amplificatione humor ille qui morbum genuit, copioſior fit, & ex conſequētia maiores vires morbus nanciſcitur, quā prius habuit. Quum vero alia purgat, quam quæ ex arte collatum purgare natum eſt, non purgando à morbo ægrum ſubleuat, ſed in deterius morbum diſponit: quum vi medicaminis & ſalubribus chymis, non is qui morbum induxit exhauſtus eſt: perditis igitur eis quibus lenienda fuerat eius prauitas, in viſceribus hæret, firmius ac difficilius, quam antea eradicatur: iam quoque vbi immodice purgat, (quod fit dum in corpus molle, tenerum, ac minime robuſtum infuſum eſt, vt eius vim & quantitatis magnitudinem non ferat, aut ægre ad modum) accidit vt nequaquam tutum ſit, *Galenus Gerardus in lib. Hipp. de medica. purg.*

quia inſuper purgationem ægrum propellit, in qua non infrequenter viſus eſt æger vita exceſſiſſe: vel robur corporis minui, effluxis humoribus id ipſum conſeruantibus, ac ſtabilientibus; non igitur vnum idemque, & ſubſtantia & quantitate purgatorum (dum in his purget, in aliis minime, & in his in quibus purgat, aut vtiliter purgat. aut inutiliter,) omnibus congruit, vt medicorum ſimiæ arbitrantur: ſic vnum, & idem ſpirituale remedium, varie in variis animabus vim ſuam exerit, nec eodem modo vitiorum expulſionem, aut peccatorum emendationem molitur, & qui vno remedio amicum ſanauit, ac alterum eodem modo ſanare putat, proculdubio errat. Nam vel acciderit vt in anima à charitatis calore non actuatum permaneat, aut ſperatæ correctionis fructu medicus fruſtretur: vel ſi purget, vt ſine ſalutis fine purget, id nimium purgando, quod accidit iis, qui nimia abſtinentia vtuntur, vel purgando ea, quæ non ſunt iam neceſſario purganda, vt ſola venialia peccata: alioqui ſi certe purgat emendationis præceptis non ſeruatis, fortunæ & caſui vitiorum expulſio erit adſcribenda. Vbi vero munere purgandi non fungitur, vitioſus grauius affligitur, & illud remedium, quod præpoſtere fuit adhibitũ in vitium illud quod expurgãdum erat, conuertitur, vnde vitiũ augmentum capit, & conſequenter vires maiores acquirit. Quum vero alia purgat, quam quæ ex præceptis purgare debet; non purgando, vitia deterrima reddit; cum vi acris remedij alicuius bonæ mentis cogitationibus relegatis & tepidis de emendationibus deſiderijs diſſipatis, vitia i la ſine vllius reſipiſcentiæ propoſito remaneant: facta igitur iactura earum rerum, quæ vitia ad expulſionem diſpoſuiſſent, in animæ interioribus firmiſſime conglutinatum adhæret: quare difficillime tunc poteſt euelli: Iam quoque vbi immoderate purgat, quod fit dum animæ delicatę ac corpori tenerrimo applicatur, quod nimiam eius vehementiam non perferat periculo quoque non vacat: nam multi nimia abſtinentia peccatis mederi cupientes, corpore & animo admodum extenuati ex hac vita migrarunt; vel corporis & per conſequẽs animi vires adeo labefactarunt, vt in ea durare minime potuerint: Non igitur vnum, & idem remedium omnibus prodeſt, vel omnibus conuenit, vt imperiti philoſophi cenſent.

† *Hermas Lemmatius de instaur. relig. lib. 3. c. 10.*

Sed ſi omnes inuaſit error atque diſturbauit, ſuccurrendum erit in primis digniori ordini; non ſecus ac ſolent chirurgi præcipui membri præcipuam habere rationem, cum totum corpus curare volunt: Nam, ſicut mobile mutatur ſemper cum principe vulgus, ita rudes & imperiti ab ingenioſioribus plerumque pendent, vt fruſtra inferioris conditionis homines correxeris, ſuperioribus neglectis. Nec ſtatim ſufficeret iſta ratio, niſi ex his diligentius medeamur illis, qui pertinacius errori adhæſerint. Hi enim non ſuo ſolum, ſed & cæterorum eiuſdem corporis membrorum periculo ægrotant, vt his ægrotantibus nequeant, aut certe vix queant alij ſanari; contra ſi illi prius priſtinæ ſanitati fuerint reſtituti, ſed vt corruptos humores ſequi ſolet rabes, non ſolum carnes, ſed & ipſam medullam ex intimis oſſibus exurgens; ita (prò dolor) hac longa peſtilentiſſimorum

rum errorum mora, adeo totum pene Chriſtianæ reipublicæ corpus contabuit, vt neſcias vnde eius cura potiſſimum ſit inchoanda, niſi circa digniorem, vt dixi, ordinem publica authoritate fungentem prima cura inſtituatur, hoc enim ordine reductum, non ſolum plebeij, ſed & eruditorum magna pars eorum ſententiæ ſubſcribent, & ſi qui perſtiterint in errore ſummatum virorum metu peſtilentem ſaltem inuidi oris ſui petulantiam cohibebunt, quo operato ſpes, eſt nec vana vt arbitror & opto præſentes errores celerius quam creuerint interituros.

Sicut medici quidam prohibentur lege vt Hebræi, circulatores, & ij qui ſcientiæ medicæ lauream non receperunt. Quidam prohibentur natura, vt ſurdi, muti, &c. quidam prohibentur moribus, vt mulieres, &c. quia moribus introductum eſt, vt eæ medicinam non faciant, quamuis conniuentibus medicis multæ in quibuſdam caſibus eam exerceant. Sic *iudices eſſe quidam prohibentur lege, quidam prohibentur natura quidam prohibentur moribus, lege prohibentur eſſe iudices infames & turpitudine notati: l. cum prætor. §. non autem ff. de iudi. &c. Natura prohibentur iudices eſſe muti, ſurdus & perpetuo furioſus. d. L. cum prætor: Moribus autem prohibentur eſſe Iudices mulieres, & ſerui d. l. cum prætor, quia moribus receptum eſt, vt huiuſmodi perſonæ virilibus non fungantur officijs.* Fredericus Schenck in trias forenſ. c. 2.

Sicut ex remediorum vi, morbi vehementia denotatur: ſic ex genere pœnæ, delicti acerbitas oſtenditur.

Sicut vniuerſales medicorum enunciationes ac axiomata, non ſunt vniuerſaliter, ac per ſe abſolute ſpectata, ſed cum multis circumſtantijs intelligenda: *Sic etiam non ſolum in moralibus & poſitiuis, ſed etiam in quocunque ſermone vniuerſalis enunciatio, non vniuerſaliter, & illimitate, effuſoque excurſu intelligi ſed determinari, temperari, & coerceri debeat, iuxta naturam, conditionem, qualitatem, aptitudinem perſonarum, rerum, negociorum, temporis, loci aliarumque circumſtantiarum, quæ vniuerſali ſermoni ſeſe accommodarunt, quæ doctrina non ſolum in iure noſtro, ſed etiam in ſuis litteris eſt frequentiſſima, &c.* Vdolrichus Zaſius Reſp. iur. ciuil. 16: l. 1. c. 6.

Sicut ille medicus eſt vere practicus, qui circulatores, empyricos & eiuſmodi, non ſequitur: *ſic iuriſperitus practicus eſt, qui Harpyarum forenſium maxime diſſimilis eſt, &c.* Quintinus Tora: de iur. cano. laud. vt refert Baptiſta Iapinus.

Sicut medici facere omnia poſſunt in ægris corporibus curandis. quæ à leg; ac ſacris canonibus non prohibentur; ſic idem in omni re morali dicendum eſt; *nam illud permiſſum cenſetur, quod iure prohibitum non inuenitur, ex vulgata reg. iuris l. 1. ff. de procura. Hymon conſilio 174. num. 5.* Franc. Munnoz de ra tocinijs adminiſtrat. c. 6. nu. 33.

Quemadmodum cum propter infirmitatem cordis indiget homo grano ſuccini, quod vulgo dicitur Ambar, quod ſi integrum ſumeretur, ac ſolum occideret ſumentem, propter nimiam fumoſitatem, ſed accepta alquitira, & ſaccaro, cum his ſuccinum conuertitur & efficitur ſaccari torta, quæ dicitur vulgo alcoza, quam ſumens vim ſuccini ſentit, quia in ea eſt; nec nocumentum infert, imo cordi prodeſt, & continuo odorem ſuccini ſpargit. Sic Deus noſter infinitus cibus, nec homini aptus, vt cibus hominum conueniens eſſe poſſit, exinaniuit ſe, factus homo, & Ioa. Oſorius in conc. in feſto corp. Chriſti conc. 2.

 amplius

amplius exinaniuit ſe, ſub ſpeciebus huius ſacramenti poſitus, fitque lac ex alimento ſolido, ut pueris cibus conueniens ſit; edis ergo Deum in ſpeciebus panis, ſub quibus Deus eſt, velut ſuccinum ſub ſaccari torta, quaſi mutato habitu, ſed continuo hoc ſacramento recepto ſentis intus diuinam virtutem cor confirmantem, continuo redoles Deum tua conuerſatione & colloquio, &c.

Idem tor. 2. Sicut illa eſt perfecta & vera medicina, quæ radicitus tollens morbum, ſalutem ſtabilem dat, vnde non eſt medicina tibi aquæ calix, quo ad modicum refrigeraris, & continuo peius habes; ideo temporalia vere cibus non ſunt, quia licet ad modicum refrigerium præſtent, ſtatim tamen illis habitis, peius te habebis.

Ibidem. Solet aliquando confici potus ex auro, gemmis & aliis precioſis, quæ hominem confortant contra omnem debilitatem; ſimiliter confici ſolet ius confortans: ſic nobis datur potus hic in quo virtus eſt omnis lapidis precioſi animam confortans: panem manducas fortium: quis his auditis non accedit, quis bona Chriſti recipere recuſat? quis ei vinum non appetit.

Idem. Greg lib. 5. mor. c. 21. Sicut collyrium oculum quidem purgat, & mundat, vt poſtea melius videat; ſed dum collyrio inungitur, non recte videt. at Dei zelus collyriū eſt animæ, quia cum à charitate procedat, illam purgat & perficit; ſed dum durat, mentem turbat, vt Deum videre, & eo frui nequeat.

Idem tom. 3. Amara quidem apparet potio, ſed ſalutaris eſt: ſimilis amaræ potioni, quam medicus propinat infirmo, vt eum ſanet, eique medeatur: ſic tribulatio, qua hic à Deo affligimur, purgat peccata, humiliat nos, docetque quod homines ſumus, quod caro infirma.

Idem. Eccleſ. 21. Quemadmodum auro tegitur amara & purgata eſca quæ vulgo dicitur pildora: ita nunc auro gloriæ paſſio cruxque operitur. Id vero eſt quod. quod iuſtis animum vireſque adiicit: Hinc ſapiens, cogitatus ſenſati in omni tempore vel metu non deprauabitur.

Idem tom. 4. Petrus Nellius de reg. med c. 12. M. Lyelama Ben dict lib. 4 c. 14. 15. Rembertus Bodonerus in tabula Phyſiologices. Brudus Luſitanus in lib. de rat. vic: in ſing. ſeb. ſeu Hip. lib. 2. c. 7

Sicut nutrix ſumit purgatiuum poculum, vt ad infantem cū lacte aliqua illius vis perueniat, ita Chriſtus, vt purgationem peccatorum faceret, amaritudinem fellis, & aceti ſumpſit; cuius vis ad nos per ſacramenta ducitur, vt ſanemur.

Sicut in re medica, quoties idem aphoriſmus diuerſas interpretationes continet, ea præcipuè eſt attendenda, quæ ad rem communiter accidentem facit, vt inquit Petrus Nellius; ſic *quotiens idem ſermo duas ſententias exprimit, eam potiſſimum excipi oportet, quæ rei decidendæ aptior. l. 67. de reg. iuris.*

Sicut experientia medica ex obſeruationibus, & uſu quotidiano, & ſubinde ex his, quæ caſu aliquo offeruntur, remedia inuenire docet ac oſtendit. Sic ipſa experientia vitiorum remedia ac emendationes inuenit.

Sicut ſcire conuenit ad quod extremum alteratum ſit corpus. An verſus calidum, & ſiccum, an frigidum & humidum, & an parum aut multum à naturali ſymetria receſſerit, quod haud difficulter inuenies, ſi conſiderationem de conſuetudine habeas.

Si.

Sic ſcire expedit, quod extremum, aut vitij exceſſum anima ſubierit, an ad æſtum cupiditatis ac luxuriæ, an acidiæ frigiditaté alterationem fecerit. An parum aut multum à naturali adfectuum temperie deflexerit; quod morali Philoſopho innoteſcet, ſi vitioſi conſuetudinem notam habuerit.

Sicut plura inueniuntur hodie inquit de ſuo ſeculo Galenus medicorum poſt Hip. Princeps, quæ apud maiores non fuerunt inuenta. Idem & in Politica eſt dicendum; quia faciunt recétiores medici artificioſiſſimas venenorũ compoſitiones: ſic Politici iniquum ac diabolicum ius ſtatus de quo alibi dictum eſt inuenerunt.

Iſrael Spachius in præf. ad lec. Hiſt. aromatũ, &c. Ioan. Fragoſi.

Sicut contemptus remediorum magis in medicis ipſis ægrotis quam in cæteris culpandus, ſic *contemptus legum maior eſt in illis, qui remp. tractant, quam in illis qui nullam partem in rep. habent præter obedientiam.*

Petrus Mattheus Hiſt. Franc. lib. 2.

Sicut præſentaneum peſtis remedium eſt fuga, & à conſortio contagioſorum abſtinentia: *Sic hæres opportuniſſimum remedium ab ea ſtatim declinare, vt inquit Robertus Sueritus. Quicumque ergo ſalutis ſuæ auidus eſt, cum Iſmaele non ludat, cum Lot à Sodomis recedat, cum Iacob Eſau fugat, ac grauiſſimum Ægyptiaræ ſeruitutis iugum cum Iſraele citus deſerat. Hæreſis halitus & Satanæ, abyſſus inferni ignis morbus adeo exitialis, vt & attactu, adſpectu, afflatuque ſuo enecet, perdat, abſumat, & conficiat: cui proinde malo non aliud eſt remedium, nec fortius præſidium, quam fuga ac declinatio. Ita feciſſe putandus eſt regius Pſaltes, qui odiuit eccleſiam malignantium & cum impijs non ſedit.*

Robertus Sueritus de fide Hær. ſer. 5. ſec. 7.

Sicut in re medica, multum intereſt an duo corpora, aut morbi adinuicem adæquentur, an vero vnum eorum ad aliud adæquetur, ac ſi adæquarentur ad inuicem, ſic in re ciuili. *Illud omnino notatu dignum eſt, multum intereſſe, an duo adæquentur adinuicem: quia tunc quicquid vna res habet plus altera vel minus, intelligitur alteri eſſe attributum, vel diminutum. l. 1. de leg. 1. & ibi Bart. in l. 2. C. commu. de leg. §. noſtra autem in Authent. in ſucceſſ. an vero vna res adæquetur ad aliam, ac ſi adæquantur adinuicem: quia tunc illi cui fit adæquatio, nihil additur vel diminuitur, ſed tantum rei adæquatæ attribuitur quicquid eſt plus in ea ad quam fit adæquatio l. Princeps ff. de leg.*

Stephanus de Phedericis de interpr. iuris. part. 1.

Vt in rebus naturalibus deueniendum tandem eſt ad aliquod corpus, ad quod cætera referantur, & vltra quod non poteſt proced., ita & in iudicijs deueniendum tandem eſt ad aliquem iudicem ſupremum, à quo non liceat appellare, alioqui nullus inquam eſſet litium finis.

Godofridus à Bano in tract. reatuum, &c. q. 29. num. 13

Sicut in re medica: ſic in re ciuili *temere agere eſt imprudenter, & inconſulto agere, ideoque dixit Card. in Clement. 1. §. ſi quis de ſtat. Monach. quod is temerarius dicitur eſſe, qui ſine cauſa ſcienter quidquam de prohibitis agit, vel cum facere poteſt, præcepta negligit.*

Ioan. Baptiſta Mangonius in Paradox. Iudic. c. 59. num. 17.

Sicut parum prodeſt inueniſſe remedium, niſi inuento prudenter vti poſſumus. Medicos enim videas ſollertes & ingenioſos, quibus ſylua remediorum ſuppetit, quæ tamen ſine delectu & inconſulto diſpenſant, alios quibus maturum eſt iudicium, ſed habent pauca quamuis ſelecta remedia. Perpauci ſunt ingenioſi ſimul, & prudentes neſcio enim quomodo ſit vt in his fere deſideretur iudicium qui valent ingenij prom-

Ioan. Riolanus in arte benè medic. 2

ptitudine. Sic parum prodeſſet medico ſpirituali remedia inueniſſe, niſi inuenta recte poſſet adhibere. Multi enim ſunt ſollertes, & in inueniendis remedijs ingenioſi, quæ tamen neſciunt bene applicare, alij qui iudicio valent, pauca remedia norunt, perpauci qui & ingenio ſimul & prudentia ſint præditi. Nam verum eſt illud, nempe qui in vno valet, in altero deficit.

† *Vgo de ſancto victore eruditio. Theol. l.1.tit.49.*

Habetis duos nummos in teſtamento duplicatos, veteris monetæ vnum, & vnum nouæ: vt emantur veteri ea medicamina, quæ mordent, nouo autem medicamina quæ fouent. Prima ad purganda, quæ putrida ſunt; ſecunda autem ad viua confirmanda &c.

† *Beda Pſal. L1I. comm.*

Sicut venena mortifera nō manifeſto, ſed clam ſub aliqua ſpecie bona dantur: ſic vitia plurima ſub ſpecie virtutum ſe occultant, vt aliquos decipiant.

† *Ioa. Caſſ de incar. Chriſti vt refert Henricus ſe Iulius in præſcrip. aduer. hæreſes.*

At reſurgente morbo non debet ceſſare medicina: & quanto maior fuerit ægritudo, tanto inſtantior debet eſſe curatio: potens eſt enim Dominus Deus noſter, vt quod de morte Hydræ illius gentilium falſitas finxit, hoc in eccleſiarum bellis veritas peragat: & ignitus ſancti Spiritus gladius ita in extinguenda nouella hæreſi omnes pœnitus medullas pernicioſæ generationis exurat, vt tandem prodigioſa fœcunditas emorientibus venis parere deſiſtat.

† *Gaſpar Loarte nel conforto à gli afflitti ca. 3.*

Conſidera che Dio s'è portato, come harebbe fatto il medico tuo, il quale t'harebbe cauato il ſangue ſuperfluo, s'haueſſe conoſciuto eſſerti nocciuo, & che haueria potuto ſuffocarti, & cauſarti la morte, coſi conoſcendo Dio che la roba s'haueui poteua annegarti, & ammazzarti pel troppo amore che li portaui, ha voluto leuar tela, come ſangue ſuperfluo, per la via che tu vedi.

† *Idem c.4.*

Sicome mediante la medicina amara ſi purgano gli cattiui humori del corpo, & ſi recupera la ſanita corporale; coſi anchora mediante gli dolori & faſtidij, che cauſa l'infirmita l'huomo, vien a conoſcer gli ſuoi peccati, delli quali prima non s'accorgeua, & ſi duole di quelli, & li cōfeſſa, & fa altre buone opere, e coſi ricupera la ſanita ſpirituale; che gli mancaua. La onde dice la ſcrittura delli peccatori, che eſſendo multiplicate le loro infirmità, all hora s'affrettorno in cercare il remedio, conoſcendo la cauſa perche patiuano, che era per li loro peccati, & pero ſi conuertiuano a Dio & attendeuano al ben viuere.

† *Eraſ. in Adagus.*

Vt in corporum morbis pro rationo valetudinis, alia adhibentur pharmaca, itidem in animi malis non eadem adhibenda eſt oratio. Sed interdū blandius monendum, interdū acrius iurgandum, nonnunquam diſſimulandum, & imprudenti pharmacon admouendum, iuxta Pauli monitum, Argue, obſecra, increpa.

† *Franc. Piſcina in diſp. an ſtat. &c.152.*

Sicut in re medica conſilium medici aliquando ſenum anteponitur: Idem in re ciuili euenit, *ſæpius enim factum eſt, vt adoleſcentes ſcirent, quæ laterent ſenes, ſcilicet potioris gradus C, de offic. rect. prouin. Inde veteres legiſlatores. Paulus & Iulianus Celſi adoleſcentis reſponſum ſequi dedignati non ſunt l. ſi ſenſum.*

ſum.ſſ.ſeqꝫitur fide verb. oblig.locupletiſſime Tiraq.in tract.de iure primogenitura &c.

Sicut videmus,& experimur, quod corpus infirmum & infirmitatibus ſubiectum eget medicina corporali: ſic anima noſtra plena infirmitatibus peccatorum eget medicina ſpirituali: ſacramenta ſunt medicinæ ſpirituales ſecundum Hug.vnde ſicut in ſtatu innocentiæ,homo non indiguit medicina corporali:ſic nec ſpirituali: ſed modo ſunt neceſſariæ. vnde dicit Ambroſ.de Sacramentis. Qui vulnus habet,medicinam quærit,vulnerati ſumus,quia ſub peccato ſumus:Medicina autem eſt cæleſte & venerabile ſacramentum vt dicit Hug. Medicinæ corporales ſunt in triplici differentia.quædam ſunt de communibus & illæ ſunt aliquando amaræ,& aliquando dulces, & expurgant & expellunt malos humores corporales, & ſignificant duo ſacramenta. ſ. Sacramentum baptiſmi & pœnitentiæ quæ eſt amara. Applica, quædam ſunt de verbis ſpecialibus, & margaritis,quæ confortant, & ſignificant Sacramentum Confirmationis,quia ad militiam ſpiritualem præparat: Vnde confirmandi ſunt homines tanquam fragiles quæ inunguntur,ne de facili ab inimicis teneantur. Quædam ſunt de auro & illæ ſunt incomparabiliter meliores, quia conſeruant,ſicut eſt de Sacramento Euchariſtiæ reſpectu aliorum, quia hoc ſacramentum valet ad præſeruationem futuri mali: ad euaſionem præſentis,ad diminutionem præteriti mali. † *Autor. ſer. mo: Dormi ſecure.*

Ad ſanitatem obtinendam tria ſunt neceſſaria.Primo ſapienti medico ſuam infirmitatẽ oſtendere.Vnde eccleſ. 38. Altiſſimus creauit medicinam de terra,& vir prudens non abhorrebit eam. Secundum eſt præceptum medici obſeruare,ſi infirmus nollet obedire medico, ipſum curare non poſſet, vnde Greg Se interimit;qui præcepta medicorum negligit.Tertium eſt ſanitatis beneficiũ medico reddere:vnde Bernardus. Ingratitudo eſt ventus exurens,& exſiccans omnem fontem gratiæ. De his beneficiis circa curationem leproſorum legitur in hoc euangelio: Cum iret Ieſus &c. *Idem.*

Sicut mel conditur in confectione medicinæ,cum omnibus diuerſitatibus ſpecierum, ſic dulcedine humilitatis condiuntur omnia genera virtutum.Nam omnia opera,quæ homo facit in humilitate,fiunt meritoria, & D o grata, & pura,vnde Greg Illa virtus in nobis veraciter pullulat,id.exit quando in radice humilitatis perdurat. † *Idem ſer.4. par.2.*

Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſanguine,&c. Ioan. 3. ex calido & frigido fit medicina temperata,quæ valde ſanatiua noſcitur humani corporis,& ratio eſt,quia ſanitas conſiſtit in adæquatione humorum, quæ eſt quædam temperies: ideo ſimile inducitur à ſimili: Spiritualiter calidó ſanguine Ieſu Chriſti,& ex frigidis lachrymis fit medicina multum animæ noſtræ ſalutifera.Nam tanto charitati Chriſti,& tam charo pretio quis reſpondere poteſt,quis perſoluet ſibi quod ei dare tenemur; ſed hæc temperant lachrymæ compunctionis. Nam ſi peccata noſtra ipſum cruci damnarunt,lachrymæ noſtræ ipſum erga nos mitigant.Vnde ipſe ait per Prophetam † *Antonius de Rampégolis.*

phetam, in quacumque die ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordabor amplius.

Idem. In omni ore quaſi mel dulcorabitur. Eccle. 49. Nota quod in omni medicinali potione vt plurimum ponitur mel. Nam multæ licet herbæ ceu radices vim ſanandi habeant, tanta eſt eorum amaritudo aliquando, quod non poſſet ipſas æger accipere, niſi dulcoratas mellis commixtione. Spiritualiter omnis correctio fraternalis, licet de ſe bona ſit ad ſanandum animam peccatoris; nihilominus non poteſt bene recipi & ſuſtineri ab ægroto, id eſt à fragili peccatore niſi minime dulcedine temperetur. Pſal. miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine: debet igitur prudens prælatus condeſcendere ad ſubditos clementer & ſeueritatem dulcedine, dum expedit, temperare.

Idem. Hunc humiliat, hunc exaltat Pſal. 74. Nota quod vna & eadem potio eſt aliquando vni ægroto ſalus & alteri mors, & hoc contingit ex diuerſitate ægrotantium, & diuerſos morbos patientium, potio namque calida erit cum morbi frigidi, & calidi erit interitus, quia augebit calorem, & inualeſcente morbo natura deficiet, & ſubſequetur mors. Spiritualiter paſſio Chriſti fuit medicina optima ad ſanandum languorem peccati. Eſ. 53. diſciplina pacis noſtræ ſuper eum & liuore eius ſanati ſumus, ſed requirebatur diſpoſitio in recipiente. Nam aliquibus bene diſpoſitis fuit optima, aliquibus non profuit propter infectā & deprauatam voluntatem. Vnde cum Chriſtus in ligno crucis penderet in medio latronum, vt adimpleretur quod ſcriptum eſt de Chriſto: & cum ipſis deputatus eſt: vnus ad ſalutem ſuam, medicinam Chriſti recepit, eo quod contritio & pietas cor eius diſpoſuerat, vnde meruit benedictionis vocem audire. Alter vero, quem nimium vrgebat impietas & iniquitas, medicinam hanc recipere nequiuit ad ſanitatem, ideo periit in peccatis ſuis.

Idem. Membra vncta oleo miteſcunt: nam membrorum indignatio molleſcit, & membra efficiuntur ductilia. Spiritualiter prælati ſunt membra principalia in toto Eccleſiæ corpore; ideoque vngui debent oleo miſericordiæ, vt ſuper ſubditos manſueſcant per compaſſionem.

Petrus Berchorius in promp. mor. Sicut illa eſt virtuoſa medicina, quæ attrahit de profundo: ſic eſt contritio & compunctio, de peccatore enim legitur Prov. 18. quod iam in profundum peccatorum venerit, contemnit. Neceſſaria eſt ergo fortis cumpunctio & contritio, vt de iſto profundo obſtinationis attrahat congeriem delictorum. Vnde de iſta medicina poteſt exponi illud. Sapie. Hæc venditum iuſtum non dereliquit & eduxit illum à delicto ſuo.

Idem. Sicut Medici multa ponunt ſanitatis tuendæ conſeruatiua vt videre eſt apud Galenum, & alios qui de ſanitate tuenda conſcripſerunt.

Sic Theologi ſanitatis animæ: & ſunt iſta.

Feruor orationis.
Cultus religionis.
Honeſtas locutionis.
Dulcor deuotionis.

De oratione dicitur Gen. quod orantem Abraham ſanauit Deus, Abimelech, de religione dicitur Matth. quod cæci & claudi

Iſtus

Ictus tribulationis.	*acceſſerunt ad Ieſum in templo: &*
Auditus prædicationis.	*ſanauit eos: de honeſta locutione.*
Nitor conuerſationis.	*dicitur 2. ad Timo. 1. Formam*
Parcitas epulationis.	*ſanorũ verborũ habe. de deuotione*
Timor diuinæ dominationis.	*dicitur Eccle. 38. quæ vnguẽtarius*

faciet vnguenta ſuauitatis: & vnctiones conficiet ſanitatis: de tribulatione dicitur: Iob.5. quod Deus percutit, & manus eius ſanabit, & Eſa, 19. percutiet Deus plaga, & ſanabit eos. De audita prædicatione dicitur Lucæ 6. quod multi venerũt, vt audirent Ieſum vt ſanarẽtur, & Lucæ 22. dicitur quod Ieſus tetigit auriculam eius, & ſanauit eum, de honeſta conuerſatione dicitur illud Lucæ 7. inuenerunt hominem veſtitum.

Medicinæ fiunt ad euacandum malos humores, & non bonos: quia ſi medicina humores expelleret bonos, & malos in corpore dimitteret: procul dubio non ſanitatem: ſed mortem inferret: ſic vere chariſſimi medicina confeſſionis ad hoc inſtituta fuit, vt corrupti humores peccatorum, per eam expellantur, non vt boni humores: ſcilicet gratiæ, & virtutes per ipſam aliis propalentur: quia vere ſi in confeſſione bona, & non mala dicantur, mors ſpiritalis & non ſanitas ſubſequitur: dicamus ergo iniuſtitias noſtras: id eſt, peccata vnde Pſalm. propter iniuſtitias ſuas humiliati ſunt. Hie. IX. confitebantur peccata ſua & patrum ſuorum, confiteamur ergo culpas verbaliter recitando. *Idem.*

Sicut corpus à multis pharmacis purgatur: ſic & multa ſunt quæ animam purgant à peccato. *Anima enim purgatur. ſcil.* *Idem.*

Per pœnitentiæ dolorem:	*Purgant ergo animam pœnitentiæ dolo-*
Per amicitiæ feruorem.	*res, quod not. num. 31. vbi dicitur quod*
Per eleemoſynæ dulcorem.	*quicquid poteſt ſuſtinere ignem, igne pur-*
Per iuſtitiæ rigorem.	*gabitur. Item amicitiæ feruores vnde*
Per fidei ſplendorem.	*Malach. 3. ignis conflans purgabit filios*
Per correctionis vigorem.	*Leui. Item eleemoſynæ dulcores, Thobiæ*
Per compunctionis fluorem.	*12. Bona eſt eleemoſyna cum ieiunio.*

Ipſa eſt enim quæ purgat peccata. Item iuſtitiæ rigores vnde de Gedeone dicitur Iud. VI. Quod ipſe purgabat triticũ in torculari. Torculare vero preſſuram iuſtitiæ deſignat. Item fidei & ſcientiæ ſplendores prou. 15. per miſericordiam & fidem purgantur peccata. Item correctiones & timores Iob. 41. timebunt angeli & territi purgabuntur. Item compunctionis fluores. vnde Leuit. 14. Purificatus aqua ingredietur aqua. Iſta ſunt mundationes ſpirituales quæ animas purificant à peccatis quas &c. *Idem.*

Sicut in medicinis corporalibus. *Quædam ſunt inciſiuæ & mordificatiuæ, quædam attractiuæ & aggregatiuæ, quædam ſolutiuæ, & liquefactiuæ: quædam expulſiuæ, & euacuatiuæ, quædam conſumptiuæ & maceratiuæ, quædam reſumptiuæ, & impinguatiuæ Quædam lenitiuæ & demulſiuæ: quædam abſterſiuæ & corroſiuæ: ſic vere dico quod medicinæ ſpirituales .i. gratiæ & virtutes ſunt diuerſimode, & multipliciter in anima operantes: quia ſcilicet quædam operantur inciſdendo, & medi-*

cando: hæ ſunt timor & contritio, quædam attrahendo & aggregando: hæ ſunt conſideratio & diſcuſſio. Quædam reſoluendo, & in lachrymis effluendo hæ ſunt compunctio, & compaſſio, quædam emouendo & vacuando : hæ ſunt confeſſio & vitiorum reuelatio ſeu emiſſio. Quædam conſumendo, & macerando ; hæ ſunt pænitentia & afflictio. Quædam reſumendo & impinguando: hæ ſunt clementia & deuotio. Quædam leniendo & demulcendo : hæ ſunt benignitas & conſolatio : quædam vero abſtergendo, & corrodendo: hæ ſunt aduerſitas & correctio.

† *Ambr. de Elia. & ieiunio, c. 2.*

Sicut cum in intimis puerorũ viſceribus vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt, niſi cum amarior cibus infunditur, aut medicamentorum vis inoleſcit aſperior, quorum odore moriuntur: ita profundum animæ virtus ingreſſa ieiunij culpam latentem inficit.

† *Petr. Chryſologus de ieiun. & eleem. ſerm 8.*

Abſtinentia extinguit febrem, ſed areſacta membra longæ febris incendit, niſi largo infundantur vnguento, niſi blandiſſimis regentur fomentis, niſi iuuentur medicinæ ſumptu, ad integram ſanitatem redire non poſſunt: ſic ieiunium quamuis excludat vitiorum morbos, carnis amputet paſſiones, criminum cauſas propellat, tamen ſine miſericordiæ vnguento, ſine pietatis riuo, ſine eleemoſynæ ſumptu, perfectam ſalutem mentibus non reponit.

† *Guerricus ſerm. 1. de epiph.*

Sicut ſtomachus immoderato vſu dulcium corruptus, potione purgatur amara: ſic eorum qui ſuauiter vixerunt inamaricata conſcientia nunquam melius quam contrario, id eſt, vita & conſuetudine cũratur auſtera, maxime vero ſi ſæpius detur eis bibere vinum myrrhatum dominicæ paſſionis.

Quemadmodum medici diuerſis medicamentis corporis morbos curant : ſic Paſtores vitijs animæ varia medicamina debent accommodare.

† *Lipſ. lib. 1. de conſt. c. 3.*

Vt medicamenta minus valida non extrahunt humorem noxium, ſed mouent ? ſic vana delectatio irritat in nobis fluctum cupidinum & adauget.

† *Clemẽs Alex. pædag. cap. 5.*

Vt pharmaca humores noxios expellunt, viſcera expurgant, ſtomachum ſordibus eluunt, ſanitatem inducunt: ſic correctio vitæ ſordes expurgat arctaſque vitiorum carnes ſecat & abſcindit. *Eſt enim reprehenſio veluti quædam chirurgia animæ: medicamentorum autem potioni, aut applicationi eſt ſimilis, probum inſimulatio, quæ reſoluit affectiones quæ iam occalluerunt, impudicaque, & libidinoſæ vitæ ſordes expurgat, faſtuſque ac ſuperbiæ carnes, quæ excreuerunt, exerat, iam vero admonitio eſt velut quædam diæta ægrotantis animæ, quæ ſunt ſumenda conſulit, & quæ non ſunt prohibet.*

† *Lipſ. lib. 1. diſſert. 7. ex Stob.*

Sicut medicinæ nullus vſus fructuſque eſt morbos à corporibus non depellentis: non item Philoſophiæ, niſi vitia ab animo.

Idem ex diſpunc. not. mirand. eod.

Sicut vermes è dulcore & bellarijs nati, nonniſi amariore pharmaco pelluntur: ſimile in ingeniorum corruptela ac laſciuia, quæ à ſuaui & blandiente illa Philautia eſt orta. Refricare ſale aliquo dictorum oportet, aloe interdum monitorum abſtergere.

Quemad-

Quemadmodum in vulneribus putridis, ne cancer ſerpat, & emortuum corpus viuas carnes depaſcatur, medici ſtatim vulnus & vrunt cauterio vel puluere cauterico: ita ſpiritus Dei, finem poſuit mendacio, ne vltra populus Dei pſeudo-prophetarum vocibus ſubuertatur. † *Hieronym. in ep. ad eph. ca. 4.*

Quemadmodum oculo lippienti non eſt admouendum lumen: ſic nec animus, affectu laborans, admittit grauem admonitionem, ſed admiſcenda laus eſt, ac ſic medendum. † *Plutar. in moral.*

Vt remedia ſtatim mordent vel offendunt, poſtea conferunt ſalutem & voluptatem: ita ſalubria monita initio ſunt nonnihil amara, poſtea correcta iucundiſſima. *Idem.*

Veluti medici vetant admoueri remedia cum morbus in acceſſu eſt, ac ſæuit, ſed cum ſe remittit: ita ad primos illos iræ aut doloris motus non eſt adhibenda conſolatio, vel admonitio, ſed vbi tempore cœperint eſſe leuiores. † *Seneca.*

Sicut pharmacum non adhibitum loco, dolet abſque fructu: ſic obiurgatio non vt debet admota. Atque idem facit amicus cum moleſtia, quod adulator cum voluptate. Lædit enim vterque. † *Plutar. in moral.*

Vt in medicina ſæpe triſtia & tetra propinantur, ſed ſalutis cauſa? Itaque ab hoc fine, adeo non odimus medicos, amamus & laudamus. Similli- mum in iuſtitia: à cuius acerba functione aut vſtione ſalus generis humani pendet. † *Lips. in monit. & exempl. Poli. li. 2. c. 9*

Quemadmodum viſus oculorum quibuſdam medicamentis acui ſolet, & repurgari: ſic & nos, ſi aciem animi liberare impedimentis voluerimus, poterimus perſpicere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate oppoſita, & humilitate & infamia obiacentibus. † *Seneca lib. 1. ep. 116.*

Quemadmodum multæ infirmitates corporeæ per emplaſtrum, ſudorem, per lotionem, per vomitum, per dietam, per putridorum reſecationem, per vomitionem, per imminutionem: ſic quædam infirmitates animæ eodem modo ſanantur. Sanatur enim corpus primo per emplaſtrum: & ſic ſanatur anima per verbum Dei, quod trahit dolorem ab anima, ſicut emplaſtrum à corpore. Iſa. Iuſſum eſt vt ſuper vlcus Ezechiæ cataplaſmaretur maſſa ficuum, quæ dulcedinem verbi Dei ſignificat. † *Ioan. à S. Geminiano in ſumma de exempl. lib. 9. Iſa. 38.*

Item per ſudorem, qui humorem noxium repellit à corpore, & ſic anima per timorem, qui peccatum expellit à mente. Eccl. Timor Domini expellit peccatum. Prou. Time Dominum, & recede à malo, ſanitas quippe in vmblico tuo erit. *Eccl. 1. Prou. 8.*

Item per lotionem vel balneum 3. Reg. Vade lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanitatem caro tua. Sic ſanatur homo ſpiritualiter per lachrymarum effuſionem in compunctione. *3. Reg. 5.*

Item per vomitum; ſic anima per confeſſionem Eccl. Si coactus *Eccl. 31.*

fueris in edendo multum ſurge de medio & euome,ſcilicet per confeſſionem venenum mortiferum,vt refrigeret te.Qui ſanari deſiderat, neceſſe eſt vt vulnus detegat,vnde dictum eſt leproſo:vade,oſtende te ſacerdotibus & dum iret mundatus eſt.

† Tho.4 Eccl. 27. Item per dietam,id eſt, per abſtinentiam à peccato. Apoſt. abſtineatis vos à fornicatione.eccl.Qui abſtinens,eſt adiiciet vitam.

† Iob 5. Item per putridorum reſecationem, id eſt, per tribulationem Iob. increpationem Domini ne reprobes.quia ipſe vulnerat & medetur.

Item per vnctionem, id eſt, deuotionem vel pietatem, cum mentem lenit.Matth.vngebant oleo multos ægrotos,& ſanabantur.

Item per immunitionem, id eſt, eleemoſynam quando homo minuit de bonis ſuis dando pauperibus.Luc.Quod ſupereſt,date eleemoſynam, ecce omnia munda ſunt vobis.

Sicut optimum eſt illud medicamentum,quod ægros ad priſtinam ſanitatem reducit:ſic optima eſt illa pœna,vel calamitas,quæ nos ad Deum adducit.

Quemadmodum medicamen, quamuis dolorem corpori adferat, à medico tamen non ob pœnam,ſed propter ſanitatis reſtitutionem exhibetur,& ferrum non ad ſupplicium, ſed ad corruptas partes excindendas corpori admouetur ſic Dei flagella non ſunt ad damnationem, ſed ad ſalutem. *Intelligat homo medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem: ſub medicamento poſitus vraris,ſecaris,clamas: non accedit medicus ad voluntatem, ſed audit ad ſanitatem.* Sanct. Aug. ſup. Pſal. 21.

Sicut medicamina vires perdunt,quæ ſanis membris apponuntur, ſic verba prædicantium congruere debent moribus audientium, quia tunc vt inquit Greg. hanc vim ſuæ rectitudinis amittunt, quando auditori non congruunt. † Idem refert. lib.9.

Vt pro qualitate morborum remedia adhibentur: *ſic & pro menſura peccati erit & plagarum modus.* Deut.25.

Quemadmodum medicamentum noxios humores à bonis ſeiungit: ſic tribulatio, virtutes à vitiis ſeparat:nam homines acerbiſſimis moleſtiis affecti, vel morbo grauiſſimo laborantes, Deum eſſe recordantur: *Super me cuſtodiam amici languor admonuit optimos eſſe nos, dum infirmi ſumus:cum enim infirmum aut auaritia, aut libido ſollicitat, tunc Deos,tunc hominem eſſe ſe meminit.* † Plinius li. 7. ep.

Vt abſtracto à corpore telo non ſtatim ſanatur vulnus:ſic remiſſo peccato non ſtatim neceſſe eſt remitti pœnam peccati.Remittitur autem in purgatorio, & tanta poteſt eſſe pœnitentia, vt etiam remittatur in hoc mundo.quemadmodum non eſt idem abſtrahere telum, & vulneri mederi:ſic non eſt idem condonare peccatum, & pœnam illam debitam remittere. † Hector Pintus in ca.24. Ezechielis.

† Plu. in mora. Non vt medici bili medentur amaris:ita oportet iracundiam medicari iracundia.

Vt primum eſt expurganda bilis, vnde naſcitur inſania, deinde monendus homo: alioqui qui furioſum admoneat quomodo debet procedere quomodo ſe gerere in publico, furioſior ſit ipſo furioſo, ſic primum animus, poſtea tradenda præcepta philoſophiæ. *Senec.*

Quemadmodum viſus oculorum quibuſdam medicamentis acui ſolet, & repurgari: ſic & nos ſi aciem animi liberare impedimentis voluerimus, poterimus perſpicere virtutem, etiam obrutam corpore, etiam paupertate oppoſita, & humilitate & infamia obiacentibus. *Idē epiſt. 115.*

Quomodo multos fortuita ſanant, & in flumen alicui cecidiſſe frigore magno, cauſa ſanitatis fuit: quomodo quorundam flagellas quartana diſcuſſa eſt, & metus repentinus animum in aliam curam auertendo ſuſpectus horas fefellit: nec ideo quicquam horum, etiam ſi ſaluti fuit, ſalutare eſt: ſic quidam nobis proſunt, cum nolunt, imo quod nolunt, non tamen idem illis beneficium debemus. *Idem lib. 6. de benef. c. 8.*

Quemadmodum in ægris opportunitas cibi ſalutaris eſt, & aqua tempeſtiue data remedij locum obtinuit: ita quamuis leue & vulgare beneficium ſit, ſi præſto fuerit, ſi proximam quamque horam non perdidit, multum ſibi adiicit, gratiamque precioſi, ſed lenti, & diu cogitati muneris vincit. *Idem. cap 2.*

Vt qui chirurgi manus horrent, dieta curantur: ita qui aſperiora non ferunt remedia, leuioribus remediis ſunt corrigendi. *Plut. in mor.*

Sicut medicinæ apud ægros vſus etiam apud ſanos horror eſt: ita clementiam, quamuis pœnæ digni inuocent, etiam innocentes colunt. *Seneca lib. 1. de Clem. c. 2.*

Vt pedem & manum, ſi computruerit, data mercede reſecamus: ita domus aut famulitium abiiciendum, vt liberemur ære alieno, hoc eſt, vt liberi fiamus. *Plut. in mor.*

Sicut medici vetant vti halicacabo: quamquam dentibus firmandis prodeſt, ſi eius ſucco colluantur, propterea quod periculum eſt ne ſi diutius id fiat delirationem gignat, & plus afferat incommodo quam commodi: ita non eſt vtendum his literis, quæ ſic linguam expoliunt, vt mores inficiant, aut non conuenit ſequi, quæ ſic augent vt famam lædat. *Seneca.*

Sicut quædam remedia triſtiora ſunt ipſo morbo, vt ſatius ſit oppetere mortem, quam his aucupari ſalutem, velut ſugere ſanguinem è vulnere recenti Gladiatorum morientium: ita quandoque ſatius eſt ferre iniuriam, quam maiore incommodo vlciſci, ferre pacem, etiamſi parum commodam, aut æquam quam bellum cum immenſis malis ſuſpicere. *Idem.*

Quemadmodum confuſis oculis proſunt virentia, & quibuſdam coloribus infirma acies acquieſcit, quorundam ſplendore perſtringitur: ſic mentes ægras ſtudia læta permulcent. *Idem.*

† *Plut.*

Vt pharmacum non adhibitum in loco dolet abſque fructu: ſic obiurgatio non vt debet admota;atque idem facit amicus cum moleſtia, quod adulator cum voluptate.lædit enim vterque.

Idem.

Vt auſtera remedia, ſed neceſſaria leuant quidem ægrotantes, ſed offendunt,& inficiunt ſanos: ſic acris obiurgatio vitio medetur, probos offendit.

Idem.

Vt in curatione non ſentitur morbi leuamen, niſi ſyncerus habitus inducatur: ſic in philoſophia non proficitur, niſi paulatim aliquid decedat de ſtultitia, donec in alium mentis habitum proficiat.

† *Hect. Pint. in c. 1. Ezech.*

Vt optima remedia maxime perniciem adferunt, niſi apte ſumantur: ita Chriſti Sacramenta ſalutaria ſunt,rectè ſumentibus, lethalia indigne accipientibus.

† *Plutar.*

Sicut ſi fieri poteſt lippitudinem auferimus ab oculis: ſin id non licet, non tamen eruimus oculum: ita ſi ſuperſtitio tolli prorſus non poteſt, non tamen protinus credendum nullos eſſe Deos.

Idem

Quemadmodum iſchiacis medici pollicem inurunt, & cum alibi doleant, alibi admouent remedium: ſic Deus nonnunquam vt patres ſanet, ſæuit in filios.

Vt in aſpidis ictu nullum eſt remedium, niſi vt partes contactæ amputentur:ita quædam vitia ſola morte ſanati poſſunt.

† *Ioan: a S. Gemin: in ſum. de exemp. li. 9. eccl 18. 16. Idem. 29. ſap. 16.*

Quemadmodum præparatiuum præmittitur purgationi; nam purgandus infirmus prius præparationem recipit,quæ humores commoueat: vt poſtea medicina ſequens melius eiiciat: ſic prius debet homo examinare peccata,& diiudicare apud ſe ante quam confiteatur: Eccl. ante iudicium para Iuſtitiam tibi.

Sicut medicina purgat à corruptis, & ſuperfluis humoribus: ſic verbum Dei à prauis &, ſuperfluis affectionibus; & ideo animam ſanat: Neque malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus Domine, qui ſanat omnia.

† *Gabriel Fallopius in medicam. purgant.*

Quemadmodum Rhabarbarum plurimum curationi ægrorum valet;*quia nullum eſt medicamentum tutius, & quia exhibetur tuto etiam iis, qui morituri ſunt, & iam fere ſpirant animam:ſic nihil plus vales curationi quam eleemoſinarum largitio,*`*quia fruſtra pro peccatis rogaturus, manus ad Deum expandit: qui has ad pauperes non extendit.*

Rab. ſuper illud Matth. 12. extende manum tuã.

Quemodmodum antimonium eſt omnium medicamentorum acerrimum:ſic eleemoſyna eſt inter ſpiritualia, pharmacum omnium fortiſſimum:vt enim egreg'e Chryſ: ſuper Mat. Sermo. 9. *medicamentum fortius quod maxime operetur in pœnitentia eleemoſyna; & ſicut in præceptis medicina accommodis medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantiſſimam:ſic & in pœnitentia iſta dominantior, & potentior eſt, & vniuerſum ipſa efficit.*

Sicut optime malagma,vel fibula calidis adhuc vulneribus adhibetur, & cito vulnus ſanatur,quod diu putreſcere non permittitur: ſic ſi aliquis ex no-

ex nobis cuiuslibet peccati vulnus acceperit, anteaquam longa conſuetudine putreſcat, & fœteat, omni celeritate ad pœnitentiæ medicamenta confugiat. Peccatum enim ſi diu dominari permittitur, omnibus ſanctis & Dominum timentibus putorem teterrimum exhalare cognoſcitur. † *Cæſarius Arelat enſis hom. 16.*

Quomodo multos fortuita ſanant, & in flumen alicui cecidiſſe frigore magno cauſa ſanitatis fuit: quo modo quorundam flagellis quartana diſcuſſa eſt: & metus repentinus animum in aliam curam auertendo ſuſpectas horas fefellit, nec ideo quicquam horum, etiamſi saluti fuit ſalutare eſt: ſic quædam nobis proſunt, dum volunt, imo quia nolunt, non tamen ideo illis beneficium debemus. † *Senec. lib. 6. de benef. c. 8.*

Quemadmodum medicus diuerſis morborum generibus, diuerſa remedia exhibet, leues leuibus, graues, grauibus remediis curat; eodem modo animi vitia debent eccleſiarum paſtores curare. *Tu igitur vti clemens medicus peccatores omnes cura, vtens accommodatis ad ſalutem medicamentis, non modo ſecando, vrendo, nouaculam adhibendo, ſed etiam alligando, exiccando, iniiciendo medicamenta lenia, cicatricem obducentia, emolliendo ſermonibus conſolatoriis. Si vulnus altum fuerit, reficito ſuaui vnguento, vt repletum reliquis partibus æquetur: ſi ſordes collegerit, nouacula purgato, hoc eſt, ſermone ad incidendum idoneo. Si intumuerit, id acri collyrico complanato, hoc eſt, iudicij minis: ſi ſerpat, cauterio cohibeto, tabemque excindito: ieiunij acrimonia. Quod ſi hæc feceris, vlceriſque à pedibus: vſque ad caput non prodeſſe fomenta, non oleum, non faſcias, ſed ſerpere tabem, ſuperareque omnem medicinam velut cancrum omnia membra exedentem, tunc re multum conſiderata ac deliberata, adhibitiſque aliis peritis medicis, tabidum membrum excindito, ne totum eccleſiæ corpus contabeſcat. Noli igitur eſſe facilis ad abſcindendum, neque cito ad dentatam terram curras, ſed primum vtaris cultello, abſciſſum diuidens, vt cauſa quæ dolorem faciebat expulſa, corpus ſine dolore conſeruet. Quod ſi aliquem impœnitentem atque obduratum videris, tunc cum triſtitia & luctu medicinam reſpuentem, ab Eccleſia abſcinde. Tollite enim malum de vobis & timoratos facite filios Iſrael.* *Clemens Papa 2. conſtitu. Apoſt. ca. 45.*

Quemadmodum ſalubria remedia non ſolum morbos à corpore depellunt, verum etiam priſtinam & firmiorem ſanitatem inducunt: idem de pœnitentia dici poteſt. *Pœnitentiam medicinam efficaciſſimam, quæ non ſolum ad priſtinum ſtatum reducit homines, ſed ad excellentiorem, & ſublimiorem.* *Quidã Politicus in quadam epiſt.*

Sicut ægram aliquando partem acrioribus medicamentis caſtigamus, ne omnino pereat, interdum etiam exurimus, ne vitium ſerpat: ita & proximum licet ſeuerioribus verbis reprehendere, aliquando etiam vt ſpiritus eius ſaluus fiat, carnem excindere. † *Triuerus in variis apophteg.*

Sicut morbum nequaquam ſatis eſt expurgari, ſed intemperiem beneficio oppoſitorum oportet reſtitui: ſic proinde & vitia noſtra cum eruta ſunt, neceſſum eſt contrariis ſtudiis immutari, alioqui hic ſuſpecta pœnitentia, illic incerta conualeſcentia. *Ibidem.*

Sicut duplex eſt calida & frigida aduerſus venenorum malignitatem *Ibidem.*

alexi-

alexipharmacorum differentia: ſic omnem tentationem vincit oratio, & patientia.

Ibidem. Sicut nullum medicamentum abſtergit, quod non habeat ſaltem latentem acrimoniam; ita neque noſtra neq; aliena peccata poſſunt expurgari, citra corporis vel quod maius & animi amaritudinem.

Vt vulnus quidem curare, ſed nunquam potes eius cicatricem omnino Ibidem. extergere: ſic multo eſt operoſius ignominiæ ſemel acceptæ omnem notam delere.

Sicut nihil prodeſt medicamentum, niſi quis prius eius concoxerit ama-Ibidem. ritudinem: ſic nihil etiam confert crux Chriſti ijs, qui detractanr eius viciſſitudinem.

Ibidem. Sicut medicamenta quædam nunquam incalſiunt, attamen ſuum calorem alijs inſinuant, offundunt: ſic tales ſunt antiſtites qui ſacramentorum officio alios beanr, ſeſe ipſos vero deuouent atque execrabiles reddunr.

Ibidem. Sicut in medicamento à principio amarum faſtidio exiſtit; ſed poſteaquam concoctum eſt, dulceſcit ſanitatemque inducit: ita tribulatio, anxietas tandem manifeſtam conſolationem parit.

Ibidem. Vt medicamentum licet contra appetitum vi quadam ingeſtum ſanitatem tamen adfert: ita & virtus quæ in inimicum impeditur, eo eſt elegantior, quo natura magis abhorret.

Ibidem. Sicuti in medicamentis familiari ſucco diſſimulamus amaritudinem: ita & nos decet quadam humanitate diluere, quæ principio virtutibus ſuboriuntur ſcrupuli, & anxietatis.

Vt niſi quis à medicamento aliquot horis abſtinuerit, fere medicamen-Ibidem. tum reiicit: ſic & qui quamuis rumorem credulus ſtatim accipit, frequenter illum reuomit: pręſtat ergo tam rerum, quam opinionum nouitates aliquo tempore diſſimulare, ac tacere, ne iterum rogamur ea reſorbere.

Ibidem. Vt bonum eſt medicamentum, quod ad primum habitum nos reducit; & ſancta eſt aduerſitas, quæ nos à mundo ad Deum conuertit, aut magis adducit.

Quemadmodum pharmacum morbis corporum; ſic ratio animi vitijs Plut. de cohibenda iracundia. medetur: nam *poſtquam animus redditus eſt vlceroſus, ac leues ob cauſas agreſcens, ac de quibuſlibet mouens, querimonias non aliter quam ferrum tenue, & inualidum non fert, denuo ſculpentis manum. Caterum ratio Iudex, qua protinus inſtat ac premit iracundiam, non ſolum praſenti medetur malo, verum etiam in reliquum tempus firmum reddit animum, vt non facile morbo tentetur.*

Sicut medici habent ſua propotiſmata, quibus præparant ad purgationem humores, & multa alia medicamenta ſemper parata, ne dum lon-Ibidem. go tempore conficerentur morbi, interim homines iugularent: *ita maxime, nos oportet aduerſus iracundiam auxilia è longinquo petita nimirum è philoſophia comportari in animum, ne cum tempus aduenerit eorum vſum poſtulans, non facile poſſint aliunde inuehi. Neque enim tum audit animus eos, qui foris ſunt ob tumultum, niſi intus habeat velut monitorem rationem ſuam,*

celeriter

celeriter accipientem, & intelligentem quid in quaque re præcipitur.

Sicut corporis exercitium auget natiuum calorem, expellit ſuperfluitates & corroborat membra; ſic animi exercitatio virtutes maiores facit, ipſum animum roborat, ac confirmat; ſed præcipuè vitia & inutilem pudorem depellit. *Conandum eſt igitur vt hic morbus multorum cauſa malorum propellatur. Primum per exercitationem facto initio, more eorum qui alijs in rebus quippiam meditantur à puſillis & vbi non difficile ſit contra oculos tollere: veluti ſi quis tibi propinet in cœna quum ſatis biberis, ne te moueat pudor inutilis, neque tibi ipſi vim facias, ſed depoṅito poculum. Rurſum aliquis prouocat ad talos inter pocula ne pudeſcas, neque metuas ſi petaris dicterio, ſed imitare Xenophontem Lagi quem quum Hermoneus meticuloſum vocaret, quod nollet cum ipſo talis ludere confeſſus eſt ſe non modo timidum, ſed vehementer etiam timidum & meticuloſum eſſe aduerſus inhoneſta. Rurſus incidiſti in hominem inepte loquacem, qui te apprehendit, & inhærens complexu retinet, ne ſis huic immodice pudens, ſed interruptum ſermonem vrge & abſolue. Nam huiuſmodi recuſationes, ac diſcuſſiones, quoniam in minoribus malis præparant, exercentque ad excutiendum inutilem pudorem, conſuefaciunt nos ad maiora.*

Plutarchus de vitioſa verecundia.

Quemadmodũ quoſdã morbos medici cataplaſmate, quoſdã vnctione, nõnullos pharmacis, aliquos frictione ſanant ac curant: *ſic boni Chriſtiani varijs vitijs varia remedia debent accõmodare, pro veneno calumniæ tribuat lingua noſtra fraternam correptionem, pro conuitijs conſolationem: pro detractionibus preces ad Deum, pro obtrectatione blandam ac ſynceram admonitionem, pro ſeminario diſſidiorum ſermonem pacificum: pro veneno cancri ſanam doctrinam: pro murmure pſalmos & hymnos, pro iurgijs, cantica ſpiritualia, pro ſtultis fabulis ſermonem ſcientiæ: pro criminatione proximi propriorum malorum confeſſionem. Pro lapſum alienorũ amarulenta inſectatione, medendi ſtudium. Quanta cura fouemus membrum imbecille, quanto ſtudio ſuccurrimus membro vitiato, aut vulnerato; quanta arte luxatum in ſuum locum reponimus? quam ægre quum detrectantes ad extrema remedia deſcendimus, vt ſectionem aut vſturam adhibeamus, poſtremo fruſtra tentatis omnibus quam dolentes amputamus, cuius ſanandi ſpes non eſt. Quum non eandem charitatem ac manſuetudinem in ſanando proximo præſtamus? Quanta amarulentia lapſus humanos inſectamur. Quanta interim indulgentia, ne dicam, impudentia blandimur noſtris vlceribus? Quantum in alijs admonendis ſupercilium? Rurſum quæ tragœdia? ſi quis nos viciſſim vel leniter admoneat errati? Adeo non adeſt nobis in corripiendo fratre ſimplex illa charitas, quæ nec ſuſpicatur, nec cogitat malum, vt etiam illa habendi ſtudio deprauemus quæ recte dicta ſunt, dum ſtudemus in alienis libris eſſe ingenioſi, & ex aliena infamia nobis parare gloriam eruditionis, liuorem & odium quo toti mademus, quæſtum & arrogantiam, qua toti turgemus, prætexi mus zeli titulo. Et ſic in aliena vitia debacchamur, quaſi non oderimus, ſed inuideamus.*

Quidam.

Quemadmodum ne peſtis noceat, inter cætera remedia medici præcipiunt, vt homines corpora expurgent, eaque contraria morbo reddant,

necaliquid imputi relinquant, quia peſtis non ſolum alios morbos, verum etiam quamlibet exiguam imputitatem in peſtilentiam vertit.

dem.

Sic ne nobis aliena maledicentia nocumentum afferat, *nullum eſt remedium efficacius, quam vt homo ſic moderetur omnem vitam ſuam, ne quid habeat maledici lingua, quod iure meritoque in ipſum iaculari poſſit. Eſt quidam & mendax calumnia nec veretur innocentes impetere, verum vix vnquam à nihilo mouet tragœdiam, ſed vel exaggerat, quod erat exiguum, vel deprauat quod ex ſe quidem ſyncerum, nonnullam tamen ſpeciem habet mali, vertit in venenum quicquid exuxerit araneus, ſed non adrepit ad quam vis herbam. Non enim attingit abſinthium, & ſunt materiæ à quibus abſtinet in perpetuum in Ariſtidem, nulla orta eſt calumnia, tanta erat morum integritas. Quod ſi quid mali rumoris oriatur aduerſus innocentem, quoniam radicem non habet vnde alatur, mox euaneſcit, & quod de nihilo natum eſt in nihilum diſperit, nonnunquam & in gloriam vertitur, eius qui præter meritum aſſerſus eſt. Paulus Apoſtolus non ignarus, quanta ſit ſycophantarum malitia, monet vt non ſolum abſtineamus ab omni malo; verum etiam ab omni ſpecie mali.*

†
Greg. Niſſenus orat. Magna Catechetica. ca. 37.

Sicut qui venenum ſumpſerunt alio medicamento illud depellunt: ita peccatori adhibendum eſt corpus Chriſti medicamentum, cuius virtus in vniuerſum corpus diſtribuatur, & quomodo vt dicit Apoſtolus modicum fermentum totam maſſam aſſimilat: ita corpus Chriſti ſumptum totum ad ſe tranſmutat.

Cebes Thebanus in tabula qua vita humana prudenter inſtituendæ ratio ſubmetur.

Quemadmodum medicus morbos è corpore expellit; ſic eruditio animum vitijs purgat: *ſit enim hic perinde, vt ſi quis graui affectus morbo ad medicum perducatur. Is vero purgationibus in primis omnes morbi cauſas eycit: ac tum demum vires confirmat, ſanitatemque reſtituit. Sin æger medico non paruiſſet: merito eiectus a morbo interiſſet. Hæc inquam intelligo. Ad eum ergo, inquit, modum, ad Eruditionem vbi quis peruenerit, ea curat illam ſuamque illi vim propinat, vt ante omnia expurget, & eyciat mala, quæ ſecum attulerat omnia. Quænam iſta? Ignorantiam & errorem, & Errorem apud Impoſturam hauſtum, & Arrogantiam, & cupiditatem, & incontinentiam, & iracundiam, & auaritiam cæteraque omnia, quæ in primo ſepto ingurgitarat. Poſtquam autem purgatus fuerit, quo eum mittit? Intro inquit ad ſcientiam & cæteras virtutes.*

†
Guerricus Abbas ſer. 1 de Epiphania

Sicut ſtomachus immoderato vſu dulcium corruptus, potione purgatur amara: ſic eorum qui ſuauiter vixerunt, inamaricata conſcientia, nunquam melius quam contrario, id eſt vita & conſuetudine curantur; auſtera, maxime vero ſi ſæpius detur eis bibere vinum myrrhatum Dominicæ paſſionis.

†
Baſil. hom. 1. de ieiunio.

Quemadmodum vermes, qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam vehementer acribus & amaris excutiuntur: ita peccatum in intimis receſſibus habitans extinguit enecatque, ſimulatque in animam ſuperuenerit ieiunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, quod inedia purget animæ viſcera.

Vt ſi

Vt ſi quis ægrotum quem ad ſanitatem reduxit, inbeat illa non facere, ex quibus morbus ille contigerat: ita etiam poſt baptiſmum ieiunium contra vitium edacitatis induxit Dominus. Nam Adam de paradiſo intemperantia ventris eiecit.

† *Chryſoſt. ſer. 1. de ieiun.*

Sicut cum intimis puerorum viſceribus vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt, niſi cum amarior cibus infunditur, aut medicamentorum vis inoleſcit aſperior, quorum odore moriuntur. Ita profundum animæ virtus ingreſſa ieiunij culpam latentem inficit.

† *Ambroſius de Helia. & ieiunio cap. 2*

Sicut abſtinentia extinguit febrem, ſed areſacta membra longæ febris incendio niſi largo infundantur vnguento, niſi blandiſſimis regentur fomentis, niſi iuuentur medicinæ ſumptu, ad integram ſanitatem redire non poſſunt; ſic ieiunium quamuis excludat vitiorum morbos carnis amputet paſſiones, criminum cauſas propellat, tamen ſine miſericordiæ vnguento, ſine pietatis riuo, ſine eleemoſinæ ſumptu, perfectam ſalutem mentibus non repQnit.

† *Petrus Chryſologus de ieiun. & eleemoſyna ſerm. 41.*

Quemadmodum elleborus & Antimonium, quamuis deleteria videantur, corpuſque vehementer perturbent, veræ tamen ſunt medicinæ, quia finis earum eſt morbos expellere, hominibuſque mederi; ſic excommunicatio quamuis bonis ſpiritualibus animam priuet, eamq; multis incommodis afficiat, tamen eſt vere medicinalis. Idem dicendum eſt de quibuſcumque pœnis, quas Reſpublicæ ſceleribus infligunt, quia finis earum eſt vel animo, vel corpori mederi, vt egregie inquit Couarruuias, his verbis. *Eſt etenim &, dicitur excommunicatio medicinalis ex fine: qui eius finis eſt mederi peccatori, morbo peccati laboranti: ordinatur ſiquidem in hunc finem, quod excommunicatus reſipiſcat, pœniteat, ac ſatisfaciat eccleſiæ, quam propria contumacia iniuria afficit, nam & ſi excommunicatio pluribus nocumentis & ſpiritualibus incommodis quemquam afficiat, nihil tamen refert, ne dicatur medicinalis. Nã vt ea quæ purgant corpus, tametſi multis alioqui damnis ipſum afficiant, mederi tamen dicuntur: ſic pari modo quid obſtitit, quo minus id animæ ſalutare medicamen dicatur, quod ad ſalutem eius finalem exhibetur: quamquam interea ſpiritualis nocumenti nonnihil inferat? magno namque animæ commodo cedit ipſum ſpirituale damnum. ſi per id ex morte poſſit ad vitam reuocari, erit namque excommunicatio medicinalis, ſi eam excõmunicatus non contempſerit: ſed potius confuſionem ſuam reſpiciens, emendet, quæ male prius egerat. Sic plurimum Theodoſio Imperatori, profuit excommunicatio, cuius mentio fit in cap. cum apud Theſſalonicam 11. q. 3. cuiuſque nos meminimus lib. 2. variarum reſolutionum cap. 8. num. 1. Hunc vero eſſe finem excommunicationis conſtat, ex Paulo 1. ad Timoth. tradidi inquit eos Satanæ, vt diſcant non blaſphemare, ex eodem. 1. ad Corinth. cap. 5 iudicaui eum tradere Satanæ, in interitum carnis, vt ſpiritus eius ſaluus fit in die Domini. Excommunicatus equidem videns ſeipſum, ita grauari & opprimi à dæmone: & ab omni conſortio fidelium alienum eſſe, reſipiſcet forſan; ita ſane ſcribit Origines in lib. Iudicum; De eccleſia per ſacerdotem pellitur, vt notatus ab omnibus erubeſcat; & conuerſo eueniat ei illud, quod ſequitur: vt ſpiritus*

Didacus Couarruuias. tom. 1: Relect. c. Alma mater &c. in 6 par. 1. paragrapho de excommunione cum excommun.

ſaluus fiat in die Domini cap. audi denique 11. quæſt. 3. tex. optimus in cap. corripiantur 24 q. 3. Fœlix etenim dicitur illa neceſſitas, quæ nos ad meliora perducit. Quod ſi excommunicatus contemnens excommunicationem pœnitere negligat, ac eius cor fuerit induratum, excommunicatio ei erit lethalis, non medicinalis, & tamen adhuc dicetur medicinalis pœna: quia erit excommunicatio medicinalis reliquis eccleſiæ membris, & per eam cõſulitur incolumitati totius reliquæ cõmunitatis, vnum enim pecus morbidum omne pecus inficit, atque ideo pecus morbo infectum reſecandum eſt, & ſequeſtrandum ne reliquas contactu ſuo inficiat oues. Nec ex ea cauſa paſtor iudicatur crudelis ſed pius, imo crudelis eſſet & ignauus, ſi pecus morbo infectum à grege minime ſegregaret: Sic ſane Diuus Ambroſius ſuper Pſal. 118. de excommunicatione loquens, inquit, recte ergo, & ſacerdos vulnus ne latius ſerpat à toto corpore Eccleſiæ, quaſi bonus medicus debet abſcindere, & prodere virus criminis quod latet. Idem Ambroſius lib. 2. de offi. cap. 27. cum dolore imputatur, etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur: ſi poteſt ſanari medicamentis; ſi non poteſt, tunc à medico bono abſcinditur: ſic epiſcopi affectus bonus eſt, vt optet ſanare infirmos, ſerpentia auferre vlcera, adurere aliqua, non abſcindere, poſtremo quod ſanari non poteſt, cũ dolore abſcindere. Hactenus Ambroſius. Gratianus item in dict. cap. corripiantur 24. quæſt. 3. citat Diuum Auguſtinum, in hæc verba: Paſtoris tamen neceſſitas habet, ne per plures ſerpent dira contagia, ſeparare ab omibus ſanis morbidam, ab illo cui nihil eſt impoſſibile ipſa forſitan ſeparatione ſanandam. Idem Gratianus ea quæſtione vtitur, Hieronymi teſtimonio in capit. reſecandæ in hunc modum ſcribens: reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſæ oues à caulis repellendæ, ne tota domus maſſa corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, & intereant. (His Vlpianus ſuffragatur in l. congruit. ff. de offic. præſ.) quibus equidem authoritatibus ratio conſtat quare excommunicatio medicinalis eſt, & vere medicinalis dicitur. Imo & reliquæ pœnæ in republica ſtatutæ aduerſus facinoroſos, ſi ipſius communitatis vtilitatem conſideremus; medicinales ſunt non ipſi, cui imponuntur, ſed alijs qui punitorum exemplo territi delinquere minime audent. Clement. 1. de offic. ordin. cap. irrefragabili eodem titul. cap. ad liberandum de Iudæ capit. 2. de calumniat capit. quapropter 2. quæſt. 7. idque eleganter adnotauit Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 87. artic. 7. ſunt & ad idem pulchra Ariſtotelis verba lib. 2. Ethic. capit. 3. omnem actionem, inquit, ſequitur vel voluptas vel dolor: idcirco virtus circa voluptates, & dolores verſatur. Indicant punitiones, quæ per dolores adhibentur. Sunt enim medicationes quædam; ac medicationes per contraria fieri conſueuerunt. Hæc Ariſtoteles. Idem Plato Dialog. 5. de legibus, & idem in Gorgia, & in protagora Ioan. item Stobæ. ſerm. 42. vnde colligitur manifeſte pœnas quaſlibet eſſe reipublicæ, & communitati eiuſque membris in hoc medicinas, quod homines earum timore abſtinebunt à criminibus committendis, quod maxime apparet experimento: cum in omnibus bene inſtitutis communitatibus potiſſima pars publici magiſtratus in hoc verſetur, vt delicta iuſtis puniantur pœnis: alioqui libera daretur delinquendi licentia, nec tuta eſſet inter improbos innocentia capit. factæ ſunt leges. 14. diſtinctio; ſed & mors ipſa ab ipſis, qui primum conſtituerunt, non malum fontibus impoſitum eſt, ſed tanquam præſidium & loco medicamenti

proillis,

pro illis,qui malitia abſolui & liberari nequeunt; vt hoc ſaltem modo quoniam aliter fieri non poteſt,in præſentia liberati malitiæ vinculum effugiant: ſicuti ex Euſebio tradit Ioan Stobæ.Sermone 44.

Vt quædam medicamentorum genera ſunt ita comparata, vt non in ſingulis tantum ægritudinibus vtilia ſint,ſed omnibus in commune, medicantur habeãtque in ſe virtutem generalis auxilij:Ita & fides catholica non aduerſus ſingulas tantum peſtes, ſed contra omnes morbos opem medelæ impertit,non infirmanda genere,non vincenda numero, non diuerſitate fallenda,ſed vna atque eadem aduerſus ſingula omniaque conſiſtit.

† *Hilarius lib. 2. de trinit.*

Vt inter remedia corporalia eſt maximum diſcrimen: *Sic inter ſpiritualia: tantumque intereſt inter Bullam Pij V. & breue Pauli V. quantum inter cauterium ignis,aut venæ inciſionem,& vnctionem olei, aut dulcis pharmaci potionem.*

Robertus Bellarminus in reſponſ.ad librum in ſcrip. triplici nodo triplex cuneus.

Vt remedia ſalutaria, vbi corpori accommodata fuerint euincunt noxia,& vt tenebræ in domum illatis luminibus reſoluuntur: ita mors quæ in humana natura tyrannidem exercuerat, Deitatis aduentu profligata eſt:& vt in aqua glacies, quamdiu nox & tenebræ ſunt, liquores ſub ſua poteſtate tenet:ad ſolis vero incaleſcentis radios eliqueſcit: Ita vſque ad aduentum Chriſti mors regnauit:vbi vero apparuiſſet gratia Dei, ſaluificat illa & exortus eſſet ille ſol iuſtitiæ abſorpta eſt mors in victoria, veræ vitæ acceſſum non ferens.

† *Braſil.de humana Chriſti generat.*

Nullum medicamentum ſanat,niſi quod opportune adhibueris;multi poſtea cogitantes,quæ audierunt,ipſi ſe grauius, & ſeuerius arguerunt, & quamuis perturbatiores à medico viderentur abſcedere, paulatim verbi vigore in medullas penetrãte ſanati ſunt.Quod nõ fieret,ſi ſemper expectaremus periclitãtem putreſcentibus membris, quod nec ipſi corporis medici attendunt, qui terrenæ mercedis intuitu curant. Quoties enim quiſque reperitur,qui ferrum eorum,aut ignem non ligatus expertus ſit, cum & illi rariores ſint qui volentes ligati fuerint; plures enim reſiſtentes,& mori ſe malle clamantes,quam illo curari modo vix lingua ipſa eorum relicta libera omnibus membris conſtrinxerunt; neque ad ſuum,neque ad alterius, ſed ad ipſius artis ſe componentes arbitrium, quorum vocibus conuitiiſque dolentium, nec commouetur curantis animus,neque ſecantis manus, medicinæ autem cæleſtis miniſtri, aut per odiorum trabem cernere ſtipulam in oculo fratris ſolent, aut tolerabilius mortem videre peccantis, quam verbum indignantis audire. Quod non ita accidiſſet.ſi tam ſanum animum curando alterius animo adhiberemus,quam ſanis manibus illi medici aliena membra pertractant.

† *Auguſtinus in ep.ad Galat. cap. 5.*

Sicut non ſemper medici dulces potiones porrigunt ægrotantibus. ſed frequenter amaras & aſperas: Nonnunquam etiam ferramentis aliqua membra ſecare & cauteriis exurere ſolent,& totum illi, qui infirmi ſunt patienter excipiunt dum poſt breuem tribulationem longam ſanitatem recipere

† *Cæſarius Arelatenſis Hom. 8.*

recipere cupiunt. Et nos ergo qui licet minus digni tamen qualeſcunque medici ſpirituales eſſe videntur, neceſſe nobis eſt non ſemper blanda, & mollia, ſed aliquotiens aſpera & dura illis, qui anima ægrotare videntur irrigare, quod modo enim per amaram potionem digerentur humores mali, ſic per aſperam caſtigationem mores peſſimi minuuntur. Nam illud quale eſt fratres, quod medici corporum quando ad ægrotos venire diſſimulant cum grandi humilitate rogantur, pecunia & munera præmittuntur & tamen dubium eſt verum aliquid illorum medicamenta proficiant. Nos vero qui de medicamento ſpiritali in nullo pœnitus deſperamus & nec terrenum præmium, nec aliqua temporalia lucra requirimus, ideo faſtidire debemus, quia nos vltro ingerimus, & nihil aliud niſi patientiam & correctioné inuenire deſideramus Carnalis enim medicus verum releuare poſſit ægrotum, incertum eſt, ſpiritalis vero medicina, ſi libenter accipiatur, abſque dubitatione; etiam ſi mortua ſit anima, ſuſcitatur. Quare ægrotam graui expenſa, & cum multis doloribus requiritur ſanitas corporum, & cum ſine vlla expenſa tribuatur, ab aliquibus non libenter accipitur ſanitas animarum.

† *Hieronymus quæſt. 8 ad Algaſiam.*

Quomodo medicina non eſt cauſa mortis, ſi oſtendat venena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem, & vel ſe interficiant, vel inſidiantur inimicis: ſic lex data eſt vt peccatorum venena monſtret, & hominem male libertate ſua abutentem, qui prius ferebatur improuidus & per præcipitia labebatur, fræno legis retineat, & compoſitis doceat incedere greſſibus. Ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ, id eſt viuamus ſub præcepto qui prius in modum brutorum animalium viuebamus.

† *Clemens Papa li. 2. conſtitutionum Apoſtolis ca. 45.*

Sicut ſi quidam homines, quia á ſuo ortu ſuperflua membra reliquo corpori adiuncta habent, veluti digitos vel carnis proceſſus propter turpitudinem, illas eminétias abſcindunt, nihilque fit illis indecorū, cū per artificem naturalem corporis habitum recipiunt, quanto magis id facere debetis vos paſtores, cum ſit Eccleſia corpus perfectum, conſtans ex integris membris, in Deum credentibus, in timore Domini, & caritate. Scilicet cum inuenitur membrum aliquod ſuperfluum, improba ſapiens, & reliquum corpus deturbans, atque perturbans ſeditionem, contentionem, detractionem afferens, ei timores, moleſtias, maculas, detractiones, crimina perturbationis, & huiuſmodi diaboli opera operam dans, veluti ad id delectus á Diabolo: vt nihili fiat Eccleſia per blaſphemias, tumultus, contentiones, ſeditiones.

† *Origines Hom. 2. in Pſalm. 37.*

Si in corpore tuo macula aliqua vel vulnus oriatur aut colliſione aliqua intumeſcat, ſolicitus es & perquiris quid curæ debeat adhiberi quomodo corporis ſanitas antiqua reddatur, ſi circa oculos ſe aliquis acerbus humor offuderit, ſollicitus es & perquiris, quo modo ſuccurras, & præuenias cæcitatem, cum anima tua ægrotet, & peccatorum langoribus vrgeatur ſecurus: & contemnis gehennam, atque ignis æterni ſupplicia deſpicis, & irrides iudicium Dei, paruipendis, & commonentem te Eccleſiam

deſpicis

deſpicis communicare non times corpus Chriſti accedens Euchariſtiam, quaſi mundus & purus, quaſi nihil ſit in te indignum, & in his omnibus putas. quod effugias iudicium, Dei non recordaris illud quod ſcriptum eſt. Quia propterea in vobis infirmi, & ægri & dormiunt multi. Quare multi infirmi: Quoniam non ſeipſos diiudicant, neq; ſe ipſos examinant, nec intelligunt, quid eſt communicare Eccleſiæ, vel quid eſt accedere ad tanta, & tam eximia ſacramenta: patiuntur hoc quod febricitãtes pati ſolent cum ſanorum cibos præſumunt ſibimet ipſis inferentes exitium.

Scitis ne, qualia ſint ieiunia, eleemoſynæ, confeſſio peccatorum, lectio ſcripturarum, & alia eiuſdem generis opera ſine oratione interna? ſunt quaſi medicamenta quædam externa, qualia ſunt balnea, vel vnguenta vel fomenta, quæ extrinſecus adhibentur corporibus ægrotorum. At plaga noſtra interna eſt, ægritudo noſtra in intimis viſceribus deliteſcit, in receſſu cordis eſt morbus noſter, ibi eſt apoſtema. De corde enim exeunt cogitationes malæ, blaſphemiæ, furta, adulteria, homicidia. Vbi ſunt radices vitiorum, ibi eſt adhibenda curatio. Omni cuſtodia inquit ſapiens ſerua cor tuũ. Serua cor tuum quoniam ex eo vita procedit, tanquam ſi diceret: ſi manibus & pedibus, & auribus & naribus careas, modo cor integrum maneat, homo eris, tametſi deformis & debilis. At ſi manus, & pedes, & aures, & nares, & membra cætera tibi ſunt, ſi cor non viuat, homo non eris, nihilque differes á ſimulachro. Sic etiam ſi neque ieiunare, neque eleemoſynas facere, neque docere aut concionari valeat, ſi tamen homo interior bene ſe habeat ſalua res eſt. Nam & Deo placet, & eius amicus, & filius eſt, ſi vero illa omnia præſtare poteſt, & tamen homo interior non viuit, nihil eſt aliud quam aes ſonans, & Cymbalum tinniens, vel ſimulachrum artificioſe depictum, & ornatum ſed mortuum. Quocirca omni cuſtodia ſeruandum eſt cor, quia ex ipſo vita procedit. Cordi procurandus eſt cibus, ne deficiat: procurandus eſt ignis, ne frigeat, vel obduretur: nulla ſiquidem re facilius obduratur, vel extinguitur cor quam frigore. Ignem vero quid accendit, niſi meditatio? Pſalmographus ait, in meditatione mea exardeſcet ignis.

† *Robertus Bellarminus conc. 32. in ferijs Rogationum.*

Pſal 36.

Sicut medicus prius leuiter, deinde aſperius, vt morbi ratio poſtulat, corpus tractat. Idem circa animam eſt faciendum. *Tractantes cauſas ſalutis noſtræ faciamus intra nos, quod circa nos medici facere ſolent. Si læſura aliqua in prima corporis cute ſentitur, curatio medicamenti blandioris opponitur. Si vero in oſſibus vulnus abſconditum, aut viſceribus profunde demerſum eſt auſteriorem, ac violentiorem poſcit vis occultam medicinam: vt vlceris magnitudo, aut exuſtione, ſupercuretur, & dolor dolore pellatur. ſimilis ratio in ægritudine interioris hominis adhibenda eſt, ſi leuia ſint fortaſſe delicta verbi gratia ſi homo vel in ſermone, vel in aliqua reprehenſibili voluntate, ſi oculo peccauit, aut corde verborum, & cogitationum maculæ quotidiana oratione curandæ, & priuata compunctione tergendæ ſunt, ſi vero quiſqua conſcientiam ſuam intus interrogans, facinus aliquod capitale commiſit, ſi fidem ſuam falſo teſtimonio expugnauit, ſi velum baptiſmi, vel tunicam, ſi*

Euſebius Emiſſenus in initio quadrageſimæ.

virgini-

† Vt pharmacum non adhibitum in loco dolet abſque fructu: ſic obiurgatio non vt debet admota;atque idem facit amicus cum moleſtia, quod adulator cum voluptate.lædit enim vterque.

Plut.

Idem. Vt auſtera remedia, ſed neceſſaria leuant quidem ægrotantes, ſed offendunt,& inficiunt ſanos: ſic acris obiurgatio vitio medetur, probos offendit.

Idem. Vt in curatione non ſentitur morbi leuamen, niſi ſyncerus habitus inducatur: ſic in philoſophia non proficitur, niſi paulatim aliquid decedat de ſtultitia, donec in alium mentis habitum proficiat.

† Vt optima remedia maxime perniciem adferunt, niſi apte ſumantur: ita Chriſti Sacramenta ſalutaria ſunt,rectè ſumentibus, lethalia indigne accipientibus.

Hect. Pint. in c. 1. Ezech.

† Sicut ſi fieri poteſt lippitudinem auferimus ab oculis: ſin id non' licet, non tamen eruimus oculum: ita ſi ſuperſtitio tolli prorſus non poteſt, non tamen protinus credendum nullos eſſe Deos.

Plutar.

Idem Quemadmodum iſchiacis medici pollicem inurunt, & cum alibi doleant, alibi admouent remedium: ſic Deus nonnunquam vt patres ſanet, ſæuit in filios.

Vt in aſpidis ictu nullum eſt remedium, niſi vt partes contactæ amputentur:ita quædam vitia ſola morte ſanati poſſunt.

† Quemadmodum præparatiuum præmittitur purgationi; nam purgandus infirmus prius præparationem recipit,quæ humores commoueat: vt poſtea medicina ſequens melius eiiciat: ſic prius debet homo examinare peccata,& diiudicare apud ſe ante quam confiteatur: Eccl. ante iudicium para Iuſtitiam tibi.

Ioan: a S. Gemin: in ſum. de exemp. li. 9. eccl 18. 16.

Idem. 29. ſap. 16. Sicut medicina purgat à corruptis, & ſuperfluis humoribus: ſic verbum Dei à prauis &, ſuperfluis affectionibus; & ideo animam ſanat: Neque malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus Domine, qui ſanat omnia.

† Quemadmodum Rhabarbarum plurimum curationi ægrorum valet;*quia nullum eſt medicamentum tutius,& quia exhibetur tuto etiam iis, qui morituri ſunt,& iam fere ſpirant animam:ſic nihil plus valet curationi quam eleemoſinarum largitio, quia fruſtra pro peccatis rogaturus, manus ad Deum expandit: qui has ad pauperes non extendit.*

Gabriel Fallopius in medicam purgent.

Rab. ſuper illud Matth. 12. extende manum tuã. Quemodmodum antimonium eſt omnium medicamentorum acerrimum:ſic eleemoſyna eſt inter ſpiritualia, pharmacum omnium fortiſſimum:vt enim egregie Chryſ: ſuper Mat. Sermo. 9. *medicamentum fortius quod maxime operetur in pœnitentia eleemoſyna; & ſicut in preceptis medicina accommodis medicamentum multas quidem herbas accipit, vnam autem dominantiſſimam:ſic & in pœnitentia iſta dominantior, & potentior eſt, & vniuerſum ipſa efficit.*

Sicut optime malagma,vel fibula calidis adhuc vulneribus adhibetur, & cito vulnus ſanatur,quod diu putreſcere non permittitur: ſic ſi aliquis ex no-

ex nobis cuiuslibet peccati vulnus acceperit, anteaquam longa conſuetudine putreſcat, & fœteat, omni celeritate ad pœnitentiæ medicamenta confugiat. Peccatum enim ſi diu dominari permittitur, omnibus ſanctis & Dominum timentibus putorem teterrimum exhalare cognoſcitur. † *Cæſarius Arelatenſis hom. 16.*

Quomodo multos fortuita ſanant, & in flumen alicui cecidiſſe frigore magno cauſa ſanitatis fuit: quo modo quorundam flagellis quartana diſcuſſa eſt: & metus repentinus animum in aliam curam auertendo ſuſpectas horas fefellit, nec ideo quicquam horum, etiamſi ſaluti fuit ſalutare eſt: ſic quædam nobis proſunt, dum volunt, imo quia nolunt, non tamen ideo illis beneficium debemus. † *Senec. lib. 6. de benef. c. 8.*

Quemadmodum medicus diuerſis morborum generibus, diuerſa remedia exhibet, leues leuibus, graues, grauibus remediis curat; eodem modo animi vitia debent eccleſiarum paſtores curare. *Tu igitur vti clemens medicus peccatores omnes cura, vtens accommodatis ad ſalutem medicamentis, non modo ſecando, vrendo, nouaculam adhibendo, ſed etiam alligando, exiccando, iniiciendo medicamenta lenia, cicatricem obducentia, emolliendo ſermonibus conſolatoriis. Si vulnus altum fuerit, reficito ſuaui vnguento, vt repletum reliquis partibus aequetur: ſi ſordes collegerit, nouacula purgato, hoc eſt, ſermone ad incidendum idoneo. Si intumuerit, id acri collyrico complanato, hoc eſt, iudicij minis: ſi ſerpat, cauterio cohibeto, tabemque excindito: ieiunij acrimonia. Quod ſi hæc feceris, videriſque à pedibus: vſque ad caput non prodeſſe ſomenta, non oleum, non faſcias, ſed ſerpere tabem, ſuperareque omnem medicinam veluti cancrum omnia membra exedentem, tunc re multum conſiderata ac deliberata, adhibitiſque aliis peritis medicis, tabidum membrum excindito, ne totum eccleſiæ corpus contabeſcat. Noli igitur eſſe facilis ad abſcindendum, neque cito ad dentatam terram curras, ſed primum vtaris cultello, abſciſſum diuidens, vt cauſa quæ dolorem faciebat expulſa, corpus ſine dolore conſeruet. Quod ſi aliquem impœnitentem atque obduratum videris, tunc cum triſtitia & luctu medicinam reſpuentem, ab Eccleſia abſcinde. Tollite enim malum de vobis & timoratos facite filios Iſrael.* *Clemens Papa. 2. conſtitu. Apoſt. ca. 45.*

Quemadmodum ſalubria remedia non ſolum morbos à corpore depellunt, verum etiam priſtinam & firmiorem ſanitatem inducunt: idem de pœnitentia dici poteſt. *Pœnitentiam medicinam efficaciſſimam, quæ non ſolum ad priſtinum ſtatum reducit homines, ſed ad excellentiorem, & ſublimiorem.* *Quidã Politicus in quadam epiſt.*

Sicut ægram aliquando partem acrioribus medicamentis caſtigamus, ne omnino pereat, interdum etiam exurimus, ne vitium ſerpat: ita & proximum licet ſeuerioribus verbis reprehendere, aliquando etiam vt ſpiritus eius ſaluus fiat, carnem excindere. † *Triuerus in variis apophteg.*

Sicut morbum nequaquam ſatis eſt expurgari, ſed intemperiem beneficio oppoſitorum oportet reſtitui: ſic proinde & vitia noſtra cum eruta ſunt, neceſſum eſt contrariis ſtudiis immutari, alioqui hic ſuſpecta pœnitentia, illic incerta conualeſcentia. *Ibidem.*

Sicut duplex eſt calida & frigida aduerſus venenorum malignitatem alexi- *Ibidem.*

alexipharmacorum differentia: ſic omnem tentationem vincit oratio, & patientia.

Ibidem. Sicut nullum medicamentum abſtergit, quod non habeat ſaltem latentem acrimoniam; ita neque noſtra neq; aliena peccata poſſunt expurgari, citra corporis vel quod maius & animi amaritudinem.

Ibidem. Vt vulnus quidem curare, ſed nunquam potes eius cicatricem omnino exterere: ſic multo eſt operoſius ignominiæ ſemel acceptæ omnem notam delere.

Ibidem. Sicut nihil prodeſt medicamentum, niſi quis prius eius concoxerit amaritudinem: ſic nihil etiam confert crux Chriſti ijs, qui detractant eius viciſſitudinem.

Ibidem. Sicut medicamenta quædam nunquam incalſiunt, attamen ſuum calorem alijs inſinuant, offundunt: ſic tales ſunt antiſtites qui ſacramentorum officio alios beant, ſeſe ipſos vero deuouent atque execrabiles reddunt.

Ibidem. Sicut in medicamento à principio amarum faſtidio exiſtit; ſed poſteaquam concoctum eſt, dulceſcit ſanitatemque inducit: ita tribulatio, anxietas tandem manifeſtam conſolationem parit.

Ibidem. Vt medicamentum licet contra appetitum vi quadam ingeſtum ſanitatem tamen adfert: ita & virtus quæ in inimicum impeditur, eo eſt elegantior, quo natura magis abhorret.

Ibidem. Sicuti in medicamentis familiari ſucco diſſimulamus amaritudinem: ita & nos decet quadam humanitate diluere, quæ principio virtutibus ſuboriuntur ſcrupuli, & anxietatis.

Ibidem. Vt niſi quis à medicamento aliquot horis abſtinuerit, fere medicamentum reiicit: ſic & qui quamuis rumorem credulus ſtatim accipit, frequenter illum reuomit: præſtat ergo tam rerum, quam opinionum nouitates aliquo tempore diſſimulare, ac tacere, ne iterum rogamur ea reſorbere.

Ibidem. Vt bonum eſt medicamentum, quod ad primum habitum nos reducit; & ſancta eſt aduerſitas, quæ nos à mundo ad Deum conuertit, aut magis adducit.

Plut. de cohibenda iracundia. Quemadmodum pharmacum morbis corporum; ſic ratio animi vitijs medetur: nam *poſtquam animus redditus eſt vlceroſus, ac leues ob cauſas agreſcens, ac de quibuſlibet mouens, querimonias non aliter quam ferrum tenue, & inualidum non fert, denuo ſculpentis manum. Cæterum ratio Iudex, quæ protinus inſtat ac premit iracundiam, non ſolum præſenti medetur malo, verum etiam in reliquum tempus firmum reddit animum, vt non facile morbo tentetur.*

Ibidem. Sicut medici habent ſua propotiſinata, quibus præparant ad purgationem humores, & multa alia medicamenta ſemper parata, ne dum longo tempore conficerentur morbi, interim homines iugularent: *ita maxime, nos oportet aduerſus iracundiam auxilia è longinquo petita nimirum è philoſophia comportari in animum, ne cum tempus aduenerit eorum vſum poſtulans, non facile poſſint aliunde inuehi. Neque enim tum audit animus eos, qui foris ſunt ob tumultum, niſi intus habeat velut monitorem rationem ſuam,*

celeriter

celeriter accipientem, & intelligentem quid in quaque re præcipitur.

Sicut corporis exercitium auget natiuum calorem, expellit ſuperfluitates & corroborat membra; ſic animi exercitatio virtutes maiores facit, ipſum animum roborat, ac confirmat; ſed præcipuè vitia & inutilem pudorem depellit. *Conandum eſt igitur vt hic morbus multorum cauſa malorum propellatur. Primum per exercitationem facto initio, more eorum qui alijs in rebus quippiam meditantur à puſillis & vbi non difficile ſit contra oculos tollere: veluti ſi quis tibi propinet in cœna quum ſatis biberis, ne te moueat pudor inutilis, neque tibi ipſi vim facias, ſed deponito poculum. Rurſum aliquis prouocat ad talos inter pocula ne pudeſcas, neque metuas ſi petaris dicterio, ſed imitare Xenophontem Lagi quem quum Hermoneus meticuloſum vocaret, quod nollet cum ipſo talis ludere confeſſus eſt ſe non modo timidum, ſed vehementer etiam timidum & meticuloſum eſſe aduerſus inhoneſta. Rurſus incidiſti in hominem inepte loquacem, qui te apprehendit, & inhærens complexu retinet, ne ſis hic immodice pudens, ſed interruptum ſermonem vrge & abſolue. Nam huiuſmodi recuſationes, ac diſcuſſiones, quoniam in minoribus malis præparant, exercentque ad excutiendum inutilem pudorem, conſuefaciunt nos ad maiora.*

Plutarchus de vitioſa verecundia.

Quemadmodũ quoſdã morbos medici cataplaſmate, quoſdã vnctione, nõnullos pharmacis, aliquos frictione ſanant ac curant: *ſic boni Chriſtiani varijs vitijs varia remedia debent accõmodare, pro veneno calumniæ tribuat lingua noſtra fraternam correptionem, pro conuitijs conſolationem: pro detractionibus preces ad Deum, pro obtrectatione blandam ac ſynceram admonitionem, pro ſeminario diſſidiorum ſermonem pacificum: pro veneno cancri ſanam doctrinam: pro murmure pſalmos & hymnos, pro iurgijs, cantica ſpiritualia, pro ſtultis fabulis ſermonem ſcientiæ: pro criminatione proximi propriorum malorum confeſſionem. Pro lapſum alienorũ amarulenta inſectatione, medendi ſtudium. Quanta cura fouemus membrum imbecille, quanto ſtudio ſuccurrimus membro vitiato, aut vulnerato; quanta arte luxatum in ſuum locum reponimus? quam ægre quum detrectantes ad extrema remedia deſcendimus, vt ſectionem aut vſturam adhibeamus, poſtremo fruſtra tentatis omnibus quam dolentes amputamus, cuius ſanandi ſpes non eſt. Quem non eandem charitatem ac manſuetudinem in ſanando proximo præſtamus? Quanta amarulentia lapſus humanos inſectamur. Quanta interim indulgentia, ne dicam, impudentia blandimur noſtris vlceribus? Quantum in alijs admonendis ſupercilium? Rurſum quæ tragœdia? ſi quis nos viciſſim vel leuiter admoneat errati? Adeo non adeſt nobis in corripiendo fratre ſimplex illa charitas, quæ nec ſuſpicatur, nec cogitat malum, vt etiam illa habendi ſtudio deprauemus quæ recte dicta ſunt, dum ſtudemus in alienis libris eſſe ingenioſi, & ex aliena infamia nobis parare gloriam eruditionis, liuorem & odium quo toti mademus, quæſtum & arrogantiam, qua toti turgemus, præteximus zeli titulo. Et ſic in aliena vitia debacchamur, quaſi non oderimus, ſed inuideamus,*

Quidam.

Quemadmodum ne peſtis noceat, inter cætera remedia medici præcipiunt, vt homines corpora expurgent, eaque contraria morbo reddant,

nec aliquid impuri relinquant, quia peſtis non ſolum alios morbos, verum etiam quamlibet exiguam impuritatem in peſtilentiam vertit.

Idem. Sic ne nobis aliena maledicentia nocumentum afferat, *nullum eſt remedium efficacius, quam vt homo ſic moderetur omnem vitam ſuam, ne quid habeat maledici lingua, quod iure meritoque in ipſum iaculari poſſit. Eſt quidam & mendax calumnia nec veretur innocentes impetere, verum vix vnquam de nihilo mouet tragœdiam, ſed vel exaggerat, quod erat exiguum, vel deprauat quod ex ſe quidem ſyncerum, nonnullam tamen ſpeciem habet mali, vertit in venenum quicquid exuxerit araneus, ſed non adrepit ad quam vis herbam. Non enim attingit abſinthium, & ſunt materia à quibus abſtinet in perpetuum in Ariſtidem, nulla orta eſt calumnia, tanta erat morum integritas. Quod ſi quid mali rumoris oriatur aduerſus innocentem, quoniam radicem non habet vnde alatur, mox euaneſcit, & quod de nihilo natum eſt in nihilum diſperit, nonnunquam & in gloriam vertitur, eius qui præter meritum aſſerſus eſt. Paulus Apoſtolus non ignarus, quanta ſit ſyconphantarum malitia, monet vt non ſolum abſtineamus ab omni malo; verum etiam ab omni ſpecie mali.*

† *Greg. Niſſenus orat. Magna Catechetica. ca. 37.* Sicut qui venenum ſumpſerunt alio medicamento illud depellunt: ita peccatori adhibendum eſt corpus Chriſti medicamentum, cuius virtus in vniuerſum corpus diſtribuatur, & quomodo vt dicit Apoſtolus modicum fermentum totam maſſam aſſimilat: ita corpus Chriſti ſumptum totum ad ſe transmutat.

Cebes Thebanus in tabula qua vita humanæ prudenter instituendæ ratio continetur. Quemadmodum medicus morbos è corpore expellit; ſic eruditio animum vitijs purgat: *fit enim hic perinde, vt ſi quis graui affectus morbo ad medicum perducatur. Is vero purgationibus in primis omnes morbi cauſas eycit: ac tum demum vires confirmat, ſanitatemque reſtituit, Sin æger medico non paruiſſet: merito eiectus a morbo interiſſet. Hæc inquam intelligo. Ad eum ergo, inquit, modum, ad Eruditionem vbi quis peruenerit, ea curat illam ſuamque illi vim propinat, vt ante omnia expurget, & eyciat mala, quæ ſecum attulerat omnia. Quænam iſta? Ignorantiam & errorem, & Errorem apud Impoſturam hauſtum, & Arrogantiam, & cupiditatem, & incontinentiam, & iracundiam, & auaritiam cæteraque omnia, quæ in primo ſepto ingurgitarat. Poſtquam autem purgatus fuerit, quo eum mittit? Intro inquit ad ſcientiam & cæteras virtutes.*

† *Guerricus Abbas ſer. 1 de Epiphania* Sicut ſtomachus immoderato vſu dulcium corruptus, potione purgatur amara: ſic eorum qui ſuauiter vixerunt, inamaricata conſcientia, nunquam melius quam contrario, id eſt vita & conſuetudine curantur; auſtera maxime vero ſi ſæpius detur eis bibere vinum myrrhatum Dominicæ paſſionis.

† *Baſil. hom. 1. de ieiunio.* Quemadmodum vermes, qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam vehementer acribus & amaris excutiuntur: ita peccatum in intimis receſſibus habitans extinguit enecatque, ſimulatque in animam ſuperuenerit ieiunium, ob hoc ipſum ſuo dignum nomine, quod inedia purget animæ viſcera.

Vt ſi

Vt ſi quis ægrotum quem ad ſanitatem reduxit, iubeat illa non facere, ex quibus morbus ille contigerat: ita etiam poſt baptiſmum ieiunium contra vitium edacitatis induxit Dominus. Nam Adam de paradiſo intemperantia ventris eiecit. †

† *Chryſoſt. ſer. 1. de ieiun.*

Sicut cum initimis puerorum viſceribus vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui non queunt, niſi cum amarior cibus infunditur, aut medicamentorum vis inoleſcit aſperior, quorum odore motiuntur. Ita profundum animæ virtus ingreſſa ieiunij culpam latentem inficit. †

† *Ambroſius de Helia, & ieiunio cap. 2*

Sicut abſtinentia extinguit febrem, ſed areſacta membra longæ febris incendio niſi largo infundantur vnguento, niſi blandiſſimis regentur fomentis, niſi iuuentur medicinæ ſumptu, ad integram ſanitatem redire non poſſunt; ſic ieiunium quamuis excludat vitiorum morbos carnis amputet paſſiones, criminum cauſas propellat, tamen ſine miſericordiæ vnguento, ſine pietatis riuo, ſine eleemoſinæ ſumptu, perfectam ſalutem mentibus non reponit. †

† *Petrus Chryſologus de ieiun. & eleemoſyna ſerm. 41.*

Quemadmodum elleborus & Antimonium, quamuis deleteria videantur, corpuſque vehementer perturbent, veræ tamen ſunt medicinæ, quia finis earum eſt morbos expellere, hominibuſque mederi; ſic excommunicatio quamuis bonis ſpiritualibus animam priuet, eamq; multis incommodis afficiat, tamen eſt vere medicinalis. Idem dicendum eſt de quibuſcumque pœnis, quas Reſpublicæ ſceleribus infligunt, quia finis earum eſt vel animo, vel corpori mederi], vt egregie inquit Couarruuias, his verbis. *Eſt etenim &, dicitur excommunicatio medicinalis ex fine: qui eius finis eſt mederi peccatori, morbo peccati laboranti: ordinatur ſiquidem in hunc finem, quod excommunicatus reſipiſcat, pœniteat, ac ſatisfaciat eccleſiæ, quam propria contumacia iniuria afficit, nam & ſi excommunicatio pluribus nocumentis & ſpiritualibus incommodis quemquam afficiat, nihil tamen refert, ne dicatur medicinalis. Nã vt ea quæ purgant corpus, tametſi multis alioqui damnis ipſum afficiant, mederi tamen dicuntur: ſic pari modo quid obſtitit, quo minus id animæ ſalutare medicamen dicatur, quod ad ſalutem eius finalem exhibetur: quamquam interea ſpiritualis nocumenti nonnihil inferat? magno namque animæ commodo cedit ipſum ſpirituale damnum, ſi per id ex morte poſſit ad vitam reuocari, erit namque excommunicatio medicinalis, ſi eam excõmunicatus non contempſerit: ſed potius confuſionem ſuam reſpiciens, emendet, quæ male prius egerat. Sic plurimum Theodoſio Imperatori, profuit excommunicatio, cuius mentio fit in cap. cum apud Theſſalonicam 11. q. 3. cuiuſque nos meminimus lib. 2. variarum reſolutionum cap. 8. num. 1. Hunc vero eſſe finem excommunicationis conſtat, ex Paulo 1. ad Timoth. tradidi inquit eos Satanæ, vt diſcant non blaſphemare, ex eodem. 1. ad Corinth. cap. 5 iudicaui eum tradere Satanæ, in interitum carnis, vt ſpiritus eius ſaluus ſit in die Domini. Excommunicatus equidem videns ſeipſum, ita grauari & opprimi à dæmone: & ab omni conſortio fidelium alienum eſſe, reſipiſcet forſan; ita ſane ſcribit Origines in lib. Iudicum; De eccleſia per ſacerdotem pellitur, vt notatus ab omnibus erubeſcat; & conuerſo eueniat ei illud, quod ſequitur: vt ſpiritus*

Didacus Couarruuias. tom. 1: Relect. c. Alma mater &c. in 6 par. 1. paragrapho de excommunione cum excommun.

 ſaluus fiat

ſaluus fiat in die Domini cap. audi denique 11. quæſt. 3. tex. optimus in cap. corripiantur 24. q. 3. Fœlix etenim dicitur illa neceſſitas, quæ nos ad meliora perducit. Quod ſi excommunicatus contemnens excommunicationem pœnitere negligat, ac eius cor fuerit induratum, excommunicatio ei erit lethalis, non medicinalis, & tamen adhuc dicetur medicinalis pœna: quia erit excommunicatio medicinalis reliquis eccleſiæ membris, & per eam cõſulitur incolumitati totius reliquæ cõmunitatis, vnum enim pecus morbidum omne pecus inficit, atque ideo pecus morbo infectum reſecandum eſt, & ſequeſtrandum ne reliquas contactu ſuo inficiat oues. Nec ex ea cauſa paſtor iudicatur crudelis ſed pius, imo crudelis eſſet & ignauus, ſi pecus morbo infectum à grege minime ſegregaret: Sic ſane Diuus Ambroſius ſuper Pſal. 118. de excommunicatione loquens, inquit, rectè ergo, & ſacerdos vulnus ne latius ſerpat à toto corpore Eccleſiæ, quaſi bonus medicus debet abſcindere, & prodere virus criminis quod latet. Idem Ambroſius lib. 2. de offi. cap. 27. cum dolore imputatur, etiam quæ putruit pars corporis, & diu tractatur: ſi poteſt ſanari medicamentis; ſi non poteſt, tunc à medico bono abſcinditur: ſic epiſcopi affectus bonus eſt, vt optet ſanare infirmos, ſerpentia auferre vlcera, adurere aliqua, non abſcindere, poſtremo quod ſanari non poteſt, cũ dolore abſcindere. Hactenus Ambroſius. Gratianus item in dict. cap. corripiantur 24. quæſt. 3. citat Diuum Auguſtinum, in hæc verba: Paſtoris tamen neceſſitas habet, ne per plures ſerpent dira contagia, ſeparare ab ouibus ſanis morbidam, ab illo cui nihil eſt impoſſibile ipſa forſitan ſeparatione ſanandam. Idem Gratianus ea quæſtione vtitur, Hieronymi teſtimonio in capit. reſecandæ in hunc modum ſcribens: reſecandæ ſunt putridæ carnes, & ſcabioſæ oues à caulis repellendæ, ne tota domus maſſa corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant, & intereant. (His Vlpianus ſuffragatur in l. congruit. ff. de offic. præſ.) quibus equidem authoritatibus ratio conſtat quare excommunicatio medicinalis eſt, & vere medicinalis dicitur. Imo & reliquæ pœnæ in republica ſtatutæ aduerſus facinoroſos, ſi ipſius communitatis vtilitatem conſideremus; medicinales ſunt non ipſi, cui imponuntur, ſed alijs qui punitorum exemplo territi delinquere minime audent. Clement. 1. de offic. ordin. cap. irrefragabili eodem titul. cap. ad liberandum de Iudæ capit. 2. de calumniat capit. quapropter 2. quæſt. 7. idque eleganter adnotauit Diuus Thomas 1. 2. quæſt. 87. artic. 7. ſunt & ad idem pulchra Ariſtotelis verba lib. 2. Ethic. capit. 3. omnem actionem, inquit, ſequitur vel voluptas vel dolor: idcirco virtus circa voluptates, & dolores verſatur. Indicant punitiones, quæ per dolores adhibentur. Sunt enim medicationes quædam; ac medicationes per contraria fieri conſueuerunt. Hæc Ariſtoteles. Idem Plato Dialog. 5. de legibus, & idem in Gorgia, & in protagora Ioan. item Stobæ. ſerm. 42. vnde colligitur manifeſte pœnas quaſlibet eſſe reipublicæ, & communitati eiuſque membris in hoc medicinas, quod homines earum timore abſtinebunt à criminibus committendis, quod maxime apparet experimento: cum in omnibus bene inſtitutis communitatibus potiſſima pars publici magiſtratus in hoc verſetur, vt delicta iuſtis puniantur pœnis: alioqui libera daretur delinquendi licentia, nec tuta eſſet inter improbos innocentia capit. factæ ſunt leges. 14. diſtinctio; ſed & mors ipſa ab ipſis, qui primum conſtituerunt, non malum ſontibus impoſitum eſt, ſed tanquam præſidium & loco medicamenti

proillis,

pro illis,qui malitia abſolui & liberari nequeunt; vt hoc ſaltem modo quoniam aliter fieri non poteſt,in præſentia liberati malitiæ vinculum effugiant: ſicuti ex Euſebio tradit Ioan Stobæ.Sermone 44.

Vt quædam medicamentorum genera ſunt ita comparata, vt non in ſingulis tantum ægritudinibus vtilia ſint,ſed omnibus in commune, medicantur habeātque in ſe virtutem generalis auxilij:Ita & fides catholica non aduerſus ſingulas tantum peſtes, ſed contra omnes morbos opem medelæ impertit,non infirmanda genere,non vincenda numero, non diuerſitate fallenda,ſed vna atque eadem aduerſus ſingula omniaque conſiſtit.

† *Hilarius lib. 2. de trinit.*

Vt inter remedia corporalia eſt maximum diſcrimen: *Sic inter ſpiritualia: tantumque intereſt inter Bullam Pij V. & breue Pauli V. quantum inter cauterium ignis,aut venæ inciſionem,& vnctionem olei, aut dulcis pharmaci potionem.*

Robertus Bellarminus in reſponſ.ad librum in ſcrip. triplici nodo triplex cuneus.

Vt remedia ſalutaria, vbi corpori accommodata fuerint euincunt noxia,& vt tenebræ in domum illatis luminibus reſoluuntur: ita mors quæ in humana natura tyrannidem exercuerat, Deitatis aduentu profligata eſt:& vt in aqua glacies, quamdiu nox & tenebræ ſunt, liquores ſub ſua poteſtate tenet:ad ſolis vero incaleſcentis radios eliqueſcit: Ita vſque ad aduentum Chriſti mors regnauit: vbi vero apparuiſſet gratia Dei, ſaluificat illa & exortus eſſet ille ſol iuſtitiæ abſorpta eſt mors in victoria, veræ vitæ acceſſum non ferens.

† *Baſil. de humana Chriſti generat.*

Nullum medicamentum ſanat,niſi quod opportune adhibueris;multi poſtea cogitantes,quæ audierunt,ipſi ſe grauius, & ſeuerius arguerunt, & quamuis perturbatiores à medico viderentur abſcedere, paulatim verbi vigore in medullas penetrāte ſanati ſunt.Quod nō fieret,ſi ſemper expectaremus periclitātem putreſcentibus membris, quod nec ipſi corporis medici attendunt, qui terrenæ mercedis intuitu curant. Quoties enim quiſque reperitur,qui ferrum eorum,aut ignem non ligatus expertus ſit, cum & illi rariores ſint qui volentes ligati fuerint; plures enim reſiſtentes,& mori ſe malle clamantes,quam illo curari modo vix lingua ipſa eorum relicta libera omnibus membris conſtrinxerunt; neque ad ſuum,neque ad alterius, ſed ad ipſius artis ſe componentes arbitrium, quorum vocibus conuitiiſque dolentium, nec commouetur curantis animus,neque ſecantis manus, medicinæ autem cæleſtis miniſtri, aut per odiorum trabem cernere ſtipulam in oculo fratris ſolent, aut tolerabilius mortem videre peccantis, quam verbum indignantis audire. Quod non ita accidiſſet ſi tam ſanum animum curando alterius animo adhiberemus,quam ſanis manibus illi medici aliena membra pertractant.

† *Auguſtinus in ep. ad Galat. cap. 5.*

Sicut non ſemper medici dulces potiones porrigunt ægrotantibus. ſed frequenter amaras & aſperas: Nonnunquam etiam ferramentis aliqua membra ſecare & cauteriis exurere ſolent,& totum illi, qui infirmi ſunt patienter excipiunt dum poſt breuem tribulationem longam ſanitatem recipere

† *Cæſarius Arelatenſis Hom. 8.*

deſpicis communicare non times corpus Chriſti accedens Euchariſtiam, quaſi mundus & purus, quaſi nihil ſit in re indignum, & in his omnibus puras. quod effugias iudicium, Dei non recordaris illud quod ſcriptum eſt. Quia propterea in vobis infirmi, & ægri & dormiunt multi. Quare multi infirmi: Quoniam non ſeipſos diiudicant, neq; ſe ipſos examinant, nec intelligunt, quid eſt communicare Eccleſiæ, vel quid eſt accedere ad tanta, & tam eximia ſacramenta: patiuntur hoc quod febricitãtes pati ſolent cum ſanorum cibos præſumunt ſibimet ipſis inferentes exitium.

Scitis ne, qualia ſint ieiunia, eleemoſynæ, confeſſio peccatorum, lectio ſcripturarum, & alia eiuſdem generis opera ſine oratione interna? ſunt quaſi medicamenta quædam externa, qualia ſunt balnea, vel vnguenta vel fomenta, quæ extrinſecus adhibentur corporibus ægrotorum. At plaga noſtra interna eſt; ægritudo noſtra in intimis viſceribus deliteſcit, in receſſu cordis eſt morbus noſter, ibi eſt apoſtema. De corde enim exeunt cogitationes malæ, blaſphemiæ, furta, adulteria, homicidia. Vbi ſunt radices vitiorum, ibi eſt adhibenda curatio. Omni cuſtodia inquit ſapiens ſerua cor tuũ. Serua cor tuum quoniam ex eo vita procedit, tanquam ſi diceret: ſi manibus & pedibus, & auribus & naribus careas, modo cor integrum maneat, homo eris, tametſi deformis & debilis. At ſi manus, & pedes, & aures, & nares, & membra cætera tibi ſunt, ſi cor non viuat, homo non eris, nihilque differes à ſimulachro. Sic etiam ſi neque ieiunare, neque eleemoſynas facere, neque docere aut concionari valeat, ſi tamen homo interior bene ſe habeat, ſalua res eſt. Nam & Deo placet, & eius amicus, & filius eſt, ſi vero illa omnia præſtare poteſt, & tamen homo interior non viuit, nihil eſt aliud quam aes ſonans, & Cymbalum tinniens, vel ſimulachrum artificioſe depictum, & ornatum ſed mortuum. Quocirca omni cuſtodia ſeruandum eſt cor, quia ex ipſo vita procedit. Cordi procurandus eſt cibus, ne deficiat: procurandus eſt ignis, ne frigeat, vel obduretur: nulla ſiquidem re facilius obduratur, vel extinguitur cor quam frigore. Ignem vero quid accendit, niſi meditatio? Pſalmographus ait, in meditatione mea exardeſcet ignis.

Robertus Bellarminus conc. 32. in feriis Rogationum.

Pſal 36.

Sicut medicus prius leuiter, deinde aſperius, vt morbi ratio poſtulat, corpus tractat. Idem circa animam eſt faciendum. *Tractantes cauſas ſalutis noſtræ faciamus intra nos, quod circa nos medici facere ſolent. Si læſura aliqua in prima corporis cute ſentitur, curatio medicamenti blandioris opponitur. Si vero in oſſibus vulnus abſconditum aut viſceribus profunde demerſum eſt auſteriorem, ac violentiorem poſcit vis occultam medicinam: vt vlceris magnitudo, aut exuſtione, ſupercuretur, & dolor dolore pellatur. ſimilis ratio in ægritudine interioris hominis adhibenda eſt, ſi lenia ſint forſaſſe delicta verbi gratia ſi homo vel in ſermone, vel in aliqua reprehenſibili voluntate, ſi oculo peccauit, aut corde verborum, & cogitationum maculæ quotidiana oratione curandæ, & priuata compunctione tergendæ ſunt, ſi vero quiſqua conſcientiam ſuam intus interrogans, facinus aliquod capitale commiſit, ſi fidem ſuam falſo teſtimonio expugnauit, ſi velum baptiſmi, vel tunicam, ſi virgini-*

Euſebius Emiſſenus in initio quadrageſimæ.

virginitatis holoſericam cano commaculari pudoris inſecu, ſi per augures & incantatores diabolo ſe captiuum tradidit, hæc communi, & ſecreta ſatisfactione expiari non poſſunt, ſed graues (cauſa grauiores) & acriores & publicas curas requirunt.

† *Origines hom. 1. in Pſalm. 127.* Sicut corpori medicamenta Deus præparauit, ex herbis arte diſciplinaque compoſitis: ita etiam animæ medicamenta præparauit, in his ſermonibus, quos per diuinas ſcripturas ſeminauit, atque diſperſit, vt hi qui aliqua ægritudine fuerint oppreſſi, ſtatim vt vim morbi ſenſerint, atque alicuius vulneris ſtimulum, doloremque proſpexerint, requirant aptam, & conuenientem ſibi rationabilem diſciplinam, quæ ex eis præceptis Dei poſſet mederi.

† *Idem ca. 11. Philocabi.* Quemadmodum in herbis ſingulæ habent ſuas vires, ſiue ad valetudinem corporum, ſiue ad aliquid aliud, nec tamen omnium eſt ſcire, ad quam rem vnaquæque herba ſit vtilis: ſed eorum duntaxat, qui circa herbas verſantur, adeo vt ſciat quando ſupta, & quem locum corporis adhibita, & quo modo parata vtentibus proſit: ſic herbarius (vt ſic dicam) ſanctus & ſpiritalis colligit è ſacris libris vnumquodque iota, & quodlibet elementum, inueſtigatque literæ poteſtatem, & quorſum ſingulæ valeant, nihil eorum quæ delineata ſunt prætermittit: Quod ſi lubet aliud exemplum accipere: ſingula corporis membra ad aliquem vſum à Deo opifice effecta ſunt. An non omnium eſt ſcire, quæ cuiuſque membri vſque ad minutula vis, atque vſus: Qui enim circa corporum diſſecationes occupantur, illi ipſi ſunt, qui poſſunt explicare, ad quam vtilitatem membra ſingula: etiam minima à prouidentia ſunt procreata. conſidera igitur mihi ſcripturas hoc modo quaſdam eſſe herbas, aut vnum perfectum verbi corpus. Quod ſi neque herbarius fueris ſcripturarum, neque ſector propheticorum verborum, ne proinde puta aliquid eorum ſcriptũ eſſe prætereundum; ſed te ipſum ſolum, non diuinas literas incuſa, quippe qui minime ſcriptorum rationem conſequaris.

† *Clemens Alexand. lib. 1. ſtromat.* Quemadmodum in agricultura, & medicina ille vtiliter didicit, qui varias attingit diſciplinas, vt poſſit melius colere, & curare: ita etiam cum bene vtiliter eruditum exiſtimo, qui omnia refert ad veritatem, adeo vt ex Geometria, Muſica, Grammatica, & ipſa Philoſophia colligens quod eſt vtile, nullis inſidiis interceptam ſeruet fidem.

† *Greg lib. 1. mor. 4.* Sicut vnguenta niſi commota redolere altius neſciunt, & ſicut aromata fragantiam ſuam non niſi cum incenduntur expandunt: Ita ſancti viri omne quod virtutibus redolent, in tribulationibus innoteſcunt, vnde recte dicitur in euangelio.

† *Ideo te contemplat. lib. 8. ca. 14.* Sicut in medicamentis illa communiter ſunt vtiliora, quæ amariora ſunt: ſic mundi attritio, correptio, & tribulatio quamuis ſenſualitati & carni ſit medicina amara, tamen animæ & ſpiritui eſt vtilis, & proficua, medicinalis & fructuoſa, quia ſcilicet retrahit hominem à peccato.

Timor Dei, ſic vulnerat quomodo medici ferramentum putretudinem tollit

tollit, & videtur quaſi vulnus augere; ecce putredo, quando erat in corpore, minus erat vulnus: ſed periculoſum. Accedit ferramentum medici, minus dolebat illud vulnus, quam dolet accedeute medicina, vt nunquã doleat ſuccedente ſalute, occupet ergo cor tuum timor, & inducta charitate ſuccedat cicatrix, ferraméto medici. Talis eſt medicus, vt nec cicatrices appareant, tu ſubde te dextræ ipſius: nam ſi ſine timore non poteris iuſtificari, opus ergo eſt vt primo timor intret, per quem veniat charitas, Timor medicamentum: charitas ſanitas. [*Auguſt. Tractatu 9. in ep. Ioannis.*]

Sicut corporis medicamenta, quæ hominibus ab hominibus adhibentur, non niſi eis proſunt, quibus Deus operatur ſalutem, qui & ſine illis mederi poteſt, cum ſine ipſo illa non poſſint, & tamen adhibentur. Et ſi hoc officioſe fiat, inter opera miſericordiæ vel benificentiæ deputatur: Ita & adiumenta doctrinæ tunc proſunt animæ adhibita, per hominem, cum Deus operatur, vt proſint, qui potuit Euangelium dare homini, etiam non ab hominibus, neque per hominem. [*Idem. lib. 4. de doctrina Chriſt. ca. 15.*]

Conandum eſt vt etiam certo perdendos à ſuis vitiis ſeruemus, quantum poſſumus, imitando bonos medicos, qui quamuis videant haud poſſe ægrum à ſe ſeruari, tamen libenter omnem curationem admouent; ne per ipſorum negligentiam videantur res non ſucceſſiſſe ex ſententia. Quod ſi vel minima ſanitatis ſcintilla ſe oſtenderit, ea diligentiſſime ſicut in foco accendenda eſt. [*Philo lib de ſacrificijs Abel & Cain*]

Corpora languentia non omnibus curare facile eſt, animam vero laborantem eſt cuique medicari facillimum. Et corporis quidem curatio, & medicaminum & argenti indiget, animæ vero facile comparabilis & impendio carens, & carnis quidem natura, multo cum labore ab infeſtantibus liberatur vulneribus: Etenim ferrum ſæpe, & amara medicamina adhibere neceſſarium eſt, in anima vero nihil tale, ſed tantum velle & deliberare ſufficit, & omnia correcta ſunt. [*Chryſoſt hom 8. ad pop. Antioch.*]

Sicut corporis torpori medici variis remediis, vt exercitio, cibis calidis, optima victus ratione, vigilãtia & eiuſmodi rebus medeãtur, ſic pigro obtuſoque ingenio variis remediis ſuccurrendum. *Quid en igitur, huic morbo indignatione, an lamentis ſuccurrendum putas: longe alio remedio res eget, non eſt indulgendum ſomno non libidini, non cibo non vino, non inanibus fabulis, non captanda excuſationũ cauſæ, & reflexa in naturam culpa inertiæ, non ſuccumbendũ ſed vigilandum, cogitandum, ſuſpirandum, anhelandum, enitendum, aſſurgendum, incitanda vis animi, excutiendus torpor, propellenda ſegnities, abſtinendum voluptatibus, incumbendum ſtudiis: Nihil tamen graue, quod non leuet, nil tam durum, quod non leniat, nil tam obtuſum, quod non acuat, nil tam pigrum, quod non vrgeat, nil denique tam defoſſum, tamque obſtruſum quod non eruat, tam ſopitum, quod non excitet intentio.* [*Petrarcha de remedijs vtriuſque fortunæ dia. 100.*]

Sicut ignauia ac tædium corporis exercitatio ac labore propellitur: ſic animi. *Propellenda tædia cogitationibus lætis, ac ſpe bona, & amicorum bono ſolatio & librorum, & inertiæ fuga: ſed in primis patientia rerum & longanimitate inuicta, neque vel præſentium odio, vel futuri deſiderio, nec metu denique, nec ſpe* [*Idem di l. 48*]

 vita

vlla anticipandus vitæ finis quod ſtulti quidam, ac miſeri fecerunt, quidam pauperatem, vitæque tædia, ac labores temporales fugiunt, in æternos incidunt.

Baſilius de humana Chriſti generat.

Sicut venenorum antidotum corpori permixtum, ac perfuſum, omne ſuperat noxium ac lethale: itemque vt in domo aliqua tenebræ luminis aduentu diffugiunt, ac pereunt: Sic mors in natura dominans humana, diuinitatis præſentia diſparuit, veluti etiam in aqua glacies tantum humido dominatur, quantùm nox vmbraque durant; Solis vero calefacientis radiis ſubito liqueſcit: ſic demum mors ad Chriſti aduentum imperauit. Poſtquam vero Dei gratia ſalutaris omnibus apparuit, & iuſtitiæ Sol ortus eſt: abſorpta eſt mors in victoriam.

Bernardinus de Buſto.

In medicina facienda, remediis exhibendis, &c. quod Bernardinus in roſ. ſer. par. 2. 27. dicit, debent medici diligenter obſeruare: *Vobis quoque medicis tria volo tradere documenta: primum dicitur cognitionis; debent enim medici eſſe periti in ſua arte, aliter tenentur de omni damno, quod eorum ignorantia infirmis euenit, vt in. §. præterea inſtituta ad l. aqui, & ibi Io. de platea. diffuſe de hoc tractat. imperitia enim medici culpæ annumeratur, vt in l. ſi quis fundum §. Celſus ff. locari & l. in peritia ff. de reg. iu & per Dinum in. c. non eſt ſine culpa. extra cum riu & ib[illegible]lo. & 1. q. 1. c. non eſt putanda in fi. & 29. di. c. fi. & extra de ata. & qua. c. ad aures & de homicido c. tua. Talium medicorum reperiuntur multi, qui ex imperitia ſua multos occidunt, vnde in li. de moribus medicorum: c. & dicitur, ignari medici idemit medicina ſalutem, dum prodeſſe putat, ſemper obeſſe ſolet.*

Non ſolum autem medicus, ſed quilibet alius aſſerens ſe peritum in arte ſua ad ſatisfactionem. ſi aliquem ex ignorantia ſua læſerit l. fi. §. 1. & 2. ff. ſi mẽ Salmo. di. ſimiliter, ille qui locat ſe pro iudice, vel aceſſore, videtur aſſerere ſe peritum. Et ideo. tenetur de omni damno, vt in l. ſi iudex. ff. de varijs, & extra. cogni. & notat. gloſ. in l. 2. ff. quo. l. quiſque iuris. Quinimo ratione aſſertæ peritiæ, lata culpæ æquiparatur dolus. l. ad commentarienſem. ff. de cuſt: & exhib. reo. medicus ergo imperitus tenetur, de ſua imperitia, vt etiam in l. illicitas §. ſicuti. ff. de offi. præſi: Quia imperitus medicus reputatur pro non medico, vt notatur in l. quod ſi nolit. §. mancipium & ff. de ædili edic: & fauore publicæ vtilitatis medicus ſemel approbatus poteſt reprobari, ſi non eſt ſufficiens l. ſed & reprobari. ff. de excu. & ſi propter ſuam ignorantiam aliquis moriatur ex ſua medicina, ei imputabitur homicidium, quia voluntarie ſe expoſuit ad illud, ex quo ſecutum eſt homicidium argumentum in c. merito. §. ſed obijcitur 15. q. 1. imo etiam ſi ſanitas ſequatur, non excuſat à peccato, quia expoſuit ſe periculo peccati mortalis, ingerendo ſe operi, ex quo ſequi potuit notabile detrimentum proximi, vt inquit Archiepis. Florentinus in 3 parte ſumma n. 7. de quibus hodie multi inueniuntur qui cum non ſtuduerint, ſe tamen ingerunt ad medicandum, & faciendum experientiam, de aliquibus receptis pilularum, ſiue puluerum, vel aquarum. ſiue alterius remedij, cuius nullam habent ratione. ſed tanquam ceretani ſe iactant mentaciter de multis curis, & quam plura occidunt, dantes idem remedium omnibus infirmitatibus.

Notandum eſt autem quod aliquando quis habet bonum medicum, nec tamen ſanatur pro eo quod non habet in ipſo confidentiam. & hoc patuit in quodam medico, qui habebat patrem & nouercam, infirmato patre de quadam graui infirmitate, ille

curauit

curauit ipſum, infirma vero nouerca de eadem infirmitate ipſam curare non potuit. Sed accuſatus apud iudicem quod eam ſanare non vellet, ille respondit ſe non poſſe, dato quod eadem infirmitate laboraret cum patre, quia non erat talis affectionis, & confidentiæ erga ipſum, qualis pater, & ideo Auicenna in quadam declamatione ait, quod nihil magis prodeſt ægris, quam confidere in eum, à quo cupiunt curari. Eſt etiam ſciendum, quod reperiuntur aliqui medici, qui habent ſolum bonam ſcientiam Theoricam, & iſti ſunt boni. alij vero habent cum prædicta ſcientia etiam practicam, & exercitationem longam, & iſti ſunt meliores. Ait.n. Vegetius.3. de re mili.c.10. omnes artes omniaque opera quotidiano vſu, & vigili exercitatione proficiunt, & ideo Cato inquit, exerce ſtudium, quamuis perceperis artem, vt cura ingenium ſic manus adiuuat vſum. Alij autem medici cum ſcientia Theorica, & practica habent etiam experientiam infirmitatum, quas probauerunt in ſe ipſis, & iſti ſunt optimi, & melius compatiuntur ægrotis.

Et quoque notandum quod peritus medicus medicinas adhibet, prout infirmo magis expedire videt, ſi enim videt infirmum malis humoribus plenum, dat ei medicinam purgatiuam, & ſi eum videt debilem, dat illi aliquam medicinam confortatiuam, & ſi videt in ipſo aliqua infirmitatis accidentia remanſiſſe, dat ei medicinam melioratiuã quæ ipſi infirmo quotidie ſanitatem augeat, donec ipſum priſtinæ incolumitati reſtituat, & nihilominus poſtquã fuerit ſanatus, dat ei medicinam, ſiue remedia præſeruatiua quæ illum à caſu, & infirmitate futura præſeruent, ne ipſum recidiuare cõtingat. Ex quibus omnibus colligitur, quod ſecundum documentum dicitur curationis, debetis.n. diligenter curam circa ægrotum adhibere, quia ſi omittatis ſollicitare infirmum in viſitando, vel ea imprudentia, vel inconſideratione detis medicinam, ex qua ſequatur mors, vltra peccatum mortale, incurritis irregularitatem, vt dicit Archiepiſcopus Florentinus, vbi ſupra. Et hoſti, ac Goffredus in ſumma per ea, quæ notantur in c. tua non de homicidio. de hac etiam negligentia dicit imperator in §. præterea inſtituta ad l. aqui. quod medicus curam ægri relinquens, vel male ſanans ægrum, eſt in culpa. Et ideo lege aquilia tenetur ad extimationem, quantum plus valuit infra annum. Concordat lex, quæ actione §. fi. cum. l. ſe. ff. ad l. aqui. Et dic. Io. de pla. in dicto §, præterea quod culpa committitur ante factum, non prouidendo & in ipſo facto, vt male ſecando, & poſt ipſum factum, vt derelinquendo ægrum, & idem notat. glo. in l. idem iuris. ff. ad l. aqui. ſi vero medicus ex induſtria cum medicaminibus protrahit infirmitatem, vt amplius lucretur, grauiter peccat & furatur omne quod accipit, vt inquit Archiepiſcopus Florẽtinus, vbi ſupra de quibus multi reperiuntur. Vnde in ciuitate Mediolani quidam medicus curabat quendam piſcatorem, qui omni ſexta feria portabat ſibi quandam piſcium quantitatem, cum vero ſemel abſens eſſet medicus, veniens ille piſcator, locutus eſt cum vxore medici. Quæ videns malum, quod habebat in digito, dedit ipſi ex pyxide ca quam habebat vnguentum curatiuum, quo ille ſanatus eſt. Reuerſus ergo medicus expectabat in alia ſexta feria, quod veniret piſcator, quo non veniente & intellecto ab vxore de vnguento quod ipſi dederat, iratus eſt valde ipſe vt dabat ſibi vnguentum prorogatiuum infirmitatis, vt per totum annum non deficerent ei piſces.

Tertium documentum dicitur obſeruationis, inquit enim Anto. de But. in c. tua nos de homicidio & Hoſtie. in ſumma, quod medicus debet obſeruare traditiones artis. Quod

tis. Quod ſi dubitat de medicina, vtrum debeat ei nocere, vel prodeſſe, in dubio potius debet dimittere infirmum, in manu creatoris, quam exponere periculo mortis. Extra de homicidio c. petitio. item non debet conſulere infirmo aliquod remedium pro ſalute corporis, quod ſit in periculum animæ. Hoc n. et prohibetur per ius canonicum ſub pœna excommunicationis. c. cum infirmitas de pen. & re. Hoc. n. eſſet peccatum mortale infirmo, & medico ſcienti, & conſentienti, quia eſt contra ordinē charitatis, ſecundum quem præponenda eſt ſalus animæ corporis, ergo de pœn. diſt. 2. c. faciat 22. q. 3. & condicit imo an poſt vincentium in nouella ſuper dicta decretali, quod medicus, qui dicit infirmo. Non conſulo, ſed ſi facies tale quid, ſanaberis, tranſgreditur illam conſtitutionem. Non cum vendo tibi aliquid adiiciens ſi vitioſum eſt, vel læſiuum, nolo teneri cum ſciam illud tale eſſe, teneor tibi de omni damno dato. ff. de act. emp. l. 1 Non debet autem aliquis Chriſtianus recipere à iudæo medicinam, quia hoc eſt prohibitum in c. nullus 28. q. 1.

Item non debent facere medici conſcientiam rotundam, & groſſam infirmis, aſſerentes quod tenentur ieiunare, vel quadrageſimam facere, pro qualibet minima infirmitate. Talibus. n. medicis imputabuntur omnes tranſgreſſiones, quas homines faciunt ex ſua peſtifera perſuaſione. Argumentum in. c. noli putare, de pœni di. 1. Tenentur quoque medici obſeruare præceptum eccleſiæ in. d. c. cum infirmitas de pœni. & re. vbi præcipitur omnibus medicis corporum, vt moneant, & inducant infirmos, vt ante omnia medicos aduocent animarum: ò quot medici ſunt, qui peccant mortaliter contra hoc præceptum facientes. dicunt. n. omnes doctores ſuper dicto ca. quod non excuſat eos ſi dicant ſolum, quando vident infirmitatem & non aliter, quia expreſſe faciunt contra conſtitutionem, quæ vult vt eis dicatur princi: & non facit differentia de infirmitate mortali, vel non mortali: vnde dicit. Ioa: And. ibidem quod ſi infirmi ſcirent medicos exhortari, omnes infirmos ad confeſſionem pro quacunque infirmitate ceſſaret timor mortis, & periculum quod dedit cauſam edicto; & dicit. Hoſt. quod tenentur inducere cum effectu, id eſt facere quantum poſſunt vt confiteantur, & prouideant de ſalute animæ, dicit tamen Petrus de Palude, quem ſequitur Archiepiſcopus Florentinus, vbi ſupra quod infirmus volēs confiteri tamen medicus ſi videat periculum mortis, non debet deſiſtere à medicamine, quia intelligendum eſt illud verbum decretalis Moneant & inducant effectualiter, quantum ex parte medici. Ar. in. c. ſicut de eo qui cogno. conſangui vxo: ſuæ. Et c. l. ſtipulatio iſta ff. de verbo obli. non autem ex parte infirmi, quia ſi dimitteret eum, forte moreretur deſperatus quia ſanatus poſſet poſtea conuerti: Et ſic præceptum eccleſiæ videretur contra præceptum Dei de charitate proximi. Quod nullo modo credendum eſt. Facit pro hoc textus cum glo. 83. di. in prin. vbi Simachus Papa inquit. Mortem probatur languentibus inferre, qui hanc cum poteſt, non excludit. Prius ergo quærite, ò medici vt ſanetur animus, deinde per Dei gratiam ſanabitur corpus, & in vobis verificabitur illud Pſal. 87. medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi. Quod facientes ad vitam peruenietis ſempiternam Amen.

I I.

In turbationibus alui & vomitionibus, quæ ſponte fiunt, ſi qualia oportet purgentur, confert & facile ferunt. ſin minus contra fit: ſic & vaſorum depletio ſi qualem fieri oportet fiat, confert, & facile ferunt: ſin minus contra accidit: proinde & regionis, & temporis & ætatis, & morborum habenda eſt ratio pro quibus talia vacuari conuenit, nec ne

VT in ſpontaneis vomitionibus, ſi qualia oportet purgari, purgentur corpori conducit: ſi autem eorum humorum, qui non offendunt, fiat purgatio, contrarium efficitur, corpori nocendo: ſic hæretici, quando ſponte hæreſes euomunt, & abiurant, & peccatores delicta foras proiiciunt, & non ſimulant, animæ conducit, quia à contagioſo malitiæ & impietatis veneno liberãtur: ſi vero contrario modo fiat, ſcelerum vomitio animæ officit.

Quemadmodum medici regionum, temporis, ætatis, & morborũ notitiam debeãt habent: regionum quia medicina debet regioni accommodari, & quia ijdem morbi in quibuſdam regionibus, acerbioribus medicamentis, in quibuſdam leuioribus exterminantur. Temporis quia ſine huius diſtinctione male morbis poſſunt medici mederi. Ætatis, quia non eadem pharmaca omnibus ætatibus conueniunt. Morbõrum, quia diuerſi morbi diuerſa remedia expoſtulant: ſic eccleſiaſtici in ſpiritualibus medicamentis adhibendis, regionem, tempus, ætatem, & morbum debent conſiderare. regionem quia vſitatas illi regioni pœnas debent infligere, & quas poteſt natura regionis tolerare. tempus quia vno tempore publica peccata, ac vitia facilius, quam alio tolluntur, & qui temporis nulla ratione habita remedijs præpoſtere vſi ſunt, animas perdideunt, & vt inquit Chryſoſtomus.

Medicinæ eſt ieiunium; ſed medicina licet millies vtilis ſit, per vtentis imperitiam inutilis ſæpe fit. Etenim noſſe oportet, & tempus quo ipſam imponere opus ſit, & per ipſius medicamenti quantitatem, & corporis temperiem ſuſcipientem, & regionis naturam, & anni tempus, & congruum victum, & multa alia quorum ſi quodlibet prætermiſſum fuerit, reliquis omnibus nocebit; ſi autem in corpore curando tanta nobis opus eſt diligentia; multo magis cum animam curemus, & cogitationibus medeamur, omnia ſcrutari neceſſe eſt. † *Chryſoſt. hom 3. ad populum Antioc.*

Sicut ſtomachus, qui turbatione laborat, facilius medicamina: ſic homo turbatus timore, citius prædicationem recipit: *& ideo prudens prædicator, & piſcator primo, & ante omnia peccatorem turbas, et ſcilicet Dei tribula-* *Petrus Berchorius in ... prompt. Moralis.*

mina indicando,& præferendo,& ſic caput eum facilius,& conuertit: ſic in Pſalm dicitur ſonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum, conturbati ſunt montes in fortitudine eius. Sonuerunt. ſ. prædicatores:turbatæ ſunt aquæ, id eſt,audientes cõturbati & contriti ſunt montes. i, ipſi ſuperbi peccatores, & ideo breuiter de tali turbatione poſſunt Deo dicere iuſti,illud Pſalm. Turbatus eſt à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos: vbi aduerte, quod iuſtus turbatus eſt quadruplici ratione. ſcil.

Propter offenſionem regis ſuperioris.
Propter amiſſionem lucis interioris.
Propter commiſſionem culpæ exterioris.
Propter vexationem pœnæ poſterioris,lege,&c.

Hæ ſpontaneæ turbationes conferunt,ſed ſicut turbationes aliquæ corporales, vt ex aphoriſmo patet, ſic & quædam ſpirituales animæ nocent. *Eſt enim quædam turbatio damnabilis,& vitioſa,& iſta eſt turbatio, & iracundia ſeruilis impatientiæ,timoris,& triſtitiæ. In aqua enim turbata imagines non videntur: ſic nec in conſcientia turbida imago Dei,& gratia non generatur:ideo de peccat.dicitur in Pſ. Conturbati ſunt Principes,ſicut ebrij,& omnis ſanitas eorum deuorata eſt:Exod. 15. conturbati ſunt principes Edom robuſtis Moab. obti. tit. ob. omnis habi. Tha. &c.*

Sicut in turbationibus alui,ſi qualia oportet purgentur, confert, & facile ferunt, ſin minus contra fit,id eſt, ſi boni & mali vna puniuntur,aut eijciuntur: ſic in conturbationibus & motibus publicis,ſi qui ſunt caſtigandi; pœnis afficiuntur reſp. optime fert; beneque ſe habet; è contra ſi improbi non puniuntur, & legum tranſgreſſiores pœnas debitas ſcelerum non perſoluant: innocentes iuxta, atque nocentes trucidari iubent, vt Theodoſius fecit,male ea ſe habet, & difficillime fert. *Quia ſi delicta non puniantur,criminis inuidia in Iudices vel negligentiam, vel præuaricationem deriuatur. (Plato lib.6.de Leg.)*

Matthæus Tympius in ſpeculo boni mag.ſigno.15

Humanitate ac clementia Magiſtratus,magna ad peccandum facinoroſis feneſtra aperitur: cum ſcelera non puniuntur, ad iniuriam inferendam proni homines redduntur. (Ariſt. 1. Rhet. cap. 12. Plut. de ſera Numinis vindicta. Demoſth. in Midian.) lenitas improbitatem alit,atque corroborat, ait Imperat. Iul. in Meſopog. boni ad ſcelera inuitantur,mali ad deteriora perpetratis alliciuntur. Impunitas, vel ſpes impunitatis,peccandi magna eſt illecebra: (Cic.3.de offic.& pro Melone.) iniuriæ itidem ſoboles,inſolentia mater, radix impudentiæ, tranſgreſſionum nutrix. (Bernard.3.de Conſid.) Hac ratio recto iudicij æquilibrio appenſa,tantum valuit apud Theodoſium Imp. vt cædis in Præfectum militum commiſſæ per Theſſalonicenſes veniam Ambroſio aliiſque Præſulibus datam reuocaret. Videbat enim ſpe impunitatis ſubditos efferari,plurimaque ſcelera atrociſſima multifariã ab his perpetrari. Nam quod in Antiochenos (qui ſtatuas ipſius ſimul & Auguſtæ defunctæ cõtumelioſè deiecerant) nõ animaduertiſſet,excitatos viderat Arianos qui ſumptis in audaciam ea indulgentia animis,Conſtantinopoli Arcadio Imp. filio, Magiſtratibuſque contemptis,in domum Epiſcopi inſilierant,eamque furibundè concremarant. Rurſum indulgentiam Arianis datam,Catholicis quoque ſegetem & materiam dediſſe graſſan-

graſſandi in Synagogam Iudæorum, & in ædes Valentianorum (qui 30. colentes Deos cum Iudæis Chriſtianis Monachis inſultabant.) Quod ſi Theſſalonicenſibus, qui ad deterrimaquæque animum adiecerant, ignoſceret, actum fore de Imperij ſtatu, quem nimia indulgentia euerſum iri, ex anteactis aliorum erratis, facile prouidebat. Statuit itaque (& quidem laudabiliter, ſi non innocentes iuxta atque nocentes trucidari mandaſſet) publicum delictum publica animaduerſione exſequi. Recte enim cenſebat, pro arbitrio & ratione temporis debere Principẽ adhibere miſericordiam, & indulgentiam, atque rigorem temperare iuſtitiæ: ab his vero tunc abſtinendum, cum rerum experientia conſtaret, ex ea ſubditos reddi contumelioſos, proternos, atque ad delinquendum faciliores, adeo vt niſi mox Legum ſeueritas aduigilet, & gladius poteſtatis occurrat, nulla amplius futura ſit ſecuritas Magiſtratibus, periclitandamque mox ſalutem Imperatoris, ſi impune liceat populo leges præ calcare, & conferto agmine petere Magiſtratus. Quo magis Theodoſij pietatem, nedum prudentiam ſuſpicere licet, qui cum hæc omnia pro ſui excuſatione haberet, quæ aduerſum D. Ambroſium redarguentem obtenderet, quibus iuſtam, vel apparentem ſaltem defenſionem pararet: his tamen omnibus ſpretis atque contemptis, Dei Sacerdoti magis, quam ſibi ipſi, ſententiaque familiarium detulit, atque paruit. Ex annal. Baron Anno Chriſti, 390.

Etiam parua delicta non punita nocent: quia occultè violandarum Legum conſuetudo ſerpit; quemadmodum rei familiaris facultates etiam parui ſumptus exhauriunt, ſi ſæpe fiant. (Ariſt. 5. Pol. cap. 8.)

Contra ſupplicia facinoribus impoſita non ſolum futurorum malorum ſunt inhibitiones, verum etiam conſolationes læſorum. (Plut. de ſera, &c.)

Florentes & beatæ ſiunt Reſp quando ciues omnes pœnarum metu à maleficijs abſtinent, & beneficiorum præmijs inuitati officium facere ſtudent. (Demoſth. aduerſus Leptinem.) Neque Solon temere dixit, Reſp. duabus rebus contineri, pœnis & præmijs: ſi boni ad virtutem præmijs incitantur, mali autem pœnis coerceantur. (Plut. in Solone, Cic. in Bruto.)

Contra, vbi nulla ſeuera iudicia exercentur, etiam bona ingenia corrumpuntur. (Iſocr. in Areop.) Idem hic, quod in ſtrage accidit, cum ipſe populus ſeſe premit: nemo ita cadit, vt non alium in ſe attrahat, primi exitio ſequentibus ſunt: in vita enim nemo ſibi tantum errat, ſed alieni erroris cauſſa & author eſt. (Seneca 1. de Vita beata.)

Vt hortulani noxias herbas tollunt, quo herbis vtilibus incrementa concilientur: (Saxo lib. 14. Danicarum hiſt.) vt in corpore, ſi quid eſt, quod reliquo corpori noceat, vri ſecarique patimur, vt membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: ſic in Reip. corpore, vt totum ſit ſaluum, quidquid eſt peſtiferum amputandum eſt. (Cic. 8. Philip.) Ouid. 1. Metamorph.

Immedicabile vulnus

Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur. Medicus, inquam, amputat membra quæ totum corpus inficere poſſent: agricolæ amputant pampinos, & ramos, quæ vitibus & arboribus officere poſſent: poteſt ergo & præſes Reip. noxios ciues e medio tollere, ne alios corrumpant. Vt etiam fulmina paucorum periculo cadunt, omnium me-

nium metu: ita animaduerſiones magnarum poteſtatum terrent latius, quam noceant.(Seneca 1.de Clement.cap.8.)

Lex illa Platonis (9.de Leg.) merito laudatur: Ne impune quicquam cuiquam eſto: exilio, carcere, verberibus, infamia, ære, capite ſontes puniantur.

In iure grauis iudicibus pœna conſtituitur, qui iuſtitiam facere negligunt: damnũ iniuriam paſſo reſarcire iubentur. lib.7. Feud. tit. 53. & in Conſtit. Nouellis, Conſt. 30. Atrocia, inquit Imperator, crimina acerbè puniantur, vt paucorum hominum ſupplicio omnes reliqui continuo caſtigentur. Neque inhumanitas hoc, ſed potius ſumma quadam humanitas, cum multi paucorũm animaduerſione ſaluantur. Vt & S. Hieronymus, in cap.22. Hierem. ait: Homicidas, &c. punire, non eſt effuſio ſanguinis, ſed Legum miniſterium.

Deus auferre ſanguinem noxium iubet de Iſrael, vt audientes cæteri timorem habeãt, nec audeant talia facere. Deut.19. Benedictio ſumma, Prou.24. iis promittitur, qui impium arguunt.

Contra 2.Reg.15. Sauli intempeſtiua clementia in Regem Agag vituperatur.

Qui veterem iniuriam impune & lente fert, nouam inuitat: qui neminem ſtudet offendere, placere & gratificari cupit omnibus, ſemetipſum in exitium conijcit. (Plut.in Apopht.Lacon.)

S.Paulus ait de Magiſtratu: (Rom.13.) Non ſine cauſſa gladium portat: miniſter enim Dei eſt. Prou.20. Rex, qui ſedet in ſolio, iudicio diſſipat omne malum. Et Chriſtus, (Matth. 26. 15.) ad Petrum: qui acceperit gladium, gladio peribit: hoc eſt, à Magiſtratu occidetur: arguit enim Petrum, non quod ſe, aut Dominum defendere vellet; ſed quod iniuriam Domino factam vlciſci vellet, cum tamen non haberet publicam ad hoc authoritatem. Auguſtin. Tract.112. in Ioan.

Geneſ.38.24. Iudas Patriarcha, vt Princeps familiæ, adiudicauit adulteram ad ignis ſupplicium. Et Moyſes, Ioſue, Samuel, Dauid, Achias, aliique ſancti viri, plurimos occiderunt, vel occidi iuſſerunt. Adhibenda eſt ergo interdum in tempore, Reip. cauſſa Seueritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt. (Cic.1.de Offic.) Clementia, inquam, & lenitas ſeueritate auſteritateque miſcenda eſt: hoc enim virtutum ſpecie diſſimilium, temperamento ciues in officio continentur.

Boeth.4.de Conſol.Proſ.4. ait: Feliciores ſunt improbi ſupplicia luentes, quam ſi eos nulla iuſtitiæ pœna coerceat.

Seneca de Tranquil.animi cap.7. Serpunt vitia, & in proximum quemque tranſiliunt, & contactu nocent.

Si igitur Magiſtratus ijs ignoſcit, nil certe aliud efficit, quam quod delinquendi materiam incendit, etiam in propriam perſonam, Siquidem permittit Deus ſæpe, vt qui parcit nocentibus, ab iiſdem quoque puniatur, & ipſimet vindicent iniuriam illatam Reip. (cuius maxime intereſt maleficia impunita non eſſe) per impunitatem ſibi conceſſam, in perſona concedentis. l.ita vulner. §. ad l. Aquil.

Ad Achaz Regem, qui Regi Benedad, quem necari iuſſerat Deus, pepercit, dictum eſt: 3.Reg.20. Quia dimiſiſti hominum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.

Quia Saul Regem Agag contra præceptum Domini viuum conſeruarat, 1. Reg.15. vt dixi, iudicio Dei regno priuatus eſt.

Laceda-

3. *Lacedæmonios*, quòd in impios ſtupratores, qui filiabus Scedaſi fucum fecerant non animaduerterunt, in ipſo flagitij commiſſi loco victos eſſe hiſtoriæ tradunt. *Iſocr. Vide in Theatro pœnas Luxuriæ.*

4. Vt non immeritò *Totilas Gothorum Rex* roganti vt parceret cuidam, qui virginem inceſtauerat, reſponderit: Eiuſdem ingenij eſſe, delicto ſe obſtringere, & delictorum ſupplicia impedire: omnino autem, aut hunc pœnam dare; aut Gothorum Remp. interire neceſſe eſſe. (*Carol. Sigon. 19. de Imp. Occid.*

Sicut humana corpora bene ſe habent, quando noxij humores per vomitum euacuantur: ſic idem in corpore eccleſiaſtico accidit. Nam vt inquit Thomas à Campis: *Sic inquam ſicut in corpore Chriſti modo humores mali, quando euomuntur tunc releuatur corpus, ſic & mali quando exeunt, tunc eccleſia releuatur, & dicit quando eos euomit atque proiicit corpus: ex me exierunt humores iſti, ſed non erant ex me, quod eſt non erant, non ex me, non de carne mea præciſi ſunt, ſed pectus mihi premebant, cum ineſſent, erant in me, ſed tanquam ſordes carni adhærebant.* *Thom. à Cãpis de diſcip. Clauſtraliũ lib. 1. cap. 27.*

Sicut ſtomachus noxios humores & ingrata corruptaque edulia; ſic Deus eos quos abominatur in cloacas infernales euomit: Iuxta illud Apoc. 3. *Incipiam te euomere ex ore meo. Id: execrari Caſſ. coll. 4. c. 19. Quod nauſea compellente proiicimus odibilius deteſtamur, non dicam labijs admouere, ſed eminus intueri ſine ingenti horrore non poſſumus, vnde factum eſt, vt ſoleat vomitus pro maxime deteſtabili re vſurpari, velut pro abominatione menſæ plenæ vomitu, ſordiumq́; Iſa. 28. 8. Allidet manum Moab in vomitu ſuo. Ier. 48. 26. Hinc vomitus ignominia, &c.* *Martinus Del Rio in adag. Sacr. 92. Caſſian. Coll. 4. c. 19.*

Sicut medicus regionum notitiam debet habere vt natura diuerſorum populorum cognita, quando remedia adhibere, aut ab eis abſtinere debeat non ignoret: ſic moralem philoſophum regiones conſiderare oportet, vt ex genio variarum gentium poſſit animum ita inſtituere, vt diuerſus ſit cum diuerſis, & cognoſcat quid à quaque expectandum, aut timendum, vt inquit Euphormio.

Mores Gallorum.

Toti populo ingens amor, & patientia dominantis. Apud illos vere regnatur, nefaſque quantum regi liceat dubitare. Gens armis ſtrenua, ſed equeſtri certamine melior; ignara perfidiæ, publico præſertim conſilio: indomita intra ſe molis; vt vbi in exteros exundat, ſtatim impetus ſui oblita: eo modo nec diu externum imperium tenuit, & ſola eſt in exitium ſui potens. Longobardiam, Neapolim, Siciliam, & pleraſque alias per orbem terrarum provincias, frequentibus victoriis ſubegere. Sed mox hoſtes male domitos fidentius quam par erat contemnere, aut ſimulantibus obſequium credere, inconſulta laxaque bonitate. Tum licenter vti victoria, & præter illarum gentium indolem laſcivire: Ad extremum obliviſci armorum, aut ad patriam ſuam reſpicere, cuius diu abſentiam ferre non poſſunt. Per hæc vitia ceſſere in prædam his ipſis de quibus triumphabant; læta ſemper bellorum initia atroci exitu corrumpentes. *Euphor. in Ico. anim.*

Nullis mortalibus indoles ad ſpeciem virilis elegantiæ magis facta. Oris intrepidi habi-

tus, motuſque, atque geſtus, qui totum corpus decent. Et hic decor virtutem ingentium virorum adornat; exiguis autem animis pro fuco eſt, ac veluti naturali munimento, quo ſuam humilitatem abſcondant, aut mitigent. Sic venuſte compoſiti qualemcunque veſtitum de ſua mutationis infinita ſerie, tanquam de inexhauſta penu deprompſerint, quocunque ſalutationis artificio corpus inflectant, putes nihil magis illa inſtitutione conuenire. Vicinæ autem gentes ridiculo errore deceptæ, ad illorum quoque mores, per earundem veſtium ac motuum variam imitationem putant accedere; ignaræ, leporis & gratiæ virtute in nonnullis hominibus vno genio cuncta placere; in aliis autem in quibus Natura ad hos mutabiles habitus propitia non eſt, eiuſdem venuſtatis imitationem & curam, ingratam ac ludicram eſſe. Nam virtutes & vitia, & quicunque alij motus ipſis animi receſſibus inhærent, poſſunt à nobis non multum operoſa ſimulatione effingi, quia adeo ingentibus latebris reconduntur noſtri ſenſus, vt vix vllus deprehendat, verè, an extemporaneis affectibus deducamur. Sic facile humilitatem ſimulabis, ſic odium, amorem, pietatem. At vero quæ non magis imperio animi, quam vſu, & externo corporis obſequio perficiuntur, eodem imaginem in te transferre, reluctante natura, non poteris; vt eſt aptitudo corporis prompto habilique decore idonea, vt hilaris iocandi facilitas, & omnino eloquentia non in præcordiis, ſed ſummo ore nata. Hæc autem cum in Gallica conſuetudine emineant, ægerrime te ad illius ſimilitudinem transferes, niſi ſe tuus genius huic indoli ſponte admouerit.

Cæterum nunquam Orbis dignas gratias hoſpitali Galliæ habebit, quæ humanitatis templum videtur aperire, quo ſe omnium externorum fortuna coniiciat. Animum in hominibus non patriam æſtimat. Neque communi cæterarum regionum errore, in inquilinis, ac aduenis, naſcendi ſortem punit. Ita candido ſimplicique amore virtutis, eximios viros vndequaque prodierint, ſine inuidia miratur, & ſua opulentia gaudet augeri; & in tantæ humanitatis præmium habet publicam primum laudem; tum etiam tot hoſpitum fortunam, ac famam, qui Gallico corpori, non indigna aut inutili adoptione inſerti ſunt. Neque illic hoſpitibus dediſcendi ſunt patriæ ſuæ mores, aut ad Gallicam ſimilitudinem, flectendi; dum ſuperbia abſit, aut inculta barbaries. Quippe ipſa veluti profeſſione exteri moris ſollicitabilis curioſæ gentis ſtudia ſimplicius peregrina, quam ſua æſtimantis; etiam quædam vitæ aut corporis vitia, ſi modo aliunde aduehantur, trahentis in laudem. Nam & peregrini hominis eloquentiam vidimus crebro linguæ errore fauorem meruiſſe, & grandis opinionem ſcientiæ, quod non intelligeretur.

Plebis in amplioris fortunæ homines vera, nec ex metu, aut ſola inſtitutione, reuerentia: Rurſus primi Optimatum eodem genio culti ab illis, quia gratia aut genere perinde non excellunt. Sed ſuperbiam, faſtumque non ferunt: Si videris dominari, ſeruire erubeſcunt. Comitas, quæ frontis artificio, luminumque clementer vibrantium, vel per ſermonum familiaritatem blanditur, fidelius purpuratorum latus clientibus cinget, quam potentia magnitudo. Opes omnes, & ipſe vilior honoribus ſanguis. Præcipue Patriciorum ſpiritus in ſuum aut patriæ damnum ſæpiſſime excreſcunt, dum nemini eorum mercaturæ aut artificiorum vtiliſſimam diſciplinam capeſſere ipſa inopia experientia perſuadet. Aemulari præpoſtero ambitu magnitudinem placet auorum, & fœdari gentilitium ſanguinem putant, ſi populum viuendi conſuetudine acceſſerint. Ita vanum nobilitatis nomen, & magnifici otij improba ſpecies, ad patientiam triſtium curarum ſufficit, & in ſola executionis morte. Et hæc animorum celſitudo, quamuis ſibi placeat, adeoque ab omnis

generis

generis ſordibus videatur abire, tamen interdum pene neceſſarijs facinoribus corrumpitur, in miſerorum penatum anguſtijs turbulentam induſtriam exercens, vt vel publica violentia, vel arcanis ſceleribus inopię ſqualorem repellas.

Mercatura illic vilior quam tanta vtilitatis rem eſſe deceret, & quę prima humanitatem Orbem circumduxit. Solon quidem qui Athenis leges condidit, & plerique Gręcorum, vſque ad nos fama durantium, illo commercio ſuas res tulerunt ad exteros, viciſsimque fecerunt vt exotica ſui ciues viderent. Nec abhorret ab hoc more Italia, in illuſtribus familiis opes eadem induſtria late componens. Britannia quoque ſanguinis claritatem illo vitę genere fœdari non putat. At in Gallijs hanc mutuę vtilitatis rationem non modo ſtirpes antiquę aſpernantur; ſed & quaſi mercatores ſui puderet, vbi illis largius fortuna indulſit ſtatim in aliam diſciplinam filios ſuos agunt, iubentque maiorem paterno faſtigio ſcenam ſperare.

Et quidem magnitudinem Gallicorum animorum nullibi efficacius videas, quam in ambitu magiſtratuum, à quibus peruicax licitatio iam diu egentium virtutes excluſit. Exhaurire familias, nomina facere, rem fidemque conſumere, decorum, dum inter ęquales emineas vel ſterili dignitate, vel precio furtiuorum munerum patrimonij ruinam reparante. Nec dubium quin illa libido titulorum, niſi ipſa ſe frangat, curias, tribunalia, pręfecturas, tandem ſit viliori ſanguine, anguſtiſque animis, maculatura.

Mores Anglorum.

Tam ſpontanea felicitas, ſecurum & opulentum vulgus non modico tumore ſuſtollit; vt neque pro conſuetudine cęterarum regionum timida humanitas, & patriciorum dignitatem reuerita, mitiget mores plebis, & plerumque rudiora artificia, tot diuitiarum, tantique ocij, crimen fiant. Nam artem aliquam profeſſuri, ſeptem annis, vt plurimum, tyrocinia deponunt: vbi vero peracta rudimentis in collegium artificum adoptantur, quaſi laboribus exempti, ſub ſe alios tyrones aſciſcunt; edoctoſque breuiter in officinis proſtituunt: Tunc ipſi non ſolemnes modo dies, ſed & faſtos (quis credat?) ſi ſudum eſt, vario ludo in proximis campis exercent: nubilos in diuerſorijs oblectant: prorſus vt artificia impolitius habeant, quippe diſcipulorum peritię credita, & eorum redemptores contumacius vrgeantur ad pretium, quo & tyronum labor, & deſidia magiſtri ali poſsit. Diligens tamen nonnullarum Operarum induſtria, exactis artificiis eminens, preciumque per Orbem merentibus, ſatis prodit, in ea regione eiuſmodi ſtudia non ſtipatis cœli vitio animis, ſed nimia felicitate laborare. Vt enim ad extimulanda ingenia, arteſque fouendas, nimis cruda aut auara imperia nihil iuuant, depreſsis populi mentibus, & deſperatione ſolutis; ita fortuna laſciuiens, laborique haud aliter quam per ludum intenta, plebis ſolertiam non attollit ad exactum artium curam. Idem.

Nullibi in tam ingenti regno vectigal: non in vrbibus, pontiumue diſcriminibus, publicanorum ſtationes: prę terquam ijs locis vnde naues in exteras plagas ſoluunt (Nam importatas merces, aut quę inde exportantur, profiteri apud eos neceſſe eſt qui à Rege portorium conduxerunt.)

Sed nec plebis ſuperbia acerbior peregrinis quam in patricios ſuę gentis exerta eſt, qui opulentiam ſuę patrię luunt ruſticorum faſtidio ſeipſos pene primis ordinibus ſtirpibuſque ęquantium, & indignationis ſuę tam pretioſam cauſam odiſſe interdum non verentur.

Summa tamen apud omnes nobilitatis reuerentia: quam intra breuem eorum numerum æſtimant, quos Dominus vocant. Hi ſunt Duces, Marchiones, Comites, & Barones. Ducum & Marchionum omnes liberi, ex Comitum filijs maior natu. Illis quoque Epiſcopos Maiorum pietas adiunxit. Apud hos proceres ad omnia obſequia deſcendere non indignum, & ipſe velut in terram poſitos contemplantes ſuum faſtigium non ignorant. Nec illæ dignitates emptionis commercio producuntur in vulgus, nummorumque fortunam: ſed ſucceſſionis ſerie tranſeunt in hæredem, vel beneficio Regis noui quoque Optimates in hos gradus adoptantur. Et ne hoc inane exiſtimes decus: multa publice conſtituta tam ambitioſo nomini reuerentiam cultumque conciliant. Si contigerit æri alieno impares eſſe, vrgentibus creditoribus in eorum corpora nullum ius eſſe poteſt; quamquam in Anglia debitores etiam in iudicium non vocatos ſæpe carcer accipiat. Sed hoc illuſtrius, quod maximorum criminum accuſati, ſcilicet in ipſam rempublicam iniuſſe conſilia, de equuleo ſecuri ſunt. Veritatem ab ijs per tormenta poſſe exprimi noluere, qui leges condiderunt.

Anglis vt plurimum grauis animus, & in ſe velut ad conſilium ſeductus; ſeipſos, & ſuæ gentis mores, ingenia, animos, eximie mirantur: Dum ſalutant, aut ſcribunt, deſcendere ad verba imaginaria ſeruitutis quæ iſtorum ſeculorum blandicies inuenit, niſi forte externis moribus imbuti, non ſuſtinent. Populus rei maritimæ ſtudioſus, neque aliud tanta Inſulæ validius munimentum quam tot nautarum ſedulitas. Nec in caſtris quam nauibus peior miles, præſertim ſi externo aeri aſſueuit, cibiſque, quos ſæpe in expertos auidius Angli guſtant. Nam hæc gulæ incommoda à Britannia delatas legiones non ſemel abſumpſerunt, & claſſem Elizabethæ Reginæ auſpiciis Luſitaniæ littoribus applicatam, cum Angli ſtragem hoſtium & vaſtitatem feciſſent, nimius æſtus, & ſuauitas pomorum, ac baccarum, quas illa plaga habet, pene totam debellauit. Diſcrimina omnia, & adeo mortem, impetu pluſquam iudicio ſpernunt: Et hinc vtiliſſimo militum dixeris, vbi ducum ſuorum conſilio reguntur: Sua autem ſponte ruentes, & illa audaciæ caligine pleni, de ſe ſæpius poſt funeſtos exitus queri, quam de fortuna debuerunt.

Iam vero peregrinis cum hoc populo agentibus ingens cautio eſſe debet, ne ex paucis, ac fortaſſe plebeijs, totam gentem æſtiment: ſed neque inſtituenda eſt ratio qua mores tam diuerſos excipiant. Ferox vulgus vbi vino aut ira incaluit, nonnunquam ſuperbiam tumoremque in hoſpitum iniuriam vertit. In tanto turbine animorum eos per æmulæ ſuperbiæ contumaciam laceſſere velle, paulo aliquid ſupra dementiæ malum eſſet. Nec tunc quidem tempeſtiuum eſt tuam cauſam fidentior orare, in ſæuo ægroque tumultu; multo minus magnitudinem animi oſtentare defenſionem meditantis. Leni & placido queſtu melius exarmaueris irruentes: ignobiles preces erunt, quibus primum æſtum mitigabis in furorem euntium.

Nam hic torrens ſi nullo obice irritetur, momento languebit. Et hæc quidem timidæ prudentiæ cautio adhibenda, vbi in oppidis agriſue multitudo in aduocationem eorum qui in te primi deſæuiunt, aut concurrit, aut timeri certe poteſt. In ſolitudine autem, & vbicunque non impari certamine potes ingruentes refutare, tunc exercenda eſt; ſaltem ad ſpeciem, vis animi contumelias non ferentis; qua terrebis non vera virtute inſultantes, & iniuriam pati tam idoneos quam inferre. Magiſtratus porro, ac iudices peregrinorum queſtibus faciles, haud multam popularium in illos iniuriam ire ſinent; Si modo non peccauerit multitudo, quam accuſari pronum, plecti autem vbique difficile, &, vt plurimum, nefas. Et adeo hoſpitalia tribunalia in ea gente erecta ſunt, vt ſiue externus actor

ſit

ſis fauentes iudices habeat, ſiue vno crimine cum indigena reus, ſiue ad virgas furcamue deſtinato, ipſe interdum nihil acerbius iubeatur quam è Britannia excedere. Patricÿs quoque animus ad excipiendos peregrinos ſponte factus; & famam illius comitatus cum honeſto ambitu quærunt; vt neminem poßit peregrinationis Britannicæ pœnitere, niſi auerſis incultiſque moribus in barbariem natum, aut indignum qui Optimatum conſortio miſceatur. Cum his tamen qui ſui faſtigÿ grauem cultum ipſo geſtu atque verbis magnifice adornant, ex aduerſo componendus eſt gradus ad certamen maieſtatis, ne te forte aut ex ſua grauitate, aut ex tua oratione æſtiment; quæ non Italicæ Gallicæve humilitatis more, demittenda eſt. Euileſces alioquin apud homines non aſſuetos huic generi humanitatis per alternas blanditias mentientis.

Mores Scotorum.

Scotis præceps ad omnia animus que ſpes ſemel perſuaſit, cui maxime credunt; Iracundia in promptu, ſed quam facile poſt primos impetus mitigant. Quærere opes, quam ſeruare, meliores ſiue quod indoles fortunæ ſua maior inconſultæ liberalitatis impetu laborat, amatque opulentiæ famam. ſiue patria more decepti, vbi ad nummos peruenerint, qui in Scotia felicitati ſufficerent, iam de inopia ſunt ſecuri, neſciuntque in vnaquaque regione cum auri argentique frequentia ſumptus quoque & rerum precia conuenire, vt nec facile ingens pecunia quæri poßit, niſi vbi effuſißime ſolet expendi. Animi illis in quæcunque ſtudia inclinant, mirifico ſucceſſu inclyti, vt nullis maior patientia caſtrorum, vel audacia pugnæ, & Muſæ nunquam delicatius habeant quam cum inciderunt in Scotos. Etiam vrbanis negotÿs pares, ad omnis fortunæ, vitæque genera, ſuam induſtriam aptavere. Vagis porro, nec ex dignitate peregrinantibus, adeoque non alia nitentibus ope quam vt ſuæ gentis hominum, qui in externis regionibus ſibi diuitias peperere, ineant domos, exigantq; velut patriæ vectigal, nihil eſt ſuperba mendicitate deterius.

Mores Germanorum.

Apud hanc gentem aperti mores placent, & qui Baccho libertatis nomen impoſuerunt. Omnem ſpeciem reconditi aſtus odere; ſiue quod fideliter non tegunt arcana, cum mero ſoluuntur; ſiue quod animi in illis corporibus plerumque ſentiunt ſe retuſos, & aciem cæterorum, tanquam in ſe intentam, moleſtißimo timore ſuſpiciunt.

Rerum publicarum Magiſtratus, ex ciuium ſorte delecti, non quidem ſublimis elegantiæ mentem afferunt ad Tribunal, ſed diligentia efficaci inhærent paregium inſtitutis. Faciles autem ad imperantium nutum pupilli, etiam ſæpe ſuis Magiſtratibus de Religionibus credunt; & vix ſacrorum ritus, quos Princeps Ciuitaſue probauerit, videas vlla priuatorum religione aut pertinacia inquietari. Mala quæ Angliam, & quamdiu inter hos æſtus luctata eſt, Galliam iactauerunt, hæc miſerabilis incuria pene dicam felicitas euaſit. Auſtriam tamen exceperim, ſcilicet pene exeuntem de Germanico cœlo, nec quæ vt nomine ita priſcorum ingeniorum ſorte excidit. (pars enim Pannoniæ priſcis fuit) Bohemiam quoque, non hac primum ætate infelicibus circa Numinis cultum litibus in ſe conuerſam: Sed & illa quanquam in Germaniæ ſinu, tamen ab ipſius corpore execta eſt lingua, moribus, legibuſque diuerſis.

Litera in multis locis culta inter homines minus ſciendi auidos quam docendi. Plura quam legerint ſcribunt: & ſuam famam ex voluminum quae edunt, numero aut magnitudine æſtimant.

Vis mentium vt opaca, ita ad æternitatem laborum eſt robuſta: vt caeteri melius quidem ſcire, illi vero plura poßint. Ex optimatibus multi qui ſuis opibus, moribuſque contenti, vnam Germaniam aut viderunt, aut mirantur, licet ſuo iudicio grauißima prudentiæ conſcij humanitatem noſtri ſeculi parum habent.

Verba illis ſimplicitatis antiquae, neque ſcientiarum vis hodiernae ſapientiae coloribus tincta. Peregrinandi gens auida, & exterorum morum, dum ſe receperit domum, aut ſimulatrix aut retinens. In eorum ſedibus inoleſcere peregrinos, aut ad dignitates peruenire, inſuetum: & pene contumelioſum apud illos nomen eſt, quo externos appellant.

His moribus oneratam Germaniam, ſuae dotes, & magnitudo virilium virtutum abſoluit. Ignota ibi perfidia, etiam in venali fortitudine ſtipendia merentium. Ne ingenium quidem fraudis, aut odia ſub amicitiae titulis latent; & omnino ingenua ſcelera verecundi populi ſimplicitas ignorat. Parca, & in furtorum ſuorum tenebris merſa libido: non, vt alibi terrarum, palam inter titulos atque ludos exultantis iuuentutis. Nam & prope ad muliebris pudicitiae ſimilitudinem viri quoque hanc peſtem aſpernantur. Prudentia autem vt non illic ſubtilia ingenia paßim habet, quorum artificio deducatur in confinium doli: ita veris maturiſque iudicijs inſidet, quae & facile caueant ſuis rebus & alienos errores deſpiciant.

Neque deſunt altißimæ mentes, in quibus patriam grauitatem viridi & excitati acuminis felicitas temperat; præcipue ſi validum ingenium diu peregrinis artibus, moribuſque miſcuerunt. Gens armis egregia, & quæ pacem ferre poßit. Tarde & cunctantibus conſilijs ad tumultus concitantur: ſed excitos, longa tempeſtas, & hominibus digna, exercet. Populus æris ferrique tractandi peritia, & per mille artificia ducendi, inſignis eſt. Typographiæ inuentum, pulueriſque nitrati, illis ingenijs Orbis debet, ambiguo prorſus beneficio, & quo tam pernicies mortalium quam vtilitas, ſe humanis rebus vlterius inſinuauit. Candidi animi, virtutes aliorum, factaque, aut inuenta, maxime abſentium, non maligno & tumido liuore delibant, ſed ſinceris laudibus ac propemodum immodicis attollunt.

Mores Italorum.

Caeterum magni caſus, & regio toties in exitium ſui diues, illos primos, & quos ex veteribus dicimus mores, de Italicis gentibus vt plurimum excußit. Animus tamen omnium rerum capax. Neque pingui impetu, & tantum ad naturæ imperium; ſed erudite, & cum artificio, virtutes, aut vitia ſequuntur. Humanitatis effuſa promißio, ab iis omni corporis geſtu ſancitur, verba exacta vrbanitatis, & cum volunt ad perſuadendum aptißima. Etiam prolixe beneuolentiæ indulgent & vbi vere amant, omnia diſcrimina habent infra tam humani fœderis ſanctitatem. Si quos autem oderunt (ſiue ſponte auerſi, ſiue ſe laceßitos exiſtiment) ideo periculi plenior res eſt, quia hanc animi ægritudinem plerunque tegentes, alte interim æmulationis aut offenſæ memoriam recondunt. Læſi interdum ad obſequium deſcendunt, vt inter amicitiae iura tutiori fraude graſſentur. Etiam aetatem haec odia ferunt; Ac quod noxioſißimum putes, nonnunquam animus

tam

tam facilis eſt ad vulnus, quam pertinax ad cicatricem. Mentes intra triſtiorem prudentiam caſtigata vix ſuſtinent iocos; nec quid temere, & abſque conſilio, vel dicere aſſueti vel facere ex ſuo quoque more alios æſtimant; nutus omnium, oculos, verba, in argumenta animi ſuperflua ſubtilitas educentes. Ita perpetuis ſuſpicionibus, atque curis, ſui actus pœnas luunt. Sed & ipſa nimia calliditatis opinio eſt ingrata, cum vix in ſimplicem, nec ſuſpectam familiaritatē deſcendentes ſemper ſtare in ſpecula credantur, quid cæteri agant arbitraturi. Venena damnatamque libidinem, ideo omiſerim, quod non Italis propria vitia ſed in totum Orientem criminatio, ad meridiem quoque deflectens, vni genti præcipue imputari, iure non poſſit. Maxime cum hæc ſcelera tenebris fraudique mandata, & negari facilius à conſcijs poſſint, & ab æmulis fingi. Ingens autem & publica crudelitatis opinio eſt, qua illic feruntur odia inter ſe inimici exercere, prædoneſque graſſari. Ita affectus diſpenſante natura, vt in quibus regionibus maior paſſim humanitatis ſpecies cernitur, ibi prædonibus ſit truculentior animus, inimicitiarum quoque & vltionis ingenium magis in barbaros ritus degeneret. Nam Italis vltro prodigens obſequij cultuſque promiſſa, quod eſt ad odiorum immanitatem aut latronum, in extremum ſæuitiæ abijt. Galli non pari humilitate verborum, geſtuumque, amicitiam colentes, multum quoque de crudelitate remiſerunt. Neq; enim tam facile adducuntur, vt impijs cædibus naturæ ius violent, ſaltemque mortem ſuppliciorum maximum putant, non pœnarum optabilem metam, & ad quam debeant inimicis per tormenta gradus eſſe. Demum Anglia à Gallicæ humanitatis pompa recedens etiam multo magis ab illa crudelitatis barbarie divertit. Nam & prædones ſpolijs contenti ſunt, & omnino inſolens facinus adimere vitam, ob longas perticas, ferroque præfixas cervicibus euntium illidunt, vt animo per ſubitum & brevem liquente torporem, nec illi ſuas res defendere poſſint, nec ipſi ad cædis nefas adigi, qua mutua rixa frequenter funeſta ſunt.

Italiam autem, quanquam totam Alpes & maria in ſe collegerint, vnius quoque linguæ ſocietate cognatam, tamen diverſus multiplexque ſpiritus in varios mores egit. Sæpe enim, & per partes, à diverſis gentibus victa, non vnius animi incolas admiſit, quos indoli ſuæ miſcens, ab ijs viciſſim externi genij ſatis imbuta eſt. Acceſſit ad formanda ingenia regiminis modus, in quod ſe vnaquæque pars, poſt tot cladium mutationem, compoſuit.

Roma multo variarum gentium impetu iam olim de ſuæ magnitudinis ac opulentiæ faſtigio deiecta eſt, tanquam Orbis ſua ſpolia inde repoſceret. Neque vnquam mutatio ius ſuum in hominum animos maiori prodigio exercuit, quam cum illud Imperium ingenti ſpiritu Romanæ indolis erectum humilitate & ſocordia afflixit. Nunc ipſa vrbs ſub Pontificum Iure, cum non modica Latij Vmbriæque regione, viciniſque aliquot populis, aptos quoque tali imperio animos induit; ſcriptis quippe, terroreque, & veneratione cœleſtium rerum, toto Orbe ſui Principis maieſtatem, pluſquam armis & maiorum fortitudine, aſſerens. Sub Regibus autem illud omne conceſſit, quod à Piceno, ſinuque formiano, Adriaticæ & Tyrrhenae vndae cingunt, in ingens Ionij maris Latus extrema cornua Italiæ effundentes; Sedem nomenque Imperio Neapolis dedit. Non alibi in Italiae finibus maioribus animis nobilium virorum impetus, ac propemodum faſtus, attollitur: Equorum, armorumq; ſtudioſi ſunt; faciles ad ſtimulos gloriae, & in omnis magnificentiae cultus intenti.

In alia Italiæ ora, qua influenti Adriatico primae terrae intercedunt, vrbem Veneti condidere, cum oppidis excuti, in illa vaſtitate quam Attila Italiae fecit, ſuis ſe paludibus tegerent.

tegerent. In ea civitate quanquam toti nobilitati gerendæ reipublicæ ius eſt, tamen ſummum Imperium penes paucos ex ſenioribus manet, ſe verum quidem illud atque ſollicitum, vt neceſſe eſt, in tanta vicinorum potentia, civiumque deinde opibus, niſi cohibeantur, ad ambitum vitio divitiarum ſpectaturis. Sic illa diſciplina domitos animos, per aulicorum ſtudiorum venuſtatem non deducit; ac ne quidem illis voluptatibus decorique aſſuefacit, qui Patricias ſtirpes alibi tenet; vt eſt rei equeſtris, armorumque diſciplina, aptæ quoque elegantiæ, & vrbanitatis, pro ſeculi more, peritia. Plus deniq; publice ſapere, quam privatim, edocentur; niſi quod in procurando patrimonio eximiam ſedulitatem habet. Aliæ praeterea vrbes olim ſe compoſuerant per varia Italiae littora in Reipublicae auſpicium, quas fortuna vis erepta claritate Imperij, quod per externa maria quaeſierant, in Regum Principumque clientelam coegit. Iam in ijs mixti animi, ſemperque dentes ſunt, inter glorioſae libertatis cupiditatem, cuius adhuc imaginem vident, & Principum, ad quorum patrocinium confugere, neceſſariam ſimul gravemque potentiam.

Inſubres autem, corporibus animiſque ſpeciem ac genium Galliae Italiaeque miſcuerunt, vultu membriſque pene compoſitis ad Gallorum venuſtatem, quam deinde Italicis dotibus implent. Sed & vtrinque vt virtutes, ita vitia exceperunt. Caterae in Italiæ regiones Principes ſuos habent, modicis plerunque imperijs, ideoque maiori calliditate, vt ſunt in ingenti pelago ſcaphae, gubernandis; cumque in anguſtis Prouincijs niſi per immenſa vectigalia ſufficere opes non poſſint maieſtati dominantis; ſalubri conſuetudine illae gentes aſſueſcunt & opes invenire, & pro imperio repoſcentibus non negare.

Nihil autem eſt tam arduum ſedulitati humanae, ad quod Italici acuminis praeſtantia non tollatur. Ab vltima etiam ſorte vulgi non paucos quotidie in nomen atque opes felix induſtria producit. Nullum curarum genus quod divitias promittat, aut, ſi opus eſt, humilitatis ſpecimen aſpernantur: longi quoque laboris ſpeique patientes Quorum alterum faſtus Hiſpaniae, alterum ſubita atque praeceps vis Gallorum non toleret. Altae, & ad Rerum publicarum gubernationem validae mentes, ad omnem fortunam idoneae, frugi homines, intentique ad futura.

Mores Hiſpanorum.

Tam ingentibus incrementis non mutati in Hiſpanis quidem mores, ſed magis aliquanta excuſati. Quippe eorum rebus adhuc humilibus dignus tamen hodierna magnitudine tumor fuit in quem ſuae Naturae ſponte nati ſunt. Et hic illis vitiorum ac virtutum cauſa eſt. Graves enim animi, & cum pondere quodam elati, non ſubito impetu effunduntur in diuerſa: nec vincere magis ſciunt, quam victoria vti. Ita ad omnia pericula pervicaces, ne tempore quidem & taedio vincuntur; factamq; natura & arte conſtantiam vix de illis locis amoueris quos ſemel inſederit. Sed verba, quibus ſe ſuoſque attolunt, ingrata audientibus, fabuliſque ſcribentium traducta, vultus quoque cum hoc grandi ſermone conſpirans, & convictus, niſi ſervientibus & domitis animis gravis, ſeverae maieſtati pene quoddam odium addit. Vnuſquiſque in acie, ac maxime phalange, quam ſingulari diſcrimine melior. Servatas parcimonia opes, & ad temperantiam inſtitutis corporibus ſaepe negatas, in veſtitu conſumere amant, & ſic ad oſtentationem proferre, immenſa ſui fiducia, ſed apud timidos aut patientes maiore. Illis frugalitas eximia, non tantum in ſuae Hiſpania æſtu (vbi corpora nimio Sole marcentia cibum pati non videntur) vbicunque

ſuorum

ſuorum numerorum periculo edunt. Modicus panis, nec pretioſa herbarum condim nta aſſuetis tam rigidæ virtuti plerumque ſufficiunt. In alieno autem ſumptu haud facile alij ad menſarum hilaritatem meliora. Nulla tunc feres opulenta conuiuia, quam non totam oculis manuque percenſeant. In vltima paupertate ſupercilium non omittunt. Sutori & egeno, cum iam fata inſtarent, aderat filius in paternam ſortem natus. Is cum rogaſſet ecquid ſibi deceſſurus præceptorum relinqueret, iam defecta voce pater, vt, inquit, memineris in maieſtatem aſſurgere familia tua dignam. Miraculo nobis fuit ex Hiſpania mulier, vix centonibus ſatis tecta, tribuſque qui comitabantur liberis precarium ſpiritum triſti mendicitate producens. Forte in Gallorum cœtum inciderat: Et ex his ſtatim vnus ſpectaculo motus; ego inquit, ô mulier, hoc te onere ex parte leuabo, maiorem ex tuis liberis (& is forte ad decennium peruenerat) mihi trade, hunc leuibus, ſuæque ætati paribus ad ſeruiendum officijs aſſuefaciã, vbi adoleuerit, meo ſumptu curaque hoc artificij genere quod maxime probauerit imbuetur. Ad hæc mulier; nec Deus ſiuerit, ô mi homo, quamquam pauperem me vides, vt in tantam humilitatem filium damnem, qui aut tu, aut ego, ſciamus, in qua fata ſit genitus? aut quam claris virtutibus, ſubſidium patriæ paraturus? Satius illi, ſi ita fata tulerint, inedia extingui, quam ad ſeruitutem (ſub externo præcipue domino) egregijs hominibus indignam accedere.

Fallunt tamen Hiſpani tantorum ſpirituum ſpecie, quales natura ſponte, & ſæpe incogitantes, effundunt. Nam plerique illorum parca modicaque ſorte contenti, ne ſpem quidem ad maiora faſtigia, & ſupercilio ſuo digna, videntur attollere. Hinc videas ad arcium præſidia modico ſtipendio collocatos, velut in patrijs laribus, inter impares tam ambitioſis verbis curas, ad ſenectutem peruenire. Quod vtique minus pati Gallorum animi poſſint, ad noua ſubinde omnia erecti; & Italica ſedulitas, ſemper illam quæ ventura eſt fortunam obſeruans.

In Hiſpania, ſtudia literarum eo cultu non nitent, quem hæc ætas nudis & ſqualentibus Muſis repoſuit, cum periiſſe videretur ille eruditionis ſpiritus qui omnem ſcientiarum partem debet implere. Non enim latinæ eloquentiæ ſtudium ibi viget, non venuſtas poetices, non hiſtoriæ, priſcorumque rituum vtilis & robuſta lepiditas. Veterem ac pene Barbaram in quærendis ſcientijs rationem obtinent: Philoſophiæ incumbunt, Theologiam amant, non ſpernunt Legum & Canonum peritiam; Sed illas ſcientias græca latinaque eruditione mitigari indignantur; putantque hoc modo fucum addi, quo virilium literarum lineamenta elangueant. Vir nuper non ignobilis in literis famæ, cum ab iis quibus obſequium addixerat, iuſſus eſſet in Hiſpania diuinarum rerum ſcientias profiteri, ſtatim ac politioris doctrinæ velut infamia euluit, admotiſque precibus ſupplex, à ſuæ libertatis dominis impetrauit alias ſedes, & ſuæ humanitatis patientes. Præcipua ad Germaniæ morem ibi eruditionis ſpecies, prolixis voluminibus pauca complecti; ſed & illa plerumque ex alijs auctorib. ſuperuacuo labore decrepta. Et hoc quidẽ Academiarum malum eſt. In cæteris vrbibus non adeo frequens eſt ſcientiarum commercium (niſi quod in ſua regionis dignitatem, libros patrio ſermone conſcriptos amant habere) prorſus vt in miluaris nominis ambitum videantur, hanc formam ſenerioris in Muſas negligentiæ quæſiuiſſe.

Recondita illis montes, & ad lenta conſilia idonea: Hinc longos cuniculos agere,

& veluti obſeſſis inaſpectos. Arma & pacem ex ſuis temporibus ſapientiſſime æſtimare. Opibus animos ſubigere, ad hoc inuicta arte de fortiſſimis gentibus triumphare. Maxime autem ſolemne eſt, & parandam reuerentiam, nemine cælitum vti, ſpecieque ſacrorum ſubducere ambitum oculis vulgi. Numini ſuas cupiditates imputant, & veluti pro illo depugnantes ſolertiſſime ſibi vincunt. Illa veluti præfatione, in omnium rerum cœpto, tamquam in ſcenam & tragœdiam, intrant. Ferdinandus, & Iſabella, hunc iam patrium morem nepotibus tradiderunt. Quippe in hoſtibus ſuis inueniebant publici odij cauſam; adeo vt ſemper in bellis credi vellent diuinæ iracundiæ miniſtrare. Cum externarum gentium Principibus acturi, non ex Optimatibus Ducibuſve Oratorem legebant, ſed ab alicuius monaſterij ſolitudine extractum. Ita præter reciſos legationis ſumptus, fidem quoque eiuſmodi feciales, & reuerentiam negocio faciebant. Equidem digniſſimum laude putem, quod Hiſpani in magna hominum penuria vaſtum tamen & diſſipatum imperium ſuorum ciuium colonijs aut præſidijs tenent, ſuique ærarij famam opulentiæ indice nomine, & ingentibus præterea verbis cauta & induſtria fraude ſuſtentant. Cæterum in Hiſpanica gente pompa verborum geſtuumque, ideo minus ingrata eſt, quod non aſcititia, aut extorta, ſed veluti ex Naturæ præcepto intumeſcit; cuius omnis impetus, etiam in vitia declinans, neſcio quo genio decet. Sed nec indignos putes illa ſpecie animi in cothurnos aſſurgentis. Sordes ſaltem palam odere, cultuque corporis amant, munditiæ, & patritij ritus veſtibus indulgere; arma, etiam deficiente penu, tanquam præcipuum in viro ornamentum, & ſeruant, & geſtiant. Nihil in illis ineptum (niſi ſi quid iactatio expreſſerit) in colloquijs, cæteraque vitæ vſu: callidis, aptiſque ad omnia ingenijs; nec ſe ipſa eodem fuco ignorantibus, quem facere alijs verborum pompa volunt. Sermonum & amicitiarum exordia per ſpeciem mitiſſimæ humanitatis adornant: hos tu quoque illis initijs optime poteris eadem tranquillitate adoriri; ſuccedentes autem ad faſtum, mutua maieſtate excipere. Si vero te Gnathonem anguſtior fortuna voluerit eſſe, timendo ſilentio plauſuque ſatia animos in ſuam aut patriæ magnitudinem diffuſos. Ac tunc quoque niſi quod iam admordeas tuum eſſe ne duxeris; memineriſque, vt te promiſſis onerant ſupra fidem ingentibus, largiorem etiam quam præſtare vnquam poſſis operam, mendacium aſtruente fiancia, polliceri.

Mores Vngarorum.

DIxerim, bello & aſſiduis malis factum, vt vulgus quod in agris habitat, excuſſa ruſticitatis ſimplicitate in ſæuitiam plerumque abierit. Nullo diſcrimine, in ſuos, atque hoſtis milites, inſidias ſtruunt. Si quibus ſub noctem aberrare contigerit, adſunt ſtatim ad prædam, & ingratiſſimo ſcelere ſuos milites, ſibi opem per omnia diſcrimina ferentes, non aliter a ſe quam nudos, & in vltima mendicitatis imaginem amittunt.

Nobilitas, vt par eſt, mens erectior, meliorque frons & animus ad magnificentiam factus, membra, inceſſuſque, compoſiti ad venuſtam maieſtatem. Togis & tunicis vtuntur, ad morem orientis, purpureis maxime, aut quæ cæruleum colorem acceperunt. Et hic veſtitus egregie viros decet, breui vt plurimum acinace

ad toga-

ad togatum latus appenſo. Callidis & ingentibus conſilijs valent, parique audacia, præſertim ſi breui duntaxat & furtitio impetu opus. Ingentes Proceribus opes ſunt; magna quoque, licet in regno, libertatis veſtigia. Vnicuique pro opibus multitudo clientium; & illis in patronos ingens fides. Non alia intentior nobilibus cura, quam ne quid de ijs prærogatiuis decedat, quas iam à multis ætatibus intemeratas habent. Et ideo maior armorum pertinacia contra Turcas, qui in vnam ſeruitutem omnis claritudinis ſanguiniſque familias premit. Abſque hoc, inclinatio animorum in illis timeretur, aliunde potius Reges quam ex Germania petituris. Quippe Hungaros Germanoſque, vulgare viciniæ malum, ſuperba æmulatio inter ſe committit. Probra vtrimque in domeſticis colloquijs ſana, alterniſque vitia curioſe aut explorant aut fingunt.

Hungari equorum ſtudioſi, quos optimos habent; veſtes quoque, & arma, ad delicias pompamque exigunt; equis malunt quam pedibus prælium inire; auidiſſimi honorum; timerique cum ambitu quærunt. Italica ingenia arteſque ſequuti, ne quidem ab eorum vitijs creduntur abhorrere; & vindictæ facinora peragere dicuntur ijſdem artibus, parique liuore, Ad amicitiam fidelliſſimos putes: Sed hæc verane ſit aut ficta, nulli melius æſtimabunt, quam ij ipſi qui illam inibunt; ſerio reputantes num amari meruerint; an vero illa gens vtilitatem captura, ſimulatione beneuolentiæ fraudem paret.

Inſignis eſt apud illos magiſtratus quem Palatinum dicunt: is nihil ex ſe decernere, ſed obſtare Regi poteſt quicquam publicum ſancienti: cui poſtquam ſuo ſuffragio interceſſit, infirmum eſt quod deinde ſtatuitur. Et hunc plurime colunt, tanquam vindicem libertatis, oppoſitumque Regibus, vt olim Tribunatus Romanis Conſulibus poteſtatis modum fecit. Hinc ſciat magnos gentis animos, nimium inque tumentes, dura aut ſoluta imperia pati non poſſe: niſi (quod in prouincijs illis cernas quas Turcæ inuaſere) ad reuerentiam dominorum, acri metu cogantur, & premente ſpem omnem libertatis.

Mores Polonorum.

Polonis vt plurimum dura vita cœlo aſpero, nec populi moribus factis ad noſtri ſeculi venuſtatem, & hinc aliquando ſaniora ingenia. Diuerſoria peregrinos excipiunt, longe à noſtrarum terrarum ratione. Deducuntur in ſedem, quæ inanis, & plerumque perfoſſis ad accipiendum lumen parietibus, ventis quoque & hyemi patet, nulli quibus decumbant lecti, non erecta ad epulas menſa, longo ac multiplici clauo paries fixus eſt. Illic hoſpites farcinas quas habent in ordinem appendunt. Multo deinde ſtramento ſternitur ſolum; & hoc in illis diuerſorijs pro thoro eſt. Itaque per illam regionem proceſſuri, aditer ita ſe comparant quaſi domum circumducant, cibos, & cætera in alimentum ferunt, lectulos in rhedis collocant; vt nudis illis tectis, excepti ſua ſupellectile & famem & frigora arceant. Gens eſt ad ferociam, & licentiam nata, quam vocant libertatem, adeo vt infanda barbarei legem multis ſeculis ibi ſolemnem, vix nunc demum omiſerint; Ea ſcilicet cauerant, vt qui hominem peremiſſet, ſolueretur metu iudiciorum, ſi in iacentis cadauer proiecisset

paruulos nummos, quorum numerus eadem lege deſtinabatur. Nec tam vileſceiſſent humanæ vitæ precium, niſi ſui genij impetu pro leui facinore haberent humanum cruorem prodigere. Ipſum nomen non tantum ſeruitutis, ſed & iuſti ac legitimi regni oderunt. Rex ad patrias leges vi & armis adigitur. Nobilitas iriſtibus prærogatiuis ſeipſa donauit, quibus poſſit ſibi inuicem & impune nocere, quippe Princip non ſatis iuris eſt, vt quod peccauerint ipſe vindicet. Maxime ſibi credunt; nec maior libido eſt libertatis in moribus, vitaque ciuili, quam in religionum & cœleſtium rerum ſenſu; de quibus, vt placet ſine metu, & ſentire volunt, & loqui; ſcilicet immani fiducia ſui, quibus ſapere alieno ductu pudet. Hinc in diuerſos hodie ſciſſæ mentes, errorumque omnium lues, quæcumque antiqua ſæcula polluerunt. Quiſque in ſuæ familiæ laudem intentus eſt; præſertim ſi in exteros incidit, & expertus ſuarum fortunarum. Sanire quam decipere promptiores; & ipſi magis fraudibus quam vi patent.

Mores Turcarum.

TVrcis ruſtica ac demiſſa indoles: neque digna libertate quam non curant vindicare. Rudes animos ne vlla ſcientiarum humanitate mitigent. Mahumetes lege cauit, quo facilius ignari componerentur in legis veſaniam, quam præſcripſit Gregum, armentorumque, & ſupellectilis, præcipua illis cura; ædificia vix ad vſus, nedum ad cultum extruunt; ſiue adhuc Scythicæ originis memores, & vitam plauſtris errantis, ſiue quod vnuſquiſque ſuum agrum precarij iure poſſidet ad Principis nutum non fundos illos tantum, ſed & prouinciam mutaturus. Principem ingenerato affectu mire colunt, vmbram hunc & effigiem Numinis vocant. In ea gente ſæuiſſimi, fœduſque in Chriſtianorum odium intenti, non ſunt illi qui longa maiorum ſerie in Turcis ſunt, ſed qui in eorum ritus à nobis defecere, cæteris mitius ingenium perhibetur; longe tamen a moribus noſtris eſſe. Venena non alibi ingenioſius parantur: & vix credibile, quantis artibus vim nocentium rerum exprimant, copulentque, nec aliter ſcilicet quam per mirabiles aſtus, illa hic quemquam tollant: omnibus quo hanc mortem & effugere poſſint & tradere, in pari vitio calliditatem quærentibus.

Sunt multæ ac variæ regiones inueniuntur. Sic & ſpiritualiter multiplex eſt regio, vt

Petrus Berchorius in promp. moral.

Viatorum
Perfectorum
Beatorum
Peccatorum
Vitiorum
Meritorum &
Tormentorum.

Quarum explicationem lege apud Berchorium.

Sicut Hippocrates dixit *occaſio præceps*, vt Medici tempus opportunũ operandi quærerent, & quæſitum fructuoſo opere tranſigerent; & ſanitaté

à tempo-

à temporis momento dependere, non ignorarent: ſic idem in re ſpirituali eſt dicendum: nam æternitas à magno momento dependet, eoque æterna gloria comparatur, ideo temporis iactura nullo modo eſt facienda, ſed eius ratio potiſſimum habenda, vt egregiè Laurent. Beyerlinck affirmat. Locus moralis ob oculos ponens, conceſſi temporis ſedulam habendam rationem. Cum talenta ſua nobis Dominus partitus ſit, vt in iis negotiemur, & ad id agendum ſpatium dederit, mox rationem exacturus: admodum neceſſarium eſt, vt dum ille abeſt, ſumma cura prouideamus, ne quod ad ſpirituale lucrum datum eſt tempus, in otio & torpore, vel ſaltem infructuoſo opere tranſigamus, vt tandem redemptor noſter Chriſtus, cui non laborioſa, ſed delitioſa ſeruitute ſeruimus: nos pro apportato lucro in die rationis remuneret, & in gaudium ſuum vocet. Certe inter omnia, quæ homini contulit Deus, nihil tempore pretioſius, nec vlla maior, quam illius iactura. cuius rei teſtem adduco B. Bernardum ex aliorum ſententiam ita loquentem: Nihil pretioſius tempore, & heu, nihil eo hodie vilius innenitur. Tranſeunt dies ſalutis, & nemo recogitat, & infra monens ſcholares, vt tanti pretij pignus prudenter expendant: Nemo inquit veſtrum parui exiſtimet tempus, quod in verbis conſumitur otioſis, volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, nec aduertit inſipiens, quid admittat: Nullius itaq; rei tam exacta homini Chriſtiano ratio habenda eſt, ac temporis, eius enim opportunitas inueſtiganda eſt, vt dum tempus habemus, operemur bonum, quæramus Dominum, dum inueniri poteſt, tempus operationis, & quo nos quærere eum oportet: tempus vitæ noſtræ eſt in cuius vſura quantum momenti collocandum, docet nos villicus iſte bonorum ſui Domini diſſipator, apud Matthæum, cum ei enim nihil ei amplius ſuppeteret, minis ſubhaſtationis, venditionis deſtitutionis, eum prementibus, hoc tantum occurrit reliqui vt diceret. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, ac ſi ſecum cogitet: opportunitatem dato, & temporis aliquam moram indulgeto: nam licet ad manum non habeam, quo tanto debito ſatisfaciam, multum tamen mihi ſpei acceſſerit, ſi tempus & de nouo quidquam lucrandi moram impetrauero. Ita anima noſtra veluti è pilo pendens fœlici temporis momento longum illud æternum poteſt ſibi in tuto collocare. Magnum momentum dicit Apoſt. à quo pendet æternitas, nonne magnum & pretioſum momentum cuius merito, non ſolum luctuoſam illam Gehennæ æternitatem valeas euadere: verum etiam æternam beatitudinem poſſidere? cogita de tempore, quod perdis: monet Bernardinus, quod illi qui in inferno ſunt, darent totum mundum, ſi haberent pro eo enim die quod vadis iacere.

Laurent. Beyerlinck in promp. morale part. hy m. in feſt. S. Nicol. 4.

Serm. ad ſcholares.

Sicut medicus temporis conſiderationem debet habere; quia non eſt cum pigritia, aut malignitate, ſeu ignorantia tempus recte medendi traducendum, ſic tempus ſpirituale bene merendi non eſt amittendum. *Non enim eſt tempus cum ſomnolentia traducendum opus eſt vigilandi dilecti, nam conc Quamilis quoque non dormit in lecto, ſed humi: piſcator non dormiens piſcatur, ſed ſtans*

Thomas de Truxillo in Quadrageſi. tom. 1

 aliquando

aliquando peragit noctem. Agricola omnem exhibet vigilantiam, ne Domini vinea lædatur. Et paſtor ſub dio ſtans, noctem conſummat gregem cuſtodiens: ſicut Iacob dicebat: ſui ardens æſtu per diem, & gelu per noctem, ſomnus receſſerat ab oculis meis. Et quæ ipſius vigiliæ ratio? ne vlla ouis feræ captiua fieret, ſi vero tanta de irrationali pecore cura, quales eſſe decet de rationali anima ſolicitudinem gerentes? Anima inquam omnium, pretioſiſſima, nec æquiualentem totum pariter orbem habente, quæ ſimul nobiſcum reſurgit, pariterque defenditur & diuino tribunali ſimul aſſiſtit.

Philippus Boſkherius in leg. apoſt. echo. con. 20.

Sicut medicus tempus conſiderat, quia illud ad morbos expugnandos aptum debet deligere: ſic ſpiritualis temporis conſiderationem habet, *vt deligatur quod eſt opportuniſſimum.*

Temporibus medicina valet data tempore proſunt.

Et data non apto tempore vina nocent.

Sunt aliquando mollia & commoda tempore fandi. Hinc ille ad librum ſuum.

Si poteris tradi vacuo, ſi cuncta videbis.

Mitia ſi vires fregerit, ira ſuas. Adi Auguſtum. Ouid. lib. 1. triſt eleg. 1.

Ergo in proſperis opus eſt libero monitore, qui nimios ſpiritus retundat.

Paucorum enim eſt lætis ſucceſſibus non inſoleſcere.

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis, & nimiam ſegetem nimia ſternit vbertas. &c. lege eundem autorem.

Poſitis ex aduerſo rationum, & acrium monitorum ponderibus partem, quæ proſperis adtollitur deprimere: Commodum inquam, id eſt ei qui monetur magis ſalutare, & ſi forte non perinde monitori. Nam illum minus patitur animus ſuperbus & lætis ſucceſſibus inſolens.

In aduerſis Reipub. aut multorum efficaciſſimum ea vitia dolenter notare, quæ aduerſa illa innexeruit, & leniter exprobrare contemptum præmonitionum &c.

Refricata cum cauſis ſuis aduerſa per ſe homines faſtum exuunt: ipſæque calamitates intus atque in ſe habent, quod pœnitudinem inducat & caſtiget.

Itaque apud adflictos liberis vocibus, aut moleſto, ac mordaci ſermone temperatius vtendum putem, in mutationibus enim fortunæ faciem hominis beneuoli reuera dulce eſt intueri, conſolantis, animantis iacentem, erigentis, &c. aientis,

Lebile principium melior fortuna ſequetur:

Et non ſi male nunc & olim;

Et numquid qui dormit non adiiciet vt reſurgat? &c.

Sicut medicus conſiderationem temporis debet habere: nam qui opportunũ prætermittet, futuri obſeruatione ægris multos infelices caſus vt mortes adducet: ſic & in re ſpirituali, acciderit ei, qui occaſionem bene agendi præterlabi ſinet *ſi præſenti tempore prætermiſſo futuram ſemper obſerues, nouis paulatim dilationibus per diabolum conſictus latenter deceptus, vt mos*

Chryſoſt.

eſt illius

eſt illius (Mihi inquit da præſentia, Deo futura: mihi iuuentutem: Deo ſenectam; mihi voluptates: illi corpus inutile) ô quantum tibi periculum, quanti caſus in expectati imminent: Aut enim bellum abſumit, aut terræ motus obuoluit, aut mare ſuſcipit, aut rapit fera, aut morbus extinguit, aut frigidus aër tranſiens, leuiſſima cauſa (quid enim facilius quam hominem mori, vt cunque turgeat ſua ſpecie:) ac fluuius inundans, aut ventus, ex alto deturbans, aut equus corripiens, aut pharmacum, ſiue de induſtria ſiue per inſidias datum, ſiue pro ſalutari venenum aſſumptum.

Sicut medicus tempus perpendit, & attendit, quia omni tempore debet operari, nulla enim eſt ſcientia quæ magis tempus requirat, in agendo, quam medicina, in cuius exercitatione ſemper aliquid omni hora eſt agendum Sic medicus ſpiritualis temporis conſiderationem habere debet, nec horam aut momentum, in quo aliquid boni non agat præter mittere, exemplo Chriſti de quo *in Euangeliis legimus quod omni tẽpore, & omni hora res maximas operatus eſt, ſummo mane venit ad templum, vt doceret: hora tertia mortis ſententia damnatur: ſexta crucifigitur: nona magnam illam emiſit; vndecima de cruce deponitur. duodecima in monumentum infertur. Hora prandij, Magdalenam conuertit, hora cœnæ ſanctiſſimum corporis & ſanguinis ſui ſacramentum inſtituit. Decima hora vocat S. Andream: ſeptima ſanat filium Reguli: ante prandium ſocrum Petri liberat à febribus; poſt prandium Petrum creat vniuerſalem Eccleſiæ paſtorem, paulo poſt cœnam iuit in hortum, vbi & captus eſt: media nocte forte exurrexit, & in crepuſculo diei, tribus Mariis apparuit.*

Cornelius Muſſus in conc Euang. Dom 3. in Quadrag.

Sicut medica ſic & omnis *temporum obſeruatio ex ipſo genere ſuo bona eſt, & ad prudentia virtutem pertinet; nec niſi ex circumſtantiis annexis fieri ſolet vitioſa. Quod bona ſit, ex illa vniuerſali ſpiritus ſancti enuntiatione facile deducitur: omnia tempus habent. Item ex generalis omnis negotiationis humanæ conſideratione: vix enim eſt ars vlla, vix vlla occupatio humana, quæ non aliquam ſimul temporum viciſſitudinem, obſeruationemque annexam habeat, ſi bene fieri debeat*: de hoc argumento lege eundem auctorem.

Fridericus Briſeius conc. contro. tom. 1. Dom. 1. Adu. c. 3.

Sicut medicus tempus opportunum rectè medendi eligit; idque efficit, vt quamprimum fieri poſſit, ægros à morbis liberet: ſic eccleſia tanquam pius & prudens medicus, vt nos à peccatis diſtrahat, accommodatiſſimo tempore quadrageſimæ vtitur quæ eſt ſalutaris ipſius animæ medicina *ſi enim tam neceſſaria eſt pœnitentia, & quo tandem tempore commodius eam, quam modo, exercere poſſumus, quando tot nobis ſuppetunt exempla? omnes enim modo ieiunant eleemoſynas faciunt, orant, in ſilentio verſantur, templa frequentant, virtutem complectuntur, nunc igitur debemus omnes eſſe vnanimes, & contra hoſtes inuiſibiles armari.*

Thomas de Truxillo in conc Quad. tom. 1.

Sicut oportet medicum tempus conſiderare, nam ij qui occaſionem recte remedia applicandi amittit, rem medicam inutiliter profitetur: *ſic qui tempus congruæ pœnitentiæ perdit, fruſtra ante regni ianuam cum pre-*

Greg in moral.

cibus

bus venit. Exemplum in fatuis virginibus, clamantibus. Domine Domine aperi nobis: Quare.

† Ludolphus char. n: in Pſal. 31. 7.

Tempus opportunum eſt tempus merendi: ſcilicet tempus gratiæ, quod eſt totum tempus præſens. quo ſemper eſt orandum; Inter tempora merendi eſt optimum & præcipuum tempus ſanitatis, ſed tempus perdimus tripliciter, vel violentis, & importunis negotiis, vel voluptuoſis operibus: vel deſidioſis negligentiis, per iſta eripiuntur nobis tempora. Et licet ſit modo tempus opportunum &c.

Sicut non ſat eſt medicum recte medendi præcepta habere, nisi iis tempore opportuno vtatur: *ſic non ſatis eſt homini ea quæ præcepta ſibi ſunt facere, niſi & ſuo tempore, & debito modo quæque faciat. etenim*

† Ioa. Ferus in annot. in 3. cap Eccleſia. Iſa 26.

Omnia humana opera & ſtudia habent certum, & definitum tempus incipiendi, proficiendi, finiendi extra facultatem noſtram: nec quicquam poſſunt efficere homines ſuis conatibus, etiam ſi rumpantur, niſi adſit tempus, & hora à Deo præfixa.

Idem.

Sicut medicus corporalis debet ætates ponderare, quia per eas vita naturalis ad ſuum finem peruenit; ſic & ſpiritualis ſeptem virtutum conſiderationem debet habere, quia per eas vita ſpiritualis ſuum conſequitur complementum, vt enim inquit Berchorius. *Sicut vita naturalis per ſeptem ætates vſque ad finem decurrit: ſic vita ſpiritualis & moralis per ſeptem ſpeciales virtutes ad ſuum peruenit complementũ. In vita enim naturali ſeptẽ ætates ſecundũ aliquot cõputantur S. infantia, pueritia, adoleſcentia, iuuentus, ſenectus ſenium, decrepitas. Secundum vero alios v. ætates tantummodo computantur. ſ. Infantia, pueritia, Adoleſcentia, iuuentus, ſenectus, vt poſſumus dicere, quod ſimiliter in vita morali debent eſſe quinque ſpeciales virtutes, ſit igitur in nobis ſcilicet:*

Infantia, verecundiæ, & humilitatis.
Pueritia innocentiæ & puritatis.
Adoleſcentia, perſeuerantiæ & continuitatis.
Iuuentus conſtantiæ & probitatis.
Senectus prudentiæ & maturitatis.

Infantia enim ſignat verecundiam & humilitatem. Infans enim dicitur quaſi non fans. id eſt, quaſi non loquens, quia ſcilicet verecundia & humilitas non præſumunt, nec audent loqui: & maxime de bonis propinquis, amor vero propter hoc prudens in illo tempore tacebit: quum dies mali ſunt. Pueritia ſignat vitæ & ignorantiæ puritatem. Pueritia enim a puritate dicitur, vnde Oſe. XI. Puer Iſrael, & dilexi eum. Adoleſcentia deſignat perſeuerantia continuitatem quia adoleſcens dicitur, quaſi adhuc creſcens, vel quaſi adultus & creſcens, vnde Lucæ Adoleſcens, tibi dico ſurge. ſurge. inquit. i. quod incepiſti, continua & perfice: iuuentus ſignat cõſtantiæ probitatem. Ioh. 2. ſcripſi vobis iuuenes: quia fortes eſtis: & verbum Dei in vobis manet. ſenect. vero ſignat prudentiæ maturitatem. vnde Iob XII in antiquis eſt ſapientia: & in multo tempore prudentia. Tales ergo ætates ſpirituales debemus habere, & ſic vitam noſtram poterimus laudabiliter conſummare.

Sicut medici ætatem conſiderant, quin in ſingulis ætatibus varie operantur: ſic & in diuerſis ætatibus hominis, varie Deus operatur, vt inquit Caliſtus Placentinus: *Hæc autem ſecundo modo accepiæ, hoc eſt,*

pro

pro microcoſmi vita, primum mane eſt pueritia, in qua communi Eccleſiæ ritu ad obedientiam mandatorum Dei homines per baptiſmum vocantur. expreſſo pacto quod æternam vitam conſequentur: Mat. vlt. qui crediderit & Baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero baptizari renuerint, damnabuntur. Io. 3. niſi quis fuerit renatus denuo non poteſt videre regnum Dei, & ibidem, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei. De his qui ſummo mane vocantur, ſcriptum eſt cant. 7. Mane ſurgamus ad vineas: & Pro. 8. qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Et his ſolis præmium diurni denarij expreſſo pacto promittitur, qui totum tempus operandi ad manum habent, quibus, ſi diligenti obedientia vſque in veſperam opus non intermiſerint, merces ex iuſtitiæ debito reddetur: quoniam, cum omnis originalis culpæ debitum iam fuerit eis demiſſum nihil obſtat quo minus bona quæ fecerint omnia ad meritum aſcribi debeant, quæ cum ex radice gratiæ, quæ fuit eis in ſacramento baptiſmi collata oboriantur, nemini dubium eſſe debet, quin æternæ gloriæ denario condigna ſint. Quare hortabatur Tim. Paulus 2.2. ſolicite, cura te ipſum exhibere Deo operatiorum inconfuſibilem, recte tractantem verbum Dei, vt vere mecum dicere poſſis, bonum certamen certaui, fidem ſeruaui, curſum conſummaui. in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam & c. quæ corona nihil aliud eſt, quā denarius iſte diurnus: Hora vero tertia iuuentutem ſignat quæ & ſi vires validas experiri incipit, quibus ad delectabilia ſeu corporalia ſiue ſpiritualia, vehementer impellit, adeo vt mira & fortia efficere & ſuſtinere valent, quadam tamen indeterminatione, quæ huic ætati fere ſemper annexa eſt, recte ocioſa dicitur: quoniam vero vitium hoc ætati huic quaſi connaturale eſt, minime reprehenduntur quod otioſi ſint, tametſi certum præmium eis non promittatur rationis tempore iam deperdit, quod quoniam ſequentis laboris intenſione redimi poterit, ad arbitrariam patris famil. iuſtitiam remittuntur, cum dicitur quod iuſtum fuerit dabo vobis. Itidem de his qui ſexta & nona horis vocantur ſentiendum eſt, quibuscum eodem præciſe modo egit pater fam. Eſt autem hora ſexta virilitas, & nona ſenectus, vndecima vero hora decrepitam ætatem ſignificat, quæ ſi totum anteactum tempus conſumpſit, merito reprehenſibilis eſt, ea potiſſimum ratione, quod ex virium defectu recuperandi, quod perditum eſt, nulla ſpes ſupereſſe poſſit, at quoniam operis magnitudinem aut prolixitatem nec meriti ratio, nec mercedis menſura reſpiciunt (etiam reſpectu operarij) ſed potius amoris & fidei, qua operatur vigorem, & liberā diuinæ bonitatis liberalitatem, propterea iſti fuere, non eodem modo præmio, ſed, & primi in ordine remunerati; quamuis vna hora tantum operati fuiſſe dicantur, ſero autem eſt hora mortis, qua omnes Chriſti iudicis conſpectui operum noſtrorum condigni præmij ſtatutam ſententiam recepturi præſentamur.

Caliſtus Placentinus in enar Euang. hom. in leg. enar. 1.

Cant. 7. Prou. 8.

2. Tit. 2.

Ar vero triplicem ætatem Bernardus de Gordonio commode conſtituit: *eſt enim ætas in qua viuunt homines vita voluptuoſa, & eſt ætas pueritiæ,*

Bernardus de Gordonio in tractatu de conſeruat. vitæ hum. à die natiuit. vſque ad vltimam horam mortis.

quæ extendit ſe vſque ad annos 14. vel circiter. Secunda ætas eſt in qua viuunt homines, vita ciuili ſeu politica, & eſt ætas adoleſcentiæ, ſeu iuuentutis, quæ extendit ſe vſque ad annos 35. vel aliquantulum plus. Tertia autem ætas eſt in qua viuunt homines vita angelica, ſeu diuina, & eſt ſenectutis vſque ad extremum vitæ.

At de ætate paſſim in cæteris aphoriſmis.

Super illud: & morborum habenda eſt ratio. de morbis nonnulla ſunt dicenda.

Eraſmus in ep. nuncup. Ling.

HOmo ſicut corpore conſtat & animo: ita duplici genere malorum affligitur: quæſitum eſt & illud à ſapientibus viris, vtrum grauiora ſint mala corporis, an animi, & pronunciatum eſt, ab animi malis plus eſſe calamitatis. Quamquam ab hac ſententia multum diſcrepat vulgus: Quotus enim quiſque eſt, qui non miſerius eſſe ducat hydropicum eſſe, quam auarum? ſed idem felicius eſſe dicunt habere corpus formoſum, quam animum honeſtis diſciplinis ac virtutibus exornatum: Nec mirum ſi præpoſtere iudicant de malis ac bonis, qui corpus præferunt animo. Antiquitas præter caſus & vitia, numerauit trecenta morborum genera: quibus acceſſerunt & in dies accedunt ignotæ nouæque morborum ſpecies, veluti cum arte medicorum ex inſidijs bellum gerentes. Quis autem enumeret animorum vitia? Atque vtinam numero tantum vincerent, ſuperant proh. dolor ſuperant, & alijs multis nominibus. Primum quod vitiant meliorem noſtri partem: deinde quod quum corporis mala tantum afflictos reddant: animorum morbi reddunt etiam malos & infelices, eo quod à nobis auertantur, iam ſunt quædam corporum ægritudines, quæ cruciatum neſciant, veluti phthiſis. An vero eſt vllus hydrops, vlla febris, quę ſic diſcruciat corpus, vt pecunia, ſtudium, vt amor impotens, vt Zelotypia, vt liuor torquet animum? Ad hæc corporis mala grauiores extimantur corporis morbi, qui præter moleſtiam habent & turpitudinem. At huiuſmodi ſunt omnes animorum morbi? Non ſolum adimunt animi tranquillitatem, verum etiam infamiam adferunt. Medici nullum morborum genus putant formidabilius, quam quod ægroto mali ſenſum eripit, ſanabilior enim eſt podagricus qui ſe miſerum clamitat & medicum accerſi iubet, quam phreneticus aut lethargicus, quorũ hic ſibi videtur ſanus, ille medicum opitulari cupientem inuadit. At huiuſmodi fere ſunt omnes animorum morbi. Quo quiſque grauius ægrotat, hoc minus admittit opem medicantis: Nam his quoque varietas eſt. Longe facilius medemur luxui, libidini, & profuſioni cæteriſque craſſis, vt ita dicam, animi morbis, quam ambitioni, quam inuidiæ, quam philautiæ, quam hypocriſi. Videas multos quibus non poſſis obijcere ſtuprum, aut temulentiam, ſed toti madent amore ſui, ad hunc gnomonem examinant omnia. Si quis obſiſtat, nullum vindictæ genus non moliuntur ſceleratiſſimis interim cupiditatis,

ditatibus prætexentes honeſtos titulos. Quo quidem hominum genere nihil nocentius, neque deploratius. De corporis morbis iudicat animus, idem in animi morbis fieri non poteſt, quum ea pars noſtri laboret qua iudicamus. Proinde quo remedio ſuccurras illi qui ſitim inexplebilem habendi vocat prouidentiam, qui liuorem appellat honeſti zelum, qui cæcum amorem ſui nominat prouidentiam, maledicentiæ morbum fucat titulo libertatis? Accedit ad hæc quod cui pedes alligauit podagra, tamen oculis & auribus ſanus eſt. At vnus quiſpiam animi morbus totum viciat animum, rurſum cui reſ eſt, cum calculo cæteris morbis caret. At nullus eſt animi morbus, qui non ſecum trahat agmen vitiorum: iam ſi par eſt ex contagij noxa morbum æſtimare, à peſtilentia tuti ſunt ſenes, ſi Plinio credimus, nec ea quouis demigrat, ſed ab Auſtrinis regionibus, orta fere demigrat ad occidentales: ſunt morbi qui non attingunt pueros, ſunt qui parcunt ſexui fœminino, ſunt qui potentes impetunt, plebi parcentes, cuiuſmodi ferunt lichenas: ſunt qui ſuis tantum ætatibus, aut etiam regionibus ſæuiunt. Elephantiaſis & Gemurſa quum immigraſſent in Italiam celeriter extinctæ ſunt: ſudorem letiferum ante annos triginta non nouit Anglia, nec ea lues fere tranſilit eius inſulæ fines: habent hæc mala tractatus ſuos, habent vices ſuas, habent perſonarum atque etiam membrorum delictum. Animorum peſtes nec ordini nec ſexui, nec ætati parcunt vlli, nec vllis ſe limitibus continent, incredibili celeritate peruagantur orbem; nec inuicem ſibi cedunt, quemadmodum viciſſitudine ſæuiunt, nunc peſtilentiæ nunc anginæ, nunc tuſſes, ſed morbum morbus velut anſam anſa trahit: nec facile cedunt, vbi ſemel incubuere: iam ſi quis percontetur inter corporum morbos, cui debeatur principatus, me iudice facile tribuetur ei malo, quod incerta origine, tot iam annos per omnes orbis plagas impune graſſans, nondum certum nomen inuenit plerique vocant Poſcas Gallicas, nonnulli Hiſpanienſes, quæ lues vnquam pari celeritate procurrit ſingulas Europæ, Africæ, Aſiæque partes. Quæ penitius ſeſe inſerit venis, ac viſceribus? Quæ tenacius hæret, aut peruicacius repugnat atti curæque medicorum, quæ faciliore contagio tranſilit in alterum: quæ crudeliores habet cruciatus: vitiligo præter cutis deformitatem nihil habet noxæ & curationem recipit. Lichenes fœdo quidem ſurfure, primum faciem deinde reliquum corpus operiunt, ſed citra cruciatum, nulloque vitæ diſcrimine, etiamſi remedium non admittunt, niſi cui mors ſit anteferenda. Hæc lues quicquid in alijs eſt horrendum, vna ſecum defert, fœditatem, cruciatum, contagium, vitæ periculum, curationem difficillimam, pariter ac fœdiſſimam, & tamen vt cumque cohibito ſubinde repullulat non aliter quam podagra. Poſtremo ſi quis ſciſcitetur inter animi morbos cui nocendi primatus tribuatur, nihil addubito hanc illaudatam laudem, & ingloriam gloriã tribuere linguæ effreni. Peſtis hæc neque ſimplex eſt neque recens, vniuerſos animi morbos com-
 plectitur,

plectitur nec vlla fuit ætas iam ſanis moribus, vt de hoc malo non fuerit queſta. Verum vt febres ac peſtilentiæ quædam, quum nunquam prorſus intermoriantur, tamen aliquando ex interuallo velut erūpentes inundatione latius & acrius ſæuiunt, perinde quaſi internicionem humano generi minitentur: ita videmus nunc hunc fatalem linguę morbum miro contagio totum orbem occupaſſe, ſeſeque per aulas Principum, per domos idiotarum, per Scholas Theologorum, per ſodalidates monachorū, per collegia ſacerdotum, per militum cohortes, per agricolarum caſas ſparſiſſe, tanta violentia vt honeſtis diſciplinis, vt integris moribus; & publicæ concordiæ, vt eccleſiæ procerum, vt prophanorum principum autoritati panolethriam quandam ac perniciem moliri videatur. dormitatum eſt initio aduerſus orientempeſtem[1], de qua modo diximus, nec adhuc vigilatur aduerſus contagium, quum attacti lepra leuiore male ſemoueantur ab hominum commercio; ſed maiore rerum humanarum exitio ceſſatum eſt hactenus aduerſus linguarum intēperies, & adhuc ceſſatur. Interim malum indies gliſcens, fit immedicabile: extitere quidem nonnulli qui quod ſolent imperiti medici morbum ſiniſtra curatione, nihil aliud quam exacerbarunt. Hæ partes erant Epiſcoporum qui Chriſtiana prudentiam, qui Euangelicam eruditionem, cum animi moderatione coniunxerunt, vſturis, ſectionibus, & compedibus quod hactenus profectum ſit videmus.

Sicut morbi corporis, cuius ſpeciei ſint facilime vt plurimum comprehenduntur; è contrario animi vitia homines fallunt. vt inquit Eraſmus.† *Eraſmus.* Quod corporis morbi pulſibus arteriarum, aut coloris rubore deprehenduntur, hoſque feruor aut facilis laſſitudo ſolet arguere, contra animi mala, pleroſque ita fallunt, vt non habeantur pro malis nimirum ob id ipſum periculoſa ſunt, quod ſui ſenſum adimunt ægrotanti: ſi quidem corporis morbos ratio ſana percipit, at animi morbos ipſa ſimul ægrotans non poteſt iudicare, in quibus patitur, propterea quod ægrotat ea pars cuius erat iudicare. Proinde inter primos ac maximos animi morbos ponenda eſt dementia, per quam fit vt pleriſque immedicabilis ac domeſtica ſic & conniuat, & commoriatur malitia. etenim ſanitatis initium eſt ſi qui laborat, ſentiat ſibi opus eſſe remedio. Rurſum qui non videt quibus eget, propterea quod non credat ſeſe ægrotum etiamſi præſto ſit, qui medeatur, tamen recuſat nec admittit curationem. Nam inter corporum morbos pernicioſiores ſunt hi, qui ſui ſenſu vacant, quod genus ſunt. Lethargus, capitis dolor, morbus comitialis, febres atque hæ potiſſimum febres, quæ inflammationem ac deliriū exarrabant, ac ſenſum velut in organo perturbant mouētque chordas non mouendas mentiū. Quapropter medici volunt quidem vt ne ęgrotet homo, ſi vero ægrotet vt ne ignoret quod ęgrotat, id quod in omnibus animi morbis ſolet vſu venire. Neque enim qui deſipiunt, neque qui ſunt petulantes, neque qui faciunt iniuriam ſibi videntur peccare: verum etiam ſunt qui

tum offi-

rum officioſe ſe facere putant. Febrim enim nemo vocat ſanitatem, neque tabem quiſque appellat bonam habitudinem, neque podagram pedum velocitatem, neque pallorem nominat ruborem. Ac iracundiæ multi fortitudinis nomen imponunt, amorem amicitiæ nomine palliant, inuidiam æmulationis, timiditatem diligentiæ, qua res in tuto collocentur. Hinc fit vt illi quidem medicos accerſant, quippe qui intelligant quid morbus poſtulet. E diuerſo hi fugitent philoſophos, veriti ne non aſſequantur eas res in quibus delinquunt. Atque his quidem rationibus adducti, dicimus ophthalmiam, id eſt oculorum morbum eſſe leuiorem inſania, podagram phreneſi: propterea quod ille morbum intelligens vociferans accerſit medicum cui cum adeſt oculos inungendos capitiſque venam ſecandam præbet. porro Agauen inſanientem audis ad morbum etiam ſibi cariſſima non agnouiſſe. Adducimus domum è monte pampinum recens deciſam, felicem prædam. Nam qui corporis morbo tenetur his protinus in lectulum ſeſe conijcit, atque interim dum curatur, quietem agit. Quod ſi paululum exerat ſeſe cõmoueatque corpus illapſa inflammatione, aſſidentium aliquis blandè dicens: mane miſer quietus in ſtratis tuis, cohibet hominem atque compeſcit. contra qui animi morbis laborant, tum maxime ſunt in negotio minimeque quieſcunt. Nam vt agas aliquid ab animi impetu proficiſcitur, at impetus vehementia à morbo naſcitur. Itaque non ſinitis animum eſſe quietum, adeo vt quum maxime opus eſt homini tolerantia, ſilentio, atque ſeceſſu, tum maxime pertrahant illum ſub dium aperiantque iræ, contentiones, amores dolores, cogatque multa tum facere nefaria tum loqui nequaqne accommoda tempori. Itaque quemadmodum periculoſior eſt tẽpeſtas, quæ vetat in portũ appellere, quam ea quæ cohibet à nauigando: itidem quæ in animo occidunt tempeſtates, grauiores erunt, quæ non ſinunt hominem contrahi neque rationem perturbatam conſiſtere, ſed nullo gubernatore, nullis fulturis in perturbatione atque errore, pernicioſo curſu procul auectus, præceps in metuendum aliquod incidit naufragium ſuamque ipſius vitam illiſus comminuit. Proinde his quoque de cauſis grauius eſt animo quam corpore ægrotare, propterea quod hi tantum patiantur illi non ſolum patiantur, verum etiam faciant male.

Sicut plurimi ac varij ſunt morbi, qui corpus aſſligunt: ſic plurimæ ac diuerſæ ægritudines, quæ animos lacerant atque diſcindunt, inter quas præcipuæ ſunt, quæ Ioannes Crombecius lib. 1. cap. 9. de ſtudio perfectionis his verbis recenſet. De morbis quoque animi aliquid dicendum eſt: quorum primum locum ſibi facile vendicat inconſtantia quædam, inſtabilitas, & mollities animi, qua fit vt non poſſit quiſpiam diu in rebus arduis conſtans perſiſtere: iam vult, iam non vult; vna eademque voluntas perpetua pugna ac contentione diſſinditur. Res ceteræ, ſiue ſuperiores, vt Angeli; ſiue inferiores vt pecudes, ſemper idem volunt aut nolunt; perſequuntur bonum, malum fugiunt: homines vero rem eandem modo volunt.

† *Ioa. Crombecius lib. 1. c. 9. de ſtud. perfect.*

1. *Inconſtantia.*

& veluti obſeſſis inaſpectos. Arma & pacem ex ſuis temporibus ſapientiſſime æſtimare. Opibus animos ſubigere, ad hoc inuicta arte de fortiſſimis gentibus triumphare. Maxime autem ſolemne eſt, & parandam reuerentiam, nemine cælitum vti, ſpecieque ſacrorum ſubducere ambitum oculis vulgi. Numini ſuas cupiditates impntant, & veluti pro illo depugnantes ſolertiſſime ſibi vincunt. Illa veluti præfatione, in omnium rerum cepto, tamquam in ſcenam & tragœdiam, intrant. Ferdinandus, & Iſabella, hunc iam patrium morem nepotibus tradiderunt. Quippe in hoſtibus ſuis inueniebant publici odij cauſam; adeo vt ſemper in bellis credi vellent diuinæ iracundiæ miniſtrare. Cum externarum gentium Principibus acturi, non ex Optimatibus Ducibuſve Oratorem legebant, ſed ab alicuius monaſterij ſolitudine extractum. Ita præter reciſos legationis ſumptus, fidem quoque eiuſmodi feciales, & reuerentiam negoeio faciebant. Equidem digniſſimum laude putem, quod Hiſpani in magna hominum penuria vaſtum tamen & diſſipatum imperium ſuorum ciuium colonijs aut præſidijs tenent, ſuique ærarij famam opulentiæ indice nomine, & ingentibus præterea verbis cauta & induſtria fraude ſuſtentant. Cæterum in Hiſpanica gente pompa verborum geſtuumque, adeo minus ingrata eſt, quod non aſtutia, aut extorta, ſed veluti ex Naturæ præcepto intumeſcit; cuius omnis impetus, etiam in vitia declinans, neſcio quo genio decet. Sed nec indignos putes illa ſpecie animi in cothurnos aſſurgentis. Sordes ſaltem palam odere, cultuique corporis amant, munditiæ, & patritij ritus veſtibus indulgere; arma, etiam deficiente penu, tanquam præcipuum in viro ornamentum, & ſeruant, & geſtitant. Nihil in illis ineptum (niſi ſi quid iactatio expreſſerit) in colloquijs, cæteraque vitæ vſu: callidis, aptiſque ad omnia ingenijs; nec ſe ipſa eodem fuco ignorantibus, quem facere alijs verborum pompa volunt. Sermonum & amicitiarum exordia per ſpeciem mitiſſimæ humanitatis adornant: hos tu quoque illis initijs optime poteris eadem tranquillitate adoriri; ſuccedentes autem ad iuſtum, mutua maieſtate excipere. Si vero te Gnathonem anguſtior fortuna voluerit eſſe, timendo ſilentio plauſuque ſatia animos in ſuam aut patriæ magnitudinem diffuſos. Ac tunc quoque niſi quodiam admordeas tuum eſſe ne duxeris; memineriſque, vt te promiſſis onerant ſupra fidem ingentibus, largiorem etiam quam præſtare vnquam poſſis operam, mendacium aſtruente fiducia, polliceri.

Mores Vngarorum.

Dixerim, bello & aſſiduis malis factum, vt vulgus quod in agris habitat, excuſſa ruſticitatis ſimplicitate in ſæuitiam plerumque abierit. Nullo diſcrimine, in ſuos, atque hoſtis milites, inſidias ſtruunt. Si quibus ſub noctem aberrare contigerit, adſunt ſtatim ad prædam, & ingratiſſimo ſcelere ſuos milites, ſibi opem per omnia diſcrimina ferentes, non aliter a ſe quam nudos, & in vltima mendicitatis imaginem amittunt.

Nobilitas, vt par eſt, mens erectior, meliorque frons & animus ad magnificentiam factus, membra, inceſſuſque, compoſiti ad venuſtam maieſtatem. Togis & tunicis vtuntur, ad morem orientis, purpureis maxime, aut quæ cæruleum colorem acceperunt. Et hic veſtitus egregie viros decet, breui vt plurimum acinace

ad toga-

ad rogatum latus appenſo. Callidi & ingentibus conſilijs valent, parique audacia, præſertim ſi breuis duntaxat & furtiuo impetu opus. Ingentes Proceribus opes ſunt; magna quoque, licet in regno, libertatis veſtigia. Vnicuique pro opibus multitudo clientium; & illis in patronos ingens fides. Non alia intentior nobilibus cura, quam ne quid de ijs prærogatiuis decedat, quas iam à multis ætatibus intemeratas habent. Eo ideo maior armorum pertinacia contra Turcas, qui in vnam ſeruitutem omnis claritudinis ſanguiniſque familias premit. Abſque hoc, inclinatio animorum in illis timeretur, aliunde potius Reges quam ex Germania petituris. Quippe Hungaros Germanoſque, vulgare viciniæ malum, ſuperba æmulatio inter ſe committit. Probra vtrimque in domeſticis colloquijs ſana, alterniſque vitia curioſe aut explorant aut fingunt.

Hungari equorum ſtudioſi, quos optimos habent; veſtes quoque, & arma, ad delicias pompamque exigunt; equis malunt quam pedibus prælium inire; auidiſſimi honorum; timerique cum ambiunt quærunt. Italica ingenia arteſque ſequuti, ne quidem ab eorum vitijs creduntur abhorrere; & vindictæ facinora peragere dicuntur iiſdem artibus, parique liuore, Ad amicitiam fœdiſſimos putes: Sed hæc verane ſit aut tuta, nulli melius æſtimabunt, quam ij ipſi qui illam inibunt; ſerio reputantes num amari meruerint; an vero illa gens vtilitatem captura, ſimulatione beneuolentiæ fraudem paret.

Inſignis eſt apud illos magiſtratus quem Palatinum dicunt: is nihil ex ſe decernere, ſed obſtare Regi poteſt quicquam publicum ſancienti: cui poſtquam ſuo ſuffragio interceſſit, infirmum eſt quod deinde ſtatuitur. Et hunc plurime colunt, tanquam vindicem libertatis, oppoſitumque Regibus, vt olim Tribunatus Romanis Conſulibus poteſtatis modum fecit. Hinc ſcias magnos gentis animos, nimius atque tumentes, dura aut ſoluta imperia pati non poſſe: niſi (quod in prouincijs illis cernas quas Turcæ inuaſere) ad reuerentiam dominorum, acri metu cogantur, & premente ſpem omnem libertatis.

Mores Polonorum.

POlonis vt plurimum dura vita cœlo aſpero: nec populi moribus factis ad noſtri ſeculi venuſtatem, & hinc aliquando ſaniora ingenia. Diuerſoria peregrinos excipiunt, longe à noſtrarum terrarum ratione. Deducuntur in ſedem, quæ inanis, & plerumque perfoſſis ad accipiendum lumen parietibus, ventis quoque & hyemi patet, nulli quibus decumbant lecti, non erecta ad epulas menſa, longo ac multiplici clauo parieti fixus eſt. Illic hoſpites ſarcinas quas habent in ordinem appendunt. Multo deinde ſtramento ſternitur ſolum; & hoc in illis diuerſorijs pro thoro eſt. Itaque per illam regionem proceſſuri, ad iter ita ſe comparant quaſi domum circumducant, cibos & cætera in alimentum ferunt, lectulos in rhedis collocant; vt nudis illis tectis, exceptis ſua ſupellectile & famem & frigora arceant. Gens eſt ad ferociam, & licentiam nata, quam vocant libertatem, adeo vt infandæ barbariei legem multis ſeculis ibi ſolemnem, vix nunc demum omiſerint; Ea ſcilicet cauerant, vt qui hominem peremiſſet, ſolueretur metu iudiciorum, ſi in iacentis cadauer proiecisset

 paucnlos

famulis nummos, quorum numerus eadem lege deſtinabatur. Nec tam vile fe-ciſſent humanæ vitæ precium, niſi ſui genij impetu pro leui facinore haberent humanum cruorem prodigere. Ipſum nomen non tantum ſeruitutis, ſed & iuſti ac legitimi regni oderunt. Rex ad patrias leges vi & armis adigitur. Nobilitas triſtibus prærogatiuis ſeipſa donauit, quibus poſſit ſibi inuicem & impune nocere, quippe Princip non ſatis iuris eſt, vt quod peccauerint ipſe vindicet. Maxime ſibi credunt; nec maior libido eſt libertatis in moribus, vitaque ciuili, quam in religionum & cœleſtium rerum ſenſu; de quibus, vt placet ſine metu, & ſentire volunt, & loqui; ſcilicet immani fiducia ſui, quibus ſapere alieno ductu pudet. Hinc in diuerſas hodie ſciſſæ mentes, errorumque omnium lues, quæcumque antiqua ſæcula polluerunt. Quiſque in ſuæ familiæ laudem intentus eſt; præſertim ſi in exteros incidit, & expertes ſuarum fortunarum. Sæuire quam decipere promptiores; & ipſi magis fraudibus quam vi patent.

Mores Turcarum.

TVrcis ruſtica ac demiſſa indoles: neque digna libertate quam non curant vindicare. Rudes animos ne vlla ſcientiarum humanitate mitigent, Mahumetes lege cauit, quo facilius ignari componerentur in legis veſaniam, quam præſcripſit. Gregum, armentorumque, & ſupellectilis, præcipua illis cura; ædificia vix ad vſus, nedum ad cultum extruunt; ſiue adhuc Scythicæ originis memores, & vitam in plauſtris errantis, ſiue quod vnuſquiſque ſuum agrum precarij iure poſſidet ad Principis nutum non fundos illos tantum, ſed & prouinciam mutaturus. Principem ingenerato affectu mire colunt, vmbram hunc & effigiem Numinis vocant. In ea gente ſæuiſſimi, fœduſque in Chriſtianorum odium intenti, non ſunt illi qui longa maiorum ſerie in Turcis ſunt, ſed qui in eorum ritus à nobis defecere, cæterum mitius ingenium perhibetur; longe tamen a moribus noſtris eſſe. Venena non alibi ingenioſius parantur: & vix credibile, quantis artibus vim nocentium rerum exprimant, copulentque, nec aliter ſcilicet quam per mirabiles aſtus, illa hic quemquam tollant: omnibus quo hanc mortem & effingere poſſint & tradere, in pari vitio calliditatem quærentibus.

Sicut multæ ac variæ regiones inueniuntur. Sic & ſpiritualiter multiplex eſt regio, vt

Petrus Berchorius in promp. moral.

Viatorum
Perfectorum
Beatorum
Peccatorum
Vitiorum
Meritorum &
Tormentorum.

Quarum explicationem lege apud Berchorium.

Sicut Hippocrates dixit *occaſio præceps*, vt Medici tempus opportunũ operandi quærerent, & quæſitum fructuoſo opere tranſigerent; & ſanitatẽ à tempo-

à temporis momento dependere, non ignorarent: ſic idem in re ſpirituali eſt dicendum: nam æternitas à magno momento dependet, eoque æterna gloria comparatur, ideo temporis iactura nullo modo eſt facienda, ſed eius ratio potiſſimum habenda, vt egregiè Laurent. Beyerlinck affirmat. Locus moralis ob oculos ponens, conceſſi temporis ſedulam habendam rationem. Cum talenta ſua nobis Dominus partitus ſit, vt in iis negotiemur, & ad id agendum ſpatium dederit, mox rationem exacturus: admodum neceſſarium eſt, vt dum ille abeſt, ſumma cura prouideamus, ne quod ad ſpirituale lucrum datum eſt tempus, in otio & torpore, vel ſaltem infructuoſo opere tranſigamus, vt tandem redemptor noſter Chriſtus, cui non laborioſa, ſed delitioſa ſeruitute ſeruimus: nos pro apportato lucro in die rationis remuneret, & in gaudium ſuum vocet. Certe inter omnia, quæ homini contulit Deus, nihil tempore pretioſius, nec vlla maior, quam illius iactura. cuius rei teſtem adduco. B. Bernardum ex aliorum ſententiam ita loquentem: Nihil pretioſius tempore, & heu, nihil eo hodie vilius inuenitur. Tranſeunt dies ſalutis, & nemo recogitat, & infra monens ſcholares, vt tanti pretij pignus prudenter expendant: Nemo inquit veſtrum parui exiſtimet tempus, quod in verbis conſumitur otioſis, volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, nec aduertit inſipiens, quid admittat: Nullius itaq; rei tam exacta homini Chriſtiano ratio habenda eſt, ac temporis, eius enim opportunitas inueſtiganda eſt, vt dum tempus habemus, operemur bonum, quæramus Dominum, dum inueniri poteſt, tempus operationis, & quo nos quærere eum oportet: tempus vitæ noſtræ eſt in cuius vſura quantum momenti collocandum, docet nos villicus iſte bonorum ſui Domini diſſipator, apud Matthæum, cum ei enim nihil ei amplius ſuppeteret, minis ſubhaſtationis, venditionis deſtitutionis, eum prementibus, hoc tantum occurrit reliqui vt diceret. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, ac ſi ſecum cogitet: opportunitatem dato, & temporis aliquam moram indulgeto: nam licet ad manum non habeam, quo tanto debito ſatisfaciam, multum tamen mihi ſpei acceſſerit, ſi tempus & de nouo quidquam lucrandi moram impetrauero. Ita anima noſtra veluti è pilo pendens fœlici temporis momento longum illud æternum poteſt ſibi in tuto collocare. Magnum momentum dicit Apoſt. à quo pendet æternitas, nonne magnum & pretioſum momentum cuius merito, non ſolum luctuoſam illam Gehennæ æternitatem valeas euadere: verum etiam æternam beatitudinem poſſidere? cogita de tempore, quod perdis: monet Bernardinus, quod illi qui in inferno ſunt, darent totum mundum, ſi haberent pro eo enim die quod vadis iacere.

Laurent. Beyerlinck in promp. morali part. hyem. in feſt. S. Nicol. 4.

Serm. ad ſcholares.

Sicut medicus temporis conſiderationem debet habere; quia non eſt cum pigritia, aut malignitate, ſeu ignorantia tempus recte medendi traducendum, ſic tempus ſpirituale bene merendi non eſt amittendum. *Non enim eſt tempus cum ſomnolentia tra ducendum opus eſt vigilandi dilecti, nam muliá quoque non dormit in lecto, ſed humi: piſcator non dormiens piſcatur, ſed ſtans aliquando*

Thomas de Truxillo in conc. Quadrageſi. tom. 1

aliquando peragit noctem. Agricola omnem exhibet vigilantiam, ne Domini vinea lædatur. Et paſtor ſub dio ſtans, noctem conſummat gregem cuſtodiens: ſicut Iacob dicebat: fui ardens æſtu per diem, & gelu per noctem, ſomnus receſſerat ab oculis meis. Et quæ ipſius vigiliæ ratio? ne vlla ouis fera captiua fieret, ſi vero tanta de irrationali pecore cura, quales eſſe decet de rationali anima ſolicitudinem gerentes? Anima inquam omnium, pretioſiſſima, nec æquiualentem totum pariter orbem habente, quæ ſimul nobiſcum reſurgit, pariterque defenditur & diuino tribunali ſimul aſſiſtit.

Philippus Boikherius in leg. apoſt. echo. con 20.

Sicut medicus tempus conſiderat, quia illud ad morbos expugnandos aptum debet deligere: ſic ſpiritualis temporis conſiderationem habet, *vt deligatur quod eſt opportuniſſimum.*

Temporibus medicina valet data tempore proſunt.

Et data non apto tempore vina nocent.

Sunt aliquando mollia & commoda tempore fandi. Hinc ille ad librum ſuum.

Si poteris tradi vacuo, ſi cuncta videbis.

Mitia ſi vires fregerit, ira ſuas. Adi Auguſtum. Ouid. lib. 1. triſt eleg. 1.

Ergo in proſperis opus eſt libero monitore, qui nimios ſpiritus retundat.

Paucorum enim eſt lætis ſucceſſibus non inſoleſcere.

Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis, & nimiam ſegetem nimia ſternit vbertas. &c. lege eundem autorem.

Poſitis ex aduerſo rationum, & acrium monitorum ponderibus partem, quæ proſperis adtollitur deprimere: Commodum inquam, id eſt ei qui monetur magis ſalutare, & ſi forte non perinde monitori. Nam illum minus patitur animus ſuperbus & lætis ſucceſſibus inſolens.

In aduerſis Reipub. aut multorum efficaciſſimum ea vitia dolenter notare, quæ aduerſa illa innexerint, & leniter exprobrare contemtum præmonitionum &c.

Refricata cum cauſis ſuis aduerſa per ſe homines faſtum exuunt: ipſæque calamitates nimis atque in ſe habent, quod pœnitudinem inducat & caſtiget.

Itaque apud adflictos liberis vocibus, aut moleſto, ac mordaci ſermone temperatius vtendum putem, in mutationibus enim fortunæ faciem hominis beneuoli reuera dulce eſt intueri, conſolantis, animantis iacentem, erigentis, &c. aientis,

Lebile principium melior fortuna ſequetur:

Et non ſi male nunc & olim;

Et numquid qui dormit non adiiciet vt reſurgat? &c.

Sicut medicus conſiderationem temporis debet habere: nam qui opportunũ prætermittet, futuri obſeruatione ægris multos infelices caſus vt mortes adducet: ſic & in re ſpirituali, acciderit ei, qui occaſionem bene agendi præterlabi ſinet *ſi præſenti tempore prætermiſſo futurum ſemper obſerues, nonis paulatim dilationibus per diabolum confictus latenter deceptus, vt mos eſt illius*

Chryſoſt.

eſt illius (Mihi inquit da præſentia, Deo futura: mihi iuuentutem: Deo ſenectam; mihi voluptates: illi corpus inutile) ò quantum tibi periculum, quanti caſus in expeccatis imminent: Aut enim bellum abſumit, aut terræ motus obuoluit, aut mare ſuſcipit, aut rapit fera, aut morbus extinguit, aut frigidus aër tranſiens, leuiſſima cauſa (quid enim facilius quam hominem mori, vt cunque turgeat ſua ſpecie:) ac fluuius inundans, aut ventus, ex alto deturbans, aut equus corripiens, aut pharmacum, ſiue de induſtria ſiue per inſidias datum, ſiue pro ſalutari venenum aſſumptum.

Sicut medicus tempus perpendit, & attendit, quia omni tempore debet operari, nulla enim eſt ſcientia quæ magis tempus requirat, in agendo, quam medicina, in cuius exercitatione ſemper aliquid omni hora eſt agendum Sic medicus ſpiritualis temporis conſiderationem habere debet, nec horam aut momentum in quo aliquid boni non agat præter mittere, exemplo Chriſti de quo *in Euangeliis legimus quod omni tēpore, & omni hora res maximas operatus eſt, ſummo mane venit ad templum, vt doceret: hora tertia mortis ſententia damnatur: ſexta crucifigitur: nona magnam illam emiſit; vndecima de cruce deponitur. duodecima in monumentum infertur. Hora prandij, Magdalenam conuertit, hora cœnæ ſanctiſſimum corporis & ſanguinis ſui ſacramentum inſtituit. Decima hora vocat S. Andream: ſeptima ſanat filium Reguli: ante prandium ſocrum Petri liberat à febribus; poſt prandium Petrum creat vniuerſalem Eccleſiæ paſtorem, paulo poſt cœnam init in hortum, vbi & captus eſt: media nocte forte exurrexit, & in crepuſculo diei, tribus Mariis apparuit.*

Cornelius Muſſus in conc. Euang. Dom 3. in Quadrag.

Sicut medica ſic & omnis *temporum obſeruatio ex ipſo genere ſuo bona eſt, & ad prudentia virtutem pertinet; nec niſi ex circumſtantiis annexis fieri ſolet vitioſa. Quod bona ſit, ex illa vniuerſali ſpiritus ſancti enuntiatione facile deducitur: omnia tempus habent. Item ex generalis omnis negotiationis humanæ conſideratione: vix enim eſt ars vlla, vix vlla occupatio humana, quæ non aliquam ſimul temporum viciſſitudinem, obſeruationemque annexam habeat, ſi bene fieri debeat:* de hoc argumento lege eundem auctorem.

Fridericus Briſcius conc. contro. tom. 1. Dom. 1. Adu. c. 3.

Sicut medicus tempus opportunum rectè medendi eligit; idque efficit, vt quamprimum fieri poſſit, ægros à morbis liberet: ſic eccleſia tanquam pius & prudens medicus, vt nos à peccatis diſtrahat, accommodatiſſimo tempore quadrageſimæ vtitur quæ eſt ſalutaris ipſius animæ medicina *ſi enim tam neceſſaria eſt pœnitentia, & quo tandem tempore commodius eam, quam modo, exercere poſſumus, quando tot nobis ſuppetunt exempla? omnes enim modo ieiunant eleemoſynas faciunt, orant, in ſilentio verſantur, templa frequentant, virtutem complectuntur, nunc igitur debemus omnes eſſe vnanimes, & contra hoſtes inuiſibiles armari.*

Thomas de Truxillo in conc Quad. tom. 1.

Sicut oportet medicum tempus conſiderare, nam ij qui occaſionem rectè remedia applicandi amittit, rem medicam inutiliter profitetur: *ſic qui tempus congrua pœnitentiæ perdit, fruſtra ante regni ianuam cum præ-*

Greg in moral.

cibus

bus venit. Exemplum in fatuis virginibus, clamantibus. Domine Domine aperi nobis: Quare.

† Ludolphus Cbar ... in Pſal. 31. 7. Tempus opportunum eſt tempus merendi: ſcilicet tempus gratiæ, quod eſt totum tempus præſens. quo ſemper eſt orandum; Inter tempora merendi eſt optimum & præcipuum tempus ſanitatis, ſed tempus perdimus tripliciter, vel violentis, & importunis negotiis, vel voluptuoſis operibus: vel deſidioſis negligentiis, per iſta eripiuntur nobis tempora. Et licet ſit modo tempus opportunum &c.

Sicut non ſat eſt medicum recte medendi præcepta habere, niſi iis tempore opportuno vtatur: *ſic non ſatis eſt homini ea quæ præcepta ſibi ſunt facere, niſi & ſuo tempore, & debito modo quæque faciat. etenim*

† Ioa. Ferus in annot. in 3. cap Eccleſia. Omnia humana opera & ſtudia habent certum, & definitum tempus incipiendi, proficiendi, finiendi extra facultatem noſtram: nec quicquam poſſunt efficere homines ſuis conatibus, etiam ſi rumpantur, niſi adſit tempus, & hora à Deo præfixa.

Iſa 26. Idem. Sicut medicus corporalis debet ætates ponderare, quia per eas vita naturalis ad ſuum finem peruenit; ſic & ſpiritualis ſeptem virtutum conſiderationem debet habere, quia per eas vita ſpiritualis ſuum conſequitur complementum, vt enim inquit Berchorius. *Sicut vita naturalis per ſeptem ætates vſque ad finem decurrit: ſic vita ſpiritualis & moralis per ſeptem ſpeciales virtutes ad ſuum peruenit complementũ. In vita enim naturali ſeptẽ ætates ſecundũ aliquot cõputantur S. infantia, pueritia, adoleſcentia, iuuentus, ſenectus, ſenium, decrepitus. Secundum vero alios v. ætates tantummodo computantur. ſ. Infantia, pueritia, Adoleſcentia, iuuentus, ſenectus, vt poſſumus dicere, quod ſimiliter in vita morali debent eſſe quinque ſpeciales virtutes, ſi itigitur in nobis ſcilicet:*

Infantia, verecundiæ, & humilitatis,
Pueritia innocentiæ & puritatis.
Adoleſcentia, perſeuerantiæ & continuitatis.
Iuuentus conſtantiæ & probitatis.
Senectus prudentiæ & maturitatis.

Infantia enim ſignat verecundiam & humilitatem. Infans enim dicitur quaſi non fans. id eſt, quaſi non loquens, quia ſcilicet verecundia & humilitas non præſumunt, nec audent loqui: & maxime de bonis propinquis, amor vero propter hoc prudens in illo tempore tacebit: quoniam dies mali ſunt. Pueritia ſignat vitæ & ignorantiæ puritatem. Pueritia enim a puritate dicitur, vnde Oſe. XI. Puer Iſrael, & dilexi eum. Adoleſcentia deſignat perſeuerantiã continuitatem quia adoleſcens dicitur, quaſi adhuc creſcens, vel quaſi adultus & creſcens, vnde Lucæ Adoleſcens, tibi dico ſurge. ſurge. inquit. i. quod incepiſti, continua & perfice: iuuentus ſignat cõſtantiæ probitatem. Iob. 2. ſcripſi vobis iuuenes: quia fortes eſtis: & verbum Dei in vobis manet. ſenect. vero ſignat prudentiæ maturitatem. vnde Iob XII in antiquis eſt ſapientia: & in multo tempore prudentia. Tales ergo ætates ſpirituales debemus habere, & ſic vitam noſtram poterimus laudabiliter conſummare.

Sicut medici ætatem conſiderant, quia in ſingulis ætatibus varie operantur: ſic & in diuerſis ætatibus hominis, varie Deus operatur, vt inquit Caliſtus Placentinus: *Hæ autem ſecundo modo accepta, hoc eſt,*

pro

pro microcoſmi vita, primum mane eſt pueritia, in qua communi Eccleſiæ ritu ad obedientiam mandatorum Dei homines per baptiſmum vocantur, expreſſo pacto quod æternam vitam conſequentur: Mat. vlt. qui crediderit & Baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui vero baptizari renuerint, damnabuntur. Io. 3. niſi quis fuerit renatus denuo non poteſt videre regnum Dei, & ibidem, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei. De his qui ſummo mane vocantur, ſcriptum eſt cant. 7. Mane ſurgamus ad vineas: & Pro. 8. qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Et his ſolis præmium diurni denarij expreſſo pacto promittitur, qui totum tempus operandi ad manum habent, quibus, ſi diligenti obedientia vſque in veſperam opus non intermiſerint, merces ex iuſtitiæ debito reddetur: quoniam, cum omnis originalis culpæ debitum iam fuerit eis demiſſum nihil obſtat quo minus bona quæ fecerint omnia ad meritum aſcribi debeant, quæ cum ex radice gratiæ, quæ fuit eis in ſacramento baptiſmi collata oboriantur, nemini dubium eſſe debet, quin æternæ gloriæ denario condigna ſint. Quare hortabatur Tim. Paulus 2. 2. ſolicire, cura te ipſum exhibere Deo operariorum inconfuſibilem, recte tractantem verbum Dei, vt vere mecum dicere poſſis, bonum certamen certaui, fidem ſeruaui, curſum conſummaui. in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam & c. quæ corona nihil aliud eſt, quã denarius iſte diurnus: Hora vero tertia iuuentutem ſignat quæ & ſi vires validas experiri incipit, quibus ad delectabilia ſeu corporalia ſiue ſpiritualia, vehementer impellit, adeo vt mira & fortia efficere & ſuſtinere valent, quadam tamen indeterminatione, quæ huic ætati ſeſe ſemper annexa eſt, recte ocioſa dicitur: quoniam vero vitium hoc ætati huic quaſi connaturale eſt, minime reprehenduntur quod otioſi ſint, tametſi certum præmium eis non promittatur rationis tempore iam deperdit, quod quoniam ſequentis laboris intenſione redimi poterit, ad arbitrariam patris famil. iuſtitiam remittuntur, cum dicitur quod iuſtum fuerit dabo vobis. Itidem de his qui ſexta & nona horis vocantur ſentiendum eſt, quibuscum eodem præciſe modo egit pater fam. Eſt autem hora ſexta virilitas, & nona ſenectus, vndecima vero hora decrepitam ætatem ſignificat, quæ ſi totum anteactum tempus conſumpſit, merito reprehenſibilis eſt, ea potiſſimum ratione, quod ex virium defectu recuperandi, quod perditum eſt, nulla ſpes ſupereſſe poſſit, at quoniam operis magnitudinem aut prolixitatem nec meriti ratio, nec mercedis menſura reſpiciunt (etiam reſpectu operarij) ſed potius amoris & fidei, qua operatur vigorem, & liberã diuinæ bonitatis liberalitatem, propterea iſti fuere, non eodem modo præmio, ſed, & primi in ordine remunerati; quamuis vna hora tantum operati fuiſſe dicantur, ſero autem eſt hora mortis, qua omnes Chriſti iudicis conſpectui operum noſtrorum condigni præmij ſtatutam ſententiam recepturi præſentamur.

Caliſtus Placentinus in enar Euang. Dom. in leg. enar. 1.

Cant. 7.
Prou. 8.

2. Tit. 2.

At vero triplicem ætatem Bernardus de Gordonio commode conſtituit: *eſt enim ætas in qua viuunt homines vita voluptuoſa, & eſt ætas pueritiæ,*

 quæ

ditatibus prætexentes honeſtos titulos. Quo quidem hominum genere nihil nocentius, neque deploratius. De corporis morbis iudicat animus, idem in animi morbis fieri non poteſt, quum ea pars noſtri laboret qua iudicamus. Proinde quo remedio ſuccurras illi qui ſitim inexplebilem habendi vocat prouidentiam, qui liuorem appellat honeſti zelum, qui cæcum amorem ſui nominat prouidentiam, maledicentiæ morbum fucat titulo libertatis? Accedit ad hæc quod cui pedes alligauit podagra, tamen oculis & auribus ſanus eſt. At vnus quiſpiam animi morbus totum vitiat animum, rurſum cui res eſt, cum calculo cæteris morbis caret. At nullus eſt animi morbus, qui non ſecum trahat agmen vitiorum: iam ſi par eſt ex contagij noxa morbum æſtimare, à peſtilentia tuti ſunt ſenes, ſi Plinio credimus, nec ea quouis demigrat, ſed ab Auſtrinis regionibus, otta fere demigrat ad occidentales: ſunt morbi qui non attingunt pueros, ſunt qui parcunt ſexui fœminino, ſunt qui potentes impetunt, plebi parcentes, cuiuſmodi ferunt lichenas: ſunt qui ſuis tantum ætatibus, aut etiam regionibus ſæuiunt. Elephantiaſis & Gemurſa quum immigraſſent in Italiam celeriter extinctæ ſunt: ſudorem lætiferum ante annos triginta non nouit Anglia, nec ea lues fere tranſilit eius inſulæ fines: habent hæc mala tractatus ſuos, habent vices ſuas, habent perſonarum atque etiam membrorum delictum. Animorum peſtes nec ordini nec ſexui; nec ætati parcunt vlli, nec vllis ſe limitibus continent, incredibili celeritate peruagantur orbem; nec inuicem ſibi cedunt, quemadmodum viciſſitudine ſæuiunt, nunc peſtilentiæ nunc anginæ, nunc tuſſes, ſed morbum morbus velut anſam anſa trahit: nec facile cedunt, vbi ſemel incubuere: iam ſi quis percontetur inter corporum morbos, cui debeatur principatus, me iudice facile tribuetur ei malo, quod incerta origine, tot iam annos per omnes orbis plagas impune graſſans, nondum certum nomen inuenit plerique vocant Poſcas Gallicas, nonnulli Hiſpanienſes, quæ lues vnquam pari celeritate procurrit ſingulas Europæ, Africæ, Aſiæque partes. Quæ penitius ſeſe inſerit venis, ac viſceribus? Quæ tenacius hæret, aut peruicacius repugnat arti curæqne medicorum, quæ faciliore contagio tranſilit in alterum: quæ crudeliores habet cruciatus: vitiligo prætet cutis deformitatem nihil habet noxæ & curationem recipit. Lichenes fœdo quidem ſurfure, primum faciem deinde reliquum corpus operiunt, ſed citra cruciatum, nulloque vitæ diſcrimine, etiamſi remedium non admittunt, niſi cui mors ſit anteferenda. Hæc lues quicquid in alijs eſt horrendum, vna ſecum defert, fœditatem, cruciatum, contagium, vitæ periculum, curationem difficillimam, pariter ac fœdiſſimam, & tamen vt cumque cohibito ſubinde repullulat non aliter quam podagra. Poſtremo ſi quis ſciſcitetur inter animi morbos cui nocendi primatus tribuatur, nihil addubito hanc illaudatam laudem, & ingloriam gloriã tribuere linguæ effreni. Peſtis hæc neque ſimplex eſt neque recens, vniuerſos animi morbos com-

 plectitur,

rum officioſe ſe facere putant. Febrim enim nemo vocat ſanitatem, neque tabem quiſque appellat bonam habitudinem, neque podagram pedum velocitatem, neque pallorem nominat ruborem. Ac iracundiæ multi fortitudinis nomen imponunt, amorem amicitiæ nomine palliant, inuidiam æmulationis, timiditatem diligentiæ, qua res in tuto collocentur. Hinc fit vt illi quidem medicos accerſant, quippe qui intelligant quid morbus poſtulet. E diuerſo hi fugitent philoſophos, veriti ne non aſſequantur eas res in quibus delinquunt. Atque his quidem rationibus adducti, dicimus ophthalmiam, id eſt oculorum morbum eſſe leuiorem inſania, podagram phreneſi: propterea quod ille morbum intelligens vociferans accerſit medicum cui cum adeſt oculos inungendos capitiſque venam ſecandam præbet. porro Agauen inſanientem audis ad morbum etiam ſibi cariſſima non agnouiſſe. Adducimus domum è monte pampinum recens deciſum, feliciem prædam. Nam qui corporis morbo tenetur his protinus in lectulum ſeſe conijcit, atque interim dum curatur, quietem agit. Quod ſi paululum exerat ſeſe cómoueatque corpus illapſa inflammatione, aſſidentium aliquis blandè dicens: mane miſer quietus in ſtratis tuis, cohibet hominem atque compeſcit. contra qui animi morbis laborant, tum maxime ſunt in negotio minimeque quieſcunt. Nam vt agas aliquid ab animi impetu proficiſcitur, at impetus vehementia à morbo naſcitur Itaque non ſinitis animum eſſe quietum, adeo vt quum maxime opus eſt homini tolerantia, ſilentio, atque ſeceſſu, tum maxime pertrahant illum ſub dium aperiantque iræ, contentiones, amores dolores, cogatque multa tum facere nefaria tum loqui nequaquam accommoda tempori. Itaque quemadmodum periculoſior eſt tẽpeſtas, quæ vetat in portũ appellere, quam ea quæ cohibet à nauigando: itidem quæ in animo occidunt tempeſtates, grauiores erunt, quæ non ſinunt hominem contrahi neque rationem perturbatam conſiſtere, ſed nullo gubernatore, nullis fulturis in perturbatione atque errore, pernicioſo curſu procul auectus, præceps in metuendum aliquod incidit naufragium ſuamque ipſius vitam illiſus comminuit. Proinde his quoque de cauſis grauius eſt animo quam corpore ægrotare, propterea quod hi tantum patiantur illi non ſolum patiantur, verum etiam faciant male.

Sicut plurimi ac varij ſunt morbi, qui corpus affligunt: ſic plurimæ ac diuerſæ ægritudines, quæ animos lacerant atque diſcindunt, inter quas præcipuæ ſunt quæ Ioannes Crombecius lib. 1. cap. 9. de ſtudio perfectionis his verbis recenſet. De morbis quoque animi aliquid dicendum eſt: quorum primum locum ſibi facile vendicat inconſtantia quædam, inſtabilitas, & mollities animi, qua fit vt non poſſit quiſpiam diu in rebus arduis conſtans perſiſtere: iam vult, iam non vult; vna eademque voluntas perpetua pugna ac contentione diſſinditur. Res ceteræ, ſiue ſuperiores, vt Angeli; ſiue inferiores vt pecudes, ſemper idem volunt aut nolunt; perſequuntur bonum, malum fugiunt: homines vero rem candem modo vo-

† *Ioa. Crombecius lib. 1. c. 9. de ſtud. perfect.*

1. Inconſtantia.

 lunt.

lunt, modo nolunt, modo neque plane volunt, neque plane nolunt. Placet adulterium, dicit incontinens; ſed nolo, quia lex prohibet. Neque ſolum pars inferior cum ſuperiore, ſed ſuperior ſecum ipſa confligit. Vnde hoc monſtrum ait Auguſtinus, & quare iſtud? Luceat miſericordia tua, & interrogem, ſi forte mihi reſpondere poſſint latebræ pœnarum hominum, & tenebroſiſſimæ contritiones filiorum Adam, vnde hoc monſtrum, & quare iſtud. Imperat animus corpori, & paretur ſtatim; imperat animus ſibi, & reſiſtitur. item: Ergo cum deliberabam vt iam ſeruirem Domino Deo meo, ſicut diu diſpoſueram, ego eram qui volebam, ego qui nolebam, ego ego eram. Nec plene volebam, nec plene nolebam: ideo mecum contendebam, & diſſipabar à meipſo; & ipſa diſſipatio me inuito quidem fiebat, nec tamen oſtendebat naturam mentis alienæ, ſed pœnam meæ.

Lib. 8. Confeſſ. ca. 9.

Cap. 10.

2. *Mortalitas corporis.* *cap 9.* *Sap 9.*

Ægritudo animi altera eſt ipſa corporis noſtri mortalitas, quæ hebetat ſenſus, frangit animi robur, auocat à cuſtodia & vigilantia, facit vt animo non poſſimus ſemper æque excubare: Corpus enim, quod corrumpitur, aggrauat animum; & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Grauedinis huius cauſæ duæ aſſignantur: altera, corporis mortalitas ac corruptio; quæ etſi in fine ipſo terminetur, omni hora tamen ac momento fit, ſerpitque ſenſim, ſicut flamma oleum conſumit; & dum lucet, ſeipſam conficit. Altera cauſa, intima corporis animique conſociatio, quæ multas vtriuſque partis cogitationes ingerit. Hæ grauant ac deprimunt animum, & ad peccati lapſum inclinant multis ſolicitationibus, ex quibus cum ſeſe voluntas extricare non valeat, oppreſſa pondus ſequitur. Compoſitio hæc ac coniunctio corporis & animi nobilis eſt quidem, ſed contagioſa: vicinæ nimirum ſunt partes. Harum altera alteri malum ſuum communicat: animus infirmus & languens corpus infirmum ac languidum facit; & corpus affectum afficit animum, ac debilitat. Accedit, hominem ex nihilo procreatum eſſet. Quid nihilo infirmius? abyſſus infirmitatis eſt, tendit & ducit ad mortem, redit in ſe, reſoluitur in nihilum. Abyſſus abyſſum inuocat. Corpus morte ac corruptione, animus peccato, quo nihil inanius, diſſoluitur. Nihil ergo mirum, ſi animus ex coniunctione morientis aſſidue corporis morbum contrahat, & in peccatum propendeat.

Pſal. 41.

3. *Faſtidium proprij ſtatus.*

Grauis etiam morbus eſt faſtidium quoddam proprij ſtatus: magnum enim argumentum eſt corruptionis voluntatis humanæ, quod nemo ſorte ſua contentus viuat, ſed laudet diuerſa ſequentes. Id enim ſignum eſt ægritudinis manifeſtæ. Ceteræ namque res, ſi habeant quæ natura ipſarum requirit, facile acquieſcunt, neque mutationem vllam expetunt: ægrotantium vero proprium eſt, nunc vnum, nunc alterum velle; faſtidire cibos, lectum; modo huc, modo illuc impatienter ſe conuertere. Nos inquit S. Gregorius, nati in huius peregrinationis ærumna, huc faſtidioſi iam venimus, neſcimus quid deſiderare debeamus. & infra: Faſtidio ergo noſtro tabeſcimus, & longa inediæ peſte fatigamur.

Hom. 36. in Euang.

Alia

Alia ægritudo eſt febris quædam ſpiritualis, quæ certis temporibus recurrit, etſi ſani ſubinde videamur & ſimus. Ea eſt lapſus & relapſus in peccatum, quodque nemo ſine peccato poſſit viuere: & quidem nemo, niſi Dei gratia renouetur, omnia peccata mortalia vitare poteſt; venialia vèro nec renouatus quidem, niſi priuilegio ſingulari. Quare ita proprium hominibus videtur eſſe peccatum, vt vulgo dici ſoleat, Humanum eſt peccare: vti ſe quidam excuſans, 4.

Quod ſine peccato viuere non poſſimus.

Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia; Humanum eſt, & alius:
——— Nemo ſine crimine viuit, item:
——— Vitiis nemo ſine naſcitur; optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur. ———

Sicut ergo qui tertiana vel quartana laborat, internum quendam ignem fouet, qui ſubſtantiam ipſam depaſcitur, redit certis temporibus, mutat & nonnunquam horam paroxyſmus, præuenit vel ſequitur quaſi Euripus quidam fluens ac refluens, & miramur cur ita eueniat, cum aliis temporibus homo ceteroquin prope ſanus ſit, cibus ſapiat, ambulet, multaque agit, quæ ante pauculas horas non poterat: & nos ita ſana mente & in abundantia noſtra ſtatuimus. Non mouebor in æternum; Nemo me ſeparabit à caritate Chriſti, non tribulatio, non anguſtia, non gladius; confitemur, proponimus, conſtituimus, & pæne vouemus; vix locum deſeruimus, omnino contraria propoſito verba, facta, deſideria fundimus, propoſiti immemores. Sunt & qui lacrymis vberrimis incontinentiam aliudve nefas deteſtentur, velut ad illud nunquam redituri. Durat hæc conſtantia breui tempore; & ſæpe miratur infirmus qui fiat, vt inſania illa & ſic redeat, & ſic deprimat animum, quem inuictum & infractum arbitrabatur. Magna hæc eſt voluntatis ægritudo, vt, cum nemo peccare poſſit niſi velit, & nihil magis ſit in poteſtate hominis quam velle tamen non poſſit ſemper bene velle, & per hoc abſque omni peccato viuere.

Simile. *Pſal.29.* *Rom.8.*

Infirmitas alia eſt, quæ ex conſortio contagione quadam naſcitur. Nec enim ſoli vitandi ſunt qui peſte laborant, ſed & qui ipſis adeſſe ſolent, & in eodem domicilio commorantur: & mundus domus quædam eſt, quæ peſtiferos multos continet; & nos in eadem domo commoramur, infectis conuiuimus, cum iiſdem edimus, bibimus, & dormimus. Qui fiet ergo vt & aërem peſtiferum non hauriamus, & magno periculo vita noſtra ſpiritualis non laboret? Idcirco monet nos D. Ioannes: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non eſt caritas Patris in eo. Quod ſi cui deſit caritas Patris, ille ſane admodum infirmus, imo mortuus eſt. Qui enim non diligit, manet in morte. Et D. Iacobus: Adulteri, ait, neſcitis quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? Quicumque ergo voluerit amicus eſſe ſæculi huius, inimicus Dei conſtituitur. 5.

Mundi illecebra. *1.Ioan.2.* *1.Ioan.3.* *Iac.4.*

De conuerſ. ad clericos. c.1.32. tur. Et D. Bernardus: Periclitatur caſtitas in deliciis, humilitas in diuitiis, pietas in negotiis, veritas in multiloquio, caritas in ſæculo nequam. Fugite de medico Babylonis: fugite, & ſaluate animas veſtras. Hæc ille.

6. *Conſilia praua.* Quid poſſint vero aliena conſilia, (qui alius morbus eſt) norunt cum plurimi priuati homines, tum florentiſſimæ reſpublicæ, quæ malignorum conſiliis præcipites corruerunt. In priuatis permouendis valet in primis parentum auctoritas, & eo magis, quo cariores ſunt; deinde magiſtrorum; *1. Nocent. priuatis hominibus.* denique familiarium. Illud autem ſupra modum mirandum eſt, non modo hebetes, ignaros, minimeque prudentes prauis conſiliis decipi, ſed & ſapientes ſubinde regi ab homine imperito, ab illo pendere in omnibus; & ne quidem errorem ſuum videre etiam tunc, cum in graues aliquot lapſus ignorantium conſiliis inciderint. Sunt & nonnulli, qui nullius ſapientis admittunt conſilium, ſeipſos audiunt ſolos. Non eſt qui turpius peccet, quam ij qui ſapientes ſunt apud ſemetipſos: & merito ſapientia iuſtificata eſt à filiis ſuis; putantes ſe eſſe ſapientes, ſtulti in operibus ſuis deprehenduntur. *Luc.7. Rom.1.* Congerunt opes, ædificant palatia, excitant mauſolea, teſtamenta ſcribunt, ſuo præclaro ſolum vſi iudicio; quæ cum à morte conſiderantur, carent executione, & effectum nullum ſortiuntur. *Simile.* Morbus eſt, quo plerique mortalium laborant. Vt enim halitus peſtilens afflatu reſpiranti virus ingerit: ſic & conſiliarij praui peſtem animis & mortem adferunt Idcirco Iob Deum rogabat: Conſilium impiorum longe ſit à me. *Iob.21. Pſal.5.* Eorum enim os terram exhalat mephitim: Sepulcrum enim patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agunt, iudicet illos Deus Idem accidit reipublicæ *2. Nocent reipublicis. 1. Machab. 1* corporibus, cum Principes improborum aut adulantium linguis nimium tribuunt. Iudæorum conſilium fuit contra religionem: Eamus, & diſponamus teſtamentum cum Gentibus; quia, ex quo receſſimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum. Ex hoc conſilio totius religionis euerſio conſecuta eſt. Idem fuit conſilium populi Iſraëlitici apud Ieremiam, *Ierem.44.* qui in perſona Domini ei exprobrat cum graui obiurgatione cultum idolorum. Sermonem (inquiunt) quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, ſed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus Reginæ cæli, & libemus ei libamina. Ex quo conſilio ruina ingenti populus prolapſus eſt, abductuſque in captiuitatem, terraque eius hoſtibus tradita. Quid ergo mirum, ſi in animo priuati hominis morbus ex malo conſilio enaſcatur, cum & regna, & prouinciæ, & religio ipſa funditus à prauis conſultoribus impulſa corruant, & orbis terrarum vniuerſus infinitis calamitatibus conficiatur.

7. *Exempla malorum.* Huc accedit ſeptimus morbus, alienorum exemplorum, quæ vim ſuadendi habent maximam, qui enim peccantes videt, in duos errores habitur: primum namque aliter de ea turpitudine, quam antea, iudicat, ipſaque deformitas peccantis vel nobilitate, vel ſcientiæ opinione, vel dignitate amicta, nouam formam omnino induit, aut certe magna ex parte ſpecioſiorem.

ſiorem. Alterum non minorem vim habet: cum enim innocens animus arbitraretur fieri non poſſe, vt homines rem adeo exoſam atque inuiſam amplecterentur, ſumma vero facilitate, imo ſummo ardore ac ſtudio in voluptates videat prorucre; quod impoſſibile factu putabatur, id modo & poſſibile, & facile, & familiare, & viitatum, & delectabile, & faciendum proponitur, & quidem efficaciter, & immenſo quodam pondere, auctoritate nempe viri principis, ſapientis, multitudinis. Plato non admittebat in ſua republica Homeri libros, quod tales Deos ac Deas fingeret, quales nemo filios aut filias ſuas eſſe vellet; nimirum ſceleribus multis obnoxios. Ideo quoque nos monet Moyſes: Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies, & Eccleſiaſticus: Qui ſe iungit fornicarijs, erit nequam. Putredo & vermes hereditabunt illum, & extolletur in exemplum maius. *Exod. 23.* *Eccli. 19.*

Omitto carnificinam illam perpetuam, (quæ octaua eſt infirmitas) quæ à carnis noſtræ incentiuis exoritur, non modo in iis qui adhuc peccatis ſeruiunt, ſed etiam in iuſtificatis hominibus. Affligit iuuenes, inſequitur adultiores, viros ac ſæpe decrepitos vrget; non parcit infirmis; dies noctesque tela ſua exacuit; ſanctiſſimis operibus inſiſtentes exagitat; orantes & tremenda Myſteria adeuntes perſequitur; à profanis locis ſancta ſanctorum non diſcernit; ingerit ſe impudenter ſeriis cogitationibus; vtitur ſenſibus externis ad expugnandum animum; formas rerum pulchriores obiicit, ea quæ nobis in ſolatium data ſunt, vertit in laqueum; illecebris ciborum, veſtium, opum, honorum, & quidquid mundus continet, languentem animum conatur allicere, tenere, atque inuoluere. Ecquis morbus grauior moleſtiorque iuſtis hominibus poteſt accidere? De hoc ita Auguſtinus: Hanc pugnam non experiuntur in ſemetipſis, niſi bellatores virtutum, debellatoreſque vitiorum. Non expugnat concupiſcentiæ malum, niſi continentiæ bonum. Si ergo infirmantur continentes & iuſti, quid ni oppreſſi dicantur iniuſti? vnde addit Auguſtinus: Sunt autem qui legem Dei omnino neſcientes, malas concupiſcentias nec in hoſtibus deputant; eiſque miſerabili cæcitate ſeruientes, inſuper etiam beatos ſe putant ſatiando eas potius, quam domando. 8. *Moleſta carnis incentiua* *Lib. de continent. c. 3. tom. 4.*

Quod ſi huic neceſſitati naturali acceſſerit impotentia conſuetudinis, quæ nona eſt ægritudo, & ab *a* Auguſtino quaſi ſecunda & quaſi affabricata natura dicitur; quanta futura eſt calamitas! quis tyrannidi huic reſiſtet? Conſuetudinis malo difficile reſiſtitur; vnde ait *b* S. Auguſtinus: Vehementius vidua quàm virgo, vehementius meretrix, quando caſta eſſe voluerit, quam quæ ſemper fuit caſta, confligit; & tanto amplius in ea ſuperanda voluntas laborat, quanto ei maiores vires conſuetudo dedit. Non ergo Iob immerito queritur: Circumdedit me lanceis ſuis. Heu quot telis tota hominis anima transfixa eſt! Conuulnerauit lumbos meos. Quibus medicinam adhibens Dominus ait: Sint lumbi veſtri præcincti, & perite quidem: nam luxuriæ libidiniſque ſagittis confixi, malagmate ac *Conſuetudo impotens.* *a Li. 6. Muſica cap. 7. tomo 1.* *b Lib. 6 contra ul. ca 7. impr. ſſ. antiqua vel. 8. e. ſ Plant.* *Iob 16.* *Luc. 12.*

Mmm tomento

fomento caſtitatis indigebant. Addit Iob: Non pepercit, & effudit in terram viſcera mea. Non pepercit ſane cruentus hoſtis, iniuriæ diuinæ vindex: effudit rabiem ſuam, & poſt necem mille vulnera inflixit, fuſaque ſunt hominis viſcera in terram, & omnem affectum, quem in Deum transferre ſolebat, terrenis amoribus implicauit.

Iob.16.

10. Decimus morbus eſt, quod traditi ſumus in poteſtatem principis tenebrarum, qui vel in paruulorum corpora ſubinde impetum facit, eoſque miſere vexat & cruciat; omnium vero mentes ſolicitat, mille nocēdi vtens artibus die noctuque circuit, quærens quem deuoret. Aggreſſus primos parentes, vndique etiam armatos vicit, primo quidem & facili congreſſu. Conſurrexit ſatan contra Iſrael, & concitauit Dauid vt numeraret Iſrael. Quid? & ipſum Dei Filium adorſus tertio forte viciſſet, ſi vinci potuiſſet. Adfuit extremis Chriſti temporibus, & petiit vt Apoſtolos cribraret ſicut triticum. Effecit aliquid: ſed Chriſtus pro Petro rogauit, vt non deficeret fides eius; ipſe tamen turpiter lapſus eſt, omneſque diſcipuli contra fidem datam relicto Domino aufugerunt. Denique Apoſtolus, depingens nobis eius naturam, fortitudinem, induſtriam, experientiam, Induite, ait, vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus. Nos caro ſumus & ſanguis, quibus nihil eſt infirmius, nam & caro tranſuerberari poteſt, & ſanguis fundi, & ſimul anima cum ſanguine: non ita aduerſarius; quia ſpiritus eſt immortalis. Singulis deinde noſtrum pugnandum eſt, ac decertandum: hi infiniti ſunt nequam ſpiritus. Nos ſolitarij & deſerti: hi principes ſunt, quibus multi obediunt & obſequuntur. Nos imbecilles: illi poteſtates. Nos priuati: illi rectores. Videntes nos oppugnant: illi tenebrarum rectores à nobis in tenebris abſconditi videri non poſſunt. Nos corporales ac palpabiles: illi carent corpore, vt tangi non poſſint, nec lædi. Nos ſimplices ouiculæ: illi ex omni nequitiæ ac malitiæ genere conflati. Nos in terra verſamur, nec fugæ locus relinquitur: illi in cæleſtibus, in aere abſconditi auolant. Nos interne deteriori ad pugnandum loco conſtituti: illi ſupra nos, capitibus noſtris imminent. Nos, qua forma nobis pugnandum ſit, ignoramus: illi & cominus & eminus pugnant; nec à nobis vel cominus vel eminus peti poſſunt, quia altius abſcedunt, quam vt baliſtis vel tormentis tangi valeant; & quidquid cadit ex eorum manibus, in caput noſtrum certo deuoluitur. Genus hoc morbi crudeliſſimum eſt; nec curari ſanarique poteſt, donec veſtem hanc carneam exuerimus, & ſimiles ſimus Angelis Dei, qui in cælis habitant. Interea tamen quis euadet?

Dæmonis inſidiæ ac impugnationes. *1.Pet.5.* *Gen.3* *1.Paral.21.* *Luc.21.* *Ephef.6.* *Antitheſis pulchra.* *Mar.12.*

11. Quod ſi his omnibus accedat vltimo loco inordinata quædam affectio, quæ ex varia corporum intemperie ac complexione naſcitur; qui fiet vt tam importunis vrgentibuſque tentationibus & illuſionibus reſiſtat homuncio?

Inordinatæ affectiones natæ ex corporum intemperie.

Quemadmodum illi morbi ſunt aliis pernicioſiores, qui extrinſecus ne faciem

faciem quidem lædunt: intrinſecus vero viſcera ac præcordia lacerant: *ſic Hypocritæ, qui in animi receſſibus & latebris mali, iam retinentes ſpeciem pietatis foris oſtendunt, tetriores ſunt & capitaliores improbis illis, qui ſunt ab omni virtutis ſimulatione alieni, quoniam hos ũpeſtem facile poteris fugere, illos autem non facile.* Heſt Pinius in cap. 40. Ezeh.iel.

Vt morbus non cælandus eſt, ſed in publicum efferendus, quo ſanari poſſit, vt dixit Heraclitus ſic inſcitia non eſt tegenda. † Plut. in moral.

Sicut ex multa cruditate febres naſcuntur & vermes:

Ita ſi quis non decoquat peccata ſua velut quadam interpoſita ſobrietate abſtinentiæ, ſed miſcendo peccata peccatis tanquam cruditatem quandam contrahat recentiorum delictorum, igne adurετur perpetuo, & ſuis verminibus conſumetur. † Ambroſ. lib. 4. ſuper Luc. cap. 4.

Quemadmodum natura morbos quoſdam obiter factos leuiter excludit, illis autem premitur, qui in habitum tranſierunt: ita & peccatum dominatur, quod in conſuetudinem venit. † Plinius lib. 8 cap. 23.

Vt magis in morbo iudicantur, qui tabe aut marcore laborant, quàm qui inflammatione aliqua aut febri, & tamen hæ magis apparent: ſic in grauiore pœna improbi, qui lento illo paſſu ducuntur ad æternã mortem. † Lipſ. lib. 2. conſ. ca. 14.

Quemadmodũ morboſus humor, ſi in diuerſas corporis partes diſpergitur, diſſipatur ac torpeſcit: ita amor per diuerſas res diſperſus elanguet, & euaneſcit.

Sicut bilis ſi ſtomachi orificiũ petit, vomitum excitat, ſi cerebrũ petit, phreneſim: ſi membranam coſtas ſuccingentem ingreditur, Pleuritidem generat: ſic amor in iuuene eſt ardor, in ſene inſania, ac ſtultitia, in fœmina impudicitia, in virgine ſtuprum, in deriſore delictum.

Vt febris ſic amor medullas, viſcera, ac totius corporis partes adurit:

Vrit me Glyceræ nitor

inquit Horatius 1. Carm: od: 19. & Tibullus lib. 1. eleg: 4.

Vt multo mihi maior, acriorq́;
Ignis mollibus ardet in medullis
Vror, Io remoue puella faces.

Quemadmodum morbi elementares ſeu humorales habent cauſſas ſuas externas & extrinſecas. ita etiam animorum morbi vt in Erotico adducto: cauſæ internæ ſunt voluntas conſentiens; externis obiectis affectus mouentibus, quæ obiecta cauſæ externæ ſunt: ſimiliter externa adminicula ſunt: philtra & omnis generis veneficia, qualia Medæa amatoribus exhibuiſſe perhibetur. † Matthias Cornax in Enchiridio medicinæ li. 1. c. 3.

Habet inſuper amor ſermonis ſtimulos tanquam cauſam cientẽ: verboſa enim Venus gaudet loquela. Habẽt deinde animorũ morbi & ſua ſymptomata, veluti in Erotico adducto, ſpem, pallorem, tumorem. Sic Ouid.

Res eſt ſolliciti plena timoris amor
Et Virg. Quid non ſperemus amantes?
Habent & ſigna ſua ex quibus dignoſcantur, Sic Ouidius.
Palleat omnis amans, color hic eſt aptus amanti.

Ita Socrates etiã ſapientiſſimus iudicauit: qui cum vidiſſet iuuenem pal-

 lentem:

lentem: Aut ſtudet aut amat, inquit: ſic artificioſe Galenus, ex pulſus alteratione quendam amare deprehendit, in lib. ad Poſthumum.

Atque vt hic de meo aliquid addam, vidi ego meis oculis rarum amoris ſignū. Aſſidebat nobilis quidam (inſanus præ amore) iuuenis nobili & honeſtę cuidam fœminæ viduæ, cuius nuptias ambiebat: & progreſſu tēporis conſequutus eſt. Hic in prandio ad menſam cum colloqueretur cū amata ſua prædicta vidua, & verecundus rubore ſuffunderetur: ecce vena in temporibus, prope aures illis ſponte aperta eſt, & profluxit copioſus ſanguis, quē ſtrophiolo cōpeſcere coactus eſt: Hæc ipſe vidi cū vtriq; in menſa aſſiderē in arce quadā eo ad nobilis cuiuſdā curā vocatus: ſimile quiddam ex animi feruore Scanderberko iracūdo cōtigiſſe, ſæpius ſua narrat hiſtoria: cui excandeſcēti labra intumeſcebant, & cruore prorūpente, tingebātur.

Præterea animi morbi prognoſtico non carent: inde protritum illud: Solus amor morbi non amat artificem.

Videntur deinceps inualeſcente affectu, & morbi vehementia magnam habere ſimilitudinem cum illis qui corporibus ex contagione contingentes, progreſſu temporis incurabiles euadunt. Sic Regina Dido apud Virg.

Vulnus alit venis & cæco carpitur igni:

tandem ſibi mortem conſciſcit. Quemadmodum enim contagio primo ſpiritus veluti ſubtiliſſimas corporis partes inficit, deinde reliquas ſecundum ordinem minus reſiſtentes, poſtea ſeſe diffundit ad cor; mox etiam reſultat ad alias partes externas: donec dolorem faciat, & functiones lædat, & protuberando ſe prodat: ſic amor, ira, rebellio, indignatio, philautia, mania, deſperatio, cupiditas, vindicta, Zelotypia, ludendi, ociandi adpotentia, impatientia, ſuperbia, mœror, auaritia ex leui cauſa externa animum peruadentes, licet primo affectus facile mobiles fuerint, ſubito tamen cauſa non amota in morbos abeunt; primo animi, & ſpirituum deinde maſſæ ſanguineæ, mox functionum, poſt reliquarum corporis partium ſuccedentibus, atque adiuuantibus inuicē cauſſis intermediantibus, quarum ingeminatio maiorem in modum morbos exaſperare ſolet: concatenatæ enim ſunt vitiorum ſpiræ, ſemperque conglomerata recubant animi morborum ſeminaria, quibus ſi humanæ mentis feneſtram aperuerint, nō eſt quod deinceps turmatim velut muſcis illabentibus, vitiis, facile reſiſtant: ita creſcentibus nummis, auri cupiditas admiſſa, mox adaucta, quaſi internodiis catenatim intercedēte auaritia magiſtra & carnifice, ex multis literam longam fecit: in Plautinis verbis vtar. Ita deſperatio vellicatim animos exantlās, dœmone fabro ancillante, multos omni ſpe denudatos, & exhauſtos ad reſtim redigit. Sic impatientia repulſæ & iniuriarum, non paucos cateruatim præcipitauit ſummos viros. Documento vel ipſe Cato Vticenſis, omnis integritatis ſpecimen, eſſe poteſt: multi denique alij, quos dolores animi non ſolum contriſtarunt: verum etiam ita euicerunt, vt mortem, tanquam dolorum extremum remedium (prô dolor) humanam fragilitatem, ipſi ſibi conſciſcerent. Ita etiam amor, de quo agimus, inordinatus carptim multos rapuit in perniciem, veluti tyrannus quidam: ſic Re-

ſic Regina Cleopatra aſpidis,quæſiuit remedium inſano amori, ita quodam canenre:

Delicias Cleopatra tuas ferus abſtulit aſpis

Nec minor animi morbus Antonium inuaſit,cum à cadauere (horribile)libidinem depoſceret conſuetam.

Sed qua progreſſione quibus interuallis animorum motbi ex reliquis affectibus fiant vnico exemplo planum faciemus : idque iracundiæ. In ea itaque animi potentia ſeu diſpoſitione,quæ miniſterio ſenſuum externorum obſeruat iniurias, vel aduerſa potius,animus , quaſi per contagium mouetur.commotus præcipiti & viuida (quæ eſt mentis natura)acceleratione ſpiritus mouet;ſpiritus commoti,humores concitant : humores agitati,ebullitionem tumultuoſam maſſæ ſanguineæ, atque adeo humorum omnium conciliant,tantam aliquando,vt cum ad cordis rapiantur palatia,ſuffucationem quandam minentur? Quæ tumultuatio interdum cum ſpiritus & vapores ad cerebrum ſubito rapiat,lachrymas etiam iratis , per colliquationem mouet.

Eiuſmodi igitur tumultuoſam,citam & vehementem humorum ebullitionem,& quaſi ſuffucationem,furor conſequitur : quo claſſicum canente ; iuxta illud;quod ira furor breuis eſt,furit deinceps non ſolum animus vniuerſus,cor,& cerebrum,verum etiam corpus totum. Hunc furorem, ſi diutius præſtiterit (vt vltra progrediamur) facile; debilitas aliqua (quod tremor iræ ſuccedens teſtatur)conſequitur debilitatem intemperies:hanc quaſi ex equo Troiano præter opinionem proſiliens,animi quædam καχεξία, quæ tandem morbum humoralem cauſare poteſt : ſic per conſequens,animorum morbi ſæpe numero lethales morbos inducunt corporibus,vt laſſitudines primo, poſt cruditates , febres, vigilias , atrophias maraſmum,& ſimiles.

Aliquando viciſſim,quod hoc loco non piget meminiſſe,vt virijs etiam aliquid concedamus,ea vehementia affectuum & morborum animi eſt,vt corporeas ægritudines ſua vehementia depellere poſſint , humores turbulentos,ſuis quaſi aduerſarijs paroxyſmis partim agitando,& irritando ; partim compeſcendo:documento eſt illuſtre exemplum Veſpaſiani apud Ioſephum : qui cum per vniuerſum corpus ex inuaſione m rbi frigidi refrigeratus eſſet plus iuſto , commota de induſtria & conſilio Ioſephi bile per iracundiam incolumis euaſit.Et ſane æque celebris & laudata hæc fuit medicina,atque Philippi regis.Alexandri magni medici quod nimium & periculoſe refrigeratum Alexander poſtquam in Cronico flumine intempeſtiue lauiſſet,poculo medicato reſtituit.

Eſt itaque magnus,& indiſſolubilis nexus animæ cum corpore,qui poſt mortem etiam durare videtur , ita ſentientibus Platonicis vt eſt in Phædro Platonis,qui hoc etiam experimento nimium animæ ad corpus amorem oſtendunt : vt ſi quando hoſtili telo,eam è corporis domicilio extrudi,cõtingat,quod ibi ſtatim eius diuortij vindictam mediterur, effuſo largiſſimo cruore in homicidæ proditionem, ſi his caſu aliquo aut inuitus

cadaueri adpropinquauerit,atque hæc de animi & corporis commercio vel παρέργως.

Quemadmodum ergo de iracundia ſeu perdurante ira,iam à nobis propoſita : ita per omnia de reliquis animi morbis ſentiendum eſt.

Meminerit autem medicus principalem intentionem curariuam in hiſce morbis eſſe præcidere cauſſam,& quaſi contagionem amouere : affectibus vero vitioſis iam inolitis contrarias virtutes,ceu vitiorum purgationes opponere : vt iracundiæ patientiam,amori vitioſo continentiam , & animi moderationem , philautiæ modeſtiam,ſuperbiæ humilitatem, mœrori hilaritatem,triſtitiæ iucunditatem,deſperationi ſpem, auaritiæ liberalitatem,libidini(quæ mirum in modum dæmones in commercium trahit,& pœnitudinem)caſtitatem : & ſic deinceps; virtutis robur vitijs opponendo & belligerando : cum hoc pręſtiterit,iam morbum curauerit , quod in Erotico vel amoris expulſio,vel vltima linea amoris pręſtat : hoc eſt potiri amata,quatenus pietas & leges permittunt; vel certe ἀντιβαλλόμενον ſubſtituere,hoc eſt patiens adeo flammis æſtuans, non poteſt Margaritam amatam,hoc eſt,nobilem,pulchram,prædiuitem,probam vxorem conſequi, ducat Niſam , hoc eſt mediocrē,ignobiliorem,& minoris notæ : quæ æque hoc incendium progreſſu temporis(vt lutum flammam) reſtinguet. Hæc diligentia medici multis nominibus laboranti prodeſit,maxime vero ne(quod ſæpiſſime ſtolidis iuuenibus vſu venire ſolet) fortunis omnibus dilapidatis πενία ſuperueniat , & inde triſtis Auiene ſuccedat,ſicque morbus aliquis curatu difficilis ſuboriatur,qui tanto difficilius curabitur, quanto magis inobedientem æger ſe præſtiterit : ſolent autem inter cæteros ægrotos animo laborantes,vel maxime contumaces & inobedienres eſſe ad oblata:quæ res multos in maius diſcrimen præcipitare ſolet.Quod nuper cuidā puellæ contigit, quæ propter retrogradas nuptias in magnum animi mœrorem incidit : quem propter continuas lachrymas, cum omnem conſolationem reſpueret,conſequutus eſt dolor capitis ingens, hunc epilepſia,epilepſiam mors.

Maxima autem , certiſſimaque præſeruatio à morbis animi eſt , in nullam conſentire prauitatem & turpitudinem,nullum ſcelus committere,nil conſcire ſibi,nulla palleſcere culpa: quod præſtat,recta & pia inſtitutio à teneris,bonorum ſodalitium , malorum fuga ſincere religionis agnitio,æqui iuſtique,& cæterarum virtutum obſeruatio,quandoquidem vitæ innocentia animi eſt ſanitas,quemadmodum ſapientiſſime diuinus Hipp. inquit ad Abderitas ſcribens. Ego vero arbitror animi morbos omnes vehementes eſſe inſanias, quæ opiniones quaſdam ac imaginationes rationi inducunt : à quibus qui per virturem depurgatus eſt,ſanus euadit.

Virtus ergo legitima morborum animi eſt purgatio.

Non minus itaque decet huius præſeruationis,& ſanationis memores eſſe Principes ac legum latores,quàm rerumpub. & ſcholarum moderatores quam medicos. Dictum ſiquidem difficile eſt,viſu facillimum ſpectatu horrendum , quantum nunc paſſim humanæ mentes omnibus virtutibus

bus euaginatæ, omni diſciplina ſpoliatæ, omni honeſtate denudatæ, ægrotent quantum publice conceſſa peccandi licentia inſaniant, omni vitiorum & ſcelerum genere ceu volutabro immerſæ, & perlutatæ in tanta caligine oblitis, oculis non cernentes quod

Iratum grauis eſt res habuiſſe Deum.

† Cuius tandem permiſſu grauiſſimæ & deſperatiſſimæ ſuperueniant animorum ægritudines, vt cœcitas, ſecuritas, atheiſmus, furor, deſperatio, & neſcio quid non indicibilium calamitatum.

Talis eſt conditio febrium: quantumuis biberint febricitantes, calore totum conſumente, quod biberint, ſemper adhuc ſitiunt: ſic & maligni homines quidquid boni viderint aut audierint: ecce ſi quis exponat tibi res quas non libenter audis, ſi tota die audieris, nil eorum retines quæ audiſti: aut ambulans in via. ſi mens tua aliquo cogitatu fuerit occupata, quamuis omnes videas tranſeuntes, tamen neminem vides: ſic & Iudæi frequenter ſigna videntes; ipſi quidem adhuc ſignum petebant quia hoc videbant quod videre nolebant. Nam ſicut ſemper diſcere, ſignum eſt nil poſſe proficere: ſic ſignum ſemper petere teſtimonium eſt nunquam velle credere.

† *Thomas de Truxillo in conc. quadr. fer. 4 poſt 1. D. Q. conc. 1*

Conſidera quod quanto plus tardaueris, tanto maiorem difficultatem apud te experieris. Nam & vitium potentius fit cum altas defixerit radices, & tua etiam imbecillitas maior eſt: ſicut enim infirmitas corporea, quanto diutius durat, tanto magis hominem debilitat, & morbus hominem magis vincit: ita de vitio extimare debes vnde feſtinanter vitium curare debes.

† *Thomas de Truxillo tom. 2 conc 9 fer. 2. poſt D. in Paſ. conc. 4.*

Sicut vno morbo quamuis alios ſuperaret, quis interire; ſic vnico vitio quamuis alia vinceret perire poteſt: *vnico dumtaxat vitio perire poſſumus, quamuis alia vincamus. Nam Herodes quidem libenter audiebat Ioannis Conciones, ſed tamen quia inceſtuoſus erat, turpiſſime periit.*

Thomas de Truxillo tom 2. C. Q. fer. 4. poſt D. in Paſ. conc. 2.

vnico tantum vitio v. ſari poſſumus.

Videas certe aliquos, qui ſimulatque labore aliquo premuntur, ſtatim petant à Deo ſe liberari, & longe remoueri afflictionem illam, ſed longe ſatius & præſtabilius eſt, vt ſe totos remittant diuinæ voluntati: etenim vlcus illud perfectius & accuratius ſanatur, quod paulo diutius in purgatione manſerit, quam illud quod ſtatim clauditur; nam paulo poſt recrudeſcit: ſic ergo te totum Deo curandum permitte, tanquam omnium optimo chirurgo; nec velis te affligere in calamitatibus, & laboribus: ipſe enim nouit, quid tibi ſit vtile, & ſolet ſeruis ſuis ſimiles immittere labores ad commodum eorum.

† *Thomas de Truxillo tom. 2 conc, Q. fer. 4 poſt. 4. D. Q. conc 4*

Sicut peſtis adeo pernicioſa eſt, vt medicos magna ex parte fallat. Sic aula eſt tam nefaria, ac ſceleſta vt ipſos medicos ſpirituales quotidie miris technis decipiat.

Valeſcus de Taranta in Philonio Pharmaceutici lib. 7.

Sicut in corporis morbis *omnia confundit ipſa morborum complicatio; dum quod morbo vni neceſſarium videtur ad curationem, alterum augeat, ita ipſis inter ſeſe contrarijs, in quibus ſane illud neceſſarium vt ei qui maxime vrget, quam maxime ſtudeamus mederi, aut ſi alter alterius ſit, cauſa, ille qui alterius eſt in primis vt auferatur*

Henricus Garetius de Arthritidis

Præſer & cur. &c. in ep. ad lect.

auferatur elaborandum : Sic in re morali omnia perturbat ipſa vitiorum copulatio : nam quod vitio vni prodeſt alteri nocet, in quibus neceſſarium eſt vt ei quod grauius eſt, prius occuratur : aut ſi alterum alterius ſit cauſa, illud quod alterius cauſa eſt præcipue auferatur.

† *Idiotæ contemplationum lib. 2. c. 5*

Sicut infirmitas quæ à circumſtantium & ſuperiorum corporum impreſſionibus infligitur, neceſſario radices agit in homine, ita quod vix aliqua medicina curari poſſit : ſic neceſſe eſt quod tribulationes quę à cauſis ſuperioribus ſcilicet à Deo, & à Dei miſericordia, & iuſtitia, & à naturæ neceſſitate generaliter omnibus ſunt indictæ patiamur, & quod ab ipſis quoad viuimus affligamur.

† *Baſil. hom. 9. quod Deus non eſt auctor malorũ.*

Quemadmodum in peſtilentibus locis ſenſim attractus aer latentem corporibus morbum inijcit: ſic itẽ in praua conſuetudine ac cõuerſatione maxima nobis mala hauriuntur : etiam ſi ſtatim incõmodũ non ſentiatur.

† *Plut. de curioſitate.*

Vt morbi ex rerum malarum conſuetudine ingraueſcunt; ſic animi morbi ex adſuetudine ingraueſcunt, quoniam enim ex aſſuetudine natum eſt incrementum morbi paulatim in peius proficientis.

† *Plut. de cupiditate.*

Quemadmodum in contagijs peſtilentiarum, etiam ij qui ſumma cura ſeruant victus rationem, tamen ijſdem morbis quibus ægroti laborant ob conſuetudinem eorum, qui corrupti ſunt, opplentur: & ipſi itidem nunc omnes ſimiles inter nos facti ſumus à contentione, quæ noſtros animos occupauit, ad malorum æmulationem redacti.

Franc. Petrarcha de remedijs vtriuſque fortunæ dial. c. 106.

Sicut ex omnibus morbis nullus pigrior eſt corporis torpore, atque veterno : Sic *omnibus ex vitijs nullum pigrius inuidia altos in animos non aſcendit, nullum quoque miſerius : itaque reliqua omnia bonum aliquod licet falſum præſupponunt, hæc ſolis malis paſcitur, & torquetur bonis, & quod alijs optat iam ſibi habet malum. Alexandri ergo Macedonis dictum placet : inuidos homines, nil eſſe aliud, quã tormenta, ſeu tortores ſuos proprios, leuis adoleſcentis verbum graue.*

† *Baſilius in reg. breuioribus interrogat. 229.*

Vt igitur vitia corporis nequaquam quibuſuis temere homines aperiũt, ſed his tãntummodo qui rationem, qua ea curanda ſint teneant. Eodem modo etiam peccatorum confeſſio fieri debet, apud eos videlicet, qui ea poſſint curare, conſentaneum in modum illi quod ſcriptum eſt; vos qui firmiores eſtis, imbecillitates infirmorum portate, hoc eſt tollite diligentia, & cura veſtra.

† *Theophilactus in cap. 5. adepheſ.*

Vt quamdiu opertum eſt vulnus, medicationem nullam admittit : ſic & delictum cum fuerit retectum, in lucem conuertitur. Non enim peccatum dixerim, ſed peccata patrantem. Nam caſtigatus cum fuerit delinquens, & acrioribus verbis increpatus, pœnitudine veniam conſequetur. Nonne huius omnes purgatæ ſunt, & abolitæ, quas ante à peccatorum mole obduxerat tenebræ.

† *Cardanus in Encomio Neronis.*

Sicut optimum eſt, vt omnes morbi expellantur : ſic vt corpus releuetur diuinę primum bonitatis eſt atque iuſtitię vt omnia flagitia puniantur: ſi non in ipſis qui admittunt, ſaltem in poſteris, & vt æquata lance mortalium genus ſimul afficiatur, ac releuetur : atque cum hoc commodis illius generaliter conſulatur.

Vt grauiſſi-

Vt grauiſſima ſympthomata morbos comitantur: ſic ægrum ac inſanum amorem Zelotypia ſectatur, ob quam mulieres furunt, excandeſcunt, venena viris propinant, filios iugulant, nec ſibimetipſis parcunt: viri ancillas trucidant, in domeſticos cœco furore debacchantur, rabie corripiuntur, & vxores miſerrime interimunt. vt illa apud Poetam conqueritur:

Immitis ferro ſecuit mea colla maritus,
Dum propero niuei ſoluere vincla pedis.
Durus & ante torum quo nuper nupta coiui,
Quo cecidit noſtræ virginitatis honos.
Nec culpa meruiſſe necem bona numina teſtor,
Sed taceo fati ſorte perempta mei.
Diſcite ab exemplo Iuſtinæ, diſcite patres
Ne nubat fatuo filia veſtra viro

Sed non modo fœminæ innocentes tam crudeliter non ſunt necandæ, ac neque illæ, quæ ipſo adulterij ſcelere ſunt contaminatæ: quia nemo rerum ſuarum bonus & æquus, niſi rariſſime, fit iudex: & domeſticus pudor non eſt in conſpectu omnium retegendus: id ſi fieri debeat, retegendus eſt apud veros amicos: cum multæ ſint honeſtæ & ſecretæ viæ animaduerſionis in conſceleratos: vt enim quæ in pudendis corporis partibus veniunt inflammationes, & tumores, & puſtulæ aut herniæ, non ſunt omnibus oſtentandæ, ſed medicis tantùm, aut iis, quorum cura opus ſit, ita parum honeſta conſilia, non ſunt cum omnibus communicanda, ſed cum illis tantum clam à quibus ſalubre conſilium expetitur. *Natalis Comes hiſ lib. 10.*

Vt venena vinis admixta medicorum ſcito perniciter & perniciosè penetrant: ſic peccata adſita virtuti. † *Lipſ. in cent. 1. ep. 41.*

Sicut in homine cùm manus furto, penis libidine, venter ingluuie peccauit, totum corpus id luit: ſic in communi aliquo cœtu paucorum delictum expetit ſæpe in omnes. *Idem lib. 2. conſt. cap 17.*

Vt corporis morbi attritu ipſo fiunt curatu difficilia: ſic natura comparatum videmus, vt animi morbi, ſi irrites, exaſpereſque, magis ac magis rebellent, atque incrudeſcant, dominorumque ſuorum peccata augeant. † *Chryſoſt. l. 6. de ſacerd.*

Vt qui laborant, non affectant haberi vlceroſi, ſed magis fugiunt eſſe quàm videri: ita non eſt affectandum, vt videaris malus, ſed magis abominandum, ne ſis talis, quam ne videaris. † *Plutar. in moral.*

Quemadmodum non omnis indiſpoſitio & mala affectio eſt morbus, ſed ea tantum quæ corporis functiones ſenſibiliter lædit. *Sic non omne peccatum eſt morbus, ſed id quod in tota computruit anima. Tales enim videre eſt pecuniarum amatores totos incumbentes argento, & in huius tum cuſtodiam tum coacervationem, auidos laudum, gloriolis inhiantes: Inhiant enim captandis à vulgo vilibuſq; hominum laudibus. Ac iuxta conſimilem rationem cogitabis de reliquis morbis quos nominamus, & ſi quis eſt alius horum conſimilis. Quoniam igitur inter enarrandum quod dictum eſt, ſanauit aegrotos eorum. Diximus non quoduis peccatum eſſe morbum, operæ pretium eſt è ſcripturis de horum differentia diſſerere. Ait enim Apoſtolus Corinthijs qui varijs peccatis laborabant, Propterea inter vos infirmi multi, & valetudinarij, & dormiunt multi. Audi ſiquidem Apoſtolum in his etiam vinculum nectentem, contextumque facientem ex diuerſis peccatis, iuxta quod alij quidem ſunt infirmi, alij verò ægroti, videlicet plus-* *Origines cap. 14. in Matth* *1. Cor. 11.*

quam infirmi, rurſus alij vtriſque pecus habentes, qui dormiunt. Nam qui propter imbecilles animi vires, procliues ſunt ad labendum in quoduis peccatum. etiamſi non toto animo fuerint, obnoxij alicui peccato peculiari, quemadmodum ſunt aegroti, tantum infirmi ſunt. Porro qui pro Deo quem diligere debebant tota anima, toto corde, tota mente, diligunt pecuniam, aut gloriam, aut mulieres, aut pueros, ſic prius affecti ſunt quam infirmi, ſuntque ægroti, &c.

Auctor ſerm. Polit. I.

Quemadmodum ex vulneribus iam curatis, cicatrix nihilominus aliqua remanet; ſimiliter magna peccata, & iniurias ſuſpicio ſemper comitatur, etſi vana.

Iacob. Billius

Quemadmodum morbi à corpore cataplaſmatibus catapotijs & pharcis profligantur, ſic peccatorum ſordes dolore & confeſſione abluuntur.

Cum quædam immodicum fundat p..r. ægra cruorem,
Vt medeare malo, vena ſecanda tibi eſt.
Sic tibi cum celerem minitantur crimina mortem,
Numinis inque tuum iam cadit ira caput;
Te ferias, tuaque in te ipſum deſæuiat ira,
Sic etenim magni concidet ira Dei.
Nam ſe ſe excuſat quicunque accuſat, inultum
Et ſinit hunc, qui ſe non ſinit eſſe, Deus.

Lipſ. cent. 3. ad Relig. p. 5.

Quemadmodum in corpore carnis prurikus ſcabiem, & aliquando maligna vlcera cauſatur. *Sic prurigo de religione differendi & litigandi, quæ peſſimum aut viliſſimum quemque tenet, cauſam bellis dedit & dabit.*

† *Chryſo. hom. 12. operis imperfect.*

Sicut venenum aſpidis latenter per omnia membra diſcurrit & corrumpit, ſic vſura per totas facultates eius diſcurrit, & conuertit eas in debitum.

† *Lipſ. in Cōſt. lib. 1. cap. 54.*

Vt oculus qui per nebulam aut aquam inſpicit, res metitur falſo modo, ſic animus, qui per opinionis nubem.

Sicut dolores parienti, ſic tempus ſtatutum debitori exiſtit fœnus ſupra fœnus.

† *Baſilicus in Pſal. 41.*

Quod in corporibus tumor, hoc in animabus ſuperbia eſt, ſicut enim illum quod immodicè turget, ſanum non eſſe, ita & tumidos carere ſanitate dicimus.

† *Chryſo. hom. 12. in 1. Tim.*

Vt rupturæ & ſpaſmata, tum demum mouentur, cùm cotpus aliquo malo corripitur, ſic amici non ingenui felicibus adulantur, lapſos obiurgant, & illorum infortunio fruuntur.

† *Plutarchus in moral.*

† *Origin. hom. 10. in Ezech.*

Quomodo vulnera quæ in corpore ſunt, ſępe paruo tempore accidunt, medelæ vero vulnerum cùm tormentis adhibentur ingentibus, non iuxtà æqualitatem temporis, quo illatæ ſunt, ſed iuxtà rationem curationis, reg. in puncto horæ fractura manus, & pedis contritio accidit. Hoc quod in modico factum eſt menſibus tribus ac longo tempore vix curatur, ſic & voluptas quæ neruos animi ſuccidit, & luxuria & ſimul vniuerſa peccata, cum in paruo tempore infœlicem animam illexerunt, magnum poſtea tempus, in ſupplicij cruciatibus promerentur.

† *Seneca lib. 3. deria, cap. 7.*

Vt quædam incontactos è corpote vitia tranſiliunt, ita animus mala ſua proximis tradit. Ebrioſus conuictores in amorem vini traxit. Impudico-

rum

rum cœtus fortem, & ſi liceat virum, emollit. Auaritia in proximos virus ſuum tranſtulit: eadem ex diuerſo ratio virtutum eſt, vt omne quod ſecum habent mitigent.

Vt cicatrix admonet cauendum eſſe vulnus: ita memoria prætetitorum malorum reddit cautiores. † *Plutarch. in moral.*

Quem admodum peſtis eſt omnium morborum corporeorum ſæuiſſimus, ita inter morbos ſpiritus amor eſt maximus & grauiſſimus.

Præcedentibus hiſce miſeris optimo iure adiiciamus licuerit, & aliam ærumnam afflictionemque ſpiritus quem Amorem appellitant, ſed adeo contagioſum, vt omnes omnium ordinum homines eo laborent, malumque quod ſe immergit, immiſcetque omni ætati promiſcuè (vt omnes ſtigij ſpiritus omnibus ſeſe involuunt elementis) abſque vlla perſonarum acceptione, vel qualitate, ſenum, aut adoleſcentum, ſtultorum, aut prudentium, debilium, vel robuſtorum. Periculum quoque maximum in hoc morbo eſt, ne tandem phreneſi laborent, & mente dimoueantur, niſi in ipſo principio tractentur arte, & ſaluti reddantur. Quamobrem Paulus Æginet tertio libro ſuo, omnibus qui hoc morbo ad inſaniam redacti eſſent, conſtituit pharmaca, diætaſque vitæ præſcripſit, eaſdem quæ ſaruis dœmoniacis, & lymphaticis. Empericles vero Platonem ſequutus idem prope modum conſuluit, ſed furorem in duo diduxit genera, quorum alterum appellabat *Eroticòn*, Latinè amatorium. Equidem oculis meis hoc comperi, quod nonnulli quos hoc malum extinxerat, cum anatomica arte diſſecarentur, omnia viſcera ſua diſtorſerant, cor enim ambuſtum, hepar fuligine reſperſum, pulmo aſſus, cranium cerebri fumoſis vaporibus obſitum, crediderimque & miſeram eorum animam feruentiſſimo calore, & ardore maximo concoctam, aſſamque fuiſſe, poſtea quam febris ardor ſemel eam corripuit. Iam quemadmodum morbus hic medicatu difficilis eſt, ita & origo eiuſdem, ab his, qui de eo ſcripſerunt, inuentu non perinde facilis eſt. † *Autor Theatri mũdi minoris lib. 3.*

Sicut ſunt quidam morbi, qui cum intus delireſcant, oculis corporeis videri non poſſunt, ſic nonnulla ſunt vitia vt ſuperbia quę cõſpici nequeunt, quia ante oculos non verſantur. *Peſtis autem hæc arrogantia ac ſuperbia peccatum ſpirituale eſt ideo oculis corporeis non videtur nequidem ſpiritualium, quia primum oculos occupat, ac in ijs fidem figit, ne videant. Facile ciuitas occupatur, vbi à videndo & proſpiciendo ſpeculator impeditur. Eſt enim ſuperbia non tantum in voluntatis elatione ac tumore. Sed in intellectu quoque magna ex parte reſidet, quem imbuit opinione virtutis, ſcientiæ, potentiæ, magnarumque virium, quas à ſe habere, aut certè ſuis meritis ſeſe comparaſſe arbitratur.* † *Ioannes Cratbercius lib. 2 de ſtud. perfect.*

Eo ergo maximè nocet arrogantia, quod hoſtis eſſe neſciatur, nec adeſſe conſpiciatur, naturale quoddam vitium eſt ſingulis concreatum, à prauitate naturæ, & complexionis cuique quaſi impactum, & quia pauci oculos ita perſpicaces habent, odioſum hominem non reddit, ſi pallio ficta humilitatis tegatur. Ferunt etiam homines in alijs, quòd in ſe probant, quodque ambiunt, & in bonis reputant. Quàm multi honoribus beatitudinem ſuam conſtituunt, omni ſtudio eos quærunt, in adeptis gloriantur, ac conquieſcunt; eos qui in ijs excellunt magnũ faciunt ac deprædicant. Opinio hæc excæcat oculos hominum,

vt non videant Deo ſoli deberi gloriam; quam ſibi non tribuerunt, ſi damnum quod ex eo capiunt perſpectum haberent.

Ex aliud ſequitur, peccati huiuſmodi infamiam coram hominibus non apparere, vnde ſuperbi erubeſcant; quare modo honorabiles habeantur, parum interna, mouentur turpitudine, quæ in hominũ oculos non ita facilè incurrit. Hinc ſancti Patres monent, aliquando minus eſſe in corruptionem cadere, quàm in cogitatione tacita deliberata elatione peccare: ſed cum minus turpis ſuperbia creditur, minus vitatur: luxuriam vero eo magis erubeſcunt, quod ſimul turpem omnes nouerint. Vnde fit vt nonnulli poſt ſuperbiam in luxuriam corruentes, ex aperto caſu malum culpæ latentis erubeſcant; & tum etiam maiora corrigant, cùm proſtrati in minimis confunduntur.

223 Ex hoc capite illud digniſſimum notatu accedit, Dominum perſæpe permittere ratione huiuſmodi arrogantiæ, vt homines in grauiſſima quæque ſcelere labantur, quo videant quàm parum poſſint ſine eius praeſidio, quod ordinariè elatis euenit, & ſapientibus huius mundi; & initijs quidem occultè, deinde ſuperbiae vindex Deus toti mundo ſpurcitias illorum patefacit, vt erubeſcant, & confundantur: verùm quia ſuperbia mentes eorum occupauit, clauſitque oculos, frontem eis quoque meretriciam aeneamque ceruicem impreſſit, ideo iuſto Dei iudicio fit vt pertinaces maneant, tandemque ſupremus Iudex in ijs potentiae ſuae gloriam oſtendat; & ad confuſionem illorum tantum faſtam exibilari curet, atque ab hominibus, qui Dei obſeruant iudicia, potentiam quoque eius ac gloriam depraedicentur.

Quemadmodum quidam morbi primo incorpore deliteſcunt; poſtea repente proſiliunt: ſic vitia nonnulla latent, poſtea maximo corporis decrimento erumpunt.

Lipſ. in orat. de calum.

Vt proprium febris eſt calor: *Sic morbo calumniae id quoque proprium, vt ſi in alienos dicere nihil habeant, in ſuos dicant: atque adeo in ſeſe, vt in longa fame corpora noſtra alimento defecta, ipſa ſe depaſcuntur, ſimile euenit in iſtis.*

Idem in lib. aduerſus dialogiſt.

Vt corporum quidam morbi certis temporibus interueniunt: ſic morbus animorum eſt, vt diſputare & quæſtiunculis laſciuire homines malint, quàm piè viuere.

Plutarch. in moral.

Vt quemadmodum cùm morbus in corporis partes non ſuas transfertur, ſignum eſt morbi parantis abire, ſic cùm oſtendimus, quibus conſueuimus delectari, indicium eſt futuræ ſanitatis.

Senec. lib. de tranq. an. 2.

Vt vlcera quadam nocituras manus appetunt, & tactu gaudent: & feram corporum ſcabiem delectat, quicquid exaſperat: non aliter dixeribus mentibus, in quas cupiditates velut mala vlcera eruperunt, voluptati eſſe laborem vexationemque.

Diogenes apud Laert.

Quemadmodum venenũ mulſo commixtum ob dulcedinem bibentibus primum gratum eſt, paulo poſt autem inde mortis agonem ſentiunt: ſic quoq; formoſis ſcortis operam dantes, initio voluptatem ſentiunt, quam tamen perpetuus dolor conſequitur.

Eryc. Puteanus orat. 19.

Sicut morbus malignus & peſtiferus, quamuis aſpectu, tactu, exterioribuſque ſignis mitis, & placidus videatur, intus tamen cordi & naturæ, quæ à morbi malignitate decepta, ſuccumbit, inſidiatur. Idem faciunt aulici Principi, vt enim inquit Puteanus. *Texuntur fraudes fraudibus, & impoſtura ſimulatione tecta honeſtum ſcelus facit, cum abſcondi poteſt. Qui vultu blandi animo hoſtes ſunt ad iniuriam inferendam ſolertes, & ingenioſi, ad depellendam cauti, callidiq; ſic priuata odia, cum nimis pios verè ſuccedunt, in ipſum ſæpe Principem prorumpunt, &*

ille

ille inſidijs circumſeptus , vbi tutum ſe exiſtimat , perit facilius , & fortuna trahente præcipitatur: ſane qui in multis iniquus fuit , audebit & regem petere , cum audaciam familiaritas fecit , & ſæpe , vt timori conſcientiam pœna ſcelera ſubducat , imperium affectabit.

Quatuor peccata detinent animam ocioſam. ſ. mala conſuetudo , & hi ſunt languidi : ignorantia & hi ſunt cæci: fragilitas ac impotentia humana: & hi ſunt claudi: propria malitia & hi ſunt aridi, de quib. dicitur in Euangelio, in his iacebat multitudo magna languentium , cæcorum, claudorum & aridorum, &c. † *Leonar de Vino.*

Quid excæcatio ponitur reprobationis effectus , ſed in prædeſtinatis, non tamen in peccato obſtinatis ex diuina miſericordia excæcatio ad tempus, ordinatur medicinaliter, ad ſalutẽ eorum qui excæcantur. Sap. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum ? videretur autem in perditione ipſorum lætari, ſi eorum excęcationem in bonum ipſorum non conuerteret : ſicut medicus videretur delectari in afflictione infirmi , ſi medicinam amaram , quam infirmo propinat : ad eius ſanitatem non ordinaret. Quorundam enim excœcationem ordinauit in eorum ſalutem, ſicut quorundam iudæorũ qui excœcati ſunt , vt Chriſto non crederent, & non credentes ipſum occiderent, & poſtmodum compuncti conuerterentur, vt habetur Actuum 11. c. excęcatio autem illorum, qui obſtinati ſunt in peccato, ſicut Pharaonis non fuit ordinata ad ſalutem ipſorum, ſed in damnationem, & propterea in epiſtola dicitur, *Conuertimini.* *Idem*

Infirmità del corpo, ſe ſono piu graui, maggiormente ſi ſentono, & con piu diligenza ſi curano. Auuiene il contrario di quelle dell' animo: che meno ſi ſentono & piu ſi ſprezzano , quanto piu ſon lunghe & piu fiere ; & auien ciò, perche in quella diuturnità & grauezza , s'incaligna il lume della ragione , & faciendoſi piu ponderoſa la mala conſuetudine, induce ſtupidità nella mente, & inſenſibilità grande. *Bonifac. Vanozzi.*

Quamquam variæ eſſent febres quæ ex varijs humoribus accenduntur , omnes tamen fere vrinas peculiares obtinent vel decolores, vel admodum coloratas . Sic quamquam varia ſunt vitia , quæ ex variis cauſis oriantur , omnes tamen excrementa ſua habent quibus poſſumus in eorum cognitionem venire. *Leo Roganus de vrinis lib. 3. c. 10.*

Vt inter cetera periculoſa vulnera , penetrantia ad intrinſeca membrorum, iudicantur mortalia, vt plurimũ , pro tanto quia aër qui ingerditur ad ea ſine alteratione , offendit intrinſeca membra : ſic inter omnia vitia , periculoſa ea ſaluti cenſenda quę intima perunt: etenim voluntatem ac intellectũ præcipuas animæ partes lædunt. Cæcitates ſpirituales corporalib: reſpondent. *Nam ſeptem vitia quæ capitalia à ſummiſtis dicuntur, inferunt cæcitates mortales, quibus correſpondent cæcitates corporales, quæ in ſacra habentur pagina: primo enim excæcat ſuperbia, præ ſui nimia claritate Eccleſ. 43. Sol ſuis radijs effulgens excæcat oculos, Sol eſt pompa gloria mundana, & figuratur per cæcitatẽ Pauli de quo dicitur, quod circumfulſit eum lux de cœlo cadens in terram, nihil videbat. Hac etiam cæcitate perculſus eſt Laodicea Epiſcopus, qui dicitur . Dicis quia diues ſum & locuples , & nullius egeo, & non ſcis quia tu es miſer & miſerabilis, pauper, cæcus, & nudus. Secunda cæcitas inuidia eſt, quæ per cæcitatem Hely Sacerdotis intelligitur , de quo dum quod caligauerunt oculi* *Guido de cauliaco in Chirurgia tract. 3. c. 7.* *Act. 6.* *Apoc. 3.* *1. Reg. 3.*

Nnn 3 *eius,*

eius,nec videre poterat, lucerna enim Domini tanquam extingueretur, ſic de inuido qui lucernam ardentem, id eſt virum probum & proſpere viuentem, videre non poteſt, quum lædatur corde per inuidiam. Tertia cæcitas eſt iracundia figurata per cæcitatem Lamethi,qui arcu feram volens occidere,Cainum occidit. Quarta cæcitas accidia per cæci-
Iud. 16. *tatem Tobiæ intellecta,qui dormiendo cæcus efficitur. Quinta cupiditas,quæ per cæci cæ-*
Gen. 19. *citatem intelligitur, qui à turba prætereunte mendicabat,Luc.18. Sexta,gula Prov.23.*
T.b. 2. *cui væ cuius Patri væ cui rixa cui fouea.cui ſine cauſa vulnera,cui ſuffoſio oculorum? non-*
Ioan. 9. *ne his qui morantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? Hæc deſignatur per cæcita-*
1. Reg. 14. *tem cæci nati Ioã.9. Septima eſt luxuria,quæ per caecitatem Samſonis ſignificatur quem Dalida decepit, & Philiſteis tradidit, excaecandum, vel caecitatem, qua percuſſi ſunt Sodomitæ 8.contra huiuſmodi caecitates,tria ſolent dari collyria.Primum collyrium confectum ex felle piſcis,quo illuminatus eſt Senior Tobias,eſt amaritudo ſine memoria paſſionis Chriſti, quae oculos animae illuminat. Secundum collyrium ſputo terraque confectum eſt à Chriſto,& Dei erga nos charitatem ſignificat;quia ſaliua de capite deſcendens, & terrae mixta,diuinitatem carni vnctam oſtendit,in nullo enim illuxit Dei charitas erga genus humanum, niſi cum Deus factus eſt homo Deus, ait Auguſtinus. Tertium collyrium illuminans oculos corporales, eſt fauus mellis,quo Ionathas vnxit oculos, & illuminati ſunt oculi eius, & guſtum diuinae dulcedinis ſignificat. Guſtate inquit Pſalmiſta,& videte quoniam ſuauis eſt Dominus. Quod iſtam ſuauitatem abiecerint Iſraelitae, caeci remanſerunt vſque in hodiernum diem.*

† *Iacob. de var. in ſer. de tẽp. p. 14 ſer. 3.*

Vulnera peccatorum aliquando ſunt recentia, & iſta ſanantur vnctione ſcilicet Spiritus ſancti inſpiratione ſiue pænitentiæ leuis impoſitione Eccl. 10. Breuem languorem præcidit medicus. Aliquando ſunt inueterata, iſta ſanantur aduſtione, id eſt aduſtiua carnis mace ratione. Pſal. vre renes meos,& cor meum,&c. Aliquando ſunt putrida. Iſta ſanantur inciſione id eſt inciſiua tribulatione. Pſalm.multiplicatæ ſunt infirmitates eorum,&c. ideo.Chriſtus fuit inunctus,vt ſanaret vulnera recentia Pſalm.vnxit te Deus Deus tuus,&c. Fuit igne paſſionis aduſtus, vt ſanaret vulnera inueterata. Pſalm. igne me examinaſti, &c. fuit in quinque partibus inciſus, & vt ſa-

Idem. naret vulnera putrida.Sunt quædam vulnera,quæ ſanantur per inciſionem, quædam per aduſtionem,quædam per emplaſtri appoſitionẽ,Ideo.iſte medicus vulnus gulæ ſanandum docet per inciſionem, quare inordinatus gulæ appetitus, eſt penitus reſecandus; vnde dicit Proverb.23. Quando ſederis vt comedas cum principe diligenter attende, quæ poſita ſunt ante faciem tuam, & ſtatue cultrum, in gutture tuo. Ille in gutture ſuo cultrum ſtatuit qui inordinatum gulæ appetitum abſcidit, vulnus ſuperbiæ per emplaſtri appoſitionẽ, id eſt, per paſſionis Chriſti meditationem ſanari debet, Auguſt.ſuper illud Philip.2.factus eſt obediens vſque ad mortem,ecce habes humilitatis exemplum ſuperbiæ medicamentum. Quid igitur intumeſcis homo,ô pellis morticina: quid tenderis,ô ſanies fœtida,quid inflaris; princeps tuus humilis & tu ſuperbus vulnus luxuriæ per aduſtionem, id eſt per aduſtiuam carnis mortificationem ſicut petebat Propheta dicens, Vre renes meos & cor meum.

Idem. Vulnera aliquando ſunt recentia, aliquando inueterata, aliquando putrida

trida recentia ſanantur vnctione, ſiue emplaſtri appoſitione, inueterata aduſtione. Putrida inciſione, tunc vulnera pectorum noſtrorum ſunt recentia, quando adhuc ſunt in voluntate, vel in receti opere, & tunc ſanari poſſunt per vnctionem, Spiritus ſancti inſpirationem, vel emplaſtri, id eſt leuis pœnitētię impoſitionem Eccl. 10. Languor prolixior grauat medicum, breuem languorem præcidit medicus eiuſdem 38. vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis: tunc ſunt inueterata, quando per longam conſuetudinem ſunt iterata: Pſal. inueteraui inter omnes inimicos meos. Et tunc indigent, id eſt, aduſtiua carnis maceratione: Pſal. vre renes meos, & cor meum, Zach. 13. per ignē vram eos, ſicut vritur argentū. Tunc ſunt putrida quando tamdiu ſtat homo in peccatis, quod fetet corā Deo & hominibus. Ioel primo, conputruerunt iumenta in ſtercore ſuo, in quorum perſona dicit Propheta; putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. Nec tunc indigent inciſione, id eſt, inciſiua tribulatione. Tunc enim ſæpe carnes putridæ, auferuntur, & ipſi ad Deum conuertuntur. Pſa. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea accelerauerunt. De iſta inciſione dicitur Iob 10. concidit me vulnere ſuper vulnus.

Sicut infirmus donec mediocrem habet paſſionem, & ſperat poſſe curari ſeruat ſe à nociuis, ſi autem intellexerit paſſionē eſſe inſanabilem, iam non parcit ſibi: ſic & homo donec mediocriter peccat, & ſperat ſalutē, obſeruat ſe à malo, ſi aut grauiter peccando cœperit deſperare, nil iam dubitat facere: neſciens miſer quod ſicut in bono gradus ſunt gloriarum, ſic in malo gradus ſunt pœnarum. Medici autem fallaces qui animam deterius habere faciunt, ſunt honores, delitiæ & diuitiæ. Nam honores ſimulant exaltationem, & dant ſubitam deiectionem, velut in vita vnde dicitur Iob 30. eleuaſti me & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. Vel in morte ſaltem, eiuſdem 20. ſi aſcenderit vſque ad cœlum ſuperbia eius & caput eius nubes terigerit, quaſi ſterliquinium fetens perdet, diuitiæ promittunt ſacietatem, & dant eſuriem, ſicut patet in diuite epulone, qui ad tantam deuenit paupertatem, quod modicum aquæ habere non potuit, diuitiæ promittunt delectationem, & dant amaritudinem, iſtud oſtendit Salomon, verbo, exemplo, & facto: verbo Prov. 5. fauus deſtillans labia meretricis, nouiſſima autem illius amara, quaſi abſinthium. Exemplo ſui ipſius dicens Eccl. 2. & omnia quæ deſiderauerunt oculi mei non denegaui eis, nec prohibui cor meum, quando omni voluptate frueretur, &c. oſtendit hoc idem facto, cùm multis vacaſſet delitijs, tandē ſeipſum expollauit, vt dicunt Iudęi, & vſque ad ſanguinem ſe verberari fecit. & ex tunc pænitentiā duram fecit. *Idem.*

Vt tunc veniunt morbi quando homo firmiorem ſanitatem habere credebat: ſic veniunt mala quando abundantiam verbi Dei homines habent, quia tunc Deus maxime immittit mala. *Duas autem aſſignare poſſimus, quare Deus tunc vel maxima imittit mala, cum verbum ſuum finit praedicare, prima eſt quod cum praedicatione Euangelij & verbi Dei horrenda peccata veniunt, quae prorius non erant: alij item ingrati ſunt, alij contemnunt, alij perſequuntur, blaſphemant, alij ſegniores ſunt ad omnia bona: & qui prius ignorantia peccabant nunc malitia peccant:* *Ioa. ferus in Geneſ. c. 26.*

quod

omnium ſunt miſerrimi, deliciis fruuntur dicit Propheta: parturit iniuſti- *Pſa lm. 7.*
tiam, concepit dolorem, peperit iniquitatem.

Eſt quippe peccatum inſtar vlceris prurientis, quod dum ſcalpitur de- *Idem.*
lectat, poſtea cruciat inſtar febris æſtuantis, qui frigidam bibens, ſtatim re-
leuari videtur, ſed mox maiorem multo moleſtiam ex noxij humoris crudi-
tate incurrit.

Quemadmodum ex nimia ſtomachi repletione, & ciborum redundan- *Idem.*
tia oritur illa quam medici oppilationem vocant, ex qua producitur con-
tinuus capitis dolor, & phreneſis ad inſaniam perducens: ſic ex deprauata
vitæ cupiditate, & morum corruptela, oppilatio illa oritur, & obliuio Dei, *Pſal. 101.*
de qua ſcriptura dicit: oblitus ſum comedere panem meum, ex qua pro-
ducitur contemptus pietatis, & inſana obduratio in peccatis, vt omnis
ſcientia in occaſionem peccati vertatur, ſicut iſte legiſperitus ſua peritia
non niſi ad tentandum Chriſtum abutitur.

Cum peſtis alicubi graſſatur, ciuitates quæ ab huius infeſtatione immu- *Idem.*
nes ſunt, incredibili ſolertia, maxime vbi purior eſt aër, omnes aditus præ-
cludunt, ne quis hoc morbo infectus clanculum irrepat: ſi qua ouis morbi-
da à paſtore animaduertitur, ſtatim à reliquo grege ſeparatur, ſed & in fru-
ctibus, ab ijs quæ putrida ſunt, ſana inficiuntur, vuaque conſpecta liuo-
rem ducit ad vuam maturius ſeiungantur, multo magis circa animę ſalutem
& quidem quo purior anima eſt, ab omni improbo conſortio ſtudioſè ca-
uendum, verbum eſt Spiritus ſancti: cum electo electus eris, & cum per-
uerſo peruerteris.

Vt languor prolixior grauat medicum, & ſemel atque iterum à medico *Idem.*
ſanatum ſua tamen negligentia recidiuantem, medicus tandem faſtidit, &
irrito labore fatigatus deſerit, ita Dei indulgentia & miſericordia, ſæpius *Eccli. 10.*
abutentem, iuſtitia Dei deſerit. Hinc illæ in ſcriptura voces, Curauimus
Babylonem, & non eſt ſanata, ecce relinquamus eam.

An non iſta Paralyſis animæ? ſi non eſt iſta, nulla eſt alia. Nam vt illa eſt paralyſis *Abrahamus*
corporis, quando quis ſtupet corpore, & habet quidem pedes, ſed non ad ambulandum, *Bzouius cōc.*
manus, ſed non ad cibos ori admouendum, linguam ſed non ad loquendum: ita hæc eſt *Dom. tom. 2.*
vera & propria animæ reſolutio, non intelligere quæ quis loquitur, neque certo diiudicare *16. Dom. 16.*
de quibus affirmat. Rectè in hæreticos vſurpari poteſt illud à Pſalmographo in idola decan- *poſt trinit.*
tatum. Os habent & non loquentur; oculos habent & non videbunt, aures habent & *conc. 3.* *Pſal. 113.*
non audient; nares habent & non odorabunt; manus habent & non palpabunt; pedes
habent & non ambulabunt; non clamabunt in gutture ſuo. Quæris quid ita? Planum
facio, ſed præmitto quod clariſſimum eſt. Eccleſiam eſſe inſtar corporis humani varietate
ſpiritualium membrorum. Proinde vt membra hæc corporea, non niſi coniuncta corpori
vniuerſo viuunt, reciſa moriuntur, vel ſi non reciſa canalibus vitæ obſtructis ſtupent, &
torpent quandoque, ita quemque ex regeneranti vita ſpirituali viuere voluit Deus, non
ex ſe, neque in ſe ſolitario, ſed in corpore vitali eccleſiæ, quæ charitate de corde puro &
conſcientia bona, & in primis fide non ficta nectitur, & vincitur. Præcide labia à corpore
non loquentur: præcide fidelem ab eccleſia, os quoque illi tantum. Præcide brachium vel
pedem à trunco non ambulat, non mouetur. Ita & fidelem à capite Eccleſiæ, manus ha-

 bebit,

lebit, nec palpabit, pedes & non ambulabit: & vt Paulus docet, non intelliget, neque de quibus loquitur, neque de quibus affirmat. Ille qui à dilectione conſcientia bona, & fide quæ nonniſi manentibus in vinculo dilectionis, per quam communio eſt ſanctorum datur, abeunt.

Ioannis Neouilleus de pulc. anim lib. 4 c. 10.

Sicut lepra corporis: ſic animi lepra difficillime curatur: vt inquit Ioánes Neouilleus. *Si quis ſcire volet quàm exitialis, quàmue pernitioſa ſit lepra, quæ in hominum animis inueterauit, illud facilè diſcere poterit à communi lepra, quæ hominum corpora occupat & inficit: ſed neque hoc tantum à lepra diſcere poterit, ſed etiam ab omni morbo, qui altius radices egit in anima, perpetuumque pabulum accepit ab ægroti intemperantia. Hac enim intemperantia, vique morbi factum eſt, vt tandem contagio ad venas omnes ad ipſas etiam penitiſſimas medullas proſerpſerit deſletumque & conclamatum ægrotum reddiderit. Ita enim de inueterata lepra dicendum. Peccatum enim, quod per longam conſuetudinem animam tenet, tandem ex curabili incurabile, ex expiabili, inexpiabile fit, ægroto vix iam morbum ſentiente, vſque adeo vniuerſum animæ ſenſum morbus deiecit ac debilitauit. Sicut enim is qui ad cloacas, maleq; olentia loca moratur, ſi illic diu moram traxerit, tandem loci graueolentia non afficitur, ita qui per longum tempus, fœtida grauiterque olenti peccatorum lepra afficitur, fœtorem ſentire, odoratique tandem deſinit. Adde quod is medicum quoque contemnit, cum tamen in magno ſit periculo.*

Guarricus Abbas in ſer. 6.

Sicut multi purgationis corporalis, ſic & plurimi purgationis ſpiritualis tempus negligunt: nam vt inquit Guarricus Abbas. *Illa vero mirabilis & miſerabilis eſt in hominibus ſui negligentia, vt cum nemo ſit, qui ſe purificatione non indigere præſumat: vix tamen eſt aliquis, qui tempus ad hoc adultum, quaſi purgatiſſimus ſit, non negligat.*

Ioan. Marquardus in Pract. The. emp.

Vt ventoſitas quæ non habet materiam, in qua fouetur, non cauſſat morbos diuturnos, neque illi ſunt continui, ſed remittunt, & interpellantur pluſquam illi qui dependent ab humoribus. Sic vitia quando fomitem & pabulum non habent, diuturna eſſe non poſſunt, ſed remittuntur, intercapedinem faciunt & recurrunt.

† *Petrus Berchorius.*

Nota quód lepra eſt quædam vilis, & enormis infirmitas, quæ numquã aut difficiliter curatur, & per quam cohabitantes corrumpuntur, & inficiuntur, propter quód leproſi à ſocietate ſanorum hominum expelluntur: lepra igitur ſignificat peccatum, quod pro certo eſt infirmitas confuſibilis, & infamis: facit enim poſſeſſores ſuos ſocietate fidelium finaliter priuari, & per eorum mala opera & exempla alios contiguos, & vicinos deſtrui, & corrumpi: teſte enim Apoſtolo 1. Cor. 15. corrumpunt bonos mores colloquia praua: quare ſicut dicitur Num. 19. Quicquid tetigerit immũdus, immundũ faciet. notemus igitur quod ſicut lepra corporalis ex diuerſis cauſis oritur; ſic lepra ſpiritualis, ſcilicet peccatum rationibus varijs generatur. Oritur enim lepra

Quandoque ex corruptione ſanguinis.
Quandoque ex corruptione phlegmatis.
Quandoque ex corruptione choleræ.
Quandoque ex corruptione melancholiæ.

Et

Et ſecundum iſtas quatuor cauſas poſſumus intelligere quattuor genera, ſcilicet ſymoniam, ſuperbiam, auaritiam, immūditiam: lepra enim inducit horrorem, tumorem, ardorem, fœtorem. Quia ſcilicet per lepram poteſt intelligi, tumor ſuperbiæ, ardor auaritiæ, fœtor immunditiæ: primo igitur dico quod homo poteſt fieri ſpiritualiter peccator, & leproſus per ſymoniæ prauitatem. Sicut enim lepra habet corrumpere, non ſolum proprium ſubiectum, imo etiam illos qui habitant & participant cum leproſis, ſic vere ſymonia non ſolum inficit vnum, imo plures: non ſolum illum, qui beneficiatur, ſed etiam illum qui beneficium confert; non ſolum ſemel, imo pluries, quia ſcilicet ſymonia, quæ ingreſſu beneficij contrahitur, ad totius vitæ, tempora dilatatur, & ideo iſta eſt quoddam genus lepræ, quæ dicitur tyria ſeu ſerpentina, quæ ſcilicet ſolet generari ex ſanguine interius corrupto. Quia ſcilicet quando ſanguis interioris affectionis in homine per auaritiam corrumpitur, tunc lepra ſymonię generatur, & ſicut ſerpens tortuoſe & ſuauiter graditur, mordet tamen, & eſt venenoſus; ſic vere ſymoniacus tortuoſe id eſt fraudulenter & fallaciter eccleſiam ingreditur, vbi alios inuenenat, corrodit, & perſequitur. Iſta lepra ſignificatur in lepra Giezi, qui gratiam Dei factam per Heliſeum in curatione Naaman, pecuniam accipiens, & requirens, ſic lepram ipſius ſecum traxit, ſicut dicitur 4. Reg. 4. Quia vere ſi aliquis pro aliqua gratia ſpirituali pecuniam acceperit: lepra Symonis percuſſus erit. Ideo eccleſia poteſt hodie dici domus Symonis leproſi iuxta illud 2 Reg. 3. non deficit in domo tua leproſus. Iſta eſt lepra in domo, ſeu lepra in lapide: de qua fit mentio Leuitic. 13. vbi dicitur quod ſi in aliquo lapide domus apparuerit lepra, id eſt, aliqua corroſio vel maculatio: ille lapis amouendus erat, & alius loco ipſius ſtatuendus: ſic vere ſi in domo eccleſiæ, in qua ſumus non tanquam lapides, fuerit aliquis lapis, id eſt, aliqua perſona, quæ lepra Symoniæ ſit infecta, ipſa pro certo debet eijci, & expelli, & ab aliorum collegio relegari, Num. 5. Præcipe filijs Iſrael, vt eijciant de caſtris omnem leproſum. Sic igitur patet quomodo homo fit leproſus, per ſuperbæ vanitatem. Sicut enim leproſus habet carnem tumidam, & lucentem; ſic ſuperbus interius tumet, & inflatur per pręſumptionem; exterius vero lucet & ornatur per curioſam conuerſationem. Lepra talis figuratur in lepra Ioſiæ regis Iuda, qui præſumens vltra quā decebat, voluit Sacerdotis officium exercere, & ideo lepra immediate fuit percuſſus: quæ primo apparuit in fronte eius, & iſta eſt illa lepra, quæ dicitur leonina, quæ ex cholera ignea, quæ eſt humor leuiſſimus generatur, quæ leonina dicitur, eo quod more leonis corrodit & deuorat totam carnem, ſic vere ſuperbia, quę ex leuiſſimo humore ideſt ex leuitate cordis naſcitur, merito leoni comparatur, quare ſcilicet tota caro ideſt tota patria per eam rapitur & prædatur & deuoratur. Nume 12. caro eius deuorata eſt à lepra. Fit igitur homo leproſus per ſuperbiæ vanitatem. Tertio dico quod homo ſpiritualiter fit leproſus per auaritiæ grauitatē: ſicut enim leproſus eſt grauis, & ponderoſus, & in carne ſentit pruritum, & ardorem, ſic auarus eſt grauis, & ad terrena & temporalia inclinatus, & ardore auaritiæ continuò inflam-

inflãmatus. vnde propriæ auaritiæ, eſt lepra, quæ dicitur elephantina, quæ ex humore groſſo terreo, & malẽcholico generatur, & ideo elephanti animali graui põderoſo, & malencholico, qui ſcilicet poſtquam ceciderit non poteſt ſurgere, comparatur, ſic vere lepra figuratur in lepra Naaman, qui interpretatur commotio eorum, de quo dicitur 4. Reg. 5. erat Naaman diues & fortis, ſed leproſus. Quia vere illi qui in hoc mundo ſunt cæteris ditiores, & contra pauperes fortiores, & qui pauperes commouẽt & offendunt, & cõmuniter lepra auaritiæ ſunt infecti: leproſi igitur ſunt aliqui per auaritiæ grauitatem. Quarto dico quod ſunt aliqui ſpiritualiter leproſi, per immundiriæ fœditatem; & iſti ſunt luxurioſi, quia ſicut lepra facit carnem corrumpi, ſaniem exire, & anhelitum oris fœtere; ſic ad litteram luxuria facit carnem macilentam, facit pellem ſanioſam; facit verborum ſpiracula ſordida & corrupta. De ore enim talium luxurioſorum, non exit niſi anhelitus corruptus, id eſt, verba inhoneſta, impudica, & incorrupta, & iſta eſt lepra, quæ dicitur alopecia; ſeu vulpina, quæ oritur ex corrupto flegmate, & facit totum corpus depilari, & pilis ſpoliari: ſic vere luxuria, quæ ex flegmate corrupto, ex humorum fœditatibus generatur, fuliginem propriè dicitur. Quia ſcilicet vulpes ſecundum Iſidor. eſt animal fœtidum, & corruptum anhelitum habens fœtidum & immundum: locaque in quibus inhabitat, reddit ſterilia, & corrupta: Sic luxurioſus quæ per infamiam valde fœtet, & quæ malis verbis & exemplis, locaque inhabitat, & totam patriam & viciniam inficit & corrumpit, anhelitum verborum habet, per malas ſuggeſtiones fœtidum & infectum. Iſta etiam lepra facit pilos virtutum cadere, & nuditatem morum & virtutum ſolita eſt generare, & ideo figuratur iſta lepra in veſte, de qua dicitur Leuit. 13. Quia lepra luxuriæ veſtem ſanctæ conuerſationis corrodit, capillorum id eſt virtutum carentiam introducit. Luxurioſus igitur leproſus dicitur, quia non ſolum eſt corruptus in ſe, imo etiam alios inficit & corrumpit. De talibus dicitur Leuit. 13. contaminatum & ſordidum ſe clamabit omni tempore quo leproſus erit & ſic igitur patet quomodo propter diuerſas lepręconditiones, & per leproſum poſſunt intelligi diuerſi peccatores. Ita quod proprie peccator poteſt intelligi per illum leproſum, de quo dicitur Leuit. 13. quod ille qui lepra maculatus erat, à ſocietate aliorum debebat eſſe diuiſus, & ſeparatus, & habere veſtimenta diſſuta, caput nudum, os veſte contectum, & ſolus extra caſtra habitare. Talis procul dubio eſſe peccator dicitur, quia iſte eſt per peccatum mortale à ſocietate fidelium ſeparatus, veſtes ſuæ exterioris conuerſationis per inſolentiam diſſuuntur, caput ſuæ intentionis per iactantiam denudatur, os ſuæ locutionis per ſimulationem & fallaciam operitur, ſolus etiam extra caſtra, id eſt ſocietatem charitatis, per partialitatem & inuidiam commoratur. Iſta igitur quatuor genera horum peccatorum ſeu ſpiritualium leproſorum, figurantur in illis quatuor leproſis, qui ad exercitum Syriæ procedentes, ibi lautiſſime comederunt. Quia ſcilicet infecti & peccatores in exercitum malorum præ cæteris ſatiantur, & bonis temporalibus adimplentur.

Ideo de talibus poteſt dici illud Lucæ 4. Multi leproſi erant in Iſrael temporibus Hæliſei Prophetæ, & nemo ex eis curatus eſt: tales enim per ſe ſunt incurabiles, ſolus enim Deus poteſt peccatorem curare, ſicut ipſe quotidie per gratiam ſuam facit, vnde Matth. 11. cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ideo prædicatoribus præcipitur Matth. 10. leproſos mundate, dæmones eiicite, &c.

Sicut eſt multiplex corporis infirmitas: ſic & animæ, infirmantur enim quidam in

Capite.
Oculis.
Pectore.
Manibus.
Ventre.
Renibus.
Pedibus.

Sic pro certo loquendo ſpiritualiter quidam ſunt, qui diuerſimode per diuerſa crimina ſunt infirmi: quia ſcilicet quidam infirmātur in capite, per ſuperbiam: quidam in oculis per inuidiam, Quidam in pectore per iracundiam, Quidam in manib. per auaritiam, Quidam in ventre per gaſtrimargiam, Quidam in renibus per luxuriam: & quidam in pedibus per pigritiam. Primo ergo dico quod eſt infirmitas capitis: quæ eſt ſuperbia, & iſta eſt illa infirmitas, quæ dicitur apoplexia, quæ facit hominem cadere: Materia enim furibunda & melancholica rapitur ad caput, vias ſenſuum & neruorū claudit: & ſic ſenſum & motum homini tollit: & ipſum cadere mortuum facit, ſic vere chariſſimi dico quod quandi mala cogitatio rapitur ad caput imaginationis humanæ, vt pote quando cogitat gratias & ſufficientias proprias, nobilitatem, fortitudinem, & diuitias, &c. quare ſcilicet tunc temporis caput ſuæ imaginationis per ſuperbiam occupatur, ſpiritus humilitatis impeditur, ſenſus diſcretionis clauditur & obſcuratur, per motus bonæ operationis anihilatur: ſic finaliter caſus æternæ damnationis procuratur, vnde Eſa. 40. iuuenes in infirmitate ſua cadent. & iſta eſt propria infirmitas capitis, id eſt, peccatum in magnatib. vnde Iudith 8. Venit æſtus ſuper caput Manaſſe, & mortuus eſt: vel etiam poteſt dici quod ſuperbia eſt infirmitas capitis, id eſt, capitaneorum, principum, & prælatorum; quia ſicut dicitur Eſa. 1. omne caput languidum, & omne cor męrens, &c. iſta eſt igitur infirmitas capitis, quæ eſt ſuperbia. Secundo dico quod eſt infirmitas oculorū quæ eſt inuidia, ſicut enim oculi infirmi difficulter & grauiter ferunt lucem: ſic inuidi difficulter & grauiter ferunt aliquam proſperitatem, iſti enim habent oculi baſiliſci: qui delet & interficit, quidquid videt: quare ſcilicet omnes quos iſti vident proſperari nituntur, deprimere, & etiam per odium eneruare; vnde dicit, Seneca vtinam inquit inuidi haberent oculos in omnibus ciuitatibus: vt de omni felicitate torquerentur. Nam quot ſunt ibi bona felicium, tot ſunt tormenta inuidorū, vnde de infirmitate inuidię poteſt dici illud Luc. 1. id eſt, infirmata eſt in bonum, quæ habitat in marath, id eſt, amaritudinibus, quia ſcilicet inuidus, qui habitat in marath, id eſt in amaritudine inuidię, tunc infirmatur, & dolet, quando bonum & proſperitatem alterius percipit, atque videt. Tales inuidi figuran-

Idem.

 tur

tur infeli.1.Regum 13.cuius oculi adeo caligauerant quando lucernam ardentem,& lucentem, videre non poterant, extinctam tamen lucernam ſine dolore videbant, quare ſcilicet oculi inuidorum illos qui ſunt proſperitate lucentes, & fulgentes videre nequeunt nec reſpicere præ inuidia,& dolore: illos vero qui per paupertatem ſunt extincti, & qui in hoc mundo nihil proſperum mundi habent, ſine dolore inuidiæ reſpiciunt, atque vident:quia ſecundũ Senecam,ſola miſeria caret inuidia,iſti ergo infirmantur oculis per inuidiam. Tertio dico quod quidam infirmantur in pectore per iracundiam. Tunc enim pectus infirmatur,quando aliquo apoſtemate furioſo interius prçgrauatum eſt:ſic procul dubio cor hominis infirmatur ſpiritualiter quando furore iracundiæ prçgrauatur cordialiter; vnde iracundi poſſunt dicere illud,2.Cor.11. quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur & ego non vror? q.d. nullus. Quarto dico quod quidam infirmantur in manibus per auaritiam, & iſta eſt chyragra ſpiritualis, quæ ita claudit, curuat & ſtringit manus auaro, quod ipſas nequit extendere ad aliquam largitatem: Manus enim talium ſunt ſimiles manibus, & vnguibus auium prædalium, & rapacium beſtiarum, quæ ſcilicet ſunt, curuæ & clauſç,& acutæ. Acutç dico vt faciliter rapiant,curuç vero & clauſæ, vt firmiter & fortiter teneant: quia ſcilicet auari faciliter aliena capiunt,& firmiter retinent,quod ceperunt, de iſta ergo manuum infirmitate dicitur Deut.33.videbit quod infirmata ſit manus,&clauſi quoq; defecerunt reſiduiq; conſumpti ſunt,iſti ergo infirmãtur in manib. per auaritiam. Quinto dico quod quidam infirmãtes in vẽtre per gaſtrimargiam. Gaſtrimargia enim ideo: peccatum gulæ ſimilis eſt infirmitati ſtomachi, quæ vocatur Bolinus,qui eſt quidam inſatiabilis appetitus;quoniam ſcilicet guloſi quaſi inſatiabiliter ſolent cibos varios affectare. Iſti ſunt,de quibus loquitur,Philipp.3. quorum Deus venter eſt,& gloria eorum in confeſſione, ſicut etiam dicitur Prouerb.13. venter impiorum inſatiabilis, & ideo de tali infirmitate poteſt dici illud Eccl.37. in multis eſcis erit infirmitas & auiditas, appropinquabit vſq; ad cholerã: propter crapulam multi obierunt,qui autem abſtinẽs eſt,adijciet vitam. Iſti ergo infirmantur in ventre per gaſtrimargiam. Sexto dico quòd quidam infirmantur in renibus per immundiciam ſeu luxuriam; ſecundum enim Auicennã, oues infirmantur in renibus,propter hoc quod nimium impinguantur. Ad denotandum quod per pinguedinem delitiarum, & proſperitatẽ,venit in renib. noſtris infirmitas luxuriæ,& carnalis voluptatis. Vnde de talibus renibus loquitur Ezech.29. Diſſoluiſti omnes renes eorum, & ideo de infirmitate carnis dicitur, 1.Mach.1. Iuuenes & virgines infirmati ſunt. Septimo dico quod quidam infirmantur in pedibus per pigritiam. Pigritia enim eſt podagra pedum, quaſi qui infirmatus fuerit nunquam ad bona opera ſe mouebit. Iſta eſt infirmitas Aza,de qua dicitur 2. Paral.16. quod ægrotauit. Aza dolore pedum vehementiſſime, & nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum.

Idem. Sicut aliqui ſunt morbi corporales, qui nulla medicina poſſunt curari, ſicut eſt lepra, phthiſis antiquata, hemorrhois fiſtulata, & colica: ſic vere mora-

moraliter loquendo, aliqua ſunt vitia, quæ medicinis ſpiritualibus, non curãtur: ſicut eſt deſperatio, præſumptio, obſtinatio, recidiuatio, & ſimilia, de hoc dicitur Hierem. 46. Fruſtra multiplicabis medicamina: ſanitas non erit tibi, & Eſa. 1. dicitur de plaga tumente: vulnus & plaga tumens non eſt circumligata pannis, nec curata medicamine, nec fota oleo. Bene igitur dicit Hieronymus in epiſtola ad Paulinum: quod putridæ carnes ferro indigent, & caurerio; nec eſt medicinæ culpa, ſed vulneris, cum crudæ carni ſæuit medicus, & vt medeatur non parcit, ne pereat. His igitur de medicina prętractis, poſſumus dicere quod nos habemus triplices medicos, diuerſarũ ægritudinum curatiuos, ſcilicet Chriſtum redemptorem: qui vitia reparat & vulnera peccatorum. Legum ſcrutatorem: qui vitam reparat, comparat, prædicans onera mandatorum, dignum præceptorem, qui mores temperat, corrigit contra ſubditorum deceptorem, qui mentes alterat, excuſans ſcelera fatuorum: doctum adiutorem, qui morbos ſuperat, & ſanat corpora infirmorum, &c.

Sicut ergo videmus quod apoſtema aperitur, vt corruptis humoribus defluentibus ſanitas recuperetur, ſic vere corda noſtra debemus aperire, & reuelare & corruptionem peccatorum emittere per confeſſionem, vt ſanitas ſpiritualis recuperetur, per gratiæ & veniæ reſtitutionem. Ideo dicebat ipſe, Pſalm. Dici confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino: vbi aduerte quod in confeſſione debent eſſe iſta quinque: ſcilicet ſagacitas deliberantium dixi: inquit & propoſui & deliberaui integritas accumulatiua, Confitebor, id eſt, completè fatebor: veracitas contrariatiua. Aduerſum me, ſcilicet me ipſum accuſando: virilitas ſordis expulſiua. Inſtitiam meam, quæ ſcilicet debet expelli, deitas pacificatiua Domino inquit, cuius ſcilicet maieſtas debet pacificari. *Idem.*

Sicur plagæ ſunt cauſæ perditionis ſanguinis, attenuationis virtutis, & introſ facir perdere virtutem reſiſtendi facit amittere, & mortem inferni facir incurrere, vnde Eccl. 22. quaſi romphea bis acuta omnis iniquitas: plagę eius non eſt ſanitas, & Apocal. 15. dicitur quod Angeli ſeptem habebant plagas ſeptem nouiſſimas. Iſti enim ſeptem Angeli ſignificanr vniuerſitatem Angelorum malorum, qui pro certo plagas ſeptem, id eſt, peccatorib. infigunt. Iſtæ enim ſeptem plagæ ſunt plagæ *Idem.*

Tumoris & ſuperbiæ,
Doloris & inuidiæ.
Fetoris & luxuriæ.
Furoris & iracundiæ.
Ardoris & auaritiæ.
Temporis & diſſidiæ.
Mœroris & triſtitiæ.

De plaga tumoris dicitur Eſa. 1. vulnus, & liuor & plaga tumens non eſt circum ligara, nec curata medicamine & iſta plaga fuit percuſſus Ozias Rex Iſrael, qua pręſumſir offerre Deo incẽſum, vſus officio Sacerdoris, proprer quod percuſſus fuit plaga, ſicut dicitur 2. Paral. 26. de plaga doloris & inuidiæ dicit Hier. 15. factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis. Et iſta eſt illa inuiſibilis plaga, qua percuſſit Dominus Antiochum, 2. Machab. 9. quia ſcilicet inuidia inuiſibiliter latet in corde: de plaga fetoris

& luxuriæ

& luxuriæ dicitur 1. Macha. 14. quod contaminabant omnia quæ in circuitu ſanctorum fuerunt, & inferabant plagam magnam caſtitati, & iſta eſt plaga lepræ de qua totiens fit mentio in ſcriptura Leuit. 13. De plaga furoris & iracundiæ, dicitur Num. 17. ſcilicet quod egreſſa eſt ira, & plaga deſæuijt. De plaga ardoris & auaritiæ dicitur Leuit. 13. Plaga cumbuſtionis eſt & Eſa. 16. dicitur. His qui litantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas, &c. De plaga torporis ſeu languoris, & deſidiæ, dicitur Hier. 8. iniquitas & vaſtitas audietur in ea infirmitas & plaga. De plaga vero mæroris & triſtitiæ dicitur Eccl. 25. omnis plaga triſtitia cordis. Iſtæ ergo ſunt plagæ vitiorum, quibus diabolus plagat, & vulnerat peccatores; & ideo conſulitur Apocal. 18. De Babylone, ideſt, de mundo, ne inquit ſitis participes deliciarum eius, & de plagis eius ne accipiaris, & cauſa redditur Eſa. 1. vbi dicitur quod liuor & vulnus, & plaga tumens, &c.

Idem. Sicut in febribus acutis bonum ſignum eſt infirmum iacere ſuper latera: ſignum enim eſt quod latera non ſunt apoſtemate tacta, quia alias ita doleret, quod lateribus non incumberet illo modo: ſic verè dico moraliter quod in infirmitate vitæ præſentis, vbi omnes febricitamus & tentationibus æſtuamus bonum eſt quod cubemus ſuper latera iſta, ideo ſuper dexterum quod eſt ſpes, fides, & cæleſtium conſideratio; & ſuper ſiniſtrum quod eſt charitas, & timor mortis, & inferni pia meditatio. Signum eſt enim ſi talibus lateribus incumbimus, & ſi nunc cæleſtia nunc infernalia cogitamus, quod interius in cordibus noſtris apoſtema, ſeu corruptionem peccati mortalis non habemus: illi enim qui peccati & criminum apoſtemate ſunt pleni, & infecti, & morbo febrili ſunt repleti, neſciunt iacere in latere, nec ad Deum in tribulatione, aut tentatione recurrere, nec de cæleſtibus gaudiis, inerrabilibus, & infernalibus infinitis pœnis, & tormentationibus cogitare: ſed ſolum in ventre aut horto deliciarum & criminum & immunditiarum toto tempore ſe inuoluere. Bene ergo præcipitur figuraliter Ezech. 4. vbi dicitur & tu dormis ſuper latus tuum ſiniſtrum, ſequitur, & cum compleueris dormies ſuper dextrum.

† *Philippus Diez.* Paralyſis eſt diſſolutio membrorum. Hoc corpus neruis contextum, compoſitum atque obligatum eſt, quando aliquis nimius calor corpori aduenit, relaxantur nerui, & ſic diſſoluuntur membra, quæ neruis aſtricta tenebantur, & ſic non poſſunt membra munera ſua exercere, nec manus, aut pedes, aut aliæ corporis partes moueri queunt. Et hæc eſt paralyſis. vnaquequæ reſpublica eſt vnum corpus, quod plurimis membris conſtat. Quæ ſunt diuerſa officia, diuerſeq; hominum conditiones, quæ in ea ſunt? nerui autem quibus membra gubernantur, ſunt miniſtri iuſtitiæ, quib. membra in ſuis debitis operationibus conſeruantur. Hi efficiunt, vt vir nobilis viuat tanquam vir nobilis, & mercator tanquam mercator, & artifex tanquã artifex, ac denique vnus quiſque ſecundum ſtatus ſui conditionem vitam ducat. Aduenit autem nimius calor cupiditatis, & efficit, vt nerui, hoc eſt miniſtri iuſtitiæ relaxentur, & ſic relinquunt membra diſſoluta, & perinde vniuerſale hoc Reipublicæ corpus diſſolutum, etiam atque diſiunctum remanet:

manet: itaque per nimium cupiditatis calorem, qui introducitur in gubernatoribus, prouenit vt reſpublica dilabatur, atque perdatur: ita ut nemo iam ſecundũ ſtatum ſuum velit viuere propter cupiditatem, quę omnia peruertit, atq; conturbat: ſic exaggerat propheta Nahum dicẽs: diripite aurum, & non eſt finis diuitiarum, ex omnibus vaſis deſiderabilibus, diſſipata eſt & ſciſſa, & dilacerata, & cor tabeſcens, & diſſolutio geniculorũ & defectio in cunctis renibus, & facies eorum omnium, ſicut nigredo ollæ. O miſeriam atque infelicẽ rempublicam! cupiditas etenim diripiendi, pretioſiora vaſa, perdidit, quæ in te erant qui ſunt meliores viri, quia eorum cupiditas & acquiſitio prope infinita eſt.

Et ſic in corporalibus diſſipata es, & in ſpiritualibus a Deo conſciſſa, & cor habes putrefactum. Cor ciuitatis eſt conſiſtorium, capitulum clericorum, literatorum congregatio, & quando hi omnes paſſione ac cupiditate ducuntur, tunc, eſt cor ciuitatis tabeſcens, atque putrefactum: & idcirco ſi malum eſt in te o infelix ciuitas ex corde tibi totum prouenit. Et cor tabeſcens, dicit vlterius ſanctus propheta & diſſolutio geniculorũ. Hinc etenim genuum diſſolutio dimanat, geniculi ſunt pars qua totum reipublicæ corpus mouetur. Hi ſunt executores, ſcribæ, curſores, notarij, oſtiatij & reliqui huiuſcemodi. Et quia vir potẽs eſt plenus cupiditate, ideo pecuniis multis illi vendit qui nullam habet intentionẽ, niſi furandi; Ego autem tibi dico, ô vir primarie, qui manus famulo tuo ignaro, & inepto cuique nequaquam cędi debet, committis, te mortaliter peccare, & ad reſtitutionem teneri omnium malorum, ac direptionum, quas ipſe commiſerit. dicit vlterius & defectum cunctis in renib. Renes ſunt partes corporis, in quibus vniuerſa eius alimenta recipiuntur: ſicque renes reipublicæ ſunt mercatores, negotiatores, atque reuenditores. Et in his maximus ineſt defectus quia rem, quã tribus nummis emunt, decem vendunt: Et nemo illis obſtat, quia ipſi prius muneribus ac largitionibus corrumpunt eos, à quib. puniendi erant. Qui renibus laborat non poteſt ambulare niſi recuruus in terram, quod ſi eum interroges Domine, quare ita recuruus incedis? Domine (inquit) renũ dolore laboro: ſic enim hi mercatores, quaſi renibus laborantes, ſemper in terram verſus inclinantur, nihil aliud, quam temporalem vtilitatem ſuam expetentes: dicit vterius facies eorum ſicut nigredo ollæ. Hæc eſt illa olla quam vidit Hieremias cum dixit; ollam ſuccenſam ego video, videbat illam *Hierem.* 1. inferni ignibus ſuccenſam. Hoc eſt cor quod eſt tanquam olla cupiditatis, igne inflammata feruerit, qui quidem conſcientiam, & animã denigrat, atq; etiam exteriorem cupidi hominis famam obſcurat. Ecce reipublicæ paralyſim. Hæc autem ſi viget, eſt per defectum hominis, ô vtinam Deus nobis det homines atq; homines virtutibus ac ſanctitate plenos, vt ſuo exemplo verbis & orationib. nos ad veræ pœnitentiæ piſcinam deducant, noſtręque ſalutis ſint inſtrumenta.

Quando morbi medicinis non obtemperant, aut illi ſunt grauiſſimi, aut *Idem.* homo ille peſſimæ eſt complexionis, cum igitur videamus quam male atque negligenter infinitæ Dei potentiæ, atque probitati obtemperemus,

quod aliud dici poteſt, niſi aut morbos ſcelerum noſtrorum eſſe grauiſſimos, aut nos adeo malos eſſe, vt tanta hæc tamque efficacia remedia leuib. morbis non medeantur.

Idem. Quemadmodum venenum vbi primum ad cor accedit, ſtatim & non antea necat: ſic peccatum non interficit, quouſque ad conſenſum voluntatis perueniat, & hinc oritur quod ſicut animalia, quæ venas anguſtas habent, cum veneno non facile pereunt, quoniam virus locum non inuenit, quo ad cor fluere queat, quæ autem venas amplas ſortita ſuere facilius cum veneno moriuntur: ſic qui conſcientiam anguſtam propter diuinum timorē habent, difficulter cum peccati veneno moriuntur. Quoniam coarctatio conſcientiæ illud ad conſenſum voluntatis, accedere non ſinit, qui vero ampla ſunt conſcientia, & abſq. timore facile cū hoc veneno pereunt, quoniam illud ad voluntatis conſenſum accedere permittunt: id circo Chriſtus Redemtor noſter, tot artes, & inuentiones quæſiuit, vt in cordibus humanis diuinus timor regnaret.

Idem. Quemadmodum morbus qui ſtatim in faciem non prodit, & exterius apparet, aut non eſt verus morbus, aut ſaltem leniſſimus: ſic etiam ſpiritus afflictio niſi exterius in corporis afflictione apparet, vel non eſt vera afflictio, vel ſaltem eſt minima: vera enim & maxima afflictio in vultum prodit; hoc voluit ſignificare Spiritus ſanctus, dicens, ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.

Prouerb.17. Quod non ſolum carnē macerat, & vultum facit marceſcere, verum etiam medullas conſumit & oſſa arefacit.

Idem. Si eſſet peſtis & cauſam eius intelligeretis, omni cura & vigilantia ab illa vel ipſos auertere contenderetis; id circo, ſiquidem hæc ſpiritualis peſtis, à ſuperbia, ambitione, luxuria, & cupiditate, &c. oritur: multo maiori cura, & ſolicitudine oportet vos hæc omnia mala omnino deponere, & ſiquidem hæretici contra Ieſum Chriſtum, & eius ſacroſanctam ſponſam Eccleſiā vnanimes fuerunt; nos etiam ſingulari amore ſpiritu & efficacia ad eius honorem defendendum, & pro eo propugnandum ſimul conueniamus.

Idem. Hoc enim fratres inter leues, & graues corporis morbos diſtat, quod leues quidem nec multum ſentimus, nec admodum diligenter eis remedia quærimus; at quo grauiores ſunt, eo maiorem nobis ſenſum doloris incutiunt, & ad quærenda remedia acrius incitant. Longe tamen aliter in animæ morbis euenit, pios enim viros perfectioriſque vitæ ſtudioſos leuia etiam peccata non leuiter angunt. Quod quidem longe aliter in grauiſſimis ſceleribus contingit, quæ quanto grauiora ſunt, tanto minus ſentiuntur, quoniam ipſam vim ſentiendi in hominibus impediunt. Quod aperte

Prouerb.18. Salomon ſignificauit, cum dixit impius cum venerit in profundum malorum, contemnit. Hoc eſt pro nihilo ducit grauiſſima etiam delicta committere: in has igitur aures neceſſe eſt, vt cæleſtis medicus digitos immitat, id eſt ſpiritus ſui dono ad recte audiendum idoneos efficiat.

Idem. Denique adeo corruptus eſt populus Chriſtianus, vt quemadmodum tempore peſtis non eos equidē, qui moriuntur, ſed eos potius, qui viuunt, atque ſuperſunt admiramur; quo circa, cum peractam iam & finita peſte nobis

nobis dicitur, talis vir & talis in tali oppido ſuperſtites remanſerunt, neque peſte perierunt, valde miramur: ſic tanta nunc eſt morum corruptio, & peſtis, vt iam non eos quidem qui peccant, ſed eos quos honeſtos, pudicos, miſericordes, quique peccata ſua crebro confitentur, atque ad ſacro ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum accedunt, perſpicimus, quaſi miraculum aliquod, illos tantæ corruptionis immunes perſtitiſſe miremur.

Facilius non vnum vulnus quam multa curantur, & melius recentibus vulneribus, quam veteribus medicina adhibetur: ſic anima melius ab vno peccato recenter commiſſo, quàm à multis, quæ in corde veteraſcunt curatur. *Idem.*

Grauiſſimus eſt morbus ad quem curandum, & ſanandum opus eſt brachium abſcindi, aut aliam præcipuam corporis partem amputari: ſic maximus & grauiſſimus eſt morbus ſuperbiæ, ſi quidem vt enim ab eo radicitus curetur, & ſanetur ſæpenumero permittit Deus, vt alias plurimas virtutes ſicut caſtitatem patientiam, &c. amittat. *Idem.*

Vt cotidianas febres adeo crebras, vt finita vna, altera confeſtim incipiat: ita vt ſe inuicem attingant, vnam febrem continuam dicimus: ſic ærumnarum multitudinem, & frequentes procellarum perturbationes, in mœrore cotidiano lacerantes, vnam miſeriam appellamus. *Idem.*

Quemadmodum ex nimia ſtomachi repletione & ciborum redundantia, oritur obſtructio illa, quam medici oppilationem vocant, ex qua producitur continuus capitis dolor & phreneſis ad inſaniam producens: ſic ex depranata vitæ cupiditate & morum corruptela, & gula, & voracitate, oritur effrænata libido, ex qua producitur phrenetica illa hæreticorum inſania, & in rebus fidei intellectus deprauatio. *Idem.*

Morbus igitur latebat occultus, per quem omnium ſecreta medullarum, & venarum meatus in ipſorum vitalium tendebant exitium, & quandam ſugeriſin in omnibus generabant internis. Venit lex quæ & vulnus proderet, & tandem vetuſto languori ſupernum aduenire medicum nunciaret: Venit lex quæ mandatorum fomentis in cutem produceret, quod in altum feraliter ſæuiebat: Venit lex vt gladio præceptorum velut Apoſtema longi temporis aperiret: & collectam diu ſaniem ſalutaris ſubinde ſiccaret effuſio. Nec tamen per ſe fratres aut vulnus claudere, aut ægrotanti perfectam addere valebat ipſam ſanitatem. Quod vbi vidit ægrotus, & tandem ſtatum ſuum miſerandus agnouit, cæpit tendere feſtinus ad medicum, vt quod per legem proditum, & per ipſam diu fuerat ampliatum, tanti medici peritia curaretur & gratia. Ampliatum vulnus dicimus fratres, quia poſt inciſionem putredo, fœtor, horror, vexatio ipſi vulneri abſciſione generatur: & fit per curam deterior miſerandi facies ipſa languoris, quam fuerat ignoranti periculum, cum lateret. Venit ergo medicus, & iam feſſo curis, & curationum vexationibus perdefeſſo, ſolius verbi authoritate ſubuenit: ſicut centurio ille confitetur cum dicit, dic verbo & ſanabitur puer meus. Et impleretur illud propheticum, miſit verbum ſuum & ſanauit eos. Et ideo ſequitur, vbi abundauit peccatum ſuperabundauit & gratia: Ac ſi diceret, vbi dilatatum eſt vulnus, ſuper effuſa eſt ſanitas. Nemo ergo ingratus ſit legi: quia quam ægrotantem & iacentem inuenerat, leuauit, fouit, & vt ſaluti traderet, ipſum vſque ad medicum ſalubri exultatione perduxit, vt ſicut dicit Apoſtolus. Quemadmodum *Petrus Chriſolo. ſer. 112.*

dum regnauit peccatum in mortem, ita gratia regnet in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, Gratia in vita, peccatum regnat in mortem. Recta fides non mortem, non interitum hominis auctori Deo deputat, ſed ſalutem. Mors fit hominis, fit peccati, & vita creata, & reddita ſolum creditur eſſe per Chriſtum.

Greg. Nanz. or. 22. ad Hero.

Sicut ex vlceribus reciſis ſanies effunditur: ita iterato malo, reciſaque virtute in deterius itur.

Ioan. Bap. Donatius l. 4. c. 24. Rei pied ſtudioſ.

Sicut malignitas medicè accepta, eſt *morbus adiunctus morbo, iam præter naturam, ideſt additamentum quoddam morbo iam conſtituto: hæc enim habet præterea hoc quod adiungitur ipſi morbo, ipſa ſcilicet malignitas quæ & ipſa morbus eſt:* ſic malignitas moraliter accepta eſt vitium adiunctum vitio, ideſt additio quædã vitio: iam in ſuo eſſe conſtituto; & additur vitio, quia & ipſa vitium eſt, vt v.g. inuidia cum odio, cùm ambitione, malignitas quædam coniungitur, quæ & ipſa vitium malum eſt.

Ioan. Sporiſchius de rat. inue. comp. medic. c. 1. l. 1.

Sicut morborum qui vitam humanam frequenter impetunt, affligunt, & depopulantur, antequam plurimi mortalium ſpacium ſibi præfinitum in vitæ curriculo attingunt, alij ſunt mites & benigni, qui interdum ad ſui oblationem nullis medicamentis opus habent, ſed tantum laudabili diæta curantur, vel medicamenta talia admittunt, quæ quidem cauſæ morbificæ & internæ reſiſtunt, & tamen à Natura alimentorum idoneorum nutritione, quæ fit in humanis corporibus, non longe abeſſe aduertuntur: alij ſunt maligni, & adeo periculoſi, vt hominibus quos inuadunt, aut magnum malum inferant, aut exitio ſunt, niſi tempeſtiue, ac dextrè ijdem tum laudabili diæta, quæ in legitima ſex non naturalium adminiſtratione conſiſtit coerceantur, tum medicatione conuenienti expugnentur, & profligentur, ita vt natura malo releuata vires viciſſim colligat, & omnes cum partes, tum facultates & actiones corporis humani integrum ſanitatis ſtatum conſequantur. Alias enim hi morbi inconuenienti diæta irritantur, & medicamentis mitibus, quæ à natura ſanorum alimentorum non multum abſunt, adeo exacerbantur, vt maligniores fiant, & poſtea validiſſimis præſidijs quæ ars medica proponit, difficulter cedant. Quemadmodum & mites morbos aliquando per inconuenientem diætam, & medicationem, tum ineptam tum intempeſtiuam, ab indoctis medicis, ineptis medicatricibus, & eius farinæ hominibus intendi atque augeri comperimus, ſic idem pari modo ad vitia applicatum, dici poteſt.

Georgius Valla de inuenta Medecina.

Vt humanum corpus quatuor conſtare elementis iam receptum à cunctis eſt, ſanguine inquam, flaua & atra bile, & pituita, ſeu phlegmate: cum igitur ſibi hæc elementa conſiſterint, conquieuerintque, tum ſanus homo eſſe perhibetur: cum vero inuicem ſeſe protrudunt redundantia, & ſubtractione, tum demum mortales morbo oblangueſcunt, redundante, aut ſubtracto humore, altero humore impetrante, altero autem oppreſſo, eſt enim cum duo miſcentur elementa, vt in ſynocho febre, ſeu continua nempe flaua bilis cum ſanguine miſcetur: Sic corpus politicum quatuor conſtat humoribus, nempe Principe, nobilibus, religioſis & populo, qui omnes quando conquieſcunt, & vnusquiſque officio ſuo recte fungitur, reſp. felicilitate fruitur. At quando excedere & alios opprimere aliquis incipit, vt Princeps nobiles, aut populum, aut religioſos, aut duo coniunguntur, vt quando Princeps & nobiles populum, aut religionis ſtatum conculcare conantur, tunc vniuerſa reſp. conturbatur, ac conquaſſatur.

Sicut omnium Medicorum conſenſu, articulorum vitia ex grauiſſimorum, & pene intolerabilium affectuum numero exiſtane, maximiſque tormentis annumerentur, adeo vt ſæpius affectata morte nullum frequentius ſit votum. Sic grauiſſima tormenta quæ iudices ad atrociſſimorum facinorum eruendam veritatem reis infligunt, inter maxima martyria iuriſperiti annumerant. *Guillielmus Budæus de cu randis articularibus morbis.*

Sicut morbus articularis raro eſt ſimplex, ſed fere compoſitus, ex pluribus humoribus, diligenter animaduertendum eſt, quis humor magis abundet, à quo quoque maior indicatio curationis ſumi debet, reliquo tamen humore non neglecto. Sic calumnia ſemper eſt cum aliis vitiis coniuncta: quare conſiderandum eſt quod vitium in ea prævaleat, illudque aſtuta prudentia cauendum. *Gerardus Bergenſis de Praſer. & curat. morbi articul.*

Sicut vulnus ſi ſemper vnctum fuerit carnem mortuam citò trahit, quæ illud ſanari nō ſinit, & ſi ſemper remorſiua adhibeantur grauius valde ſauciatur, ſic eſt de infirma hominis carne: ſi ſemper ei leuia adhibeantur, ſenſus ſpiritualis in anima moritur. Atque ſi pœnitentię corroſio vltra modum corpori adhibeatur, mens ſatis infirmior ad bona opera reperitur: pœnæ enim ſecundum philoſophum in 2. Ethicorum ſunt medicinæ. Medicinæ quippe debent cum magna diſcretione, & moderate ſumi: proinde Bern. inquit. Qui ex indiſcretionis vitio ieiunia, & vigilias, ſic agit, vt deficiente ſpiritu vel langueſcente corpora ſpiritualia impediantur, abſtulit corpori boni operis effectum, ſpiritui affectum proximo, exemplū, Deo honorem, & obſequium ſacrilegus eſt, & omnium bonorum reus Domino. Eſt enim anima immortalis: proinde deficere minime poteſt, ſed corpus corruptibile, & vas fictile eſt, & non poteſt pariter contendere cum ea in curſu, nec tantum ferre laboris, quantum illa capere poteſt, feruidæ voluntatis. Ebrius quandoque ad curſum agitat, cui inſidet equum: nec conſiderat quod cum æſtuet vino, & equus ſit ſine freno, & ab eo ſupra poſſe laborare cogatur neceſſe eſt illum ruere, & ad locum intantum tardius peruenire: debemus enim carnem reſtringere, non extinguere: reprimere, non opprimere, regere: non occidere: vt ſeruiat non laſciuiat: anulletur, non dominetur. Terra fertilis, ſi diu inculta fuerit ſilueſcit: ſi nimis fructificare cogitur, fructum non affert: ſi medium tenetur, fertilis perſeuerat, ſic de corporis agro agendum eſt, vt nec de otio, vel deliciis laſciuiat: nec de deſidia, vel labore deficiat; proinde beatus Hieronymus in quadam epiſtola ait: corporis debilitas nimia etiam vires animæ frangit & mentis quoque ingenium marceſcere facit, quicquid cum modo & temperamento fit ſalutare eſt, optimus in omni re modus laudabilis, vbique menſura hæc: ſanitas quippe à nimia indigentia, & ſuperfluitate corrumpitur, & in pulchrioribus membris non placet quod nimis eſt: cui rogo placeret, ſi magnitudinem faciei oculorum excederet magnitudo? Guſtus nimis calidum & nimis frigidum horret. & ſic alii corporis ſenſus. Nimia quoque dulcedo non placet, licet amplius amaritudo diſpliceat. Porrò diſcretio non tantum eſt virtus, ſed eſt omnium virtutum mater, vt dicitur 1. quæſt. 5. præſertim, & extra de officio custo cap. 1. item eſt omnium auriga virtutum. *† Bernardinus Senenſis ſer. tom. 3. ſerm. poſt diem Pѕt.* *Idem. De conuerſ. pec. art. 1.*

Dicitur febris à ferueo, es: quia facit hominem feruere, vel dicitur à fri-

geo, ges: quia facit hominem frigere. Et ad literam quandoque venit febris cum frigore, quandoque cum calore: vt per febrem myſticè innuatur omnis culpa. Nam omnis culpæ origo eſt: aut timor male humilians. Ecce frigus: aut amor malè inflammans. Ecce calor, aut enim per timorem malè humiliantem frigeſcit anima contra Deum: aut per amorem male inflammantem caleſcit anima erga mundum.

Stepl. Grodecius in cbc. 10. tom 6.

Sicut in corporis, ita & in animi ægritudinibus quædam ſunt breues, aliæ diuturnæ, quædam leues, aliæ graues & periculoſæ, quædam faciles, aut nunquam aut difficulter curabiles. In iſtarum vero numero cenſentur pthiſis, & hydropiſis, illa ex pulmonis, hæc ex hepatis vitio prouenìens: vtraque quidem ſi invaluerit ægre ſanatur, quæ vero ægrius medicorum relinquamus iudicio, nos noſtra curemus ſpirituales ſpiritualia.

Lege eundem aut: de pthiſi, quia fere totam concionem oporteret huc afferre.

Ill. ph Perez de Laia de Anniverſ. & capellany, li. 1. num. 12.

Sicut vnus morbus ſanitatem, quę eſt in ſingulis corporis partibus tollit: *Sic offendens in vno peccato mortali, amittit vitam æternam, & damnabitur, quia omnis virtus detrimentum patitur ab omni vitio c. dolendum de pæn. diſ. 5. &c.*

Vale. Polydor. in tract. exor. in prec. ca. 6.

Sicut quidam morbi corporales, niſi dieta poſſunt curari, ſic & multi ſpirituales, niſi ieiunio poſſunt exterminari, vt inter cæteros ſunt, ij quos dœmones obſeſſos tenent, vt refert Valerius Polydorus: *Cum ieiunium in expulſione dæmonum à corporibus obſeſſis requiri teſtatur Dominus, qui dixit diſcipulis ſuis, quærentibus quare non potuiſſent eijcere dæmones. Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in orat. & ieiunio, Mar. 9.*

Ioan. Raulin. in ſer. quadr. 26.

Paralyſis ſpiritualis.

Paralyſis eſt membrorum diſſolutio: in qua quis perdit ſenſum & morbum, ſic peccator per peccati morbum perdit motum ad bonas operationes, & ſenſum quo ad pericula morbi ſui quæ non ſentit Exod. 15. fiant immobiles, quaſi lapis immobilis, quo ad motum quaſi lapis ad ſenſum, vnde triplex eſt paralyſis ſpiritualis, vna quando quis non ſentit ſe ipſum, & hoc per ſuperbiam; humilitas enim ſenſus eſt ſui ipſius, qua quis ſeipſum nihil eſſe cognoſcit: ſuperbia vero inſenſibilitas eſt Pſal. ſi non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam, &c. id eſt, ſi vere ſentiret miſer peccator defectus ſuos nunquam ſuperbiret, ſed ad medicum & ad humilitatem recurreret; ſed ſuperbi dicere poſſunt illud Prouerb. 23, verberauerunt me & non dolui, traxerunt me, & ego non ſenſi, tales ſunt ſuperbi, qui nec tribulationibus, nec ſermonibus, nec monitionib. ſuum ſtatum cognoſcere poſſunt. Secunda paralyſis eſt cum quis alicuius membri infirmitatem non ſentit, nec ei compatitur, cum enim ſimus membra vnius corporis, paralyticum ſe probat, qui aliorum (qui ſunt membra ſua) malum non ſentit, vt modo ſunt maiores qui non ſentiunt pauperum neceſſitates, curatur autem pietate, quæ eſt ſenſus alienæ infirmitatis, 1. Cor. 12. in idipſum pro inuicē ſolliciti ſunt membra, & ſi quod patitur vnum membrū compatiuntur omnia membra, & poſtquam locutus eſt de ſenſu membrorum, loquitur de motu dicens, & quoſdam quidem dedit Deus in eccleſia primum Apoſtolos. Secundo Prophetas tertio doctores, &c. quæ tali pertinent ad diuerſorum officiorum opera. Primum quidem eſt ſenſus, deinde motus, vnde qui non habet ſenſum alienæ infirmitatis, non mouetur ad opera p[illegible], Exod. 10. de Ægyptijs legitur quod tribus diebus nemo vidit fratrem ſuum [illegible], non attendit miſeriam fratru ſui: nec mouit ſe de loco ſuo: vt exerceret

opera

opera pia. Salomon genuit Booz. Salomon ſenſibilis, Booz robuſtus interpretatur: quia ſenſibilis in affectu fortis eſt in opera. quam ſenſibilis erat Apoſtolus qui dicebat Quis infirmatur: & ego non infirmor. Tertia paralyſis eſt cum quis non ſentit diuinam bonitatem, & hoc quia caret mundicia cordis, immundicia etenim carnis inſenſibilitas quædam eſt, quare per eam inficitur, palatum interioris hominis; vt non ſapiant quæ ſapere debent, & ſapiant quæ ſapere non debent. Sicut porco non ſapiunt aromata & ſapiunt ſtercora, Tren. 4. Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora, quia nonnulli quibus ſapere ſolebant ſpiritualia, non ſapiunt, vt modernis religioſis, ſed ſolum carnalia & corporalia.

Sicut ex vulnere illato remanet cicatrix in corpore; ſic ex actu peccati quamuis tranſeunt, Macula manet in mente, quæ non niſi per pœnitentiam deleri poteſt, de hoc figura legit. Luc. 10. vbi habetur quod latrones vulnerauerunt quendam hominem tranſeuntem viam, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto, & quid latrones niſi dæmones ſignificant, qui dum depradari volunt theſaurum conſcientiarum noſtrarum, tandem percutiunt accrociſsimè cum ad peccatũ pertrahunt. ex quo actu quamuis tranſeunti remanet nihilominus culpa, ſeu macula in mente, per quam quis quoadusque perfecte pœnituerit formaliter denotatur peccator.

Gullielmus Pepin. in pœnit. lect. 29.

Sicut ergo non eſt ſanus qui cicatrices habet in corpore, quæ putruunt, & fœtent; ſic nec ille in cuius conſcientia peccatum latet vel macula remanet.

Idem.

Sicut chirurgi ſolent primum vulnus lauare aqua calida, deinde hinc inde circumſpiciendo materiam peccantem interius latentem emplaſtris, & huiuſmodi extrahere, ſcientes non poſſe membrum mederi, in cuius viſceribus latet virus. ſic & ſpiritualiter primum neceſſe eſt cicatrices cordium noſtrorum ſanare, non tamen ſuperficialiter, & exterius, ſed magis interius, & hoc eſt quod præcipit Dominus faciendũ Eſa. 1. lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationũ veſtrarũ: à corde. ergo incipienda eſt curatio animæ, alioquin non ſanatur vulnus; licet cicatrix obducatur exterius, ſicut patet in corporalib. quantum ad eos qui patiuntur apoſtemata currentia. ſeu fixuras, quæ ſi claudantur antequam plene euacuata fuerit peccans materia; intus latens, communiter ſequitur mors: ita in propoſito ſuo modo dicendum eſt de occulte peccantibus. & ſua peccata confiteri erubeſcentibus, hoc tamen procedit ex magna & damnabili ipſorum peccatorum inſipientia, ideo ſubditur à facie inſipientiæ meæ: ſi enim ſapiens eſſet peccator deberet attendere ad illud Chriſti verbum, Matth 10. nihil opertum quod non reueletur; & occultum quod non ſciatur.

Idem.

Sicut ille morbus atrociſſimus eſt, ad cuius comparationem alij ferè nihil ſunt, ſic *illud crimen immane eſt, ad cuius comparationem cætera crimina quaſi pro nihilo ſunt c. per tuas.*

Benedi. Curt. in Areſt. Amor. lib. 1.

Sicut enim in infirmitate praui humores conſumuntur, & vacuantur, ita quando poſt infirmitatem homo ſanior efficitur, ſic infirmitas corporalis animam humoribus peccatorum affectionum vacuat, & purgat.

Ioan. Raulin. in ſer. quadr. 53.

Vt corpora purgantur nitro; ſic animæ languoribus.

Idem.

Secundo erat Lazarus vlceribus plenus. per vlcera autem huius Lazari poſſunt intelligi peccata confitentium miſericordia & pietate, indigentia; vlcera enim non niſi blanda manu permittunt ſe tractari: iſta ſunt peccata quæ duram correctionem non recipiunt; ſed vnguentum miſerationis requirunt, & potius lenitate, quam obiurgatione ſanantur; quod ſignificatur Eſaiæ 39. vbi dicitur quod Eſaias cataplaſmum ficus ſuper vlcera

Ioan. Raulin. in ſer. quadr. 53.

regis

regis appoſuit.propter dulcedinem conſolationis,ſic enim tractandi ſunt reges ſcilicet leniter. Secundo vlcera ſignificantur peccata non occulta: ſed iam per conſenſum prodeuntia, in vlcerib. trahitur fex ad cutem exteriorem, quod fit quando aperiuntur peccata per confeſsionem,iſtorum enim maxime miſerandum eſt, qui vlcera oſtendunt peccata confitendo: quare iſti curari poſſunt.

Bernardinus de Buſto in roſ.ſer. part. 6.

Sicut plaga non purgata opprimit corpus quotidiana moleſtia, ita peccatum conſcientiam aßidue pungit.

Barthelom. Montagnana conſ. 263.

Sicut homini neutro facile eſt cadere in egritudinem, ideo videtur quod regimen eius non indigeat intentionibus,& inſtrumentis proprie curatiuis,talia enim cõuenientia ſunt proprie ægrotantibus actu.ſimiliter etiam non indiget penitus regimine conſeruatiuo,tale enim proprie competit inculpate ſanis, ideo cum iſte vir aptus exiſtat, cadere in egritudines nondum tamen incidit in eas, ideo indiget regimine partim conſeruatiuo ſanitatis actualiter exiſtẽtis, partim vero præſeruatiuo, à caſu in prædictas egritudines propter quod regimen eius debet eſſe complexum, & conſeruantibus, & præſeruantibus cauſis ſcilicet partim per contraria inſtituendum. Sic homini neutro quo ad vitia,& ad virtutes facillime in vitia prolaberur. Ideo remediis curatiuis non egebit, talia enim vitioſis actu competunt, pari modo conſeruatiuis, talia enim virtute præditis conueniunt. Quare partim egebit remediis conſeruatiuis, partim præſeruatiuis virtutis.

Gabriel Biel in ſer. Dom. 30 ſer. 91.

Sunt ſpiritualiter infirmi ſub duplici differentia. Quidam enim infirmitatem ſuam odiunt,& cum ex negligentia eam incidunt, curam quærunt, & hi faciloris ſunt curationis, hi rectè ſignificantur per eum, qui 38. annis in infirmitate laborans aqua motum expectabat, vt ſanaretur,his enim vltro occurrit Dominus,ad ſanandum vt habetur Ioan. 5. alij ſunt qui infirmitatem ſuam diligunt, fouent, & in ipſa infirmitate ſua delectantur, quales ſunt qui adeo voluptatibus immerſi ſunt,vt quamuis eas illicitas fore non dubitent, in ipſis tamen perſeuerare cupiunt.

Iac. de Graſſis in ſerm. ſpir. par. 1.

Lepra generaliter ſignificat peccata, & variæ ſpecies lepræ diuerſa peccatorum genera: vnde lepra in cute deſignat peccata in opere, vel in carne, lepra in cicatrice dicit reuerſionem ad priora peccata, vel carnis macerationem,cum infidelitate, lepra flaua, vel pallida imbecilitatem fidei deſignare poteſt, lepra ruſa homicidium, lepra alba Hypocriſim hæreticorum; lepra liuida inuidiam,lepra nigra fumum idolatriæ, lepra pallida iracundiam deſignat, lepra florens in toto corpore auaritiam, indicat qua omnes commaculantur, ſicut fuit lepra Giezi lepra in veſte & omnia compoſita, vanitas in hoc ſeculo vel ſuperbia.aut inanis gloria in bono opere: lepra in ore eſt duplex, vel cum quis murmurat in aduerſis, aut ſe iactat in proſperis, lepra in corde eſt propria voluntas, & proprium deſiderium; peculariter vero lepra ſignificat peccatũ carnis, tum quia per totum corpus diffunditur,& qui fornicatur in corpus ſuum peccat, tum quia fœtet, & mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur, tum quia membra auſert ſcilicet oculos intelligentiæ.vnde Sampſon excæcatus eſt propter meretricem.tum quia auſert aures obedientiæ, nares diſcretionis, capillos bonæ cogitationis, barbam fortitudinis,ſupercilia ſanctæ indagationis, manus bonæ operationis.pedes ſanctæ affectionis, linguam confeſsionis,& orationis,quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: petit ergo leproſus iſte id eſt, peccato à Domino mundari à lepra peccati, dicens, Domine ſi vis potes me mundare. ſed nota quod quatuor notantur circa leproſum, quæ debent eſſe in peccatore. Primo debet peccator ad Chri-

Eccl. 9. Iud. 16.

Eccl. 15.

ſtum

ſtum accedere. Hinc leproſus deſcribitur veniſſe. Secundo debet adorare, idcirco adorauit. Tertio debet exclamare Domine. Quarto debet ſe humiliare, ſi vis, quaſi diceret, non meis meritis quia indignus ſum ſed tua bonitate: ſi vis potes me mundare: peccator enim debet ad Chriſtum accedere per contritionem. adorare, per ſatisfactionem, exclamare per confeſſionem. & in omnibus habere humilitatem.

Tandem ex duobus vberibus ſponſi. fluit dulciſſimum, & candidiſſimum lac operum, & doctrinæ, vt enim dicitur Actuum cap. 1. cœpit Ieſus facere & docere. Hoc eſt cæleſte illud lac ex Chriſti pectore per Apoſtolos Doctores Eccleſiæ, Euangelicoſque miniſtros tanquam per vbera filijs ſubminiſtratur. Sicut Paulus Apoſtolus prima ad Corinth. cap. 3. docet. Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.

Illephonſus Giron. in promp. conc. in deſc. Virg. Mar. 1. Cor.

Putas ne animum in peccatis obduratum pertinacemque poſſe aliquando hiſce admotis externis tanquam cataplaſmatis alioqui ſalutaribus Eccleſiæ remedijs emolleſcere, ad vitamque reuocari; fieri non poteſt, impurum animum. hoc eſt in peccatis perſeuerantem, eo iuſtitiæ genere poſſe affici, quo minus illius fiant ſordida deprecatione etiamſi infinita Deo nuncupet vota atque religionum profeſſiones.

Ioan. Bapt. Folengius in Pſalm. 99.

Vt certum eſt ſanitatem & morbum: ſic certum eſt non poſſe ſimul peccatum, & gratiam, mortē & vitam, balſamū & fœtores mel & abſinthium in eodem pectore habitare.

Robertus Bellarminus cōc. 31. feria 2. de reſurrect. Domini.

Sicut vna tuſſis non facit phthiſin, ſed in moram adducta, ita error non ſtatim gignit animi morbum. †

Vt mendum quod induruit ac diutius inhæſit difficilè tollitur, ita vicia inueterata non facilè corriguntur. *Senec.* †

Vt morbus in corpore non admittente, quod proprium eſt multarum noxiarum & abſurdarum rerum gignit appetentiam: ita calumnia, ſuſpicioque aduerſus cognatos & domeſticos malas & noxias aliorum neceſſitudines inducit. *Plut. in Moral*

Quemadmodum febres ex occultis cauſis ac ſenſim collectæ magis metuuntur, quàm quæ ex manifeſtis & grauibus cauſis ſunt ortę; ita occultę ac puſillæ quotidianæque offenſæ, magis dirimunt beneuolentiam coniugatorum. *Idem.*

Quemadmodum vlcus vel vulnus cicatricem relinquit in corpore doloris indicium: ſic conſcientia malefacti notas peccati in animo relinquit. *Idem. lib. de anim. tranq.*

Vt morbi ad vicinum ſerpit contagio, ſanitas ægrotantem non item: ita ex conſuetudine malorum, facilè boni corrumpuntur, at non contra. *Seneca.*

Sicut Aconitum etiam contactu necat: ita quorundam conuictus protinus inficit, aut ſi vel tantillum cum illis inceptes commercij. *Plin. lib. 29. cap. 2.*

Vt eſt initium ſanitatis ſenſus morbi. Ita correctionis initium agnoſcere culpam. *Plut. in Mor.*

Vt vlcus cruentat ſe ipſum, dum ſcalpitur. Ita curioſitas & ſua mala ſtudet cognoſcere, & dolorem acceſſit cognoſcendi libido, ſiue pruritus. *Idem.*

Vt ſi buboni accedat febris, nihil eſt periculi, verum ſi ſublato illo, tamen morbus perſeueret, videtur altius egiſſe radices: ſic fratrum diſſenſio, quæ ceſſat lite finita, cauſæ erat non ipſorum, at ſi manet etiam dum negotio confecto, iam negotium prætextus erat non cauſa, ſed exulceratus animus in cauſa fuit. *Idem.*

† *Plinius lib. 7. cap. 8.* Vt à vitiis corporis quidam inuenere agnomen: velut à diſtortis cruribus Vari, à tumidis labris, chilones; à naſo prægrandi: Naſones ſic non nulli malefactis ſibi famam pariunt ac nobilitantur.

† *Seneca lib. 3. de ira.* Vt aduerſus peſtilentiam nihil poteſt firmitas corporis, & diligens valetudinis cura, promiſcuè enim imbecilla robuſtaque inuadit;ita ab ira tam inquietis moribus periculum eſt compoſitis & remiſſis: quibus eo turpior ac periculoſior eſt,quo plus in illis mutat.

Plutar. Vt iuxtà ſententiam Hippocratis morbus eſt periculoſiſſimus, in quo ægrotus ſubinde mutat oris habitum, ac ſui diſſimillimus redditur; ita nullus eſt animi morbus ira periculoſior, qui vultum, vocem, inceſſum ſic immutat, vt idem alius eſſe videatur.

Idem. Vt tumor potiſſimum accidit ex plaga carnis, ſic molles & imbecilles animi maximè intumeſcunt ira,vt mulierum ac ſenum.

Vt vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad ſuſpicionem tactus condoleſcunt:ita animus affectus minimis offenditur,adeò vt quoſdam ſalutatio, epiſtola,oratio & interrogatio ad litem euocent.

Idem. Vt corporis vitia grauiora ſunt,quæ faciunt vlcus: ita quædam animi vitia ob id ſunt grauiora,quòd vehementius perturbant:minus enim cruciat, ſi quis non credat eſſe Deos, quam ſi quis ſuperſtitioſe timeat Deos.

Plin. Vt eſt quædam venenorum contraria natura: ſic vt ſæpe numero venenum veneno pellatur,ſic vitium vitio pellitur,& malus malo obiicitur.

† *Ioannes à S. Gemin.in 4. ſum. de exēp. lib.9. & 10.* Quemadmodum apoſtema quando conuertitur ad interiora, & ibi crepat,eſt cauſa mortis corporalis; ſed quando conuertitur ad exteriora poſſibile eſt ad ſanitatem redire. Sic peccatum abſconditum interius cauſa eſt mortis æternæ,conuerſum verò exterius, & manifeſtatum per confeſſionem eſt ſpiritualis ſalutis indicium. Vnde ſi inconfeſſus lates, inconfeſſus condemnaberis.

Idem lib. 9. c. 41. Sap. 1. Quemadmodum toxica vt napellum ſtatim homines necant. *Sic mendacium eſt ſicut quoddam venenum tantæ efficaciæ,quod in ipſo ore exiſtens hominem interficit. Sap. 1. Os quod mentitur occidit animam.*

Idem lib. 9. pa. 73. *Sicut vulnera clauſa vt dicit Grego.plus cruciant, quia cùm putredo, quæ intus feruet eijcitur,ad ſalutem dolor aperitur; ſic plerunque nimis taciturni dum nonnulla iniuſta patiuntur,eo in amariorem dolorem prodeunt, quò ea quæ ſuſtinent non loquuntur:nam ſi illatas moleſtias corde tranquillo dicerent, à conſcientia dolor emanaret.*

Autor Theat. mundi minoris. Quemadmodum idem morbus in diuerſis corporibus varia ſymptomata parit: ita amor homines diuerſimodè infatuat,ac dementat. *Aliquot enim totos in fletum lachrymas ſubitò reſolutos ſingultire plangere, imprecarique dira videas; nonnullos congelaſcere, & areſcere, & frigore aſtringi pallidos, & tanquam laruas exangues eſſe;confeſtim verò quoſdam cernas alios,qui quando blandimentum aſpectu rem amaram vel eminus ſemel ſenſerit, & ab eadem vel leniter demulceri incipiunt, præ gaudio geſticulantur, exhilareſcunt, floreſcunt, vt roſa dehiſcunt, ſeſe expandunt, adeò vt dicas eos planè in aliam transformatos eſſe figuram. Quidam verò eorum aliquoties ab his diuerſiſſimi ſunt, hi amant ſolitudinem & receſſum vbi ſecum loquantur ratiocinentur, faciantque quod ſecum ſtatuerint. Alias verò nonnullos inuenies, qui vno eodemque die*

ſexies

ſexies aut ſepties obambulant per eandem plateam, vt obſeruent atque ſpeculentur an vel vnico amicæ ſuæ fruantur aſpectu, quum interim miſeris pediſſequis famulis eorum ex frequenti diſcurſu delaſſentur pedes brachia comendo, togam ſetaceo defricando, emundando, emaculando, & exornando elegantem illum herum propemodum dirumpantur. Et ſi forte occurrat vel minima ſuſpicio & ſcintillula Zelotypiæ, protinus ad ſummum inſaniæ gradum euolant, & ſunt ægerrimi eorum animi in ſummo periculo, nam vis morbi confligit cum natura, & non aliter quàm cauterium aliquod vrit. Nulla eſt & in talibus procis pars corporis ſenſus particeps, quæ non vulneretur; & quanquam natura ſua fortaſſe trepidi formidoloſique fuerant, ſtrenui & impauidi fiunt, tunc in eis nulla eſt ars, nulla inuentio, cautela vel machina quæ non ſe proferat, fiunt Lycanthropi, & totas noctes, vt lemures vagantur inſomnes. Præterea tametſi languor ipſe phantaſias complures gignat, iuxta tamen humores varios in corpore eius concurrentes, obſtupenda factitat. Nam ſi pauper eſt ille procus, nullum ei humanitatis officium diſplicuerit; quin, & demembrari & dijs ſe conſecrari (ſi neceſſe ſit) tolerabit. Si diues eſt, marſupium eius (vt aiunt Græci) non niſi porreo gramine clauditur; ſi auarus ſit prodigus neque loculus erit in tota crumena, quem non effundat, tanta eſt ſcelerati huius veneni poteſtas. Quæ res Plautum permouit vt dixerit; amorem primum fuiſſe mendicaum, & cogendæ ſtipis inuentorem, vt plurimum ſi quidem niſi bene fundatus amans ſit, mendicatis manticam de collo pendentem ſubuculam laceram ab humo volitantem geſtet oportet, & quadriga, ſed ſine triumpho ad hoſpitale vehitur. Si vero literatus ſit procus, & excellioris ſpiritus, videas hunc ſtatim oceanum lachrymarum & triſtium odarum, totaſque paludes, miſeriam fingere, ingeminare lamenta, cœlum terramq́; incuſare, cor ſuum diſſecare, hyemem in æſtatem, æſtatem in hyemem vertere, admirari, adorare amicam, cœlum ſcindere, barathrum fabricare, nunc Siſyphum nunc Tantalum agere, & effingere Titium. Qui ſi volet laudibus celebrare amicam capillitium eius non aliud quam aurum ductile prædicat, cilia & oculorum papillas Sebeno nigriores, oculos ſtellis radiantiores, faciem claram, labra vermiculo, & ſynopi rubentiora, dentes gemmis orientalibus candidiores, anhelitum balſamo ſuccino & moſcho fragrantiorem, guttur niueum, collum lacteum, mamillas alabaſtrinis pomis ac ſphærulis gratiores. Atque vniuerſim totum eius corpus diuitem omnibus gratiarum donis Theſaurum facit non datum humanitus, ſed miſſum cœlitus, & ab ipſa Natura (ſeu Pandora) quæ totius pulchritudinis cornu copia in ipſam effuderit (vt eam ab omni parte perficeret) amaſiam. Heû mihi diligenter conſidera quàm immitis hic morbus amoris diuexet eos, qui ſemel hoc mortifero toxico ſunt infecti, & nihilominus tot ſunt populi, nationes atque prouinciæ rabido iſthoc morbo excruciati, vt ſi ex ſolis procis, qui per orbem varijs locis diſperſi ſunt, cogatur exercitus nullus ſit futurus Imperator aut Monarcha qui non contremiſcat, ſi tantum videat ſtultorum numerum. Atque hoc virolentum malum longo vſu contra mortalium genus tantum inualuit, vt nullum contra hoc meditamen deinceps ſit inuenire, quantumlibet Græci & Arabes medici complures omnia ſua pharmaca vt malum iſtud eliminarent, contulerint. Samo Thracius Nigidius, & Ouidius grandes tomos, magnaque volumina de remedio ſcripſerunt Amoris, ſed alijs non ſibi omnes hi tres proſcripti & in exilio mortui, non quod Romæ quidquam admiſiſſent ſceleris, ſed propter amores quos Capuæ excogitarunt, & conſcripſerunt. Marcus Aurelius reſciens coniugem ſuam Fauſtinam deperire quendam gladiatorem, adeò periculosè vt iam moritura videretur ex immoderato amore qui eius pudicitiam oppugnabat,

magnum eruditiſſimorum virorum cetum conuocauit, qui aduerſus ignem hunc, quo paulatim illa inareſcebat, remedium oſtenderent, poſt multas tandem auditas ſententias. Empirici quidam ſubmouerunt Imperatorem, vt gladiatorem trucidari iuberet, & eius ſanguis ſecreto Fauſtinæ daretur potandus, quod & è veſtigio factum eſt. Hoc ſanè remedium præſentiſſimum fuit: nam amor ille hoc cruore extinctus eſt, ipſaque conualuit; non tamen tanta energiæ fuit (vt ſcribit Iul. Capitolinus) quin Antonius Commodus quem ex Fauſtina procreauit poſt modum Marcus Aurelius, fuerit ſanguinarius, & truculentus ſimiliorque gladiatori quàm patri, ita vt cum gladiatoribus plerumque conuerſaretur & horum quàm aliorum conſuetudine magis ſe oblectaret, adeoque vt affectum illum maternum penitus in filium dixiſſes transfuſum eſſe.

† At exigua fuerint hæc, ſi cum eo conferantur quod alibi apud plues hiſtoriographos me legiſſe memini, nempe eò dementiæ (quoties hæc ſtulta phreneſis poſſidet & occupat regitque noſtros ſpiritus) rem deuenire, vt brutos & inſenſatos nos reddat; vt in adoleſcente quodam prædiuitis atque benè cognitæ apud Athenas familiæ, euidenter & manifeſtè demonſtratum eſt, qui ſæpius in marmoream ſtatuam quandam, affabrè profectò ſculptam loco quodam publico poſitam, defixerat oculos, pauloque poſt tanto eius flagrare cœpit amore vt nunquam ab eadem abeſſe poſſet, eandemque amplexabatur; eique ſubblandiebatur non aliter quam ſi viua quæpiam fœmina fuiſſet, & quoties ab ea diuellebatur, & abigebatur, tam amarè flebat vt vel conſtantiſſimum virum ad commiſerationem flecteret. Qui affectus ita expugnauit & dementauit hominem, vt ſenatui ſupplices literas exhibuerit quibus eandem ſtatuam ſibi vendi petebat, quanticumque etiam illam ipſi indicarent, modo illam ſibi comportare liceret inde. Hoc autem à ſenatu negabatur quia opus erat publicum, neque tanta eſſet eorum authoritas vt diuendere poſſent. Quamobrem adoleſcens furore percitus coronam auteam emblematis gemmarum præcioſſimè adornatam fieri fecit, & concedens ad ſtatuam, capiti eius eandem impoſuit, inſupet & elegantem ſumptuoſiſſimamque veſtem eam induit, & exinde eam cœpit curioſius contemplari atque adorare tanta animi pertinacia & obſtinatione, vt vulgus ſtulto hoc & ridiculo amore offenſum curarit prohibitum ei ſenatus conſulto fuiſſe, & interminatum ſerio, ne deinceps eam accederet: vnde indignatus adoleſcens quod ea, quā vita ſua chariorem habebat priuatus eſſet dolore victus manuum ſibi attulit & ſe ipſum trucidauit. Huius enim perturbationis energia tanta eſt, vt ſimulatque ſemel cor hominis ſubintrauit, præcipuas partes vitales ac maximè ſenſiles peruadat, eaque iam poſſidens ita ſuſpirijs & lachrymis excoquit, vt nullum niſi cum morte finem faciat, quod ipſe Apollonius Thianeus confirmauit rogatus à Babyloniorum rege obnixius, vt ei commoſtraret ex ipſis Philoſophiæ myſterijs quodnam eſſet grauiſſimum & crudeliſſimum tormentum; velle enim ſe pœnas ſumere de quodam adoleſcente nobili, quem eum ſua quædam Heroina (quam ipſe Rex ſummè diligebat) concubuiſſe deprehenderat. Maximum inquit Philoſophus tormentum quod vel excogitare, vel docere te poſſum, quo eum punias hoc fuerit, vt vitam des incolumem, videbis

debis enim in eum paulatim amoris flammas ita præualituras, veluti iam cœperunt vt tormentum quod patietur tam fiat ingens, vt nemo illud mente concipere aut cogitare poſſit, atq; diuerſis cogitationibus internis ita ſe permotum & agitatum ſentiet, quod tandem hac flamma ſe combu-ret & conficiet vt pyrauſta ad candelam circumuolitans: itaque quam ei das, vita non erit vita, ſed vera mors ſæuior quam ſi ab omnibus mundi Tyrannis & Tortoribus excatnificetur.

Quemadmodum vbi ſunt affectus & morbi, ibi ſunt admouenda medicamenta: *Sic vnde irrepſit morbus, inde remedium intret, & per eadem ſequatur veſtigia, vita mortem, tenebras lux, venenum ſerpentis, antidotum veritatis, & ſanat oculum qui turbatus eſt, vt ſerenus videat, quem turbatus non poteſt, auris prima mortis ianua, prima aperiatur & vitæ.* *Autor.* *Bernar. ſuper. can.*

Sicut tempore peſtis occluduntur viæ, nulluſque inſcijs magiſtratibus poteſt tranſire, ne vniuerſi homines peſtis contagione contaminentur: ſic quando hæreſes graſſari incipiunt, eſt Catholicis commercium cum hæreticis prohibendum, ne hi ſectarum peſtifero morbo afficiantur.

Sicut occulti, hoc eſt, interni morbi maiore egent artificio, ac ſunt perículoſiores quam externi: ita hodie magis offendunt & ſcandalizant, hoc eſt citra ſuſpicionem in exemplum trahunt occulta vitia, quæ prætextu aliquo excuſare licet, quam quæ omnibus damnata tam eſt fallax imitatio. *Hieronimus Triuerus. in varys apothe.*

Quemadmodum ferè acuti morbi ſunt, qui homines interimunt; alioqui tamen ex ijs in perpetuam ſecuriorem ac firmiorem ſanitatem præſtant: ita eſt, vbi inſignium quorundam peccatorum exceſſus pœnitentiam adfert, ſed ſæpe ſuffocat. *Idem.*

Sicut morbos quoſdam, obiter factos natura leuiter excludit, illis premitur qui in habitum tranſierunt: ita & peccatum dominatur, quod in conſuetudinem venit. *Idem.*

Vt morbi acuti ſunt quidem grauiſſimi, ſed torpidi, at lenti ſæpe magis periculoſi: ita & vitia ſubinde maxima, quæ vix ſentiuntur: ferè enim ab his nunquam reſipiſcitur. *Idem.*

Vt maximus nobis dolor innaſcitur, vbi vulnus infligitur, vel curatur: ſic ſæuiſſima quoque ipſius carnis tempeſtas imminet, quando ab ipſa ad Deum conuertimur.

Sicut ſæpe cauſa morbi ignoratur. ſic & quod quis minime ſperabat, ſæpiſſime diuinæ ir, peſtis, caritatis, bellorum cauſa exiſtit. *Idem.*

Sicut morbos ferè aliud eſt, quod prodit; aliud quod parit, ſic nec in afflictionibus Diuinis proxima ſemper cauſa eſt præcipua. *Idem.*

Sicut non omnis morbus ijſdem curatur remedijs: Quidam victu diligentiore redimitur, quidam blandis fomentis attrahitur, alius acrioribus medicamentis eget: Ita & adoleſcentia primum melioribus præceptis formanda, laudibus prouocanda, quidam etiam ſeuerioribus egent auxilijs. *Idem.*

Vt pars ægra quæ nullo medicamine caſtigatur, ferro indiget: Ita pueri qui nulla diſciplina formari poſſint procul abdicandi.

Sicut morbos ſæpe maxima cauſa eſt quæ generat, minima quæ prouocat In hunc quoque modum Deus aliquando grauiſſima peccata diſſimulat, & in minoribus poſtea eadem expoſtulat, annotat. *Idem.*

Sicut ſæpe morbus qui dolore vacat, eſt periculoſiſſimus; ſic ac ferè periculoſiſſima peccata, de quibus parum anxia conſcientia.

† *Ioan. A.S. Gemin. in coni. quadr. concione. 1.*

Sicut grauitas morborum inducit mortem corporalem: ita grauitas peccatorum inducit mortem animæ, & ideo frequenter in Sacra Scriptura ſub typo corporalium morborum, deſcribitur nobis qualitas peccatorũ. Vnde in Pſalm. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum.

† *Beda de verb. Iacobi confite mine alterutrum*

Sicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit ſalutem reliquæ carnis putredinis ſuæ contagione corrumpit: ita iſti qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus deprauatis, in ſocietate ſanctorum permanſerint eos exemplo ſuæ perditionis inficiunt.

† *Polybius lib. 1. hiſ.*

Vt in vlceribus euenit, vt ſi illis medicamentũ curandi gratia adhibeas, vlcus ipſum in medicamentis refricatum augeſcit: ſi vero curam eius negligas, longe magis ſua ipſius natura extenditur. neque prius deſinit quàm omne ſubiectum corpus corruptum labefactumque ſit: ita animis quoque conſimiles interdum morbi ac tabes accidunt, vt nullum ex reliquis animalibus homine atrocius atque efferatius fiat, cui ſi interdum veniam, aut impunitatem aliquam conceſſeris, aut aliter benignitate eum fueris proſequutus, id omne dolum fraudemque exiſtimans, deterior fit, & erga beneficium longè magis infidus. Si vero te contra oppoſueris, nihil eſt adeo durum, crudele, nefarium quod non facile aggrediatur, laudem ſibi eam temeritatem exiſtimans, donec ad extremum omnino efferatus animus, humanam naturam exuit.

† *Chryſ. Hom. 29. in Geneſ.*

Quemadmodum incurabilia vulnera, neque auſteris medicamentis cedunt, ita anima ſemel captiua, ſi ſe peccato cuipiam fecerit obnoxia, conſiderare non vult, quæ ſibi vtila, etiam ſi innumera quis eius inculcet auribus nihil proficiet, ſed quaſi mortuæ aures ſunt, non quia non poteſt, ſed quia non vult.

† *Macarius Hom. 30.*

Vt in vulneribus corporum poſteaquam curata fuerint, remanet nudum ipſius vulneris ſignum, quod cicatrix appellatur, vix enim eſt qui ita curetur, vt nullum ſuſcepti vulneris reſidere videatur indicium. Tranſi nunc ab iſta legis umbra ad veritatem eius, & intuere quomodo anima; quæ peccati vulnus receperit, etiamſi curatur, tamen habet peccati cicatricem in loco vulneris reſidentem. Quæ cicatrix non ſolum a Deo videtur, ſed & ab eis, qui acceperunt ab eo gratiam, quæ præuidere poſſint animæ, languores & diſcernere, quę ſit anima ita curata, vt omni generi veſtigium illati vulneris abiecerit, & quæ curata ſit quidem, ſed ferat adhuc veteris morbi in ipſo veſtigio cicatricis indicia.

† *Diadochus de perfectione ſpirituali.*

Sicut vulnera quæ corpori accidunt, poſtquam ſqualida, & ſine curatione relicta ſunt, medicinam ſi à medicis adhibeatur, non ſentiunt, purgata vero ſentiunt vim medicamenti, & celeriter ſanantur: ſic anima quamdiu expers curationis eſt, & lepra voluptatis tota operta metum Dei non poteſt ſentire, quamuis ei tribunal Dei horribile & præpotens perpetuo denuncietur. Poſtquam verò magna attentione purgari cœperit, tunc ſentit veluti quoddam remedium vitæ r. ei metum qui eam vrit arguendo, tamquam igne quidam ſine dolore.

† *Nilus de orat cap. 140.*

Sicut ei qui eſt lippis oculis, non eſt commodum ſolem in meridie, in

maximo

maximo eius ſplendore ac lumine intentis oculis intueri, ſic neque menti perturbatæ, & impuræ vtilis erit repreſentatio orationis in ſpiritu & veritate, quæ naturam antecellit & deterret.

Quemadmodum qui ſecatur aut vritur præ doloris magnitudine non poteſt ab eo quod fit, cogitationem auertere, ita qui perturbatione aliqua torquetur non poteſt inde cogitationem auocare: perturbatio enim rationem ad ſe totam rapit, & in naturam propriam conuertit: voluptas dolorem non admittit, nec lætitiam mœror neque triſtitia hilaritatem.

Vt ſanato vulneri in cicatricem ſuperinducta cuti, ſi medicina colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis quærit, plagam doloris inſtaurat: ita & ſeruus conſolator, qui longo tempore tacuit verendum, eſt ne importunius loquatur, & attrectans vulnus pectoris ægroti, quod tempore & ratione curatum eſt commemoratione exulceret. *Hieronym. in ep. ad Pammachium.*

Vt in morbis & fiſtulis, niſi quis prius fluentem humorem & vulnus ſiſtat, quæ cumque impoſuerit medicamenta non amota morbi cauſa, omnia fruſtra contendet: ita & non niſi manum ab auaritia cohibuerimus, licet eleemoſinam demus omnia in caſſum laboramus. *Chryſ. Hom 32. ad pop. Antioch.*

Sicut ex multa cruditate febres naſcuntur, & vermes: ita ſi quis non decoquat peccata ſua velut quadam interpoſita ſobrietate abſtinentia, ſed miſcendo peccata peccatis tanquam cruditatem quandam contrahat recentium delictorum, igne adueretur perpetuo, & ſuis vermibus conſumetur. *Ambroſius lib 4 ſup. Luc cap cap 4.*

Sicut in corpore eſcæ abundantia, & qualitas vel quantitas cibi contraria, febres generat, & febres diuerſi vel modi, vel temporis, ſecundum eam menſuram qua intemperies collecta materiam ſuggerit, ac fomitem febrium quæ materiæ qualitas ex diuerſa intemperie congregata, cauſa vel acerbioris morbi, vel prolixioris exiſtit. Ita anima cum multitudinem malorum operum, & abundantiam in ſe congregauerit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio concitatur ad ſupplicium, atque inflammatur ad pœnas, cum mens ipſa vel conſcientia per diuinam virtutem omnia in memoria recipiens, quorum in ſe ſigna quædam ad formas cum peccare expreſſerat, & ſingulorum geſtorum ſuorum quæ vel fœde ac turpiter geſſerat, vel etiam impie commiſerat, hiſtoriam quandam ſcelerum ſuorum ante oculos ſuos videbit expoſitam. Tunc & ipſa conſcientia ſtimulis agitatur, atque compungitur, & ſui ipſa efficitur accuſatrix & teſtis. *Pamphilius Martyr. in Apolog. pro origene.*

Sicut ſi alicui pes frangatur, aut manus, cum labore, ſolet ad priſtinum officium reuocari: ſi vero ſecundo & tertio frequentius in eodem loco membra ipſa frangantur, poteſt intelligere charitas veſtra, cum quantis doloribus vulnera ipſa curanda ſunt. Et tamen poſt longas & multas curas, ſi vixerit homo, ad priſtinum ſtatum membra ipſa vix valeat reparare: ſimilia in animarum fracturis ſeu vulneribus credenda ſunt. Si ſemel aliquis vel ſecundo peccauerit, & ſine aliqua diſſimulatione ad pœnitentiæ medicamenta confugerit, priſtinam incolumitatem ſine vlla mora recipiet, ſi vero peccata peccatis cœperit addere, & animarum vulnera tegendo ſeu defendendo putreſcere, quæ confitendo & pœnitentiam agendo curare noluit, timendum eſt, ne in illo impleatur. An ignoras quia benignitas Dei ad pænitentiam te adducit. *Cæſarius Arelatenſis Hom. 6.*

Sicut tria ſunt genera morborum, quæ corpora infeſtant. *Sic ſint tria hoſtium genera infeſta Euangelicæ veritati. Primum tyrannorum, qui crudelitate, & gladijs armati, inauditis tormentorum generibus, homines ab illa reuocare, & Chriſti ſanctiſſimum nomen delere conarentur: alterum eorum qui Chriſtianæ doctrinæ puritatem, ſunt* *Petrus Fonſidonius.*

 impro-

regis appoſuit. propter dulcedinem conſolationis, ſic enim tractandi ſunt reges ſcilicet leniter. Secundo vlcera ſignificantur peccata non occulta: ſed iam per conſenſum prodeuntia, in vlcerib trahitur fex ad cutem exteriorem, quod ſit quando aperiuntur peccata per confeſsionem, iſtorum enim maxime miſerandum eſt, qui vlcera oſtendunt peccata confitendo: quare iſti curari poſſunt.

Bernardinus de Buſto in roſ. ſer. part. 6. — *Sicut plaga non purgata opprimit corpus quotidiana moleſtia, ita peccatum conſcientiam aſsidue pungit.*

Bartholom. Montagnana conſ. 263. — *Sicut homini neutro facile eſt cadere in egritudinem, ideo videtur quod regimen eius non indigeat intentionibus, & inſtrumentis proprie curatiuis, talia enim cõuenientia ſunt proprie ægrotantibus actu. ſimiliter etiam non indiget penitus regimine conſeruatiuo, tale enim proprie competit inculpate ſanis, ideo cum iſte vir aptus exiſtat, cadere in egritudines nondum tamen incidit in eas, ideo indiget regimine partim conſeruatiuo ſanitatis actualiter exiſtẽtis, partim vero præſeruatiuo, à caſu in prædictas egritudines propter quod regimen eius debet eſſe complexum, & conſeruantibus, & præſeruantibus cauſis ſcilicet partim per contraria inſtituendum.* Sic homini neutro quo ad vitia, & ad virtutes facillime in vitia prolabetur. Ideo remediis curatiuis non egebit, talia enim vitioſis actu competunt, pari modo conſeruatiuis, talia enim virtute præditis conueniunt. Quare partim egebit remediis conſeruatiuis, partim præſeruatiuis virtutis.

Gabriel Biel in ſer. Dom. 30. ſer. 91. — *Sunt ſpiritualiter infirmi ſub duplici differentia. Quidam enim infirmitatem ſuam odiunt, & cum ex negligentia eam incidunt, curam quærunt, & hi facilioris ſunt curationis, hi rectè ſignificantur per eum, qui 38. annis in infirmitate laborans aqua motum expectabat, vt ſanaretur, huic enim vltro occurrit Dominus, ad ſanandum vt habetur Ioan. 5. alij ſunt qui infirmitatem ſuam diligunt, fouent, & in ipſa infirmitate ſua delectantur, quales ſunt qui adeo voluptatibus immerſi ſunt, vt quamuis eas illicitas fore non dubitent, in ipſis tamen perſeuerare cupiunt.*

Iac. de Graſſis in ſerm. ſpir. par. 1. — *Lepra generaliter ſignificat peccata, & variæ ſpecies lepræ diuerſa peccatorum genera: vnde lepra in cute deſignat peccata in opere, vel in carne, lepra in cicatrice dicit reuerſionem ad priora peccata, vel carnis macerationem, cum infidelitate, lepra flaua, vel pallida imbecilitatem fidei deſignare poteſt, lepra ruſa homicidium, lepra alba Hypocriſim hæreticorum: lepra liuida inuidiam, lepra nigra fumum idolatriæ, lepra pallida iracundiam deſignat, lepra florens in toto corpore auaritiam, indicat qua omnes commaculantur, ſicut fuit lepra Giezi lepra in veſte & omnia compoſita, vanitas in hoc ſeculo vel ſuperbia, aut inanis gloria in bono opere: lepra in ore eſt duplex, vel cum quis murmurat in aduerſis, aut ſe iactat in proſperis, lepra in corde eſt propria voluntas, & proprium deſiderium; peculariter vero lepra ſignificat peccatũ carnis, tum quia per totum corpus diffunditur, & qui fornicatur in corpus ſuum peccat, tum quia fœtet. & mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur, tum quia membra aufert ſcilicet oculos intelligentiæ. vnde Sampſon excæcatus eſt propter meretricem: tum quia aufert aures obedientiæ, nares diſcretionis, capillos bonæ cogitationis, barbam fortitudinis, ſupercilia ſanctæ indagationis, manus bonæ operationis, pedes ſanctæ affectionis, linguam confeſsionis, & orationis, quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: petit ergo leproſus iſte id eſt, peccato à Domino mundari à lepra peccati, dicens, Domine ſi vis potes me mundare. ſed nota quod quatuor notantur circa leproſum, quæ debent eſſe in peccatore. Primo debet peccator ad Chri-*

Eccl. 9. Iud. 16. Eccl. 15.

ſtum

ſtum accedere. Hinc leproſus deſcribitur veniſſe. Secundo debet adorare, idcirco adorauit. Tertio debet exclamare Domine. Quarto debet ſe humiliare, ſi vis, quaſi diceret, non meis meritis quia indignus ſum ſed tua bonitate: ſi vis potes me mundare: peccator enim debet ad Chriſtum accedere per contritionem, adorare, per ſatiſfactionem, exclamare per confeſſionem, & in omnibus habere humilitatem.

Tandem ex duobus vberibus ſponſi, fluit dulciſſimum, & candiſſimum lac operum, & doctrinæ, vt enim dicitur Actuum cap. 1. cœpit Ieſus facere & docere. Hoc eſt cœleſte illud lac ex Chriſti pectore per Apoſtolos Doctores Eccleſiæ, Euangelicoſque miniſtros tanquam per vbera filijs subminiſtratur. Sicut Paulus Apoſtolus prima ad Corinth. cap. 3. docet. Tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.

Illephonſus Giron. in promp. conc. in deſc. Virg. Mar. 2. Cor.

Putas ne animum in peccatis obduratum pertinacemque poſſe aliquando hiſce admotis externis tanquam cataplaſmatis alioqui ſalutaribus Eccleſiæ remedijs emolleſcere, ad vitamque reuocari; fieri non poteſt, impurum animum, hoc eſt in peccatis perſeuerantem, eo iuſtitiæ genere poſſe affici, quo minus illius fiant ſordida deprecatione etiamſi infinita Deo nuncupet vota atque religionum profeſſiones.

Ioan. Bapt. Folengius in Pſalm. 99.

Vt certum eſt ſanitatem & morbum: ſic certum eſt non poſſe ſimul peccatum, & gratiam, mortē & vitam, balſamū & fœtores mel & abſinthium in eodem pectore habitare.

Robertus Bellarminus cōc. 31. feria 2. de reſurrect. Domini.

Sicut vna tuſſis non facit phthiſin, ſed in moram adducta, ita error non ſtatim gignit animi morbum. †

Vt mendum quod induruit ac diutius inhæſit difficilè tollitur, ita vicia inueterata non facilè corriguntur. *Senec.* †

Vt morbus in corpore non admittente, quod proprium eſt multarum noxiarum & abſurdarum rerum gignit appetentiam: ita calumnia, ſuſpicioque aduerſus cognatos & domeſticos malas & noxias aliorum neceſſitudines inducit. *Plut. in Moral*

Quemadmodum febres ex occultis cauſis ac ſenſim collectæ magis metuuntur, quàm quæ ex manifeſtis & grauibus cauſis ſunt ortę; ita occultę ac puſillæ quotidianæque offenſæ, magis dirimunt beneuolentiam coniugatorum. *Idem.*

Quemadmodum vlcus vel vulnus cicatricem relinquit in corpore doloris indicium: ſic conſcientia malefacti notas peccati in animo relinquit. *Idem. lib. de anim tranq.*

Vt morbi ad vicinum ſerpit contagio, ſanitas ægrotantem non item: ita ex conſuetudine malorum, facilè boni corrumpuntur, at non contra. *Seneca.*

Sicut Aconitum etiam contactu necat: ita quorundam conuictus protinus inficit, aut ſi vel tantillum cum illis incepres commercij. *Plin. lib. 19. cap. 2.*

Vt eſt initium ſanitatis ſenſus morbi. Ita correctionis initium agnoſcere culpam. *Plut. in Mor.*

Vt ulcus cruentat ſe ipſum, dum ſcalpitur. Ita curioſitas & ſua mala ſtudet cognoſcere, & dolorem accerſit cognoſcendi libido, ſiue pruritus. *Idem.*

Vt ſi buboni accedat febris, nihil eſt periculi, verum ſi ſublato illo, tamen morbus perſeueret, videtur altius egiſſe radices: ſic fratrum diſſenſio, quæ ceſſat lite finita, cauſæ erat non ipſorum, at ſi manet etiam dum negotio confecto, iam negotium prætextus erat non cauſa, ſed exulceratus animus in cauſa fuit. *Idem.*

† Vt à vitiis corporis quidam inuenere agnomen: velut à diſtortis cruribus Vari, à tumidis labris, chilones; à naſo prægrandi: Naſones ſic nonnulli malefactis ſibi famam pariunt ac nobilitantur. *Plinius lib. 7. cap. 8.*

† Vt aduerſus peſtilentiam nihil poteſt firmitas corporis, & diligens valetudinis cura, promiſcuè enim imbecilla robuſtaque inuadit; ita ab ira tam inquietis moribus periculum eſt compoſitis & remiſſis: quibus eo turpior ac periculoſior eſt, quo plus in illis mutat. *Seneca lib. 3. de ira.*

Plutar. Vt iuxtà ſententiam Hippocratis morbus eſt periculoſiſſimus, in quo ægrotus ſubinde mutat oris habitum, ac ſui diſſimillimus redditur; ita nullus eſt animi morbus ira periculoſior, qui vultum, vocem, inceſſum ſic immutat, vt idem alius eſſe videatur.

Idem. Vt tumor potiſſimum accidit ex plaga carnis, ſic molles & imbecilles animi maximè intumeſcunt ira, vt mulierum ac ſenum.

Vt vlcera ad leuem tactum, deinde etiam ad ſuſpicionem tactus condoleſcunt: ita animus affectus minimis offenditur, adeò vt quoſdam ſalutatio, epiſtola, oratio & interrogatio ad litem euocent.

Idem. Vt corporis vitia grauiora ſunt, quæ faciunt vlcus: ita quædam animi vitia ob id ſunt grauiora, quòd vehementius perturbant: minus enim cruciat, ſi quis non credat eſſe Deos, quam ſi quis ſuperſtitioſe timeat Deos.

Plin. Vt eſt quædam venenorum contraria natura: ſic vt ſæpe numero venenum veneno pellatur, ſic vitium vitio pellitur, & malus malo obiicitur.

† Quemadmodum apoſtema quando conuertitur ad interiora, & ibi crepat, eſt cauſa mortis corporalis; ſed quando conuertitur ad exteriora poſſibile eſt ad ſanitatem redire. Sic peccatum abſconditum interius cauſa eſt mortis æternæ, conuerſum verò exterius, & manifeſtatum per confeſſionem eſt ſpiritualis ſalutis indicium. Vnde ſi inconfeſſus lates, inconfeſſus condemnaberis. *Ioannes à S. Gemin. in 4. ſum. de exēp. lib. 9. & 10.*

Idem lib. 9. c. 41. Sap. 1. Quemadmodum toxica vt napellum ſtatim homines necant. *Sic mendacium eſt ſicut quoddam venenum tantæ efficaciæ, quod in ipſo ore exiſtens hominem interficit. Sap. 1. Os quod mentitur occidit animam.*

Idem lib. 9. pa. 73. *Sicut vulnera clauſa vt dicit Grego. plus cruciant, quia cùm putredo, quæ intus feruet eijcitur, ad ſalutem dolor aperitur; ſic plerunque nimis taciturni dum nonnulla iniuſta patiuntur, eo in amariorem dolorem prodeunt, quò ea quæ ſuſtinent non loquuntur: nam ſi illatas moleſtias corde tranquillo dicerent, à conſcientia dolor emanaret.*

Autor Theat. mundi minoris. Quemadmodum idem morbus in diuerſis corporibus varia ſymptomata parit: ita amor homines diuerſimodè infatuat, ac dementat. *Aliquot enim totos in fletum lachrymas ſubitò reſolutos ſingultire plangere, imprecarique dira videas; nonnullos congelaſcere, & areſcere, & frigore aſtringi pallidos, & tanquam laruas exangues eſſe; confeſtim verò quoſdam cernas alios, qui quando blanditiem aſpectu rem amatam vel eminus ſemel ſenſerit, & ab eadem vel leniter demulceri incipiunt, præ gaudio geſticulantur, exhilareſcunt, floreſcunt, vt roſa dehiſcunt, ſeſe expandunt, adeò vt dicas eos planè in aliam transformatos eſſe figuram. Quidam verò eorum aliquoties ab his diuerſiſſimi ſunt, hi amant ſolitudinem & receſſum vbi ſecum loquantur ratiocinentur, faciantque quod ſecum ſtatuerint. Alias verò nonnullos inuenies, qui vno eodemque die*

ſexies

ſexies aut ſepties obambulant per eandem plateam, vt obſeruent atque ſpeculentur an vel vnico amicæ ſuæ fruantur aſpectu, quum interim miſeris pediſſequis famulis eorum ex frequenti diſcurſu delaſſentur pedes brachia comendo, togam ſetaceo deſricando, emundando, emaculando, & exornando elegantem illum herum propemodum dirumpantur. Et ſi forte occurrat vel minima ſuſpicio & ſcintillula Zelotypiæ, protinus ad ſummum inſaniæ gradum euolant, & ſunt ægerrimi eorum animi in ſummo periculo, nam vis morbi confligit cùm natura, & non aliter quàm cauterium aliquod vrit. Nulla eſt & in talibus procis pars corporis ſenſus particeps, quæ non vulneretur; & quanquam natura ſua fortaſſe trepidi formidoloſique fuerant, ſtrenui & impauidi fiunt, tunc in eis nulla eſt ars, nulla inuentio, cautela vel machina quæ non ſe proferat, fiunt Lyncanthropi, & totas noctes, vt lemures vagantur inſomnes. Præterea tametſi languor ipſe phantaſias complures gignat, iuxta tamen humores varios in corpore eius concurrentes, obſtupenda factitat. Nam ſi pauper eſt ille procus, nullum ei humanitatis officium diſplicuerit; quin, & demembrari & dijs ſe conſecrari (ſi neceſſe ſit) tolerabit. Si diues eſt, marſupium eius (vt aiunt Græci) non niſi porreo gramine clauditur; ſi auarus ſit prodigus neque loculus erit in tota crumena, quem non effundat, tanta eſt ſcelerati huius veneni poteſtas. Quæ res Plautum permouit vt dixerit; amorem primum fuiſſe mendicaum, & cogendæ ſtipis inuentorem, vt plurimum ſi quidem niſi bene fundatus amans ſit, mendicatu manticam de collo pendentem ſubuculam laceram ab humo volitantem geſtet oportet, & quadriga, ſed ſine triumpho ad hoſpitale vehitur. Si vero literatus ſit procus, & excellioris ſpiritus, videas hunc ſtatim oceanum lachrymarum & triſtium odarum, totaſque paludes, miſeriam fingere, ingeminare lamenta, cælum terramq́; incuſare, cor ſuum diſſecare, hyemem in æſtatem, æſtatem in hyemem vertere, admirari, adorare amicam, cælum ſcindere, barathrum fabricare, nunc Siſyphum nunc Tantalum agere, & effingere Titium. Qui ſi volet laudibus celebrare amicam capillitium eius non aliud quam aurum ductile prædicat, cilia & oculorum papillas Sebeno nigriores, oculos ſtellis radiantiores, faciem claram, labra vermiculo, & ſynopi rubentiora, dentes gemmis orientalibus candidiores, anhelitum balſamo ſuccino & moſcho fragrantiorem, guttur niueum, collum lacteum, mamillas alabaſtrinis pomis ac ſphærulis gratiores. Atque vniuerſim totum eius corpus diuitem omnibus gratiarum donis Theſaurum facit non datum humanitus, ſed miſſum cælitus, & ab ipſa Natura (ſeu Pandora) quæ totius pulchritudinis cornu copiæ in ipſam effuderit (vt eam ab omni parte perficeret) amaſiam. Heû mihi diligenter conſidera quàm immitis hic morbus amoris diuexet eos, qui ſemel hoc mortifero toxico ſunt infecti, & nihilominus tot ſunt populi, nationes atque prouinciæ rabido iſthoc morbo excruciati, vt ſi ex ſolis procis, qui per orbem varijs locis diſperſi ſunt, cogatur exercitus nullus ſit futurus Imperator aut Monarcha qui non contremiſcat, ſi tantum videat ſtultorum numerum. Atque hoc virolentum malum longo vſu contra mortalium genus tantum inualuit, vt nullum contra hoc medicamen deinceps ſit inuenire, quantumlibet Græci & Arabes medici complures omnia ſua pharmaca vt malum iſtud eliminarent, contulerint. Samo Thracius Nigidius, & Ouidius grandes tomos, magnaque volumina de remedio ſcripſerunt Amoris, ſed alijs non ſibi omnes hi tres proſcripti & in exilio mortui, non quod Romæ quidquam admiſiſſent ſceleris, ſed propter amores quos Capuæ excogitarunt, & conſcripſerunt. Marcus Aurelius reſciens coniugem ſuam Fauſtinam deperire quendam gladiatorem, adeò periculosè vt iam moritura videretur ex immoderato amore qui eius pudicitiam oppugnabat,

magnum eruditiſsimorum virorum cetum conuocauit, qui aduerſus ignem hunc, quæ paulatim illa inareſcebat, remedium oſtenderent, poſt multas tandem auditas ſententias. Empirici quidam ſubmouerunt Imperatorem, vt gladiatorem trucidari iuberet, & eius ſanguis ſecreto Fauſtinæ daretur potandus, quod & è veſtigio factum eſt. Hoc ſanè remedium præſentiſsimum fuit: nam amor ille hoc cruore extinctus eſt, ipſaque conualuit; non tamen tanta energiæ fuit (vt ſcribit Iul. Capitolinus) quin Antonius Commodus quem ex Fauſtina procreauit poſt modum Marcus Aurelius, fuerit ſanguinarius, & truculentus ſimiliorque gladiatori quàm patri, ita vt cum gladiatoribus plerumque conuerſaretur & horum quàm aliorum conſuetudine magis ſe oblectaret, adeoque vt affectum illum maternum penitus in filium dixiſſes transfuſum eſſe.

† At exigua fuerint hæc, ſi cum eo conferantur quod alibi apud plues hiſtoriographos me legiſſe memini, nempe eò dementiæ (quoties hæc ſtulta phreneſis poſſidet & occupat regitque noſtros ſpiritus) rem deuenire, vt brutos & inſenſatos nos reddat; vt in adoleſcente quodam prædiuitis atque benè cognitæ apud Athenas familiæ, euidenter & manifeſtè demonſtratum eſt, qui ſæpius in marmoream ſtatuam quandam, affabrè profectò ſculptam loco quodam publico poſitam, defixerat oculos, pauloque poſt tanto eius flagrare cœpit amore vt nunquam ab eadem abeſſe poſſet, eandemque amplexabatur; eique ſubblandiebatur non aliter quam ſi viua quæpiam fœmina fuiſſet, & quoties ab ea diuellebatur, & abigebatur, tam amarè flebat vt vel conſtantiſſimum virum ad commiſerationem flecteret. Qui affectus ita expugnauit & dementauit hominem, vt ſenatui ſupplices literas exhibuerit quibus eandem ſtatuam ſibi vendi perebat, quanticumque etiam illam ipſi indicarent, modo illam ſibi comportare liceret inde. Hoc autem à ſenatu negabatur quia opus erat publicum, neque tanta eſſet eorum authoritas vt diuendere poſſent. Quamobrem adoleſcens furore percitus coronam auream emblematis gemmarum præcioſſimè adornatam fieri fecit, & concedens ad ſtatuam, capiti eius eandem impoſuit, inſuper & elegantem ſumptuoſiſſimamque veſtem eam induit, & exinde eam cœpit curioſius contemplari atque adorare tanta animi pertinacia & obſtinatione, vt vulgus ſtulto hoc & ridiculo amore offenſum curarit prohibitum ei ſenatus conſulto fuiſſe, & interminatum ſerio, ne deinceps eam accederet: vnde indignatus adoleſcens quod ea, quã vita ſua chariorem habebat priuatus eſſet dolore victus manuum ſibi attulit & ſe ipſum trucidauit. Huius enim perturbationis energia tanta eſt, vt ſimulatque ſemel cor hominis ſubintrauit, præcipuas partes vitales ac maximè ſenſiles peruadat, eaque iam poſſidens ita ſuſpirijs & lachrymis excoquit, vt nullum niſi cum morte finem faciat, quod ipſe Apollonius Thianeus confirmauit rogatus à Babyloniorum rege obnixius, vt ei commoſtraret ex ipſis Philoſophiæ myſterijs quodnam eſſet grauiſſimum & crudeliſſimum tormentum; velle enim ſe pœnas ſumere de quodam adoleſcente nobili, quem eum ſua quædam Heroina (quam ipſe Rex ſummè diligebat) concubuiſſe deprehenderat. Maximum inquit Philoſophus tormentum quod vel excogitare, vel docere te poſſum, quo eum punias hoc fuerit, vt vitam des incolumem, videbis

debis enim in eum paulatim amoris flammas ita præualituras, veluti iam cœperunt vt tormentum quod patietur tam fiat ingens, vt nemo illud mente concipere aut cogitare poſſit, atq; diuerſis cogitationibus internis ita ſe permotum & agitatum ſentiet, quod tandem hac flamma ſe comburet & conficiet vt pyrauſta ad candelam circumuolitans: itaque quam ei das, vita non erit vita, ſed vera mors ſæuior quam ſi ab omnibus mundi Tyrannis & Tortoribus excarnificetur.

Autor.

Quemadmodum vbi ſunt affectus & morbi, ibi ſunt admouenda medicamenta: *Sic vnde irrepſit morbus, inde remedium intret, & per eadem ſequatur veſtigia, vita mortem, tenebras lux. venenum ſerpentis, antidotum veritatis, & ſanat oculum qui turbatus eſt, vt ſerenus videat, quem turbatus non poteſt, auris prima mortis ianua, prima aperiatur & vitæ.*

Bernar. ſuper. can.

Sicut tempore peſtis occluduntur viæ, nulluſque inſcijs magiſtratibus poteſt tranſire, ne vniuerſi homines peſtis contagione contaminentur: ſic quando hæreſes graſſari incipiunt, eſt Catholicis commercium cum hæreticis prohibendum, ne hi ſectarum peſtifero morbo afficiantur.

Hieromias Triuerus. in varys apothe.

Sicut occulti, hoc eſt, interni morbi maiore egent artificio, ac ſunt periculoſiores quam externi: ita hodie magis offendunt & ſcandaliZant, hoc eſt citra ſuſpicionem in exemplum trahunt occulta vitia, quæ prætextu aliquo excuſare licet, quam quæ omnibus damnata tam eſt fallax imitatio.

Idem.

Quemadmodum ferè acuti morbi ſunt, qui homines interimunt; alioqui tamen ex ijs in perpetuam ſecuriorem ac firmiorem ſanitatem præſtant: ita eſt, vbi inſignium quorundam peccatorum exceſſus pœnitentiam adfert, ſed ſæpe ſuffocat.

Idem.

Sicut morbos quoſdam, obiter factos natura leuiter excludit, illis premitur qui in habitum tranſierunt: ita & peccatum dominatur, quod in conſuetudinem venit.

Idem.

Vt morbi acuti ſunt quidem grauiſſimi, ſed torpidi, ac lenti ſæpe magis periculoſi: ita & vitia ſubinde maxima, quæ vix ſentiuntur: fere enim ab his nunquam reſipiſcitur.

Vt maximus nobis dolor innaſcitur, vbi vulnus infligitur, vel curatur: ſic ſæuiſſima quoque ipſius carnis tempeſtas imminet, quando ab ipſa ad Deum conuertimur.

Idem.

Sicut ſæpe cauſa morbi ignoratur. ſic & quod quis minime ſperabat, ſæpiſſime diuinæ iræ, peſtis, caritatis, bellorum cauſa exiſtit.

Idem.

Sicut morbos ferè aliud eſt, quod prodit; aliud quod parit, ſic nec in afflictionibus Diuinis proxima ſemper cauſa eſt præcipua.

Idem.

Sicut non omnis morbus iiſdem curatur remedijs: Quidam victu diligentiore redimitur, quidam blandis fomentis attrahitur, alius acrioribus medicamentis eget: Ita & adoleſcentia primum melioribus præceptis formanda, laudibus prouocanda, quidam etiam ſeuerioribus egent auxilijs.

Vt pars ægra quæ nullo medicamine caſtigatur, ferro indiget: Ita pueri qui nulla diſciplina formari poſſint procul abdicandi.

Idem.

Sicut morbos ſæpe maxima cauſa eſt quæ generat, minima quæ prouocat In hunc quoque modum Deus aliquando grauiſſima peccata diſſimulat, & in minoribus poſtea eadem expoſtulat, annotat.

Sicut ſæpe morbus qui dolore vacat, eſt periculoſiſſimus; ſic ac ferè periculoſiſſima peccata, de quibus parum anxia conſcientia.

Vt pruritus qualiſcunque fuerit, non citra dolorem exiſtit, ſic & nulla eſt corporis voluptas, quæ non ſaltem leuiore fermentata eſt dolore.

Plutar. num recte dictum ſit: ſic viue vt nemo te ſentiat vixiſſe.

Quemadmodum in corpore naſcuntur morbi, vt mania, & lycanthropia, & eiuſmodi, qui corpus & animam affligunt, ac moleſtant: ſic ſunt vitia quæ corpus & animam, vt otium labefactant. *Nam mutua quies vitaque ſedentaria in ocio ſemota non corporibus modo, verum etiam animis marcorem conciliat. Non ſecus atque aquæ latentes propterea quod vmbræ ſint opacæ, torpeantque, neque profluant putreſcunt. Itidem eorum qui in ocio degunt vitam, ſi quid habeat vſui futurum, tamen quia non promanat ad alios, nullo inde bibente corrumpitur, & conſeneſcit vis illa natiua.*

Idem de cohibenda iracundia.

Vt morbi animi à morbis corporis differunt: ſic diuerſam ſui curationem ſuſcipiunt: *Nec enim opinor conuenire, vt quemadmodum elleborus in curationem adhibitus ſimul cum morbo eijcitur, itidem eijciatur, & ratio, quam oportet in animo manentem continere ſeruareque iudicium. Neque enim pharmacis aſſimilis eſt rationis vis; ſed cibis ſalubribus, habitum bonum gignens in his quibus facta fuerit familiaris. Cæterum admonitiones & obiurgationes adhibitæ malo ingenti, tumentique ægro quidem ac vix perficiunt, quod agunt: nihil autem differunt a paſtillis odoriferis, qui morbo comitiali obnoxios erigunt quidem collapſos, non liberant tamen a morbo. Ac cætera quidem mala, etiam tum cum viget morbi vis, vtcunque cedunt & admittunt orationem opiferam, aliunde, venientem in animum: verum ira non quemadmodum ait Melanthios:*

Acerba patrat mentem ab ædibus ſuis
Alias in ædes transferens.

Sed expellens ex ædibus, denique & excludens; non aliter quam iſti qui ſeſe una cum ipſis ædibus incendunt, ita tumultus fumo, caligine cuncta intus replet ira, vt nec videre poſſit, nec audire eos qui cupiunt ſubuenire. Quapropter nauis in mari tempeſtate periclitans ſine nauclero, citius aliunde recipiat gubernatorem, quam orationem alienam admiſſurus ſit homo, quum impetu & ira ceu fluctibus iactatur, niſi paratam habeat domi rationem.

Eraſmus.

Quemadmodũ multi ſunt morbi qui poſſunt corpus labefactare, tamen nullus peſte quę ſola infinitas calamitates adducit quã cæteri eſt peior: *Sic multa ſunt instrumẽta ſubuertendæ vitæ mortalium lapides. gladij. ſagittæ, tormenta, inſidiæ bella, veneficæ artes, venena. incurſus ferarum. ac noxiorum animantium, peſtilentiæ, terræ concuſſio, fulmina, inundatio, aliique caſus innumerabiles ex quibus vniuerſis non proficiſcitur tanta pernicies humani generi, quantam adfert ſola lingua, cui debemus & illorum quæ modo commemoraui malorum partem maximam. Nullum calamitatis genus grauius exitiorum diluuium inuehit, quam bellum. Atqui nullum eſſet bellum inter mortales, ſi nullæ eſſent malæ linguæ! quæ belli cauſas ſubminiſtrarent. Quot hominum milia quotidie ſubuertit calumnia? quot adulatrix lingua? quot impiorum conſiliorum incantatrix, quot inuidia faſcino nocent? quot obtrectatrix? quot conuitiorum ſpiculis violenta? Repete veterum monumenta, relege quicquid eſt tragœdiarum, quicquid vnquam geſtum eſt à Tyrannis crudeliter, ac tragice, comperies a mala lingua profectum initium. Tantum habet in ſe malorum membrum illud minuſculum, ac molliculum niſi adſit animus integer rector ac moderator.*

Quem-

Quemadmodum pleuritis magnam malorum cateruam ſecum affert, *Idem.* nempe tuſſim, punctorium lateris dolorem, febrium, ac anhelitus difficultaté, & c. ſic garrulitas magnos in anima morbos procreat. *Nunc ii morbus ingens malorum agmen ſecum adducit, inſatiabilem de rebus friuolis garriendi libidinem, de negotijs alienis quæ nihil attinent, nec ad illum qui refert, nec ad eos qui audiunt periculoſos linguæ lapſus, quos vitare difficillimũ eſt ſemper garrienti, futilitatem in aſerendis arcanis plerunque cum periculo dicentis, nonnunquam & illorum apud quos efferuntur vanitatem, quæ ſere comes eſt: loquuntur loquacitati, obtrectationem alienæ famæ, delationem ac ſycophantiam. Ad has enim mala paulatim proficit intemperantia linguæ, etiam ſi initio nihil aliud ſit quam puerile garrulitatis vitium, & riſu quam odio dignius.*

Sicut morbi ſpiritus, quam corporis ſunt periculoſiores, ſic criſes difficiliores, vt inquit autor Theatri mundi minoris libr. 3. *Veruntamen leuiuſculæ ſunt vniuerſæ afflictiones & morbi per nos cõmemorati, qui quaſi hæreditarij nobis ſunt, ſed damnoſiores longe (ſi aduertamus oculos) ſunt animorum ægritudines quæ multo ſunt quam corporis periculoſiores. Atque vt verum id ſit, ſicut ait Plutar. Morbi corporis ſua ſponte vel malo faciei colore; aut inæquali pulſus motu, vel alia quadam temperata conſtitutione & do ore ſeſe produnt, & hiſce præcognitis, mox quæritur remedium. Cæterum in ſpiritus morbis infirmi nullis ſignis aut indicijs iudicari poteſt malum quia in anima eſt qui cenſuram ferre deberet; propterea patiens, quod morbum ignoret medicinam non quærit, imo & maior quædam hic eſt catachreſis: nam his qui affecti ſunt corporũ viribus ex morbo quo laborant nomen damus. vt qui tenentur phreneſi phreneticos appellamus: ſi excutiuntur paralyſi paralyticos eos nominamus, ſi torqueantur in articulis manuum vel pedum, chiragricos vel podagricos nuncupamus, quos vexat febris febricitantes dicimus. At prô Deum immortalem contrarium plane & diuerſum facimus in animi morbis. Nam iracundos & cholericos & qui prauis ardent affectibus, quique hunc occidunt & trucidant alterum; dicimus, magnanimos & fortes, eoſque cum ſumma commendatione omne punctum laudis & honoris conſecutos aſſerimus. Eos autem qui virgines lucrificantur, qui matronarum expugnant impudicitiam & laſciuos exercent amores, hos amicitiam colere affirmamus. Ambitioſos & qui illicitis artibus omnia experiuntur, vt ſummos gradus dignitatem condeſcendere queant nos iam graues, honorabiles, induſtrios & vſu exercitatiſſimos apellamus Auaros & qui breui diteſcunt quique proximum ſuum in illis ſubtilitatibus & inuentionibus circumveniunt, hos rerum ſuarum ſatagere, & probos œconomos eſſe dicimus, & ita de cæteris.* †

Sicut felicior eſt inconcuſſa valetudo, quàm ex grauibus morbis, & *Seneca epiſt.* extrema minantibus, in tutum vi quadam, & patientia educta. Eodem modo *ibid. 9.* non erit dubium, quin maius bonum ſit gaudium, quàm obnoxias animas, ad percipiendos cruciatus vulnerum aut ignium. †

Sicut validioribus morbis, corpore vitiato reliquum neceſſe eſt corpus *Ambroſius de* inundatione ſuperioris morbi lethaliter irrigari; ita & hi qui caput viden- *dignit. Sacer* tur eſſe eccleſię morbo peſtifero fraternum vitiant corpus, vt nihil ex totius *dotalis c. 5.* corporis compage inſauciatum poſſit euadere, quod negligentiam ſacerdorum vicioſitatis mortale fecerint virus: ita vt videas in eccleſia paſſim, quos non merita, ſed pecuniæ ad Epiſcopatus ordinem prouexerunt.

Sicut

† *Ioan. A.S. Gemin. in coni. quadr. concione. 1.*

Sicut grauitas morborum inducit mortem corporalem: ita grauitas peccatorum inducit mortem animæ, & ideo frequenter in Sacra Scriptura ſub typo corporalium morborum, deſcribitur nobis qualitas peccatorũ. Vnde in Pſalm. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum.

† *Beda de verb. Iacobi conſtāte mine alterutrum*

Sicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit ſalutem reliquæ carnis putredinis ſuæ contagione corrumpit: ita iſti qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus deprauatis, in ſocietate ſanctorum permanſerint eos exemplo ſuæ perditionis inficiunt.

† *Polybius lib. 1. hiſ.*

Vt in vlceribus euenit, vt ſi illis medicamentũ curandi gratia adhibeas, vlcus ipſum in medicamentis refricatum augeſcit: ſi vero curam eius negligas, longe magis ſua ipſius natura extenditur. neque prius definit quàm omne ſubiectum corpus corruptum labefactumque ſit: ita animis quoque conſimiles interdum morbi ac tabes accidunt, vt nullum ex reliquis animalibus homine atrocius atque efferatius fiat, cui ſi interdum veniam, aut impunitatem aliquam conceſſeris, aut aliter benignitate eum fueris proſequutus, id omne dolum fraudemque exiſtimans, deterior fit, & erga beneficium longè magis infidus. Si vero te contra oppoſueris, nihil eſt adeo durum, crudele, nefarium quod non facile aggrediatur, laudem ſibi eam temeritatem exiſtimans, donec ad extremum omnino efferatus animus, humanam naturam exuit.

† *Chryſ. Hom. 29. in Geneſ.*

Quemadmodum incurabilia vulnera, neque auſteris medicamentis cedunt, ita anima ſemel captiua, ſi ſe peccato cuipiam fecerit obnoxia, conſiderare non vult, quæ ſibi vtila, etiam ſi innumera quis eius inculcet auribus nihil proficiet, ſed quaſi mortuæ aures ſunt, non quia non poteſt, ſed quia non vult.

† *Macarius Hom. 30.*

Vt in vulneribus corporum poſteaquam curata fuerint, remanet nudum ipſius vulneris ſignum, quod cicatrix appellatur, vix enim eſt qui ita curetur, vt nullum ſuſcepti vulneris reſidere videatur indicium. Tranſi nunc ab iſta legis umbra ad veritatem eius, & intuere quomodo anima; quæ peccati vulnus receperit, etiamſi curatur, tamen habet peccati cicatricem in loco vulneris reſidentem. Quæ cicatrix non ſolum à Deo videtur, ſed & ab eis, qui acceperunt ab eo gratiam, quæ præuidere poſſint animæ, languores & diſcernere, quę ſit anima ita curata, vt omni generi veſtigium illati vulneris abiecerit, & quæ curata ſit quidem, ſed ferat adhuc veteris morbi in ipſo veſtigio cicatricis indicia.

† *Diadochus de perfectione ſpirituali.*

Sicut vulnera quæ corpori accidunt, poſtquam ſqualida, & ſine curatione relicta ſunt, medicinam ſi à medicis adhibeatur, non ſentiunt, purgata vero ſentiunt vim medicamenti, & celeriter ſanantur: ſic anima quamdiu expers curationis eſt, & lepra voluptatis tota operta metum Dei non poteſt ſentire, quamus ei tribunal Dei horribile & præpotens perpetuo denuncietur. Poſtquam verò magna attentione purgari cœperit, tunc ſentit veluti quoddam remedium vitæ r. ei metum qui eam vrit arguendo, tamquam igne quidam ſine dolore.

† *Nilus de orat cap. 140.*

Sicut ei qui eſt lippis oculis, non eſt commodum ſolem in meridie, in

maximo

maximo eius ſplendore ac lumine intentis oculis intueri, ſic neque menti perturbatæ, & impuræ vtilis erit repreſentatio orationis in ſpiritu & veritate, quæ naturam antecellit & deterret.

Quemadmodum qui ſecatur aut vritur præ doloris magnitudine non poteſt ab eo quod fit, cogitationem auertere, ita qui perturbatione aliqua torquetur non poteſt inde cogitationem auocare: perturbatio enim rationem ad ſe totam rapit, & in naturam propriam conuertit: voluptas dolorem non admittit, nec lætitiam mœror neque triſtitia hilaritatem.

Vt ſanato vulneri in cicatricem ſuperinducta cuti, ſi medicina colorem reddere voluerit, dum pulchritudinem corporis quærit, plagam doloris inſtaurat: ita & ſeruus conſolator, qui longo tempore tacuit verendum, eſt ne importunius loquatur, & attrectans vulnus pectoris ægroti, quod tempore & ratione curatum eſt commemoratione exulceret.

Hieronym. in ep. ad Pammachium.

Vt in morbis & fiſtulis, niſi quis prius fluentem humorem & vulnus ſiſtat, quæ cumque impoſuerit medicamenta non amota morbi cauſa, omnia fruſtra contendet: ita & non niſi manum ab auaritia cohibuerimus, licet eleamoſinam demus omnia in caſſum laboramus.

Chryſ. Hom 32. ad pop. Antioch.

Sicut ex multa cruditate febres naſcuntur, & vermes: ita ſi quis non decoquat peccata ſua velut quadam interpoſita ſobrietate abſtinentiæ, ſed miſcendo peccata peccatis tanquam cruditatem quandam contrahat recentium delictorum, igne adureretur perpetuo, & ſuis vermibus conſumetur.

Ambroſius lib 4 ſup. Luc cap cap 4.

Sicut in corpore eſcæ abundantia. & qualitas vel quantitas cibi contraria, febres generat, & febres diuerſi vel modi, vel temporis, ſecundum eam menſuram qua intemperies collecta materiam ſuggerit, ac fomitem febrium quæ materiæ qualitas ex diuerſa intemperie congregata, cauſa vel acerbioris morbi, vel prolixioris exiſtit. Ita anima cum multitudinem malorum operum, & abundantiam in ſe congregauerit peccatorum, competenti tempore omnis illa malorum congregatio concitatur ad ſupplicium, atque inflammatur ad pœnas, cum mens ipſa vel conſcientia per diuinam virtutem omnia in memoria recipiens, quorum in ſe ſigna quædam ad formas cum peccare expreſſerat. & ſingulorum geſtorum ſuorum quæ vel fœde ac turpiter geſſerat, vel etiam impie commiſerat, hiſtoriam quandam ſcelerum ſuorum ante oculos ſuos videbit expoſitam. Tunc & ipſa conſcientia ſtimulis agitatur, atque compungitur, & ſui ipſa efficitur accuſatrix & teſtis.

Pamphilius Martyr. in Apolog. pro Origene.

Sicut ſi alicui pes frangatur, aut manus, cum labore, ſolet ad priſtinum officium reuocari: ſi vero ſecundo & tertio frequentius in eodem loco membra ipſa frangantur, poteſt intelligere charitas veſtra, cum quantis doloribus vulnera ipſa curanda ſunt. Et tamen poſt longas & multas curas, ſi vixerit homo, ad priſtinum ſtatum membra ipſa vix valeat reparare: ſimilia in animarum fracturis ſeu vulneribus credenda ſunt. Si ſemel aliquis vel ſecundo peccauerit, & ſine aliqua diſſimulatione ad pœnitentiæ medicamenta confugerit, priſtinam incolumitatem ſine vlla mora recipiet, ſi vero peccata peccatis cœperit addere, & animarum vulnera tegendo ſeu defendendo putreſcere, quæ confitendo & pœnitentiam agendo curare noluit, timendum eſt, ne in illo impleatur. An ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit.

Cæſarius Arelatenſis Hom. 6.

Sicut tria ſunt genera morborum, quæ corpora infeſtant. *Sic ſint tria hoſtium genera infeſta Euangelicæ veritati. Primum tyrannorum, qui crudelitate, & gladijs armati, inauditis tormentorum generibus, homines ab illa reuocare, & Chriſti ſanctiſſimum nomen delere conarentur: alterum eorum qui Chriſtianæ doctrinæ puritatem, ſunt*

Petrus Fonſedonius.

improbiſſimi illi ſenes Suſannæ pudicitiam vitiare atque corrumpere ſtuderent: tertium eorum qui auctore Paullo veritatem Dei iniuſtitia detinent, hoc eſt illorum qui prauis moribus, & perdita vita, vim etiam inferunt veritati, vt illam elucere minime patiantur, ij omnes hoſtes ſtatim in ipſis exordijs naſcenti religioni bellum acerrimum indixerunt, nec paſſi eam adoleſcere, vt viribus confirmata ſe colligeret, & cum illa æquo marte congredi potuiſſet infanti adhuc eccleſia, & in ipſis incunabulis vagienti iam ipſi inſidiabantur.

Pamphilus Montius in Met. Med.

Sicut medicina qualibet hanc ſingularem habet proprietatē, vt membrum vnum magis, quam aliud reſpiciat. Sic omnis princips magis unum aulicum, quam alios amore proſequitur.

Idem.

Sicut medicina attrahere poteſt à quolibet membro noſtri corporis. Sic lex omnes caſtigare poteſt, & debet.

Nicol. Boerius tr. de ſedit.

Sicut febris eſt quietis corporis: *Sic & ſeditio eſt quietis publicæ perturbatio l. 1. & 11. C. de ſedit.*

Ioan Gerſ. vt refert Martinus de Arles in tract. de ſuperſt.

Sicut vetulæ puellæ, & pueri morbis ſunt magis quàm cæteri obnoxij; *Sic pariter vetulæ pueri & puellæ & idiotae, proniores ſunt ad ſuperſtitiones, credendum & obſeruandum, vnde ortum habuit illud epithetum vetula ſortilega.*

Frāc. Paneg. Bello pred. 3.

Quanto à me non credo certo illuſtriſſimi ſignori, che coſa al mondo poſſa piu propiamente paragonarſi à gli effetti, che i veneni: veneni in ſe non ſono mali perche. vidit Deus cunctaque fecerat, & erant valde bona: l' abuſo gli fa mali, & gli affetti in ſe non ſon peccati, & che ſia il vero, Chriſto iſteſſo gli hebbe, i veneni bene ſpeſſo, e per lo piu ſi beuono o per altra maniera entrano a velenarci, ſenza che lo ſappiamo; e gli effetti ordinariamente in noi entrano da ſe ſteſſi cō il primo moto ſenza noſtro conſenſo; i veneni ſe non arriuano ad opprimere il cuore, non ci amazzano il corpo, & gli effetti ſe non arriuano a ſouerchiarci, la ragione, non ci amazzan l anima, i veneni ſono ſouente materia delle medicine, e di loro purgando e preparando ſi poſſono trar fuori i remedij piu certi e piu potenti, e gli effetti ſono la materia delle virtu, che ſe timore non vi foſſe, fortezza non vi ſarebbe, e coſi gli altri: finalmente torniamo vnde partij, i veneni ſi cacciano l vno l'altro: e nelli effetti occorre che nel naſcer l'vno l altro muore, & al rinaſcer di quello, queſto pere, muore Chriſto, e ne gli Apoſtoli naſce, il timore e riſorge Chriſto e nelli Apoſtoli riuiue la ſperanza.

Hippolitus Parma in praxi chirurgica.

Sicut nullum capitis vulnus leuiter contemni debet: ſæpe enim cutis ſola contuſa ferro, aut alia aliqua re, ſi non diligenter, & cum quadam cautione curetur, veluti ſi ſanguis concretus non expurgatur, aut aliud quiddam negligatur: vlcus incrudeſcens non parum moleſtiæ exhibet, & aliquando etiam febrem inducit, & Medico quidem negotia, ægroto vero periculum non minus affert. Sic nullum principis vitium eſt negligendum, ſæpe enim ſuperficiale malum, augmentum maximo totius corporis politici periculo capit, niſi ſumma diligentia eiiciatur: quando vero ad incrementum peruenerit, medicis ſpiritualibus maximum negotium facesſit, ægrum autem in periculum inducit.

Gulielmus Giſcaferius de nat. febr. c. 16.

Sicut cum aſſerimus morbum habere 4. tempora, ſignificari volumus eum quatuor variari in diuerſis partibus temporis, eaſque mutationes ſucceſſiue tantum contingere; plures autem ſimul concidere non poſſe, & ſimiliter dum dicimus quædam remedia quodam tempore conuenire, aut ſecus per id tempus intelligimus certam quandam mutationem, quæ in tempore morbo contingit. Sic quando morbum ciuilem quatuor tempora habere

habere politice affirmant: demonſtrare volunt, eum in varijs partibus temporis variationem ſubire, eaſque mutationes ſucceſſiue tantum euenire, & quando dicunt quædam remedia quodam tempore conuenire, quædam non per id tempus intelligunt mutationem quandam quæ in tempore, ciuili ægritudini accidit.

Sicut vehementem certe morbi cauſam eſſe oportet, vel qua primum natura temperamentum, vel quod ex ætate, aut conſuetudine poſtea eſt contractum, potuit euincere. Sic magna cauſa eſt ea, quæ naturam viciosam, vel quod conſuetudine, aut ætate eſt acquiſitum euincit.

Iacob. Bordingus in Phyſio: epiſt. c. 20.

Sicut magnitudo ſeu efficacitas morbi ex ſymptomatum magnitudine, mos ex malitia & partis affectæ conditione, motus ex certis excandeſcentiæ periodis innoteſcit: Sic atrocitas vicij, ex accidentium vehementia, mos ex malignitate, & potentiæ affectæ conditione, & ex quibuſdam exterioribus animæ motibus cognoſcitur.

Georgius Bertinus de conſult. Medic.

Sicut obſeruationes ſcripturi medicinales noſcendis æſtimandiſque morbis neceſſarias recte ab ijs incipere vicijs, poſſe videor, quæ totis corporibus inhæreſcunt. Sic in publicis vicijs cognoſcendis, ab ijs eſt incipiendum, quæ totum corpus reipublicæ occupant.

Iodocus Lemnius Med. obſer. lib. 1.

Robert Cenalis de vera menſ. ponderat.

Sicut medici morbo grauiſſimo erumpenti, quo auxilio occurrere debeant ſumma diligentia perpendunt, ſic hodiernæ uſuræ, morbo atrociſſimo, aliqua arte aut induſtria magiſtratus mederi deberent; vt enim inquit Robertus Cenalis. *Super hac re viderint reipublicæ moderatores, qua arte, quibus legibus, aut ſenatus conſultis huic morbo adhibenda ſit medela: Hodie enim videmus viros magni nominis Chriſtianos. Ethnicorum cupiditatem manifeſta crudelitate ſuperare; ſi quidem non deſunt qui ſupra centeſimum fænus ſeſqui duodecimum exercent, vt qui tredecim procentum: ſex qui ſextum, q̃ui quatuordecim: ſex qui quintum qui quindecim, ſex qui tertium qui ſedecim pro centum exigunt aut deprædantur, quodque deterius eſt duplam centeſimæ metuunt, qui pro centum quatuor & viginti triplam, qui ſex & triginta exigere non rubeſcunt. Rex certe Luſitanus à Calechuttum petituris negociatoribus, ferme quadruplum centeſimæ de his, qui referuntur mercibus exigit, nempe quadraginta pro centum: Hæc alias indiam petere licet impune: ſic quæ furioſa quadam cupiditate in immenſum creſcit vſura, vt nonnumquam vſuram cum ſorte capitali æqualem contingat. Quod genus rapacitatis omnem prædonum immanitatem ſuperat.*

Amor ſui inordinatus aſſimilatur Hydropiſi propter tria.

Ioannes à S. Gemin. in ſum. de exēp. lib. 6. c. 5.

Primo, propter exuberantiam humoris: Eſt enim Hydropiſis cauſa, exuberans materia: (vt Auicen. dicit) Sed tanquam exuberantia humoris in hydropici corpore, eſt diſtemperantia amoris proprij in peccatoris corde. Ex qua ſequitur tumefactio hydropici, id eſt, ſuperbia, & contemptus Dei, quia ſuperbia amor eſt propriæ excellentiæ, vt dicit Auguſtinus.

Auicen.

De verb. Domin.

Secundo; propter repletionem corporis: nam (ſicut dicit Auicen.) talis exuberans materia ingroſſat, & tumefacit membra, aut membra omnia manifeſtè, aut loca partium vacua, in quibus continentur humores, & regimen nutrimenti: Sic inordinatus amor ſui, replet omnia corporis membra, id eſt, occupat omnia ipſius peccatoris opera, & loca etiam corporis

vacua, id eſt, eius deſideria: Nam quicquid deſiderat, vel agit, ad ſeipſum tantummodo homo peccator reflectit, quia in omnibus ſuis ſtudijs ſolam
2. Thim. 3. propriam vtilitatem attendit. Apoſtolus: Erunt homines ſeipſos amantes.

Tertio propter diſtinctionem languoris: Nam languor, ſiue morbus hydropiſis, in tres diſtinguitur partes ac ſpecies, quarum vna vocatur hypoſarcha, ſecunda alchites, tertia tympanites. Prima, ſcilicet hypoſarcha, prouenit ex materia phlegmatica penetrante in membra cum ſanguine, ex qua apparet inflatio in corpore mortuo. Vnde hæc hydropiſis pinguedinem in membra inducit: ſed inter membra potiſſimè facies ad pinguedinem eſt decliuis, cumque digitis corpus premitur in omni loco deprimitur, ex quo non carnis ſolidæ, ſed fluidæ, & mollis eſſe pinguedo illa oſtenditur. Hypoſarcha ergo procedens ex exuberanti corporis humore, auaritiæ vitium eſt, proueniens ex ſui inordinato amore, quia ex eo, quod peccator ſe diligit inordinatè, plus ſecundum corpus, quam ſecundum animam, diuitiarum abundantiam appetit, vt commodius viuere poſſit: ex quarum diuitiarum inordinato amore, cupidus & auarus efficitur, & tunc eſt hypoſarcha proueniens ex materia phlegmatica: Nam exuberantia materiæ phlegmaticæ: eſt abundantia temporalis ſubſtantiæ, quia huiuſmodi materia, ſcilicet phlegmatica, eſt fluida, & frigida, eſt etiam obliuionis & pigritiæ cauſatiua: Nam phlegmatici ſunt fluidi, ſunt obliuioſi, ſunt pigri, vel tardi, quæ omnia in peccatoribus cauſat abundantia temporalis. Nam ipſa in ſe eſt fluida, id eſt, labilis & tranſitoria: & neceſſe eſt, vt qui labenti
Prou. 11. innitur, etiam cum labente labatur. Prou. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet, hæc eſt etiam quæ facit homines frigidos ad amandum ſpiritualiter.
1. Ioan. 2. Ioan. Si quis diligit mundum, non eſt charitas patris in eo.

Item facit obliuioſus ad recognoſcendum beneficia. Geneſ. 40. Succe-
Geneſ. 40. dentibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui. Sic qui proſperatur in diuitijs, obliuiſcitur Dei.

Item facit pigros, & tardos ad operandum opera meritoria. Vnde fallacia diuitiarum, & ſolicitudo ſeculi, ſuffocat verbum, ne ſcilicet opere impleatur. Tunc ergo exuberat in ventre phlegmaticæ materiæ humor, quãdo creſcit in corde hominis temporalis ſubſtantiæ amor: qui tunc cum ſanguine penetrat ad membra, cum ſub obtentu neceſſitatis trahitur ad operum ſtudia. Eſt enim humor ſanguinis quaſi nutrimentum corporis, &
Leuit. 18. neceſſarium ſuſtentamentum naturæ, in tantum, vt dicatur. Leuitici: quod anima, id eſt, vita omnis carnis, in ſanguine eſt. Ergo accipiamus per ſanguinem appetitũ neceſſitatis, in exuberante autem phlegmate appetitum cupiditatis: vnde tunc phlegma cum ſanguine tranſit, quando ſub obtentu neceſſitas impletur appetitus cupiditatis: & tunc penetrat in membra, quando tranſit ad lucrandi ſtudia, ex quibus ſequitur impinguatio, id eſt, diuitiarum repletio, ſed ex pinguedine tumefactio ſequitur, quia ex diui-
Auguſt. in ſerm. 31. tiarum plenitudine ſuperbia cauſatur, & ideo Aug. Morbus diuitiarum eſt ſuperbia: Nam grandis animus eſt qui inter diuitias iſto morbo non tertentatur, maior animus diuitias ſuas vincens contemnendo, magnus eſt

diues

diues qui non ſe ideo magnum putat quia diues eſt, qui autem ideo magnum ſe putat quia diues eſt, ſuperbus & egenus eſt, in carne crepat, in corde mendicat, inflatus eſt, non plenus. Eſt etiam præcipuè in facie ad pinguedinem & ad tumorem decliuis; quia præcipuè in exteriori apparentia ſuam ſuperbiam & pompam oſtendit, ſed quia plenitudo eius non eſt ſolida, plenitudo comprimitur, tum tangitur digitis, quia dum tentationibus impetitur, cedit, & dum aduerſitatibus premitur, deficit. Iob: Venit ſuper te plaga, & defeciſti. Secunda ſpecies hydropiſis, ſcilicet aſchites, prouenit ex materia aquoſa, effuſa in ſpatium vẽtris interioris, & quæ ſequuntur ipſum. Vnde eſt in Aſclite grauitas ſenſibilis in ventre, & cum percutitur venter, non eſt ſonitus, ſed quando commouetur, auditur ſonitus aquæ commoræ. Aſclites ergo proueniens ab exuberantia humoris, luxuriam deſignat prouenientem ex inordinato amore propriæ carnis, vnde naſcitur ex aqueo humore, id eſt, ex carnali amore, & ad inferiora ventris diffunditur, quia luxuria carnis per inferiora membra expletur. Hæc ſenſibilem grauitatem ventri ingerit, quia ſenſibilem commotionis ardorem in ipſo ventre diffundit, huiuſmodi aquoſitas ventris cum percutitur, non ſentitur; quia flagellum, tribulatio carnis, motum concupiſcentiæ ſedat, & reſtringit, ſed tamen cum mouetur ſentitur, quia cum tentatione agitatur, protinus excitatur, & deordinatur. *Iob. 4.*

Tertia ſpecies hydropiſis, ſcilicet tympanitis, eſt ex materia ventoſa ſparſa in alias partes, & non eſt in tympanitide grauitas, neq; pinguedo membrorum, ſed potius extenuatio ipſorum, neque etiam tumefactio pedum, ſed eſt inflatio ventris, & tenſio quaſi corde, & cum pulſatur venter, auditur ſonitus ventris in quo eſt inflatio, vt vtris pleni aqua. Eſt ergo velut timpanitis tumor elationis, qui eſt ex ventoſa materia, id eſt, ex humoris excellentia, quæ animum inflat non ſatiat; vnde eius abundantia timpanitidem inducit: quia excellentia honoris ſuperbiam & elationem gignit, qua animus in flatu extenditur, vt ſi quis eum iniuria tangat, ſtatim per impatientiam reſonat, & ad vindictam intendit. Iſa. Venter meus ad Moab quaſi cythara ſonabit.

Item appetitus mundanæ felicitatis aſſimilatur dolori capitis. Primo ratione pœnæ: Nam ſicut dolor capitis, ſic & fælicitas proſperitatis non eſt ſine pæna, ex eo quod quæritur cum labore, poſſidetur cum timore, amittitur cum mærore. Et ſicut Aug. dicit. Proſpera huius mundi aſperitatem habent, iucunditatem falſam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miſericordia, ſem beatitudinis inanem. *Idem. c. 7.* *Auguſt. in epiſt.*

Secundò ratione cauſæ. Quia hic dolor aliquando naſcitur ex calore, aliquando ex tumore, Calor, eſt nimiæ cupiditatis ardor, vel mali deſiderij feruor: vnde dolor capitis ex calore naſcitur, quando mens deſiderio rerum temporalium anxiè cruciatur, & talis homo clamare poteſt illud. Caput meum doleo. Torquetur enim mens cupidi, vel ſi aſſequi non poſſit quod appetit, vel ſi aliquando amittit quod diligit; Tumor autem capitis *4. Reg 4.*

eſt elatio mentis. Vnde dolor capitis ex tumore naſcitur quoties ex abundantia boni operis animus gloriatur. Pſalm. Conuertetur dolor eius in caput eius.

Tertiò ratione curæ. Nam vt iſte dolor capitis curetur, oportet primo quod morbi materia ſubtrahatur. Materia namque mundanæ fœlicitatis, quæ appetitum deordinat, temporalia ſunt, quæ dupliciter ſubtrahuntur: Vno modo actu, ſ. dum pauperibus erogantur: alio modo ab animo, dum de eis non ſolicitatur, & vtroq; modo inordinato appetitui reſiſtitur. Sed ſi dolor prouenit ex calore, adhuc oportet quod caput oleo roſaceo inungatur, quia huiuſmodi oleum eſt frigidum, & ſignat cruorem Martyrum. Et ideo dum paſſiones ſanctorum martyrum legis, in quib. maximus contemptus mundi viguit, quaſi oleo roſaceo caput vngis, ſed antequã oleum infundas, oportet vt caput radas, ſuperflua reſecando, & ſic materiam morbi deſtruis, & fomẽto frigidi olei feruorem caloris reprimis. Debes etiam æſtum fugere, & vmbram quærere diuinæ protectionis, vt dicas cum Prophet. Domine Deus ſalutis meæ obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Sed ſi ſit dolor proueniens ex tumore, tunc debes oleo violaceo caput vngere, vt poſſis dolorem mitigare tumoris. Viola eſt humilis herba, quæ dum de terra naſcitur, non procul à terræ proceritate ſeparatur. Oleum ergo humilitatis placat ſuperbiam mentis, ſed caue ne oleum peccatoris impinguet caput tuum. Oleum peccatoris, eſt blandimentum adulationis; hoc autem oleum tumorem capitis non deſtruit, ſed nutrit. Vnde vtendum eſt oleo Salomonis dicentis, Oleum de capite tuo ne deficiat. Greg. Oleum de capite i. charitas de mente.

Idem. c. 10. Auaritia aſſimilatur lepræ.

Primò, ratione corruptionis, quia ſcilicet in lepra, eſt vniuerſalis humorum corruptio, & infectio membrorum: & ſimiliter ex auaritia, & cupiditate omnes humores, id eſt, affectiones animæ corrumpuntur. Leo Papa dicebat. Amore pecuniæ vilis eſt omnis affectio & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit, nullumque eſt iuſtitiæ in illo corde veſtigium, in quo ſibi auaritia fecit habitaculum: & hac omnia eccleſiæ membra inficiuntur, ſcilicet laici, clerici, prælati, & ſubditi Hierem. A minore vſque ad maiorem, à Propheta vſque ad Sacerdorem, omnes auaritiæ ſtudent. Vnde Rabanus; O peſtis maligna auaritia, ſemper bonis animis decertanda, quem illæſum, quem inconcuſſum dimittis? genus humanum confudiſti, tu diſcipulum comitem Chriſti ab Apoſtolatu præcipitaſti, tu milites cuſtodientes ſepulchrum captiuaſti. Nunquid non bene dictum eſt; Pecuniæ obediunt omnia?

Leo in quodã ferm. *Hier. 8.* *Rab. ſuper Ma.* *Eccl. 10.*

Secundò, ratione diſtinctionis. Diſtinguitur à medicis quadruplex communiter lepra. Eſt enim quædam lepra quæ dicitur elephantia, quæ fit de melancholia inficiente ſanguinem. Et dicitur elephantia, quia ſicut elephas diuerſis diſtinctus eſt maculis, ſic & patiens hanc ſpeciem lepræ, diuerſis maculis reſpergitur in cute, ſiue in pelle; Ita etiam homo auarus repletur diuerſis maculis, i. diuerſis vitijs; quia (vt dicitur) radix omnium malorum cupidi-

cupiditas. Petrus Rauennas in quodam ſermone; Malorum radix cupiditas, tranſgreſſionis eſt mater, magiſtra nocendi, & primipilaria iniquitatis, auriga malitiæ, ſicaria virtutum, ſeditionis origo, fonea ſcandalorum. Et ideo etiam Greg. dicit. Quod auaritia latenter oritur in mente, ſed punctiones peccatorum omnium patenter producit in operatione. *1. Thim. 6.* *Petr. Rauenn.* *Greg. 20. lib. Moral.*

Secunda ſpecies lepræ dicitur leonina, quæ fit de cholera inficiente ſanguinem: hæc multum inficit oculos, vnde præcipuè cognoſcitur per depilationem ſuperciliorum. Item auaritia oculos inficit, dum ea quæ videt auarus malè concupiſcit: vnde B. Ioan. auaritiæ cupiditatem concupiſcentiam oculorum vocat, quia auarus inuiſibilibus ſpretis, ſola viſibilia quęrit. Pſal. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, quia ſcilicet non intendunt auari niſi ad terrena conquirenda. *1. Ioan. 2.* *Pſalm. 16.*

Tertia ſpecies lepræ dicitur tyria, ſiue ſerpentina, à tyro ſerpente, quia ſicut ſerpens ille facilè deponit corium, ita, qui laborat hac lepra, deponit cutē, & cito putreſcit cutis, & caro propter corruptionē phlegmatis. Huius etiam quædam ſigna ſunt, putrefactio gingiuarum, & labiorum, & raucedo vocis, & ingroſſatio extremitatum digitorū, manuum, & pedū, & vnguium caſus. Similiter auaritia homines expoliat per rapinas, carnes putrefacit per delitias; quia multi auari poſtquam ditati ſunt, delitiis affluunt, & voluptatibus putreſcunt. Ioël. Computruerunt iumenta, id eſt, peccatores ratione non vtentes, in ſtercore ſuo, id eſt, in temporali lucro, de quo Apoſtolus; Omnia arbitror vt ſtercora, vt Christum lucrifaciam: Nam poſt lucrum temporalium putreſcunt turpitudines voluptatum. Ergo putreſcit in eis caro per vitium luxuriæ, & gingiuæ per vitium gulæ: ſicut patet in auaro illo diuite, qui epulabatur quotidie ſplendide, ad quod etiam ſequitur raucedo vocis, & putredo labiorum, id eſt, turpiloquium, & ſtultitia verborū, quæ in cōnuiuiis & delitiis ſolent abundare. Nota ergo, quod auaritia expoliat per rapinam, putrefacit per inuidiam, quia auari inuident aliis de lucris temporalibus. Prou. Putredo oſſium inuidia. *Ioel. 1.* *Philip. 3.* *Luc. 16.* *Prou 14.*

Item auari morientes expoliantur in domo, putreſcunt in ſepulchro.

Item in eis putreſcunt labia, ne confiteantur peccata, & ingroſſantur digiti, vt non reſtituant aliena.

Quarta lepra eſt, quæ vocatur allopicia, id eſt, vulpina: quia ſicut allopides, id eſt, vulpes habent ſupercilia depilata, ita depilantur & hi qui hanc patiuntur lepram. Vnde eſſent opportuna mulieribus quæ ſibi ea depilant; quia tunc non indigerēt ad depilandam eam ferreo inſtrumento. Et huiuſmodi leproſis facies intumeſcit: Sic in auaris diuitibus oritur ſupercilium, & tumor ſuperbiæ: contra quod Apoſtolus diuitibus huius ſeculi præcipit non alta ſapere. Auguſt. Difficile eſt vt non ſit ſuperbus qui diues eſt: tolle ſuperbiam, & diuitiæ non nocebunt.

Immunditiæ ſpirituales vitiorum aſſimilantur immunditijs corporalium morborum. Nam in lege veteri reputabantur immundi leproſi, & patientes fluxum ſanguinis, & patientes fluxum ſeminis: cadauer etiam hominis mortui reputabatur immundum, & quicunque aliqua immunda tangebant *Idem. c. 35.*

tangebant, immundi reputabantur. Per immunditiam ergo lepræ, ſignificabatur immunditia hæreticæ doctrinæ, tum quia hæretica doctrina contagioſa eſt, ſicut & lepra; tum quia nulla falſa doctrina eſt quæ vera falſis non admiſceat; ſicut in ſuperficie corporis leproſi apparet quædam diſtinctio quarundam macularum ab alia carne integra. Per immunditiam vero mulieris ſanguifluæ, deſignatur immunditia idololatriæ propter immolantium cruoré. Per immunditiam autem ſeminiis flui ſignificabatur immunditia vanæ locutionis, eo quod ſemen eſt verbum Dei. Per immunditiam coitus, & mulieris parientis, deſignabatur immunditia peccati originalis: per immunditiam mulieris menſtruatæ, deſignabatur immunditia mentis per voluptates emollitæ: per immunditiam vero cadaueris cuiuſcunque, ſignatur immunditia peccati mortalis, quod eſt mors animæ. Per immunditiam vero contractus rei immundæ, deſignatur immunditia conſenſus in peccatum alterius. Vnde, & Eſa. Exite de medio eorum, & ſeparamini, & immundum ne tetigeritis.

Idem, c.37. Inuidia aſſimilatur dolori, ſiue putrefactioni dentium. Vnde dicitur putredo oſſium inuidia: Dolor namque dentium (ſecundum Auice) cauſatur ex tribus; quia cauſa dolorem faciens, alquando eſt in ipſa ſubſtantia dentium: quandoque vero in neruo quæ eſt in radice eorum, quandoque vero in gingiua, vbi etiam quandoqne ſit apoſtema, & additio carnis natæ, in ea in qua recipitur materia; quæ omnia ſunt doloris dentium cauſa. In his ergo deſignatur triplex cauſa triſtitiæ, ſeu doloris inuidorum. Nam aliquando inuidet vnus alteri de perſonali bonitate, aliquando vero de honoris dignitate, quandoque vero de lucri vel diuitiarum proſperitate. Quando igitur dolor inuidi eſt de perſona, tunc eſt velut dolor dentis radicatus in ſubſtantia. Quando vero de dignitate, vel honore, tunc eſt ſicut dolor proueniens ex neruo. Nam quaſi radix dẽtis eſt virtus probi hominis, cui neruus coniungitur, quia virtutem probĩ hominis ſequitur præmium honoris, vnde neruus radicis eſt honor virtutis, ex quo ſequitur dolor dentis, id eſt, triſtitia inuidẽtis. Quaſi autem gingiuæ quæ dentes circundant, & veſtiunt ſunt temporales diuitiæ, quibus homines circundantur & fulciuntur, quibus quandoque iungitur apoſtema, id eſt, putrefactio inuidiæ, quia ſcilicet præcipue diuitibus ab alijs inuidetur; vel tunc apoſtema naſcitur ex gingiuis, quando auaritiæ vel ſuperbię peſtis naſcitur ex diuitijs, quandoq; etiam caro adnaſcitur, ſcilicet cum filii generantur, quæ omnia ſunt dentibus, id

Ariſt.2.Rhet eſt, ipſis inuidentibus cauſæ doloris & triſtitiæ. Eſt enim inuidia triſtitia in alienis bonis, prout Philoſophus dicit.

Idem. c.52. Primo, quia in omni hydropiſi eſt ægritudo hepatis ſecundam Auicen.

Item peccatũ aſſimilatur hydropiſi. Non enim vt ipſe dicit accidit hydropiſis abſque ægritudine hepatis propria vel communicata, licet quandoque ægrotet hepar, & non ſequatur hydropiſis. Et præcipua cauſa, & quaſi coniuncta hydropiſi eſt, debilitas digeſtionis hepaticæ, per quam purum ab impuro ſeparatur. Et ideo non incongruè hepar rationem deſignat, in qua diſcretio eſt, bono a malo ſeparans, & diſcernens. Quod ergo in omni hydropiſi communicet ægritudo hæpatis, oſten-

oſtendit,quod in omni peccato accidit ignorantia aliqua,vel error rationis; vnde Philoſophus. Omnis malus ignorans,quod autem non omnem ægritudinem hepatis comitatur hydropiſis, eſt quod non ad omnem rationis ignorantiam ſequatur peccati malitia: Nam eſt aliqua ignorantia inuincibilis, in qua eſt nullum peccatum. Debilitas autem hepaticæ digeſtionis, quæ eſt cauſa coniuncta hydropiſi, eſt defectus ſiue in conſideratio rationis circa particulare eligibile, quæ eſt proxima cauſa peccati. Licet enim ratio dictet omnem fornicationem eſſe malam,& cauendam,tamen quando particulariter tentatur homo de hac fœmina, illud generale dictamen rationis non curat, neque attendit. vnde quod elegit, vt tunc fornicari eſt rationis debilitas & defectus, non conſiderantis malitiam huius actus. *Ariſt. in Ethi.*

Secundo,quia eſt in hydropicis corruptio complexionis,ex qua (vt Auicen. dicit) mutatur color corporis & faciei ad albedinem, & citrinitatem. Vnde eſt ſignum commune hydropiſis mutatio coloris. Sicut autem bona complexio corporis conſiſtit in debita ordinatione, ſiue temperantia humorum, qui ſunt in ipſo corpore; Sic bona complexio animæ conſiſtit in debito ordine, & moderamine paſsionum, quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo. Vnde ſicut corruptio complexionis corporis eſt ex diſtemperantia humorum,ſic corruptio complexionis ſpiritualis, eſt ex diſtemperantia, & inordinatione paſsionum, puta iræ,vel timoris, gaudij,vel ſimilium. Quod ergo in hydropico eſt corruptio complexionis ex diſtemperantia humorum, oſtendit,quod in peccato, ſiue peccatore, eſt corruptio ſenſitiui appetitus ex diſtemperantia paſsionum. Sed per faciei, ſiue corporis exteriorem calorem,accipe hominis conuerſationem,qui ſcilicet in hydropico mutatur: quia ſcilicet in homine peccante ex ipſa inordinatione interiori, etiam exterior conuerſatio & vita deformatur: vnde ipſa dehoneſtatio conuerſationis exterioris, commune ſignum eſt ægritudinis interioris.Eccleſia. Amictus corporis,& riſus dentium,& ingreſſus hominis,enunciant de illo. *Auicen.* *Eccl. 19.*

Tertio,quia eſt in hydropicis corruptio digeſtionis. Vnde etiam eſt in eis, vt plurimum paucitas appetitus cibi propter vehementiam appetitus aquæ.Quandoque etiam fit in hydropiſi fortis appetitus (vt Auicen. dicit) Quia igitur per digeſtionem paratur cibus vt apponatur corpori, & profit ei; cibus autem mentis eſt ſermo Dei, accipe per cibi digeſtionem verbi Dei memoriam, & affectionem: Per hanc doctrinam verbi paratur, vt impleatur opere, & in perfectum nutrimentum animæ conuertatur. Quod ergo in hydropico corrumpitur digeſtio cibi, oſtendit quod in peccante homine deficit affectio verbi Dei, quia ſcilicet non debito modo afficitur ad doctrinam ſpiritualem, & ad ea quibus anima paſcitur: vnde tantus fit in eo appetitus aquæ,id eſt, amor tranſitoriæ ſubſtantiæ, quod debilitatur appetitus cibi,id eſt,deficit amor verbi,& ſpiritualis nutrimenti. Quandoque tamen accidit eis poſt peccatum compunctio,& vehemens appetitus boni.

Quarto quoque eſt in hydropiſi exuberantia humoris, qua. ſ. replentur membra vel loca vacua nutrimenti. Et hæc exuberantia humorum eſt in homine peccatore intemperantia illiciti amoris: Fertur enim peccatoris

S ſ ſ dilectio,

dilectio, aut ad carnis delectabilia, quod pertinet ad membra, & talis eſt amor luxurioſi, aut ad gulæ cibaria, quod pertinet ad loca vacua nutrimenti, & talis eſt amor guloſi, aut ad temporalia, vt diuitias, aut honores, quod pertinet ad humores, qui fluidi ſunt, & inſtabiles, ſicut & hæc temporalia
1. Ioan. 2. Ioan. Mundus tranſit, & concupiſcentia eius, & talium rerum amor eſt amor auari, & ſuperbi.

Quinto inuenitur in hydropiſi tumefactio corporis, quæ ſecundum Auicen.) quandoque incipit à femore, aliquando à pedibus, aliquando à dorſo, aliquando à renibus. Similiter in peccatore inuenitur tumor ſuperbiæ, & inobedientiæ, quæ eſt initium omnis peccati, & hoc aliquando eſt à femore: i. ab amore filiorum, quia ex femore præcipue egreditur generatio filiorum. Exod. Fuerunt omnes animæ quæ egreſſæ ſunt de femore
Exod. 1. Iacob, &c. Multi n. propter carnalem filiorum amorem peccata multa faciunt, & Dei mandata tranſgredi præſumunt. Aliquando vero ex pedibus, id eſt, ex affectibus temporalium, ſiue diuitiarum ſiue bonorum. Sunt enim velut animæ pedes quibus bene vel male curritur, ipſius animę affectiones: nam auari & ambitioſi his pedibus ire præſumunt contra mandata Dei.
Prou. 1. Prou. Pedes illorum ad malum currunt. Aliquando eſt à dorſo, id eſt, ab impatientia tolerandi aliquid oneroſum, vel graue: Nam dorſo feruntur onera; & hoc eſt in accidioſis qui contra Deum intumeſcunt, vel contra ſuperiorem imponentem, vel mandantem aliquid oneroſum. Iob. Quid
Iob 15. tumet contra Deum ſpiritus tuus? Quandoque vero eſt ex renibus, id eſt, ex appetitu voluptatum gulæ, vel luxuriæ; quia ex renibus materia fluit
Pſalm. 140. voluptatis, & delectationis carnalis. Pſalm. Corrupuerunt me renes mei.

Sexto in hydropiſi eſt deformatio coloris, propter corruptionem complexionis, & declinat color hydropici, vt ſupra tactum eſt, aliquando ad albedinem, aliquando vero ad citrinitatem, aliquando ad aduſtionem, & nigredinem, ſicut in pleuritico, aliquando declinat ad viriditatem, vt cum procedit hydropiſis ex apoſtemate calido ſplenetico. Similiter in peccatoribus ex malitia interiori deformatur color. i. apparentia & conuerſatio exterior. In quibuſdam quidem dealbatur per apparentem iuſtitiam, ſicut in
Matth. 23. hypocritis, quibus Chriſtus dixit: Væ vobis hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis. In quibuſdam vero dinigratur per publicam infamiam.
Thre. 4. Thre. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. In quibuſdam citrinatur
Ioannicius. iracundia, & ſæuitia: Nam ſicut dicit Ioannicius, cum humores frigidi caleſiunt, mutatur color albus in citrinum, vel rubeum. Sic hypocritæ qui primo videbantur frigidi, id eſt, mites, in altitudine poteſtatis poſiti efficiuntur iracundi & ſæui. Et ſic qui videbantur albi, & frigidi. i. puri & manſueti,
2. Match. 3. caleſcentes iracundia, apparent citrini & ignei. Mac. Facies & color immutatus, &c. Quidam vero etiam peccatores vireſcunt aliquando per popularē gratiam & famam. Nam color virilis eſt color maximè gratus oculis,
Prouer. 3. ſed tamē talium gratia fallax eſt, & vana ſecund. illud. Prou. Fallax gratia, &c.

Septimo in hydropicis inuenitur ſitis magnitudo: proprium enim eſt
Beda. hydropicis (ſicut Beda dicit) vt quanto amplius bibunt, tanto amplius ſitiant

tiant: quod eſt (ſecundum Auicennam) propter complexionem in hepate facientem ſitim: aut propter opilationem, propter quam non attrahit ad hepar aliquid quod ſitim ſedat: aut propter aliam aliquam cauſam ſitim facientem, quæ ex potu non remouetur; niſi forte per accidens; ſicut accidit in terra originis meæ, ſcilicet in caſtello Sancti Geminiani, quod eſt in partibus Thuſciæ xv. miliarijs diſtans à ciuitate Senarum. Ibi enim fuit quidam vir nobilis & pauper, qui factus eſt hydropicus, & toto fere corpore tumidus. Cumque ſiti inſatiabili cruciaretur, nec potus ei petenti ab aliquo porrigeretur; cum iaceret prope locum vbi quoddam ædificabatur palatium, quadam die cum ſolus eſſet, vidit ibi tinam magnam aqua plenam, in qua veteres lateres mollificabantur, vnde ex admixtione calcis lateribus adhærentis, aqua dealbata erat: ad quam aquam ille accedens in magna quantitate bibit, & poſt potum in lecto ſe ponens, & paulum obdormiens, poſt ſomnum ex virtute illius aquæ, ſenex calcis aduſtione, tam magno fluxu ventris ſolutus eſt, vt hydropiſis, euacuata ſua materia & caſa, penitus ab eo tolleretur, & etiam ſitis cum ea. Eſt autem inordinata ſitis hydropici, inordinatus appetitus peccandi, qui in omni quaſi peccato inſatiabilis inuenitur. Vnde Pſalmus, Eſurientes, & ſitientes, anima eorum in ipſis defecit. *Pſalm 106.* Sed ſpecialiter hæc ſitis inſatiabilis (vt dicit Beda) appropriatur auaris, quia non ſatiantur oculi eorum diuitijs. *Eccl. 4.*

Item peccatum aſſimilatur febri; quod patet primo de febris deſcriptione. *Idem.* Nam febris ſecundum Auicen. eſt calor extraneus accenſus in corde, procedens ab eo mediantibus ſpiritu, & ſanguine per arterias & venas in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operibus naturalibus. Similiter peccatum eſt calor extraneus homini, id eſt, non naturalis appetitus, qui eſt contra rationem. Vnde Auguſt. dicit, quod peccatum non eſt naturale, ſed vitium naturæ appetentis id quod non eſt ſui ordinis: & accenditur in corde, quia de corde exeunt cogitationes malę, &c. *Auguſt. 12. de Trin.* Vnde à corde procedit peccatum mediantibus ſpiritu, & ſanguine, id eſt, cogitatione, & delectatione: per arterias, & venas, id eſt, per locutiones, & operationes, ſiue per verba, & opera; & impediuntur operationes naturales, id eſt, virtuoſæ, & rationales, quæ propriè competunt homini ſecundum naturam ſuam quæ rationalis eſt. *Matth. 19.* Vnde de homine peccante dicitur; Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus. *Pſal. 48.*

Secundo patet dicta ſimilitudo ex febris diſtinctione. Nam (ſicut ipſe Auicen.) tradit, aliqua febris procedit ex membris radicalibus, vt ethica; aliqua ex humoribus, vt putrida: & quædam ex ſpiritualibus, vt ephimera. Ethica enim febris prima accenſione ſua accenditur in membris radicalibus, puta in corde: Caliditas enim hepatis non eſt ethica, ſed aliquando perducit ad ipſam, & ſimiliter pulmonis, & ſtomachi. Et eſt exemplum acceſſionis huius febris, ſicut ſi aliquis calefaciat aquam per parietes balnei, aut per ollam coci, aut per follem ferrarij. Per hanc ergo febrem ſignantur peccata prelatorum, & clericorũ, qui ſunt quaſi radicalia & originalia mem-

bra Eccleſiæ, ex quibus bona & mala proueniunt cæterorum. Eſt ergo triplex ſpecies ethicæ, deſignans triplex vitium clericorum. Prima eſt quæ conſumit humiditatem nutrimẽtalem, iam ſparſam & vnitam in membris, & proximam coagulationi, quæ vocatur ros, & eſt ſicut oleum in lucernam infuſum. Et hæc ſpecies febris eſt amor inordinatus carnalis, ſcilicet ſui ipſius, vel conſanguineorum, & nepotum, qui communiter inuenitur in clericis, deſiccans in eis amorem pietatis, quæ expandi deberet in membris, id eſt, in indigentibus, & pauperibus ſubditus: Nam ea quæ deberent dare pauperibus, ſibi, aut auare retinent, aut male conſumunt, aut conſanguineis largiuntur, vt magnificentur, & ditentur. Vnde Bernard. dicit: Timeant miniſtri eccleſiarum, qui in terris ſanctorum quas poſſident, tam iniqua gerunt, vt ſtipendijs quæ ſufficere debeant, minimè contenti, ſuperflua quibus egeni ſuſtentandi eſſent, impiè ſacrilegeque ſibi retinent, & in vſus ſuæ ſuperbiæ atque luxuriæ victum pauperum conſumere non verentur, duplici profecto iniquitate peccantes, qui & aliena diripiunt, & ſacris in ſuis vanitatibus & turpitudinibus abutuntur.

Bern. in Cant.

Sexto clericus, vt idem dicit, cui conceſſum eſt, vt ad neceſſitatem viuat de altari, non ſuperbiat, non luxurietur, nec intendat, vt de clericatu ditior fiat, non ſibi de bonis eccleſiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis; neque loculos inde congreget, neque in vanitate, & ſuperfluitate diſpergat, non extollat de facultatibus eccleſiæ conſanguineos, aut nepotes, ne filios dixerim.

Secunda ſpecies ethicæ, conſumit humiditatem iam attractam ad locum nutritionis, & propinquam permutationi, ſiue conuerſioni, quæ ſcilicet humiditas eſt ſicut oleum imbibitum in corpore licini, & vocatur cambium. Et hæc deſignat in clericis vitium carnale, quo deſtruitur in eis humor deuotionis ſpiritualis, quo nutriri deberent, & eſſe pleni. Vnde tales non ſunt digni domino miniſtrare, præcipue in ſacramento euchariſtiæ. Vnde Bernard. ait. In multis multipliciter regnat fornicatio, qui puritatis auctori, impuro corde & corpore miniſtrantes, non verentur ſtare ante angelum Dei qui ſecet medios & diſperdat: ſed omnino audent agni immaculati ſacras contingere carnes, & intingere in ſanguine Saluatoris manus nefarias, quibus paulo ante (proh dolor) meretrices attractauerant. Et ſic altaria circuire, ſic & Eccleſias frequentare, pſalmos cantare: cum tamen eis huiuſmodi laus execrabilis, & oratio fiat in peccatum. Tertia ſpecies ethicæ conſumit humiditatem, cum qua continuantur partes membrorum ſimilium partium à principio creationis, vnde vocatur gluten, & eſt ſicut humiditas cui continuantur partes totum, de quo factum eſt bitumen, & per deſtructionem talis humiditatis partes membrorum veniunt ad ſeparationem, & hæc febris deſignat in clericis peccatum ſymoniæ. Talis enim humiditas gratiam ſpiritualem deſignat, quæ eſt gluten quo partes membrorum ſimilium partium, id eſt, fidelium mentes, qui vnius fidei & charitatis participes ſunt, ad inuicem connectuntur; ſed hanc humiditatem gratiæ ſymoniaca prauitas conſumit, dum ipſius

Bern.

ipſius gratiæ cœleſtis dona illicite vendit, vel emit. Alia autem febris eſt putrida, ex humorum putrefactione cauſata, & hac febre æſtuant laici, in quibus ſunt humores putridi, id eſt, affectus corrupti, quorum quidam laborant continua, ſcilicet auarita: cuius, ſcilicet appetitus, eſt continuum lucrum: vellet enim auarus lucrum ſuum nunquam terminari. Vnde ſecundus Philoſophus Adriano quærenti. Quid eſt, quod nunquam finit hominem eſſe laſſum? Reſpondit, quod lucrum, præcipue autem vſura die ac nocte continue multiplicat lucrum. Quidam vero laborant quotidiana, id eſt, gula, in qua quotidie peccatur: vnde ſignatur per Pharaonem qui omni die exigebat certam menſuram laterum, vt habetur in Exod. Quidam vero laborant tertiana, id eſt, iracundia, quæ ad modum febris cor accendit, & inflammat: Eſt enim ira inflammatio ſanguinis circa cor, ſecundum Dama. ſed tertiana propter tres gradus iræ quos Dominus aſſignauit, cum dicit: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit, Racha, reus erit conſilio: qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ. Vbi attendendum, quod ſicut creuit gradus culpæ, ſic & creuit ordo ſententiæ: vnde recte ira ſine voce, conſilio, ira cum voce contumeliæ, gehennæ igni mancipatur (ſecundum Aug.) in primo enim ira tantum, in ſecundo ira & vox, in tertio ira & vox cum expreſſione irriſionis: dicit enim Greg. quod iudicium eſt etiam diſcuſſio, conſilium ſententiæ diffinitio, gehennæ ignis ſententia excommunicationis. Quidam vero laborant febre quartana, id eſt accidia, quæ ſcilicet eſt febris tardior cæteris: habet enim tempus ſuum, ſcilicet diem interminatam, & horam ſuæ acceſſionis. Vnde Ioan. Caſſia dicit. Accidia horam ſextam maximè monachum inquietat, vt quædam febris, ingruens tempore præſtituto, ardentiſſimos æſtus accenſionum ſuarum ſolitis ac ſtatutis horis animæ inferens ægrotanti. Iſtæ ergo ſunt febres, quibus ſocrus Petri, id eſt, Iudæorum Synagoga, vel peccatrix anima laborat, ſiue ſecularis matrimonio iunctus. Luc. Socrus autem Petri tenebatur magnis febribus.

Exod. 5. *Dama.* *Matth. 5.* *Ioan. Caſ. de inſt. mona. 10 lib.* *Luc 4.*

Tertia febris ex ſpirituum calefactione proueniens, dicitur ephimera, ab ephimero piſce, qui modico tempore viuit, vt ſupra 4. libro. Et ſimiliter huiuſmodi febris modico tempore durat. Hæc ergo febris deſignat peccata religioſorum, quia febris ephimera habet cauſam aliquando ex parte animæ, ſcilicet ex paſſionibus, vt ira gaudio, vel huiuſmodi: aliquando vero ex corpore, ſcilicet ex nimio labore vel vigilia, & huiuſmodi: quandoque vero ab exteriori aëre, ſcilicet diſtemperato nimio frigore; vel calore Solis, & huiuſmodi. Similiter vitia religioſorum ſunt vel ex paſſione interioris tentationis, vel ex inordinatione indiſcreti feruoris, qui frequenter facit eos aſſumere ſupra poſſe in vigilijs, abſtinentijs. & alijs laboribus, ex quib. nonnunquam incurrunt vel accidiam, vel deſperationem, vel amentiam, & huiuſmodi. Vel ex parte exteriori, ſcilicet ex aſſiduitate, & familiaritate ſecularis conuerſationis: quia incautè, & aſſidue cum ſecularibus conuerſando, & eorum ſe negotijs implicando, multa vitia incurrunt.

Item peccatum aſſimilatur paralyſi quoad quatuor: primo quantum ad

ſubiectum, quia paralyſis ſecundum Auic. quandoque eſt in toto corpore præter caput, quandoque eſt in vno latere tantum.

Item peccatum aſſimilatur paralyſi quo ad quatuor: primo quantum ad ſubiectum, quia paralyſis ſecundum Auic. quandoque eſt in toto corpore præter caput, quandoque eſt in vno latere tantum, quandoq; in vno membro tantum: ſic inter peccatores illi ſunt quaſi ex toto paralytici, qui totum tempus vitæ ſuæ male expendunt, excepto capite, i. tempore innocentiæ, ſcilicet ætate puerili poſt baptiſmum: Quidam enim ſtatim cum attingunt ad annos diſcretionis, incipiunt facere mala, & ſemper continuant in peius vſque ad mortem, & tales ſunt potius dicendi dæmones quam homines: quia (ſecundum Hieron.) humanum eſt peccare, ſed diabolicum eſt perſeuerare. Sed quaſi in vno latere paralytici ſunt, qui licet aliquam partem vitæ expendant in peccatis, tamen poſtea conuertuntur, & bene viuunt in reſiduo tempore, vt Magdalena. Sunt autem duo tempora vitæ quaſi duo latera in corde: Nam vt dextrum, eſt tempus iuuentutis, vt ſiniſtrum vero, tempus ſenectutis. In quibuſdam ergo paralyticatur dextrum, ſcilicet in his qui malè viuunt in iuuentute: ſed ſiniſtrum in his, qui malè viuunt in ſenectute. Sed quamuis in corpore periculoſius ſit perdere dextrum quam ſiniſtrum: in tempore tamen eſt e contrario, quia peius eſt malè viuere in ſenectute, quam in iuuentute: Nam tanto culpa ſenis damnabilior eſt, quanto ſit morti propinquior, vnde Hugo de ſancto victo. dicit: Inter abuſiones ſeculi huius, ſola maior eſt ſenis obſtinatio, qui morte proximus, mortis non abhorret aduentum, qui quaſi ad oſtium huius mundi poſitus, foris ſpectat, non tamen vitæ præſentis attendit egreſſum, nec futuram conſiderat: audit nuncios mortis, & credere non vult eis. Tres enim ſunt nuncij mortis, caſus, infirmitas, & ſenectus. Caſus nunciat mortem latentem, infirmitas apparentem, ſenectus præſentem ex incertitudine mortis, timor; ex infirmitatis grauitate dolor; ex certitudine ſenectutis non obſtinatio, ſed afflictio, & humilitas ſequi debet. In vno vero membro tantum paralytici ſunt, qui licet aliquando peccent, tamen cito redeunt, ſicut fecit Petrus.

Hieron.

Hug. 2. lib. de cla. anime.

Secundò aſſimilatur peccatum paralyſi propter effectum, quia paralyſis aliquãdo tollit ſenſum, faciens ſcilicet membrum ſtupidum, & inſenſibile: aliquando vero tantum tollit motum, aliquando vero vtrunque. Similiter peccatum, aliquando tollit ſenſum, id eſt, vſum rationis, ſicut in luxurioſis in quibus quaſi ratio abſorbetur à voluptate carnis, Dan. dicitur de ſenibus luxurioſis: Auerterunt ſenſum ſuum vt non recordarentur iudiciorum iuſtorum. Aliquando vero tollit motum, ſcilicet boni operis, vt in accidioſis. Exod. Fiant immobiles quaſi lapis. Aliquando vero tollit vtrumque, ſicut in hæreticis, qui neque recte ſentiunt, neque operantur.

Dan. 14.

Exod. 15.

Tertiò aſſimilatur peccatum paralyſi quoad pulſum: Nam pulſus paralytici (ſecundum Auic.) eſt tardus, rarus, & debilis; Pulſus autem cum procedat à corde, & deriuetur ad manum ſiue ad brachium, deſignat bonum propoſitum cordis, quando opere impletur. Hoc ſimiliter in peccatoribus accidit

accidit tardè, aut raro, aut debiliter fit, quod præcipue apparet in vſurariis. Quia licet aliquando compungantur, & reſtituere proponant, tamen raro perueniunt ad hoc, vt bene reſtituant: quia aut tarde reſtituunt, differendo vſque ad mortem: aut ſi reſtituunt citius, debiliter tamen, quia cum triſti corde, & non vera intentione, cum remiſſionis aſtuta procuratione.

Quarto aſſimilatur peccatum paralyſi quoad ſignationem, quia legitur in Euangelio Dominus tres paralyticos curaſſe, vnum qui iacebat in multitudine languentium. Alium qui iacuit in grabato. Alium qui fuit ſeruus Centurionis, qui iacebat in domo. Per primum autem ſignantur male retinentes, per ſecundum male expendentes, per tertium male acquirentes, vt ſunt vſurarij, qui etiam iacendo in domo male acquirunt. *Ioan.5.* *Matth.9.* *Matth.7.*

Item peccatum aſſimilatur epilentiæ propter tria: primo, quia in epilentia (ſecundum Auic.) eſt ſenſus & motus priuatio, quæ tamen priuatio ſenſus & motus; fit non totaliter, ſed in parte. Et eſt ratio, quia materia quæ eſt cauſa epilentiæ, in interiori ventriculo cerebri facit oppilationem non completam, & ideo impedit tranſitum virtutum ſenſus, & motus in membris integrè fieri, non tamen totaliter interſecando. Similiter peccatum tollit quidem peccatori ſenſum, id eſt, diſcretionem boni & mali, ſcilicet prudentiam, ſed non totaliter, quia licet tollat ei prudentiam & ſapientiam ſpiritualem, ſecundum illud. Gens ſine conſilio eſt, & ſine prudentia: non tamen tollit prudentiam ſecularem, vel aſtutiam naturalem, ſiue experimentalem, immo in huiuſmodi ſenſu magis vigent peccatores quam iuſti, ſecundum illud. Filij huius ſeculi prudentiores filiis lucis ſunt in generatione ſua. Vnde facit diabolus peccatoribus, quod voluit facere Naas Amonites viris Iabes Galaad, quia petiuit eruere oculos eorum dextros, non curans relinquere ſiniſtros: quaſi enim dexter oculus eſt prudentia ſpiritualis, ſed quaſi ſiniſter, eſt prudentia ſiue aſtutia ſecularis. Apoſtolus. Cæcitas ex parte contingit in Iſrael. Similiter tollit peccatum motum boni operis, ſed non totaliter; quia licet quoad meritum, non tamen quoad exercitium. Quia etiam multi peccatores faciunt plurima opera de genere bonorum, ſicut eleemoſynas & huiuſmodi, quæ licet in peccato facta non valent quoad vitam æternam; tamen valent ad euadendum flagella temporalia, & diſponunt etiam ad pœnitentiam, & ad plura alia. *Deut.3.* *Luc.16.* *Rom.11.*

Secundo eſt in epilentia corporis proſtratio. Nam epilentiam præcedit ſpaſmus, propter nocumentum oppilationis iam dictæ. Vnde non eſt poſſibile (vt dicit Auicen.) quod epilentiam patienti, remaneat erectio corporis. Similiter peccatum proſternit hominem à rectitudine iuſtitiæ, & vnum peccatum facit ipſum cadere in aliud, ita vt ſit impoſſibile ipſum cum peccatum diu ſtare quin cadit. Vnde Greg. dicit; quod peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. *Greg. in hom.*

Tertio epilentia eſt tremor, & exagitatio, licet fortior, & minus fortis, ſecundum quantitatem humoris. Similiter peccatum reddit hominem tremulentum, & timidum. Prouerb. Pauor his qui operantur malum: Eſt enim timida nequitia, ſicut dicitur Sap. Seneca. Nihil timidum facit animum, *Prou.10.* *Sap.17.*

mum, niſi reprehenſibilis vitæ conſcientia.

Item peccatum exagitat hominem, quia reddit eum inſtabilem, & in-
Thren.1. quietum. Thren. Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis fa-
cta eſt.

Item peccatum aſſimilatur lethargiæ propter tria. Primo, quia morbus
Auicennas. lethargiæ inducit febricitationem: eſt enim lethargia (ſicut dicit Auic.)
apoſtema phlegmaticum factum intra craneum capitis. Et quod fit ex hu-
more phlegmatico patet, quia generatur ex potu, eo quod potus generat
humorem phlegmaticum, in quo ſunt euaporatio, & putrefactio. Vnde vt
plurimum generatur ex commeſtione cæparum, & repletione nimia ſto-
machi, & à multitudine potus, & à multitudine commeſtionis fructuum.
Sic ergo lethargia eſt apoſtema ex humore phlegmatico putrefacto, & (ſi-
cut Auicen. dicit) in apoſtemate facto ex humore putrefacto communiter
fit febris lenta; & ita patet, quod in lethargia fit febriciatio. Sed quid eſt
iſtud apoſtema in craneo, niſi peccatum in anima? Hoc comitatur febris,
quæ eſt innaturalis, & intemperatus calor, quia communiter ſequitur pec-
catum aliquis intemperatus & irrationabilis amor: nam peccator à crea-
tore auerſus, inordinato amore ad creaturam conuertitur, ſicut auarus ad
pecuniam, ſuperbus ab excellentiam, luxurioſus ad delectationem volup-
tuoſam, ad quæ peccator quanto ardentius inhiat, tanto periculoſius &
fortius febricitat.

Secundo lethargia cauſat dormitationem, præcipue (vt dicit Auic.) cum
lethargia eſt in ſubſtantia cerebri. fit ſubeth fortior, & difficultas motuum
eſt maior, dicitur autem ſubeth, ſomnus ſuperfluus & grauis, vnde talis vix
poteſt ab horam excitari. Sic peccatum aliquando ita infigitur cerebro, id
eſt, animo, vt faciat peccatorem dormire, id eſt, in ſtatu peccati immobi-
lem permanere, & ſi aliquando moleſtatus, id eſt, aliqua aduerſitate angu-
ſtiatus, vel arctatus ad horam excitetur, ſcilicet vt malum ſtatum ſuum vi-
deat, & conſideret; tamen ſtatim ad ſolitum ſomnum, id eſt, immobilita-
tem ſuam & negligentiam redit, ſurgere contemnens. Vnde contra eum
Prou 6. clamat Salomon, dicens: Vſquequo piger dormis.

Tertio lethargia cauſat obliuionem: Eſt enim obliuio corruptio me-
moriæ, quæ vt plurimum accidit ex frigiditate, quandoque enim fit ex apo-
ſtematibus cerebri, & propriæ frigiditatis, vnde cum lethargia ſit apoſtema
cerebri phlegmaticum, & per conſequens frigidum, ideo memoriam cor-
rumpit, & obliuionem inducit. Sed quid eſt frigidum apoſtema niſi pec-
cati malitia, quæ calorem charitatis extinguens animam frigefacit, & Dei
obliuionem inducit? Talem lethargiam patiebatur ille cui ſcriptura dicit:
Deut.32. Deum inquit, qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris
tui.

Idem. c.53. Item peccatores aſſimilantur apoplecticis, id eſt, his qui apoplexiam pa-
tiuntur. Primo (quia ſecundum Auicennam) in apoplexia fit membrorum
ocioſitas. Vnde dicit, quod apoplexia eſt ocioſitas membrorum à ſenſu, &
motu, propter opilationem contingentem in ventriculis cerebri, & meati-
bus

bus ſpiritus ſenſibilis, & motus. Hæc ocioſitas membrorum inuenitur in accidioſis,& in pigris, quia nihil boni volunt operari. Prou. Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam. Et quidam quidem ſunt pigri & ocioſi circa ſpeculabilia, puta circa ſtudium ſcientię, vnde tales priuantur ſenſu, id eſt, adeptione ſcientiæ . Quidam vero circa operabilia, & tales carent motu, id eſt, profectu virtutis, vel meritorij operis. *Prou. 19.*

Secundo, quia in apoplexia eſt anhelitus difficultas: Nam ſic euacuantur inſtrumenta motus, & anhelitus, aut debilitantur, vt non fiat facilis anhelitus, immo illic eſt ſpuma, & eſt habens viciſſitudinem ſicut ſtrangulatio, aut ſicut vox ſtrangulati; quandoque tamen non apparet anhelitus, neque vox, neque ſpiritus, & hoc eſt peius. Et hæc difficultas anhelitus, id eſt, reſpirationis, eſt in guloſis, & luxurioſis, qui quærunt delectationes carnis, quia tales ſpirituales inſpirationes difficulter recipiunt, vnde Apoſtolus dicit: quod animalis, id eſt, carnalis non percipit ea quę ſunt ſpiritus Dei. *1. Cor. 2.*

Tertio, eſt in apoplexia morbi inſanabilitas : Nam ſicut dicit Hippoc. quando apoplexia eſt fortis, habens eam non ſanatur ; ſi vero debilis, eius ſanatio non eſt facilis. Hæc inſanabilitas inuenitur in auaris, vnde Philoſophus dicit : quod illiberalitas, quæ pertinet ad auaritiam, eſt inſanabilis. Hiere. Inſanabilis facta eſt plaga tua Sen. Dum cætera vitia ſeneſcunt in homine, ſola auaritia iuueneſcit. *Hippoc.* *Ariſt. in Eth.* *Hier. 30.* *Sen.*

Quarto, in apoplexia eſt mortis deformitas : quia aliquando accidit, vt habens apoplexiam ſit euitatus, & non ſit differentia inter ipſum & mortuum, ita vt non apparet in ipſo aliquis anhelitus, deinde reuiuiſcit, & ſanatur. Et in talibus anhelitus quidem non apparet, ſed ipſorum pulſus non integrè cadit: propter hoc volunt medici quod tardetur ſepultura; donec perpendatur eius diſpoſitio, neque ſit minus lxxij. horis. Inuenitur autem quædam mortis conformitas in inuidis, quia corpus mortuum putteſcit, ſicut dicitur: quod putredo oſſium, id eſt, virtutum, vel virorum fortium, inuidia. *Prou. 14.*

Quinto, quia in apoplexia eſt mala reſolubilitas: quia apoplexia ſi reſoluitur in paralyſim. Hæc mala reſolubilitas inuenitur in ſuperbis, & iracundis: quia ſuperbia reſoluitur vt plurimum in iram, & ita deſinit in ſtultitiam, & iacturam. Prou. Virum ſtultum interficit iracundia. *Prou. 5.*

III.

Athletarum plenior corporis habitus, ſi ad ſummum ſit plenitudinis gradum perductus, lubricus eſt; neque enim eodem permanere, aut conſiſtere poteſt: quum verò non conſiſtat, nec iam poſſit in melius proficere, ſupereſt, vt recidat in deterius. Quamobrem plenior illa corporis habitudo, haud cunctanter eſt ſoluenda, qua corpus nouæ nutricationis initium capiat. Non tamen vacuando vſque eo pergi velim, vt vaſa in ſe penitus conſidant, hoc enim tutum non eſt, ſed quatenus natura feret, eo vſque progredi oportet: ſic & extremæ vacuationes periculoſæ; contraque repletiones extremæ ſi fuerint, ſimiliter periculoſæ.

Sicut athletæ in Gymnaſticis exercitiis verſati, nullum aliud ſtudium habent, quàm vt alios ſupplantare ac deiicere: ſic diabolus magnæ in hominibus tentandis experientiæ, nihil aliud procurat, quam animas perdere, eaſque letho æterno tradere.

Lipſ. in cent. 1. ep. 22. *Vt Athletis olim munimenta quædam aurium apponimus ἀμφωτίδας vocabantur, ad vitandos ictus: ſic firmum velamentum aurium, contra amatoria vulnera.*

Idem in orat. de calumnia. *Athleta in curſu non eos reſpiciunt, quos reliquerunt, ſed intendunt ſaltem in priores: ſic calumnia dirigitur in meliores.*

Idem in cent. ſing. ad Ger. & Gall ep. 5. *Vt Athletæ in ſtadio oculos ad metam & brauium intendunt: ſic noſtra mens debet ad cœlum, & æternam illam palmam.*

Idem l. 1. c. 1 mon. & exēpl. *Sicut Athletæ cum metam vident, & accedunt, & defeſſi approperant: ſic nos in ſenectutis hoc limite alacrius promptiusque laboremus, quia laborum mox expertes.*

Idem cent. 1. ep. 43. *Vt Athletis olim ſors, non electio aduerſarium dabat, cum quo certarent: ſic cuique noſtrum vita ſuam conditionem fata, cum qua luctemur.*

Chryſ. hom. 4. ad baptizandos. *Sicut in palaſtra athletis ſemper ceſſante periculo exercitatio eſt, & lapſus facile veniam promerentur. Sed quando agonis dies, quando certaminis tempus aduenerit, quando ſtadium patet, quando omnes ad ſpectaculum fuerint congregati, quando monſtratur corona virtutis, tunc neceſſe eſt, aut lapſum pudore infamatum pœnas dedecoris ſeu negligentiæ ſuſtinere, aut ſolertia palmam ſuſtinere vincentem: ita & nos poſt Lauacrum diabolum ſupplantare diſcamus.*

Idem Hom. 8. ad Hebræos. *Vt pugiles atque luctatores, quibus nequaquam curæ ſit inceſſus & habitus, verum his omiſſis veſtem oleo madidam induant, atque ad vnam tantum rem intenti ſint, quo pacto & aduerſarios feriant, & ipſi illorum ictus, eludant: ſtat ecce diabolus dentibus ſtridens, ac modis omnibus te proſternere cupiens, dum tu circa huiuſmodi diabolicum prorſus ornatum aduerſaris.*

Vt

Vt Athleta ante certamen vngitur vt luctetur: ſic & homo ſpiritualiter oleo criſmatis inungitur, vt contra diabolum quaſi ſpiritualis athleta luctetur. Idem Hom. 5. operis imperf.

Quemadmodum naucleri, athletæ & curſores, vbi ad finem veniunt, magis enituntur ac vigilant. Eodem in modo & nos facere oportet, quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus Dei gratia, nunc maxime & ieiunij curſus intendendus ac maxime continuandæ ſunt preces faciendaque eſt diligentius pura peccatorum confeſsio. Idem Hom. 30. in Geneſ.

Qui luctatur adhuc detinetur, iucundum tamen eſt etiam non cadere. Tunc illuſtris erit victoria, cum hinc exceſſerimus v. g. Concupiſcentiam malam admirabile quidem fuerit non admittere, ſed extinguere, ſi nequiueris luctando cohibere: luctatus enim ſi exceſſeris, viciſti. Nam non hic res habet, vt apud athletas. Hic niſi aduerſarium deieceris, non viceris. Hic viceris, ſi deiectus non fueris: illic ambo certantes vincere ſtudent, & ſi demum alter deiectus fuerit, coronatur alter: Hic non ita, ſed diabolus huc laborat, vt nos inferiores reddat, illi ergo ſi quod ſtudet abſtulero vici: non vrget, vt ſimpliciter deiiciat, ſed vt ſecum pariter deiiciat. Victus autem iam eſt quia deiectus: eius vero victoria non in eo eſt vt coronetur, ſed vt perditos perdat. Idem Hom. 22. ad Epheſ.

Sicut athletas in theatro, in ſudore, & puluere, & æſtu multo, & laboribus & ærumnis pugnandum eſt; ita & iuſtum hic multa ſuſtinere oportet, & ferre omnia viriliter, ſi quidem præclaras illic accepturus eſt coronas; & ſi ſunt nonnulli, quos perturbat impiorum fælicitas, hi ſecum perpendant, quod & latrones, & fures, & homicida, & pirata priuſquam ad iudicem trahantur, multis delitijs fruantur, & ex aliena calamitate ſuam conſtituentes, abundantiam iniuſtis opibus locupletati, quotidie inebriantur: vbi autem iudicis ſententiam audierunt, omnium horum luent pœnam. Idem Hom. 3.

Cum nemo in arena ſeipſum exerceat, quo modo aliquis in certamine inſignis erit atque conſpicuus. Quis vnquam athleta, non ab ineunte adoleſcentia, in palæſtra corroboratus potuit in olympicis excelſo & magno animo aduerſarium aggredi: an non oportet quotidie luctari atque currere? Nonne videris eos quos certaminum athletas appellant, cum nullum forte reluctatorem repererint, ad ſaccum arena plenum vires ſuas excitare iuniores, cum iunioribus quaſi cum aduerſario pugnam inire Hos imitari ſtude, ac ipſe tecum altioris philoſophiæ inſtituta meditare, ac confirma. inſurge contra paſsiones, vince animi labes. Idem Hom. 24. in Matt.

Sicut hi, qui in corporali certamine pugnant, ante coronam brauium in meditatione & palæſtra ipſa magnam accipiunt mercedem, eo quod corpora ſua firmiora, & validiora, exercitando faciunt, ita & nos virtutis certamen certantes, priuſquam aperiatur cælum, priuſquam retributiones nobis dentur, magnam mercedem accipimus, eo quod anima ſapientiæ ſit amantior. Idem Hom. de reſurrect.

In palæſtra athletis ſemper, ceſſante periculo exercitatio eſt, & lapſus facile veniam promeretur. Nam ſuis certatur, & magiſtrorum corporibus meditatur: ſed quando agonis dies, quando certaminis tempus aduenerit, quando ſtadium patet, quando omnes ad ſpectaculum fuerint congregati, quando agonotheta præſidet. Idem Hom. ad bapti.

Occaſionem diabolo præbens, vt prius ipſe congreſſus, quomodo ab alijs vinci poſſet, oſtenderet: ſic enim faciunt Athletæ qui cum diſcipulos ſuos vincere docent, data opera in palæſtris cum aliis certamen exercent, vt in luctantium corporibus faciant artem ſpectare vincendi: ita Chriſtus eſuriem ſuam diabolo fecit manifeſtam, & non repulit prouocantem, ſed cum eum ſuſcepiſſet ad luctam, & ſemel & iterum & tertio cum facilitate eliſit. Idem Hom. 13. in Matt.

Idem Hom. 1. de reſurrect.

In olympiacis certaminibus, athleta intra ſtadium certat: magiſter autem ludi foris conſidens ſermonibus affert auxilium, eatenuſque duntaxat ſermone iuuat, quatenus exclamationibus & ſermonibus valet, neque enim vlla ei lege permittitur manibus illum adiuuare. At ſecus res habet in pietatis certaminibus: idem enim eſt & athleta, & magiſter ludi: idcirco non extra caueam ſedet, ſed ingreſſus ad certamina ipſa firmat compugiles, dicens propter quod malis non ſuccumbimus.

Iſidorus Clarius orat. 9. tom. 1.

Dæmones vt Athletæ ſunt robuſtiſſimi: in Athletis autem is eſt mos, vt fiant inter eos comparationes, & pro virium ratione, inter ſe componantur. dedignaretur enim celeberrimus athleta, cum eo decertare qui longo interuallo viribus ſibi eſſet inferior. Similiterè dæmones non admodum curant defatigari, cum cernunt inertes homines ſponte ſua ad vitia pronos, ac tentatione præuenientes, & data opera peccandi occaſiones ſibi comparantes. Nam hos aut tentare non dignantur aut leui motu eos impellunt ad ea, quæ volunt. Vt ſi gygas aliquis vno digito quempiam è populo ad terram deiiceret, indignum arbitratus toto vti corpore ad illum ſuperandum.

Plutarchus in mor.

Vt qui luctantur non abſtergunt ſuum puluerem, ſed ſe mutuo contaminant, vt mutuo cadant: ſic quidam accepto conuicio non id purgant, ſed obſeruant, quid viciſſim in illos poſſit torqueri.

Clemens Alex. lib. 6. ſtrom.

Verus athleta chriſtianus, qui in magno ſtadio, nempe, hoc mundo veram aſſecutus victoriam, aduerſus omnes animi perturbationes. Agonotheta eſt Deus, qui Brauia, ſeu præmia diſtribuit, & vnigenitus Dei filius: ſpectatores ſunt Angeli, variumque ex omni genere conſtans certamen non eſt aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritales poteſtates, quæ per carnes operantur, vehementes vitiorum & affectionum motus.

Seneca lib. 1. de benef. c. 1.

Quemadmodum magnus luctator eſt, non qui omnes numeros, nexuſque perdidicit, quorum vſus ſub aduerſario rarus eſt, ſed qui in vno ſe, aut altero bene & diligenter exercuit, & eorum occaſiones intentus ſpectat, nec enim refert quam multa ſciat, ſi ſcit quantum victoriæ ſatis eſt. ſic in hoc ſtudia multa delectant, pauca vincunt.

Orig. Hom. 4. in Pſalm. 36.

Sicut in agone fieri ſolet, vt duobus inter ſe luctantibus accidat primo cadere vnum, & cum ceciderit ſurgat, & vincat: ita in noſtro agone qui eſt nobis aduerſum principem huius mundi, ſi forte acciderit aliquem de nobis vinci, & in aliquo peccato cadere, poſſibile eſt, vt poſt peccatum reſipiſcat & exurgat, & perhorreſcat malum quod admiſit, & de cætero non ſolum contineat ſe, verum ſatisfaciat Deo lauans per ſingulas noctes lectum ſuum accipiens verbum propheticæ auctoritatis.

Laurent. Beyerlinc in promp. mor. part. 3. in feſto cinerum.

Vt qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, corruptibilis coronæ præmio intentus: ſic qui in vitæ mortali agone militant a cibis per ieiunium abſtineant, vt incorruptam æternitatis coronam promereantur neceſſarium eſt

Hector Pint. in Dan. c. 1.

Vt palæſtritæ corpus humiliant, non vt ſe, ſed aduerſarios deiiciant: ſic nonnulli ſe demittunt, & vituperant, non vt ſeipſos deponant & proſternant, ſed vt alios decipientes & deiicientes, ipſi efferantur.

Seneca in præf. 1. contro.

Quemadmodum naturæ lege ob ſuam perpetuam mobilitatem, ob ſuum continuum motum habitus athletarum in eodem ſtatu permanere non poteſt; cum ad ſummum peruenerit, neceſſe eſt, vt citius, quam ſummum gradum attingeret, recidat in deterius: ſic fati maligna perpetuaque in omnibus rebus lex eſt, vt ad ſummum perducta rurſus ad infimum, ferocius quidem, quam aſcenderunt, relabantur.

Dionyſ. Halicarn. lib. 8.

Sicut habitus athletarum quando ad ſummum plenitudinis gradum peruenit, de illo

ſtatu

ſtatu deiicitur, & in deterius relabitur: ſic quidquid excellit, quando ad ſummum claritatis faſtigium vaſit, iram & inuidiam numinis effugere nequit, ſed deturbatum de ſuo ſtatu, in nihilum & venti ſpolia redigitur.

Vt habitus athletarum cum ad ſummum peruenerit in ſe ipſum ſine vlla vi ruit: *ſic fortuna & res humanæ ex illo ſummo faſtigio ad quod peruenerunt, deſcendunt: nam potentiſſimus & in altum elatis hominibus excidere voces videbis, quibus otium optent, laudent, omnibus bonis ſuis præferant, cupiunt interim ex illo faſtigio ſuo, ſi tuto liceat deſcendere: nam vt nihil extra laceſſat, aut quatiat, in ſe fortuna ruit.*

Senec. lib. de breuit. vitæ.

Sicut habitus Athletarum ſuum terminum habent, ad quem perducti, vltra progredi amplius non poſſunt: *Sic & virtus ſua iura, ſuas leges, ſuos terminos habet, quos vltra modum excitare, ac producere, hominibus nefas & piaculum eſt.*

P. Herodius Decret. rer. ve apud domor pop ab omni antiq. iud. li. 8. c. 16.

Sicut athletæ videntur pleni, & robuſti, ſed paulo poſt oportet vt euacuentur, niſi improuiſo obire cupiant: ſic diuites videntur diuitiis, & bonis temporalibus pleni, ſed in fine vacui inuenientur. *Et omnia quæ videbantur eis ineſſe: ab eis ſubtrahentur Eſa. 29. Somniat eſuriens quod comedat: & cum expergefactus fuerit, vacua eſt anima eius, &c.*

Petrus Berchor in prop. morali.

Sicut habitus athletarum eo perículoſior quo plenior: ſic felicitas hoc fluxior quo maior: nam vt inquit Philiſcus apud Caſſium ea eſt humanarum alioqui conditio, vt leues ſint inque diem durent; ac quanto quis maiora ab his incrementa accipit, tanto facilius auræ inſtar concidit.

Caſſ. lib. 38.

Sicut periculoſum eſt ad extremam venire repletionem; ſic plenum periculi eſt ad peccatorum ac vitiorum extremum deuenire: Nam ſicut multi corporaliter ſunt mortui, qui ad corporis plenitudinem peruenerunt: ſic multi morte ſpirituali perierunt, id eſt ij, qui iuſto Dei iudicio infinitis peccatis infecti, ac contaminati, ſine vlla contritione aut peccatorum dolore improuiſo mortui ad inferos fuerunt relegati.

Sicut corpora quæ proſpera ſemper valetudine perfruuntur, & nimia ſunt carne refecta, quæ à medicis plethorica nuncupantur, iuxta Hippocratis aliorumq; medicorum communem ſententiam, nimirum periculoſa grauiſſimisque morbis propinqua ſunt, ideoque ſatius ducunt, ſi parua quadam infirmitate laborent; ſic ſpiritus virtutibus meriti, qui repleti, quique nullam in ſe imperfectionem imbecillitatemve ſentiunt, peſtifero ſpiritualis elationis vitio ſunt valde propinqui, videlicet ob ipſorum imbecillitatem; ideoque Deo, bonum videtur illos aliquibus imbecillitatibus humiliare, ne in maiora & periculoſiora peccata prolabantur.

Sicut plenioris & omnis habitudinis ſolutio fit per euacuationem: ſic omnis peccatorum euacuatio fieri debet per confeſſionem.

Sicut Athletæ ſi ad pleniorem corporis habitum deuenerint, in ſummo vitæ corporali diſcrimine verſantur: ſic qui ad plenum peccatorum numerum perueniunt, vitæ ſpiritualis periculum ſubeunt. Nam ſi obſtinatus in peccatis grauiſſimis perſeueret, eaque continuo multiplicet, poſſet ita deſeri à Deo, omnique ſubſidio priuari, vt penitus reſurgere nequiret: ſicut conuerti non valent, qui iam ad gehennam condemnati ſunt. Nam multi Theologi tenent eſſe certum aliquem numerum peccatorum, ita magnum coram Deo, vt cum homines eum compleuerint, Deus à ſe eos repellat, ac

 proiiciat,

Iſidorus proijciat, & huius ſententiæ ſunt Iſidorus de ſummo bono libr. 2. cap. 16. *Andreas Vega* Andreas Vega conc. Trid. cap. 14. de iuſtif. Roffenſis Artic. 89. in Luthe- *Roffenſis* rum. Adrianus q. 3. de pœnitentia. Toſtatus q. 2. in capit. 4. exod. Iacobus *Adrianus* Bayus, inſt relig. Chriſt. lib. 1. cap. 97. *Toſtatus*

Iacob. Bayus. Verùm contraria opinio eſt omnino tenenda & amplectenda.

1. Quia cum plurimi peccatores ſint viles, ac timidi, multoties ſalutis conſequendæ ſpem deperderent, ſibi perſuadentes numerum illum peccatorum compleuiſſe: nam ſi aliqui ob vnum peccatum à ſpe ſalutis deciderunt; multo magis ij ſalutem in perditis habebunt qui atrocia ac multiplicia peccata commiſerunt, ſi eam opinionem imbiberent: dicerent enim cum Caino: *Maior eſt iniquitas mea, quàm miſericordia tua.*

2. Dei miſericordiæ detrahi videretur: nam cum Dei proprium ſit mereri, ſi peccatorem quamuis enormem omnino deſereret, illa maxime & peculiaris proprietas, ei ſemper non conueniret; deficeret autem, ſi in viatore conſumeretur, gratiæ ſufficientis ſubtractione.

Caſſiod. Pſal. 100. 3. Poteſtas Domini ſemper aut miſeretur, aut iudicat, vt inquit Caſſiodorus: ſed ante hominis mortem nullum diffinitiue Deum iudicare videmur: ergo reſtat vt peccatorum miſereatur: non miſeraretur autem, ſi eos ſufficienti auxilio priuaret.

4. Mali conceptus de Deo & Chriſto in multorum hominum animis generarentur; nam ſi Chriſti paſſio operata eſt peccatorum omnium remiſſionem quoad ſufficientiam, non quòad efficaciam, quod quidem non ſolum de omnibus peccatoribus, vniuerſaliter, ſed etiam de omnibus cuiuſcunque peccatorum peccatis particulariter intelligitur: ſi Deus ergo hominem deſereret, falſa eſſet illa propoſitio. Chriſtus pro omnibus mortuus eſt: quia darentur peccatores iuxta à contrariæ opinionis autoribus ſuppoſita, pro quib. Chriſtus mortuus non eſſet: nempe peccatores à Deo derelicti, quibus per conſequens paſſio Chriſti, quo ad ſufficientiam applicari non poſſet, cum tunc Deus omne auxilium talibus peccatoribus neget, & neceſſaria dona non conferat.

Nec valet quod ante illum numerum peccatorum conuerti potuiſſent & auxilio ſufficienti Chriſti ſanguinem applicare potuiſſent; ratio eſt quia ea propoſitio: Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, debet in omni tempore & generali, & particulari, & per ſe & ſeorſim intelligi. Quomodo ergo v.g. pro nobis mortuus eſſet, ob numerũ peccatorũ completũ à Deo deſertus: poſſet enim dicere in aliquo tẽpore. Chriſtus pro me mortuus nõ eſt, cum eius ſanguinem applicare non poſſim, ob id quod Deus omne auxilium reconciliationis & ſalutis remedium negat: & multi alij, ad numerum peccatorum peruenti, eodem tempore idem dicere poſſent: & ſic eam propoſitionem mendacem reddere, quod non decet, cum in omni & quolibet tempore debeat eſſe vera vt ſemper & omni tempore peccator dicere poſſit: Chriſtus pro omnibus, & pro me mortuus eſt.

5. Sicut medicus corporalis, prudens ac expertus, nunquam, ægrotis quamuis ſi id fieri poſſet in die millies in morbos inciderent, neceſſaria phar-

pharmaca non negat; ſic Deum ſpiritualium animarũ medicum, peccatori quamuis enormi ac ſæpe recidiuanti, neceſſaria remedia nolle negare eſt credendum.

6. Contraria ſententia communitati, & opinioni fidelium aduerſatur, qui vnanimi conſenſu, in quocunque tempore ſe poſſe ſaluari opinantur; ſi ea tamen exequantur quæ Dei præcepta iubent: ſed ſine gratia ſufficienti nihil facere poſſunt: ergo ſi eam Deus enormibus peccatoribus negaret, in ſalute vacillarent: facillimè enim crederent enormes peccatores præcepta ſe non poſſe ſeruare, quia ob numerum peccatorum ſunt à Deo derelicti, & ſic confuſio in eorum animis gigneretur.

7. Quando quis eum numerum peccatorum impleuerit, nullus poteſt certo ſcire, niſi diuina reuelatione: Ad quid ergo facit ea opinio: niſi ad mentes fidelium confundendas.

8. Si Deus peccatores deſerit, maximè ob illud argumẽtum, nẽpe quod ſi Deus aliquos paruulos abſque ſufficienti ad ſalutem data gratia iuſte derelinquit, cur non poteſt etiam gratiam ſufficientem adultis non dare: ſed hoc argumentum non obſtat, quia Deus baptiſmi Sacramentum inſtituit, quod ſi illud ob præpoſteram mortem aut aliam cauſam non ſuſcipiunt, cauſis ſecundis quarum curſum Deus impedire non tenetur, vel negligentiæ parentum & eiuſmodi eſt adſcribendum, quare Deus hoc modo paruulis non deerit.

Nec Turcæ cæterique gentiles in conſequentiam ſunt trahendi, quia ij lumen naturæ aliaq; auxilia habent, quib. ſi vterentur Angelo aliquo mediante eos Deus illuminaret, aut alia auxilia daret, quoniam Deus omnibus auxilia neceſſaria tradit.

9. Confeſſarij, qui enormes peccatores cognoſcunt: poſſent in danda abſolutione titubare, ſibi perſuadentes tales peccatores numerũ peccatorum compleuiſſe, & attritionem quam exterius ſolummodo, & verbis percipiunt, veram attritionem non eſſe in animum ſibi inducere poſſent; præſertim ſi alias in eis fictam aut vanam fuiſſe eſſent experti.

10. Eſt contra eccleſiæ praxim, quæ nulli in quocunq; tempore ſalutem & remedia neceſſaria negat. Quare peccatores qui omni tempore enormia ac infinita peccata commiſerunt, nullamque quamuis grauiſſima occaſione oblata pœnitentiam egerunt, ſed ſemper mala multiplicarunt eſſent, in articulo mortis vt iam à Deo deſerti à ſpiritualibus medicis derelinquendi. Quod quidem non fit, quia Latro in extremo mortis ſe ſaluauit, & alij idem facere poſſunt, quamuis Deum enormiter offenderint. Quare cum contraria opinio nullum habeat vſum, nec fructum, nec poſſit ad praxim deduci ob illius numeri terminũ qui eſt nobis ignotus, conſentaneum eſt & magis pietati Chriſtianæ conſonum, aliam tenere, ac defendere.

11. Quia oporteret de aliquo deſperare, & tamen omnes de nemine eſſe deſperandum affirmant; quia poteſt peccator dum viuit ad Deum conuerti, & etiam ante tempus iudicari: cum tamen nemo ſit ante tempus iudicandus; iudicaretur autem, ſi vt deſperatiſſimus condemnaretur.

12. Quia

12. Quia Pharao & Saul reprobi & obdurati fuerunt interdū compuncti, & ad pœnitentiam commoti, vt ſcriptura inſinuat, quamuis ad obduratam mentem redierint. Ergo de omnibus peccatoribus idem eſt dicendum, id eſt, quod Deus ipſis ſua gratia ſufficienti aſſiſtat, & poſſint conuerti ſi velint.

13. Si ſufficienter Deus peccatoribus non aſſiſteret, ad quid Matth.11. diceretur, *Venite ad me omnes qui onerati eſtis, & ego reficiam vos*, ſtultum enim eſſet vocare, qui abſolute venire non poſſent.

Adquid reſponſum fuiſſet Petro an dimiſſurus eſſet peccanti vſque ſepties, Matth.18. *Reſpondit Dominus non dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties*, ſignificans quotlibet & quantumlibet peccatis fratrum eſſe parcendum.

14. Quia hæc eſt opinio D. Thomæ omnium ſcholaſticorū Theologorum principis, qui 3. p. q. 86. art. 1. affirmat quod dicere aliquod eſſe in hac vita peccatum, de quo non poſſit homo pœnitentiam agere, erroneum ſit; quia homo viator liberum arbitrium habet flexibile, & ad bonum & malum, ſi autem pœnitentiam agere non poſſet, libertas liberi arbitrij tolleretur.

Gregorius de Valentia tom. 2. diſput. 8. q. 3 puncto. 4.

15. Quia ſacræ Scripturæ autoritates, quæ pro hac ſententia à Theologis citantur, ſunt tam euidentes, vt nullam debeant in piorū hominum animis relinquere dubitationem: *imo iis ex profeſſo videtur* (vt inquit Valentia) *clementiſſimus Deus hominibus eripere hanc falſam de ipſo exiſtimationem, vt Iſaia 49. dixit Sion dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poterit mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filij vteri ſui, & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.*

Et Hieremiæ 3. ſi dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.

Et Ezechiel 33. Tu ergo inquit fili hominis, dic ad domum Iſrael; ſic locuti eſtis dicentes, iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quo modo ergo viuere poterimus, dic ad eos: viuo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat.

Quo pertinet illa etiam vocatio Chriſti Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, id eſt omnes omnino peccatores, quantumuis grauibus criminibus onerati, vt expoſuit optime Ioannes Caſſianus collatione 13. cap. 7. & illa etiam ſententia D. Petri 2. epiſt. cap. 3. Patienter agit Deus propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes (nullo excepto) ad pœnitentiam reuerti, atque illa quoque D. Pauli ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ? Hic certe vel eos, qui corde ſunt duro, & impœnitenti, adeoque in grauiſſimis etiam peccatis velut occaluerunt, ſignificat Apoſtolus clementer à Deo neceſſariis auxiliis inuitari.

Vide Sara Tobiæ 3. Deum orans. Hoc inquit habet pro certo omnis, qui te colit, quod vita eius ſi in probatione fuerit coronabitur; ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit: non enim delectaris in perditionibus noſtris. Quod eſt certe inſigne teſtimonium.

His

His autoritatibus quas Gregorius de Valentia, & alij referunt, contrariæ opinionis auctores in alio ſenſu reſpondere minimè poſſunt; aliæ vero in alio ſenſu facillime intelliguntur, aut ſunt intelligendæ de ijs, qui immanitatem ferinam induerunt, ſcilicet qui ad nullam correctionem poſſunt remeare, niſi illa ferina immanitas cicuretur.

Aut de iis, qui ægre poſſunt: & idcirco dicunt auctores, quòd abſolutè non poſſunt, ad maximam peccatorum fragilitatem denotandam, quo ſenſu grauiſſimo morbo occupatus, dicit, non poſſum ſurgere, quòd quidem ſignificat non omnino & abſolutè ſe ſurgere non poſſe, ſed ſolummodo maxima cum difficultate.

Aut de iis qui in peccato perſeuerant vſque ad mortem, qui amplius ſpacium pœnitendi non habent; vel de ijs populis quos Deus vult per aliquod tempus caſtigare.

Aut de iis qui vnquã gratiæ Dei ſufficienti nolunt reſpondere, cum ſemper id quod ad bonum verti poſſit abiiciant.

Aut de naturali malitia, ſeu vitio alicuius nationis, aut familiæ, quod ſolent moraliter ſemper contẽnere; vel de peruerſa conſuetudine: nam qui ad mala perpetranda, ac peccata commitenda ſe aſſueſecerit, habitumque in aliqua re praua acquiſiuerit, difficillime & non niſi miraculoſe eum deſerere poteſt.

Aut de iis qui ob impotentiam & tantorum ſcelerum commiſſorum atrocitatem difficilimè poſſunt ſe ad gratiam recipiendam præparare.

Ad illud vero quod dicitur de peccatis irremiſſibilibus, quæ non remittuntur in hoc ſeculo, neque in futuro reſp. D. Tho. quod hoc dicitur non quod omnino irremiſſibilia ſunt; ſed *D. Tho. 2. 2. q 14. art. 8.*

Sicut morbus aliquis dicitur incurabilis, qui tollit virtutem naturæ & inducit faſtidium cibi & medicinæ, licet talem morbum Deus per potentiam ſuam poſſit curare: ita dicit eſſe peccata quædam irremiſſibilia, ſecundum ſuam naturam, quia excludunt ea per quæ fit remiſſio peccatorum: quamuis per Dei omnipotentiam & miſericordiam eiuſmodi peccata remitti poſſint, per quam tales peccatores aliquando quaſi miraculosè ſpiritualiter ſanantur. *Samuel Loyaert. in enarrat. Euang.*

16 Quia quando Chriſtum Petrus interrogauit. *Domine, quoties peccabit in me frater meus & dimittã ei, vſque ſepties. Dixit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties:* in quibus verbis certum eſt, Chriſtum, numerum ingẽtem poſuiſſe pro infinito: quare cum voluerit denotare, quod infinities eſſet ignoſcendũ ijs, qui peccarent, modo reſipiſcerent: nam aliter poſt tertiam admonitionẽ ſunt repellendi, niſi eo modo inquã ea intelligerentur, ſequeretur quod qui ſeptuagies octies peccaret; poſſet odium retinere, iniuriamque ſibi illatam vlciſci, quod aliis præceptis contradicit; & quia etiam intelliguntur aptiſſime de iniuria priuato illata, ob ea verba quæ præceſſerunt. *Si peccauerit in te frater tuus. &c.* Cui infinities eſt res iniuria remittenda, ſequeretur quod Deum homines in miſericordia excederent, cum ij infinities iniurias remitterent; Deus autem niſi determinato numero peccata relaxaret, quod quidem non decet.

IIII.

Victus tenuis & exquiſitus, & in morbis longis ſemper, & in acutis vbi non conuenit, parum tutus. Rurſumque victus, qui ad extremam peruenerit tenuitatem moleſtus: ſi quidem quæ ad ſummqm plenitudinem perductæ ſunt repletiones moleſtæ.

Petr. Berchorius in ps emp. morali.

Sicut vt inquit Galenus in comment. ſup. hunc aphoriſmum, in ſanis corporibus ſeruandum ſemper eſt naturæ robur, aut augendum alimentis non fragendum: *Sic vires ſpirituales ſunt roborandæ: & inde dicitur 2 Reg. 6. Saltauit Dauid totis viribus ante Dominum.*

Nicol. Carbo. in pract. lib. 2. c 7. nu. 58.

Sicut apud medicos triplex eſt dieta tenuis, tenuior & tenuiſſima. ſic in iure triplex quoque dieta reperitur *vid. vulgaris, legalis, & ſingularis; vulgaris quæ ſecundum conſuetudinem numeratur: legalis quæ viginti milliaria continet: ſingularis quando aliquis in vno die facit quod alter in duobus feciſſet.*

Leonardus Fuchſius inſtit medic. lib 2. ſect. 5. c. 37.

Sicut intempeſtiua inedia corporib. incommodat. *Incaute enim & ſtulte ſi adhibeatur, ventriculum peſſimis humoribus, Galeno etiam lib. 3. de Naturalibus facultatibus ſuffragante, bilioſis ac ſeroſis ſuccis implet, faſtidia creat, ventriculi robur diſſoluit, & labefactat, appetentiam eripit, & denique atrocibus morbis totum corpus obnoxium facit.* Sic abſtinentia vbi non conuenit, animæ nocet, quia magna laſſitudo corporis languidi ac defatigati officium animæ poteſt impedire, vel corpus grande macie torridum, animi vires non ſolùm retardare, verum etiam infringere valet.

Fernelius Met. med. lib 2. cap. 10.

E contra ſicut tempeſtiua inedia corpori prodeſt, à medicis, & præſertim à Fernelio laudatur. *Cum igitur conſuetus corpori cibus, aut ſubducitur, aut ex toto circumciditur. huiuſque penuria ineſt. inſitus nobis calor omnium naturalium functionum author, per omnia diffuſus ac inſertus, non cibi copia minimè implicatus, vbiq; vim ſuam exerens, inualeſcit. Ac primum quidem vtilem ſuccum, & ſanguinem in corporis partiumque ſubſtantiam mutat, abſumitque nutritione: tenues vero humores ac ſupervacuos in halitum digerit, & ſine ſenſu diſſipat: crudos concoquit mutatque in ſanguinem, alendo corpori idoneum. Ex ſuperuacuis autem craſſos attenuat, lentoſque detergit: ac proinde ſtrenue expedit obſtructiones: ad hæc quicquid concoquere non poteſt, id ſaltem præparat, viasque omnes corporis, quibus excludatur patentiores expeditioreſque facit. Tum etiam expultrix facultas, quæcunque præparata fuerint, in expurgationis vias adducit, expellitque foras. Hinc plerumque alius ſponte ſoluitur, vomitiones erumpunt, vrina profunditur vberior cerebri excrementa defluunt, & quæ à purgationis via longius abſunt, perſpiratione diſſipantur. His corpus vniuerſum ſublato, quaſi onere leuatur, reſpiratio libera fit, ac facilis mens, ſenſuſque omnes expeditiores alacrioresq; euadunt. Hæc dum confert inedia, impuro quidem corpori plerumque ventriculum vitioſis implet humoribus: vnde ſtomachi eroſiones, vigiliæ, corporis perturbationes, & vertigines; quod ſcilicet inſitus calor perinde ac medicamentum noxios humores exagitet, in alimenti penuria. At vero perturbatos ea demum ſubigit, domat, atque depellit. vnde magna ſequitur tranquillitas, & morbo-*

morborum multorumque ſymptomatum ſedatio, ſuperſtite quidem etiamnum & integro naturali calore. Sic opportunum ieiunium animam adiuuat, quia deuotionem & fiduciam donat, delictorum cauſas præcidit, tentationi reſiſtit, vt inquit Auguſtinus. *Ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit libidinum ardores extinguit.* Nec minus ieiunium Theologi, quàm inediam medici laudant. *Petrus Chryſologus, Eſt enim ieiunium pax corporis, membrorum decus, ornamentum vitæ: eſt ieiunium robur mentium, vigor animarum. Eſt ieiunium caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, ciuitas ſanctitatis. Eſt ieiunium Schola meritorum, magiſterij magiſterium, diſciplinarum diſciplina. Eſt ieiunium Eccleſiaſticæ viæ viaticum ſalutare.*

Auguſtin. in ſerm. de ieiunio. *Petrus Chryſologus de iei. & eleem. ſerm 8.*

E contrario Abſtinentia & Ieiunium ſanitas eſt corporis, valetudo membrorum, mors culpæ, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratię, ac fundamentum caſtitatis, ac vitæ diuturnitas. ſuadent etiam ad abſtinentiam & ſobrietatem exempla. Moyſes quippe quadraginta diebus abſtinuit ſe à cibo, vt legem accipere mereretur. Ipſum ieiunantem & abſtinentem non voces magnæ, non fulgura, non nubes vmbroſa & fumigans Syna perterruit. Neque enim intraſſet in nubem, nec vocem Dei loquentis de medio ignis ſine periculo ſalutis audijſſet, niſi munitus ſobrietatis & ieiunii armis. Iudith quoque omne tempus viduitatis ſuæ his ſobrietatis armis & abſtinentiæ munita peregit: & omnium Aſſyriorum circumuenit exercitum: ſobrii vigore conſilii abſtulit Holopherni caput: ſeruauit pudicitiam, & victoriam reportauit: Heſter etiam pulchrior ſobrietate effecta, omne genus ſuum à perſecutione liberauit: ita vt regem ſibi faceret eſſe ſubiectum: non libidinis ardore flammatum, ſed cæleſti miſeratione conuerſum. Sed & Dominus Ieſus hanc præcipuæ virtutem ſuo nobis cōmendauit exemplo, ne huic conformaremur ſeculo: ſed crucifigamus ſobria abſtinentia veterem hominem, & carnis curam non faciamus in concupiſcentiis. Congruit namque ſtatui noſtro, vt donec peregrinamur in hac miſeriarum & periculorum valle: reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis ipſis faciamus: ſicut Apoſtolus dicit; Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus & concupiſcentiis. In hac ſobrietatis cruce, per totam iſtam vitam, quæ in mediis tentationibus poſita eſt, perpetuo debet pendere Chriſtianus. Non enim in hac vita tempus euellendi clauos, de quibus Pſalmus: Confige clauis à timore tuo carnes meas. Carnes enim ſunt carnales concupiſcentiæ: claui verò vigor ſobrietatis & abſtinentiæ; His illas timor Dei configit: qui nos illi acceptabilem hoſtiam crucifigit. Quare ſi terreno limo greſſus nolumus immergere noſtros, de hac cruce minime deſcendamus.

Laur. Iuſt. de ſobriet. *Exod. 34.* *Iudith. 8.* *Heſt. 4.* *Gal. 5.* *Pſalm. 118.*

Dignitas ieiunii multipliciter commendatur: à loco, à tempore, ab Authore. Fuit enim ieiunium præceptum à Deo, præceptum Adæ, præceptum in principio, præceptum in Paradiſo: de ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, quacunque die comederis, morte morieris. Primum ergo præceptum, quod Deus intulit homini, de ciborum extitit abſtinentia. Quod donec ipſe cuſtodiuit, fideliter perſtitit. Vbi verò trangreſſus eſt, morta-

Innoc. Pōtif. III. ſerm. I. de aduentu Domini. *Matth. 6. Ieiun. dignitas.* *Gen. 2.*

Leuit. 23. mortaliter corruit. Omnis enim anima, quæcunque ſe non humiliauerit in ipſo ieiunii die, exterminabitur de populo ſuo.

Vtilitas ieiunij Iram Dei placat ieiun. Vtilitas ergo Ieiunij multiplicius aſſignatur. Legitur enim ieiunium valuiſſe ad placandam iram Dei & veniam impetrandam: ad pœnam vitandam, & nequitiam extirpandam: ad munditiam retinendam, & ignorantiam repellendam: ad victoriam conſequendam, & gratiam obtinendam: *Dan. 10. Dan. 9.* Valet ergo ieiunium ad iram placandam, ſecundum quod Daniel orauit Dominum in ieiunijs, panem deſiderabilem non commedens, carneſque & vinum non guſtans: auertatur, inquit, obſecro ira tua à Ciuitate tua Hieruſalem, & à monte ſancto tuo. Placare Domine, attende & fac ne moreris. Adhuc ipſo loquente, ecce vir Gabriel tetigit eum in hora ſacrificii veſpertini, & nunciauit preces eius exauditas à Domino.

Valet etiam ad veniam impetrandam, ſecundum quod ad prædicationẽ Prophetæ viri Niniuitæ prædicauerunt ieiunium: homines & iumenta, boues & oues, & pecora non guſtauerunt quicquam aut biberunt. Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi eſſent cito à via ſua mala, & miſertus & ſuper malitia quam loquutus eſſuerat, vt faceret eis.

Heſt. 4. Valet ad pœnam vitandam, ſecundum quod Heſter ad conſilium Mardochæi tribus diebus & tribus noctibus ieiunauit, & ex tunc ad Regem ingreſſa impetrauit reuocationem ſententiæ, quam Aman protulerat aduerſus Iudæos, vt vniuerſi perirent.

Victoriam cõſequitur. Iudic. 20. Valet ad victoriam conſequendam, ſecundum quod cæteræ tribus pugnantes aduerſus Beniamin pro vxore Leuitæ, ſecundo ſuccubuerunt in prælio, donec peracto ieiunio, præualentes tribum illam penitus deleuerunt.

Gratiam cõſequitur. Act. 2. Valet ad gratiam obtinendam, ſecundum quod Spiritus Sanctus in die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos ieiunos deſcendit, Petro teſtante; non ſunt ſic ebrii, cum ſit hora diei tertia.

Conuiuium æternum meretur per tẽporal. ieiun. Luc. 6. Quia verum eſſet longum, ex ſacris ſcripturis ſingulas virtutes ieiunij numerare, illud potiſſimum attendamus, quod per temporale ieiunium meremur æternum conuiuium, iuxta quod veritas ait: Beati qui nunc eſuritis quia ſaturabimini, &c.

Valet ad nequitiam extirpandam, ſecundum quod veritas inquit in Euangelio, hoc genus dæmoniorum non eiicitur, niſi in oratione, & ieiunio, lunaticus enim ille ſtridebat, ſpumabat, & areſcebat. Stridebat per iracundiam. Spumabat per luxuriam. Areſcebat per ignauiam. Quare ſpiritus iracundiæ, ſpiritus luxuriæ, ſpiritus ignauiæ per orationem & ieiunium expelluntur.

Valet ad munditiam retinendam, ſecundum quod Daniel & tres pueri propoſuerunt non pollui de menſa Regis, neque de vino potus, ipſius, & rogauerunt Principem eunuchorum, ne contaminarentur, comederunt legumina, & biberunt aquam, & apparuerunt in vultus eorum meliores.

Ignorantiam expellit. Valet ad ignorantiam expellendam, ſecundum quod Paulus fuit in conuerſione tribus diebus & tribus noctibus, non videns, & non manducans, neq,

neq; bibens, in quo triduo creditur Euangelium didiciſſe à Spiritu Sancto, vnde gloriatur, fuiſſe te Theodidactum, dicens: neque ab homine neque per hominem illud accepi. *1. Cor. 9.* *Gal. 1. 1.*

Et perbelle Caſus, qui rei- nium naturæ reip. ſanitati corporis & religioni, commoda multa: ferre aſſeuerat. Si Politica argumenta deſideres, hæc paucula ſequentia m- cum conſidera: & primum diligenter (quæſo) perpende, quantam vim & copiam alimentorum inſula hæc noſtra in die vno deuorat & abſumit; concedens procul dubio fere infinitam. Age ergo, ſi religione relicta, Politice tota Anglia feria 6. & 7. ab vna menſa abſtineret, quanta copia, quanta affluentia ſequeretur: à mœnibus tum certe fugeret fames, ne ipſa famelica periret fame. Abſtinentia enim hæc legibus mandata, pieque ſuſcepta & præſtita, arma contra famem ſuggeret, & miniſtrabit. At ægroti ſumus, infirmi ſumus: age, edant ægroti, edant infirmi; at non omnes ægroti, non omnes infirmi ſumus: & quis ſanus eſt, qui bene pranſus, à duabus carnis, aut ſaltem vna in ſeptimana non poteſt abſtinere, vt miſeri fame perituri reuiuiſcant, ipſaque ſterilitas terræ quaſi fœcunda fiat? Ethnici Philoſophi docuerunt, hunc communem ſenſum alienæ miſeriæ, eundemque miſericordiam appellarunt, quæ eſt compaſſio alieni mali: inſtar monſtri ergo eſt, ſi fame exhauſta & exeſa ſint ſociorum noſtrorum viſcera, viſceribus noſtris opipare ſaginatis, nec vllo nos ſenſu ad ſenſum, & compaſſionem hanc moueamur. Eiulatus vnius læſæ beſtiolæ totum gregem in opem conuocat: lapides, & epulones ſumus, ſi Lazari clamor, preces & lachrymæ non vulnerent: aluntur canes, paſcuntur equi, at pauperes imagines Dei, fame vbique pereunt. Pergam: Leges & edicta ſæpe & ſeuere iubent, vt obſeruetur Quadrageſima, in qua omnia animalia creſcant; audi quæſo, ſi mare ſolum tum regnum paſceret, (& certe mare & piſces creauit Deus) ſi (inquam) in hac ſpe quaſi grauida & ſegete naſcentis anni, à carnibus abſtineamus, Politici & ſapientes viri præſagiunt, annum futurum non poſſe eſſe ſterilem, ſequi non poſſe famem; quippe piſces, herbæ, radices, fructus alimenta ſalubria ſunt, & eiſdem non minus, quam carnibus contenta eſt natura. At flatulenta hæc ſunt, viſcoſa, & mali ſucci alimenta; non poſſumus ergo eiſdem veſci ſine periculo ſanitatis, præſertim cum iam optimis cibis augendus ſit ſanguis, ſpiritusq; tum vitales, tum animales veluti de nouo creandi, in quibus robur naturę viuit; venenum in iſtis eſt, recuſamus. Attende (quęſo) delicatule vermis terræ, parum conſideras, te in vere Struthiocamelum eſſe, & poſſe deuorare ferrum; tum etenim reſalutăte nos ſole, creſcunt humores, vires, ſpiritus; augetur tum duplo calor: ſapiĕtes ergo maiores non ſolum ad fœcunditatem terræ, ſed etiam ad ſanitatem conſtituerunt hoc tempus, prouideq; mandarunt, vt fructibus, piſcibuſq; veſceremur, ne calor auctus in flămam, ne ſpiritus æſtuans in putridă frebrĕ, incendium, aut tabem vertatur. Infantuli, & decrepiti ſenes (quibus liberum fuit carnem edere) olim ieiunarunt, & tamen ad longiorem vitæ periodŭ peruenerunt, quam nos carniuori, deliciis exquiſitiſſimis ſaginati. Eſto, non potes herbas, piſces, frutices, deuorare: noui cauſam certe, quia *Ioa. Caſus in Theſſ. acon.* *E hic. lib. 5.* *Lenis obiect.*

 non

Infantibus, ſenibus, ægrotantibus, militantibus, incarceratis, itinerantibus non eſt ieiunandum.

Metus legis & metus cõſcientiæ coniungi debent.

non vis;nam ſi velles,ſi animum accommodares,venenum,quod nunc appellas,alimẽtum dulce & ſalutare iudicabis. Verum ſi ſis ſenex,infãs,miles, æger,mulier grauida,itinere defeſſus,aut deficiẽte alio cibo,coactus fame, liceat quodcunq; alimentum ſumere: lex enim non cibum, ſed vſum cibi, idque ad tempus ſolum prohibet ne, theſauro veluti naturę exhauſto, omnibus liceat, vt libet, omnia deuorare, atque ita fames, quam nunc vides, premat & ſequatur. In hoc remedio inediæ, & famis, requiro prudentiam optimorũ magiſtratuum, vt non ſolum propter metum pœnę, ſed propter metum cõſcientiæ obſeruentur tempora, inſtituantur ieiunia: aliter palam ſoluta pœna, aut clam ſuffocata gula offendemus legem: nam recte Poëta,

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Rom. 13. 5.

Verum, ſi non ſolum propter metum, ſed etiam propter conſcientiam obediatur legi, obtemperetur principi perſonam Dei & ciuitatis gerenti, mare & terra viciſſim fructum abundantẽ concipient & parient, cibumque mortalibus paſſim vberem dabunt: nulla tum certe annonæ caritas, nulla inopia rerum, nulla fames inuadet ciuitatem, nulla ſequetur peſtis, nulla vis belli lædet, florebit pax, florebit eccleſia, pulſis hoſtibus florebunt Athenę. Lacedæmonii enim vno ſolum die ieiunarunt, receſſerunt hoſtes: nos (Domine) cum Niniuitis ducentis diebus in ſacco, cilicio, & cinere ieiunabimus, ſpetabimuſq; in te, & non confundemur: quippe ſi tu ſis nobiſcum, quis contra nos? O dulciſſima patria, quantam & quam magnam cauſam triumphandi habes, demerſo, deuicto, iterum demerſo hoſte? Si Chriſto pſalmum & hymnum dixeris, bene erit tecum: nam ſic hoſtes peribũt tui: verum ſi ingrati ſimus, fames conſumet quod gladius nõ deuorat: leniore ergo iam hoſte (famem intelligo) monente, ſerio & deuote ieiunemus, ne ſecuritas id mali inferat, quod hoſtis malitia, ſeueritatis diuinæ inſtrumẽtum minatur. Sed quid ago? anſa arrepta ex hac hiſtoria, Politicum vſum ieiunandi doceo, quem (verbo) hæc argumenta docent.

Ionæ 3.

Ter hoſtes noſtros mortuos reddidit Deus.

Sicut dietæ ſunt inſtitutæ ad morbos corporis profligandos, ſic ieiunium ad carnis concupiſcentias comprimendas.

Hieron. ep. ad Euſtoch.

Sicut non valeret dieta, ſi æger per tres dies eam ſolummodo obſeruans deinde ſe extricaret, ſic in re ſpirituali. *Nihil prodeſt biduo triduoque tranſmiſſo, vacuum portare ventrem, ſi pariter obruatur, ſi compenſetur ſaturitate ieiunium. Ilico mens repleta torpeſcit, & irrigata humus ſpinas libidinum germinat.*

Auguſtinus in quæſt. mixtis ex vtroq. teſt. q. 20.

Sicut dieta eſt neceſſaria ægris, ſic ieiunia animabus, quarum ſunt medelæ. *Neceſſaria ſunt nobis ieiunia, ſicut vulneribus medicina, medelam enim conferunt vitæ perpetuæ, ita tamen, vt duarum rerum teſtimonio commendentur, id eſt oratione & miſericordia. ieiunia ergo intemperantiam corporis mitigant motus, aduerſos reprimunt, preſſuram animæ auferunt, ſicut ait dominus. Nolite dediti eſſe in eſca, & crapula, ne grauentur corda veſtra, cum anima ab eſu, & potu nimio fuerit liberata, tunc ſe melius recognoſcit.*

Ioan. Bapt. Mont.

Quemadmodum dieta eſt maxima pars medicinæ: vt enim Montanus in hoc aphoriſmo ſuis diſcipulis dicit: *Vos itaque rogo atque obteſtor, vt maxime ſitis attenti, quoniam maxima pars medicinæ conſiſtit in hoc, quod ſciatis bene dictare, & in-*

& inſtituere congruam victus rationem, quæ quidem pars noſtris temporibus mortua & ſepulta eſt; noſtrique medici ægris ſuis exhibent medicinas, ſanguinemque ab eis detrahi iubent: at de dieta & victus ratione, ne vllum quidem dicunt; ſed ſemper eodem modo panatelam exhibent, & aquā decoctam. Sic idem confeſſarijs noſtri temporis dici poteſt: qui ieiunium quod eſt vnum ex præcipuis ac ſingularibus remedijs animarū, negligunt: nam ſine vllo ætatis, temporis, temperaturæ & ciborū reſpectu ieiunia pœnitentibus præſcribunt, cum tamen hanc omnium, & præſertim quantitatis & qualitatis ciborum rationem habere debeant.

Sicut in re medica, vt dieta bona ſit, & fructuoſa euadat, medicus quoq; ægrotum corpora ab humoribus prauis expurgat, ſic vt ieiunium fructuoſum ſit debent Chriſtiani animam à vitijs expurgare. *Nam vt ieiunium noſtrum perfectum ſit & præmium mereatur cor noſtrum, quod tanquam caput, & fons vitæ in nobis eſt ſuaui virtutum bonorumque operum vnguento imbuendum: vt annotauit D. Hieronymus: & conſcientia noſtra, quæ interna hominis facies ſecundum D. Bernardū, & a nobis videri poteſt, cum faciem noſtram exteriorem intueri nequeamus; ab omni vitiorum inquinamento purganda, ac multiplici pœnitentiæ fructu adornanda. Neq; enim ſufficient, vt quis ieiunare dicatur, ſi corpus tantum foris per abſtinentiam affligat, ſed omnino neceſſaria eſt, vt mentem quoque per fructum boni operis reficiat, & dum etiam corpori ſubtrahit, mentem ab iniquitate reuocare contendant, &c.*

Laur. Beyerlinck in prōp. mor. para in feſto cinerū.

Bern. ſerm. 2. in c. ieiunij.

Sicut præter dietam & pharmaceiam ars medica chirurgia quoque perficitur; eaq; ſunt tria præcipua ad omnes morbos profligandos generalia remedia: ſic præter ieiunium & orationum in re ſpirituali eleemoſyna quoque eſt neceſſaria iuxtà illud, *Bona eſt oratio, cum ieiunio, & eleemoſyna, magis quam Theſauros auri recondere.* *Tob. 12.*

Sicut tantam dietam debet medicus imponere quantam æger poteſt ferre: ſic idem de ieiunio eſt dicendum. *Tantum tibi ieiuniorum modum impone, quantum ferre potes: ſint tibi pura, caſta, ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa ieiunia, quid prodeſt oleo non veſci & moleſtas quaſdam difficultates ciborum quærere; caryca, piper, nuces palmarum, fructus ſimilam, mel, piſtacia, &c.* *Hieron. ep. ad Furiam.*

Quemadmodum medici nimiam dietam & præcipue, vbi non conuenit, & repletionem quoque criminantur, quia vtraque grauis eſt ac periculoſa: ſic Theologi nimiam abſtinentiam repletionemque crimini dant, vt enim Baſilius: *Sicut guſtui ad omnes paſſim cibos libere frænos laxare noxium re vera ac perniciosum: ita neceſſaria illi alimenta negando, corpus infirmum atque inualidum reddere, irrationabile prorſus ac ſtultum eſt. Extrema enim quæque, vt ait ſapiens quidā, ac perinæqualia, periculoſa ſunt. Nam ſicut per ciborum abundantiam laſciniens equus noſter, aurigam quæcunque vult, peſsime præcipitem fert: ita & per nimiam abſtinentiam propoſitum impedit virtutis iter, & quemadmodum aurigæ non expedit equum ita affluenti ſaginare præſepio, vt illius laſciuiæ, moribus inordinatiſque, lædatur, & quo ille voluerit circumferatur, dum feruidis eius ac nimis viribus nequit obſiſtere: ita neque virtutis viam, cum eo pergere inſtituenti conuenit, ex nimia neceſſaria victus indigētia, vires eius omnino deijcere, ne perpetuis infirmitatis incommodis preſſo, alligatus inextricabiles ipſius cauſa labores ſubire cogatur: fit enim fere, vt dum prorſus lapſum erigere iam ad curſum nequit, per inſeparabile conſortium, ſemper ei condolere compellatur.* *Baſilius lib. de vera virginitate.*

Quem-

Iſidorus proijciat, & huius ſententiæ ſunt Iſidorus de ſummo bono libr. 2. cap. 16.
Andreas Vega Andreas Vega conc. Trid. cap. 14. de iuſtif. Roffenſis Artic. 89. in Luthe-
Roffenſis rum. Adrianus q. 3. de pœnitentia. Toſtatus q. 2. in capit. 3. exod. Iacobus
Adrianus Bayus, inſt. relig. Chriſt. lib. 1. cap. 97.
Toſtatus
Iacob. Bayus. Verùm contraria opinio eſt omnino tenenda & amplectenda.

1. Quia cum plurimi peccatores ſint viles, ac timidi, multoties ſalutis conſequendæ ſpem deperderent, ſibi perſuadentes numerum illum peccatorum compleuiſſe: nam ſi aliqui ob vnum peccatum à ſpe ſalutis deciderunt; multo magis ij ſalutem in perditis habebunt qui atrocia ac multiplicia peccata commiſerunt, ſi eam opinionem imbiberent: dicerent enim cum Caino: *Maior eſt iniquitas mea, quàm miſericordia tua.*

2. Dei miſericordiæ detrahi videretur: nam cum Dei proprium ſit miſereri, ſi peccatorem quamuis enormem omnino deſereret, illa maxime & peculiaris proprietas, ei ſemper non conueniret; deficeret autem, ſi in viatore conſumeretur, gratiæ ſufficientis ſubtractione.

Caſſiod. Pſal. 100. 3. Poteſtas Domini ſemper aut miſeretur, aut iudicat, vt inquit Caſſiodorus: ſed ante hominis mortem nullum diffinitiue Deum iudicare videtur: ergo reſtat vt peccatorum miſereatur: non miſeraretur autem, ſi eos ſufficienti auxilio priuaret.

4. Mali conceptus de Deo & Chriſto in multorum hominum animis generarentur; nam ſi Chriſti paſſio operata eſt peccatorum omnium remiſſionem quoad ſufficientiam, non quòad efficaciam, quod quidem non ſolum de omnibus peccatoribus, vniuerſaliter, ſed etiam de omnibus cuiuſcunque peccatorum peccatis particulariter intelligitur: ſi Deus ergo hominem deſereret, falſa eſſet illa propoſitio. Chriſtus pro omnibus mortuus eſt: quia darentur peccatores iuxta à contrariæ opinionis autoribus ſuppoſita, pro quib. Chriſtus mortuus non eſſet: nempe peccatores à Deo derelicti, quibus per conſequens paſſio Chriſti, quo ad ſufficientiam applicari non poſſet, cum tunc Deus omne auxilium talibus peccatoribus neget, & neceſſaria dona non conferat.

Nec valet quod ante illum numerum peccatorum conuerti potuiſſent & auxilio ſufficienti Chriſti ſanguinem applicare potuiſſent; ratio eſt quia ea propoſitio: Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, debet in omni tempore & generali, & particulari, & per ſe & ſeorſim intelligi. Quomodo ergo v.g. pro nobis mortuus eſſet, ob numerũ peccatorũ completũ à Deo deſertus: poſſet enim dicere in aliquo tẽpore. Chriſtus pro me mortuus nõ eſt, cum eius ſanguinem applicare non poſſim, ob id quod Deus omne auxilium reconciliationis & ſalutis remedium negat: & multi alij, ad numerum peccatorum peruenti, eodem tempore idem dicere poſſent: & ſic eam propoſitionem mendacem reddere, quod non decet, cum in omni & quolibet tempore debeat eſſe vera vt ſemper & omni tempore peccator dicere poſſit: Chriſtus pro omnibus, & pro me mortuus eſt.

5. Sicut medicus corporalis, prudens ac expertus, nunquam, ægrotis quamuis ſi id fieri poſſet in die millies in morbos inciderent, neceſſaria phar-

pharmaca non negat; ſic Deum ſpiritualium animarũ medicum, peccatori quamuis enormi ac ſæpe recidiuanti, neceſſaria remedia nolle negare eſt credendum.

6. Contraria ſententia communitati, & opinioni fidelium aduerſatur, qui vnanimi conſenſu, in quocunque tempore ſe poſſe ſaluari opinantur; ſi ea tamen exequantur quæ Dei præcepta iubent: ſed ſine gratia ſufficienti nihil facere poſſunt: ergo ſi eam Deus enormibus peccatoribus negaret, in ſalute vacillarent: facillimè enim crederent enormes peccatores præcepta ſe non poſſe ſeruare, quia ob numerum peccatorum ſunt à Deo derelicti, & ſic confuſio in eorum animis gigneretur.

7. Quando quis enim numerum peccatorum impleuerit, nullus poteſt certo ſcire, niſi diuina reuelatione: Ad quid ergo facit ea opinio: niſi ad mentes fidelium confundendas.

8. Si Deus peccatores deſerit, maximè ob illud argumẽtum, nẽpe quod ſi Deus aliquos paruulos abſque ſufficienti ad ſalutem data gratia iuſte derelinquit, cur non poteſt etiam gratiam ſufficientem adultis non dare: ſed hoc argumentum non obſtat, quia Deus baptiſmi Sacramentum inſtituit, quod ſi illud ob præpoſteram mortem aut aliam cauſam non ſuſcipiunt, cauſis ſecundis quarum curſum Deus impedire non tenetur, vel negligentiæ parentum & eiuſmodi eſt adſcribendum, quare Deus hoc modo paruulis non deerit.

Nec Turcæ cæterique gentiles in conſequentiam ſunt trahendi, quia ij lumen naturæ aliaq; auxilia habent, quib. ſi vterentur Angelo aliquo mediante eos Deus illuminaret, aut alia auxilia daret, quoniam Deus omnibus auxilia neceſſaria tradit.

9. Confeſſarij, qui enormes peccatores cognoſcunt: poſſent in danda abſolutione titubare, ſibi perſuadentes tales peccatores numerũ peccatorum compleuiſſe, & attritionem quam exterius ſolummodo, & verbis percipiunt, veram attritionem non eſſe in animum ſibi inducere poſſent; præſertim ſi alias in eis fictam aut vanam fuiſſe eſſent experti.

10. Eſt contra eccleſiæ praxim, quæ nulli in quocunq; tempore ſalutem & remedia neceſſaria negat. Quare peccatores qui omni tempore enormia ac infinita peccata commiſerunt, nullamque quamuis grauiſſima occaſione oblata pœnitentiam egerunt, ſed ſemper mala multiplicarunt eſſent, in articulo mortis vt iam à Deo deſerti à ſpiritualibus medicis derelinquendi. Quod quidem non fit, quia Latro in extremo mortis ſe ſaluauit, & alij idem facere poſſunt, quamuis Deum enormiter offenderint. Quare cum contraria opinio nullum habeat vſum, nec fructum, nec poſſit ad praxim deduci ob illius numeri terminũ qui eſt nobis ignotus, conſentaneum eſt & magis pietati Chriſtianæ conſonum, aliam renere, ac defendere.

11. Quia oporteret de aliquo deſperare, & tamen omnes de nemine eſſe deſperandum affirmant; quia poteſt peccator dum viuit ad Deum conuerti, & etiam ante tempus iudicari: cum tamen nemo ſit ante tempus iudicandus; iudicaretur autem, ſi vt deſperatiſſimus condemnaretur.

12. Quia

12. Quia Pharao & Saul reprobi & obdurati fuerunt interdũ compunĉti, & ad pœnitentiam commoti, vt ſcriptura inſinuat, quamuis ad obduratam mentem redierint. Ergo de omnibus peccatoribus idem eſt dicendum, id eſt, quod Deus ipſis ſua gratia ſufficienti aſſiſtat, & poſſint conuerti ſi velint.

13. Si ſufficienter Deus peccatoribus non aſſiſteret, ad quid Matth. 11. diceretur, *Venite ad me omnes qui onerati eſtis, & ego reficiam vos*, ſtultum enim eſſet vocare, qui abſolute venire non poſſent.

Adquid reſponſum fuiſſet Petro an dimiſſurus eſſet peccanti vſque ſepties, Matth. 18. *Reſpondit Dominus non dico tibi vſq, ſepties, ſed vſq, ſeptuagies ſepties*, ſignificans quotlibet & quantumlibet peccatis fratrum eſſe parcendum.

14. Quia hæc eſt opinio D. Thomæ omnium ſcholaſticorũ Theologorum principis, qui 3. p. q. 86. art. 1. affirmat quod dicere aliquod eſſe in hac vita peccatum, de quo non poſſit homo pœnitentiam agere, erroneum ſit; quia homo viator liberum arbitrium habet flexibile, & ad bonum & malum, ſi autem pœnitentiam agere non poſſet, libertas liberi arbitrij tolleretur.

Gregorius de Valentia tom. 2. diſput. 8. q. 3 puncto. 4.

15. Quia ſacræ Scripturæ autoritates, quæ pro hac ſententia à Theologis citantur, ſunt tam euidentes, vt nullam debeant in piorũ hominum animis relinquere dubitationem: *imo iis ex profeſſo videtur* (vt inquit Valentia) *clementiſſimus Deus hominibus eripere hanc falſam de ipſo exiſtimationem, vt Iſaiæ 49. dixit Sion dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. Nunquid obliuiſci poterit mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filij vteri ſui, & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.*

Et Hieremiæ 3. ſi dimiſerit vir vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alterum, nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te.

Et Ezechiel 33. Tu ergo inquit filij hominis, dic ad domum Iſrael; ſic locuti eſtis dicentes, iniquitates noſtræ & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quo modo ergo viuere poterimus, dic ad eos: viuo ego dicit Dominus Deus, nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat.

Quo pertinet illa etiam vocatio Chriſti Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos, id eſt omnes omnino peccatores, quantumuis grauibus criminibus onerati. vt expoſuit optime Ioannes Caſſianus collatione 13. cap. 7. & illa etiam ſententia D. Petri 2. epiſt. cap. 3. Patienter agit Deus propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes (nullo excepto) ad pœnitentiam reuerti, atque illa quoque D. Pauli ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ? Hic certe vel eos, qui corde ſunt duro. & impœnitenti, adeoque in grauiſſimis etiam peccatis velut occaluerunt, ſignificat Apoſtolus clementer à Deo neceſſariis auxiliis inuitari.

Vnde Sara Tobiæ 3. Deum orans. Hoc inquit habet pro certo omnis, qui te colit, quod vita eius ſi in probatione fuerit coronabitur; ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & ſi in corruptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit: non enim delectaris in perditionibus noſtris. Quod eſt certe inſigne teſtimonium.

His

His autoritatibus quas Gregorius de Valentia, & alij referunt, contrarię opinionis auctores in alio ſenſu reſpondere minimè poſſunt; aliæ vero in alio ſenſu facillime intelliguntur, aut ſunt intelligendæ de ijs, qui immanitatem ferinam induerunt, ſcilicet qui ad nullam correctionem poſſunt remeare, niſi illa ferina immanitas cicuretur.

Aut de iis, qui ægre poſſunt: & idcirco dicunt auctores, quòd abſolutè non poſſunt, ad maximam peccatorum fragilitatem denotandam, quo ſenſu grauiſſimo morbo occupatus, dicit, non poſſum ſurgere, quòd quidem ſignificat non omnino & abſolutè ſe ſurgere non poſſe, ſed ſolummodo maxima cum difficultate.

Aut de iis qui in peccato perſeuerant vſque ad mortem, qui amplius ſpacium pœnitendi non habent; vel de ijs populis quos Deus vult per aliquod tempus caſtigare.

Aut de iis qui vnquā gratię Dei ſufficienti nolunt reſpondere, cum ſemper id quod ad bonum verti poſſit abiiciant.

Aut de naturali malitia, ſeu vitio alicuius nationis, aut familię, quod ſolent moraliter ſemper contēnere; vel de peruerſa conſuetudine: nam qui ad mala perpetranda, ac peccata commitenda ſe aſſuefecerit, habitumque in aliqua re praua acquiſiuerit, difficillime & non niſi miraculoſe eum deſerere poteſt.

Aut de iis qui ob impotentiam & tantorum ſcelerum commiſſorum atrocitatem difficilimè poſſunt ſe ad gratiam recipiendam præparare.

Ad illud vero quod dicitur de peccatis irremiſſibilibus, quæ non remittuntur in hoc ſeculo, neque in futuro reſp. D. Tho. quod hoc dicitur non quod omnino irremiſſibilia ſunt; ſed *D. Tho. 2 2. q 14. art. 3.*

Sicut morbus aliquis dicitur incurabilis, qui tollit virtutem naturæ & inducit faſtidium cibi & medicinæ, licet talem morbum Deus per potentiam ſuam poſſit curare: ita dicit eſſe peccata quædam irremiſſibilia, ſecundum ſuam naturam, quia excludunt ea per quæ fit remiſſio peccatorum: quamuis per Dei omnipotentiam & miſericordiam eiuſmodi peccata remitti poſſint, per quam tales peccatores aliquando quaſi miraculosè ſpiritualiter ſanantur. *Samuel Loyaert. in enarrat. Euang.*

16 Quia quando Chriſtum Petrus interrogauit. *Domine, quoties peccabit in me frater meus & dimittā ei, vſque ſepties. Dixit illi Ieſus: Non dico tibi vſque ſepties, ſed vſque ſeptuagies ſepties:* in quibus verbis certum eſt, Chriſtum, numerum ingētem poſuiſſe pro infinito: quare cum voluerit denotare, quod infinities eſſet ignoſcendū ijs, qui peccarent, modo reſipiſcerent: nam aliter poſt tertiam admonitionē ſunt repellendi, niſi eo modo inquā ea intelligerentur, ſequeretur quod qui ſeptuagies octies peccaret; poſſet odium retinere, iniuriamque ſibi illatam vlciſci, quod aliis pręceptis contradicit; & quia etiam intelliguntur aptiſſime de iniuria priuato illata, ob ea verba quæ præceſſerunt. *Si peccauerit in te frater tuus. &c.* Cui infinities eſt res iniuria remittenda, ſequeretur quod Deum homines in miſericordia excederent, cum ij infinities iniurias remitterent; Deus autem niſi determinato numero peccata relaxaret, quod quidem non decet.

IIII.

Victus tenuis & exquiſitus, & in morbis longis ſemper, & in acutis vbi non conuenit, parum tutus. Rurſumque victus, qui ad extremam peruenerit tenuitatem moleſtus: ſi quidem quæ ad ſummam plenitudinem perductæ ſunt repletiones moleſtæ.

Sicut vt inquit Galenus in comment. ſup. hunc aphoriſmum, in ſanis corporibus ſeruandum ſemper eſt naturæ robur, aut augendum alimentis non fragendum: *Sic vires ſpirituales ſunt roborandæ: & inde dicitur 2 Reg. 6. Saltauit Dauid totis viribus ante Dominum.*

Petr. Berchorius in promp. moral.

Nicol. Carbo. in pract. lib. 2. c. 7. nu. 58.

Sicut apud medicos triplex eſt dieta tenuis, tenuior & tenuiſſima. ſic in iure triplex quoque dieta reperitur *vid. vulgaris, legalis, & ſingularis; vulgaris quæ ſecundum conſuetudinem numeratur: legalis quæ viginti milliaria continet: ſingularis quando aliquis in vno die facit quod alter in duobus feciſſet.*

Leonardus Fuchſius inſtit. medic. lib. 2. ſect. 5. c. 37.

Sicut intempeſtiua inedia corporib. incommodat. *Incaute enim & ſtulte ſi adhibeatur, ventriculum peſſimis humoribus, Galeno etiam lib. 3. de Naturalibus facultatibus ſuffragante, biliosis ac ſeroſis ſuccis implet, faſtidia creat, ventriculi robur diſſoluit, & labefactat, appetentiam eripit, & denique atrocibus morbis totum corpus obnoxium facit.* Sic abſtinentia vbi non conuenit, animæ nocet, quia magna laſſitudo corporis languidi ac defatigati officium animæ poteſt impedire, vel corpus grande macie torridum, animi vires non ſolùm retardare, verum etiam infringere valet.

Fernelius Met. med. lib. 2. cap. 10.

E contra ſicut tempeſtiua inedia corpori prodeſt, à medicis, & præſertim à Fernelio laudatur. *Cum igitur conſuetus corpori cibus, aut ſubducitur, aut ex toto circumciditur, huiuſque penuria ineſt, inſitus nobis calor omnium naturalium functionum author, per omnia diffuſus ac inſertus, noui cibi copia minimè implicatus, vbiq; vim ſuam exerens, inualeſcit. Ac primum quidem vtilem ſuccum, & ſanguinem in corporis partiumque ſubſtantiam mutat, abſumitque nutritione: tenues vero humores ac ſupervacuos in halitum digerit, & ſine ſenſu diſſipat: crudos concoquit mutatque in ſanguinem, alendo corpori idoneum. Ex ſuperuacuis autem craſſos attenuat, lentoſque detergit: ac proinde ſtrenue expedit obſtructiones: ad hæc quicquid concoquere non poteſt, id ſaltem præparat, viasque omnes corporis, quibus excludatur patentiores expeditioreſque facit. Tum etiam expultrix facultas, quæcunque præparata fuerint, in expurgationis vias adducit, expellitque foras. Hinc plerumque alius ſponte ſoluitur, vomitiones erumpunt, vrina profunditur vberior cerebri excrementa defluunt, & quæ à purgationis via longius abſunt, perſpiratione diſſipantur. His corpus vniuerſum ſublato, quaſi onere leuatur, reſpiratio libera fit, ac facilis mens, ſenſusque omnes expeditiores alacrioresq; euadunt. Hæc dum confert inedia, impuro quidem corpori plerumque ventriculum vitioſis implet humoribus: vnde ſtomachi eroſiones, vigiliæ, corporis perturbationes, & vertigines; quod ſcilicet inſitus calor perinde ac medicamentum noxios humores exagitet, in alimenti penuria. At vero perturbatos ea demum ſubigit, domat, atque depellit. vnde magna ſequitur tranquillitas, & morbo-*

morborum multorumque ſymptomatum ſedatio, ſuperſtite quidem etiamnum & integro naturali calore. Sic opportunum ieiunium animam adiuuat, quia deuotionem & fiduciam donat, delictorum cauſas præcidit, tentationi reſiſtit, vt inquit Auguſtinus. *Ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit libidinum ardores extinguit.* Nec minus ieiunium Theologi, quàm inediam medici laudant. *Petrus Chryſologus, Eſt enim ieiunium pax corporis, membrorum decus, ornamentum vitæ: eſt ieiunium robur mentium, vigor animarum. Eſt ieiunium caſtitatis murus, pudicitiæ propugnaculum, ciuitas ſanctitatis. Eſt ieiunium Schola meritorum, magiſterij magiſterium, diſciplinarum diſciplina. Eſt ieiunium Eccleſiaſticæ viæ viaticum ſalutare.*

Auguſtin. in ſerm. de ieiunio.

Petrus Chryſologus de iei. & eleem. ſerm 8.

E contrario Abſtinentia & Ieiunium ſanitas eſt corporis, valetudo mēbrorum, mors culpæ, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratię, ac fundamentum caſtitatis, ac vitæ diuturnitas. ſuadent etiam ad abſtinentiam & ſobrietatem exempla. Moyſes quippe quadraginta diebus abſtinuit ſe à cibo, vt legem accipere mereretur. Ipſum ieiunantem & abſtinentem non voces magnæ, non fulgura, non nubes vmbroſa & fumigans Syna perterruit. Neque enim intraſſet in nubem, nec vocem Dei loquentis de medio ignis ſine periculo ſalutis audijſſet, niſi munitus ſobrietatis & ieiunii armis. Iudith quoque omne tempus viduitatis ſuæ his ſobrietatis armis & abſtinentiæ munita peregit: & omnium Aſſyriorum circumuenit exercitum: ſobrii vigore conſilii abſtulit Holopherni caput: ſeruauit pudicitiam, & victoriam reportauit: Heſter etiam pulchrior ſobrietate effecta, omne genus ſuum à perſecutione liberauit: ita vt regem ſibi faceret eſſe ſubiectum: non libidinis ardore flammarum, ſed cæleſti miſeratione conuerſum. Sed & Dominus Ieſus hanc præcipuæ virtutem ſuo nobis cōmendauit exemplo, ne huic conformaremur ſeculo: ſed crucifigamus ſobria abſtinentia veterem hominem, & carnis curam non faciamus in concupiſcentiis. Congruit namque ſtatui noſtro, vt donec peregrinamur in hac miſeriarum & periculorum valle: reprimendarum carnalium voluptatum crucem nobis ipſis faciamus: ſicut Apoſtolus dicit; Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum paſſionibus & concupiſcentiis. In hac ſobrietatis cruce, per totam iſtam vitam, quæ in mediis tentationibus poſita eſt, perpetuo debet pendere Chriſtianus. Non enim in hac vita tempus euellendi clauos, de quibus Pſalmus: Confige clauis à timore tuo carnes meas. Carnes enim ſunt carnales concupiſcentiæ: claui verò vigor ſobrietatis & abſtinentiæ; His illas timor Dei configit: qui nos illi acceptabilem hoſtiam crucifigit. Quare ſi terreno limo greſſus nolumus immergere noſtros, de hac cruce minime deſcendamus.

Laur. Iuſt. de ſobriet.

Exod. 34.

Iudith. 8.

Heſt. 4.

Gal. 5.

Pſalm. 118.

Dignitas ieiunii multipliciter commendatur: à loco, à tempore, ab Authore. Fuit enim ieiunium præceptum à Deo, præceptum Adæ, præceptum in principio, præceptum in Paradiſo: de ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, quacunque die comederis, morte morieris. Primum ergo præceptum, quod Deus intulit homini, de ciborum extitit abſtinentia. Quod donec ipſe cuſtodiuit, fideliter perſtitit. Vbi verò trangreſſus eſt, morta-

Innoc. Pōtif. III. ſerm. 1. de aduentu Domini.

Matth. 6. Ieiun. dignitas.

Gen. 2.

Leuit. 23. mortaliter corruit. Omnis enim anima, quæcunque ſe non humiliauerit in ipſo ieiunii die, exterminabitur de populo ſuo.

Vtilitas ieiunij Iram Dei placat ieiun. Vtilitas ergo Ieiunij multiplicius aſſignatur. Legitur enim ieiunium valuiſſe ad placandam iram Dei & veniam impetrandam: ad pœnam vitandam, & nequitiam extirpandam: ad munditiam retinendam, & ignorantiam repellendam: ad victoriam conſequendam, & gratiam obtinendam: *Dan. 10.* Valet ergo ieiunium ad iram placandam, ſecundum quod Daniel orauit *Dan. 9.* Dominum in ieiunijs, panem deſiderabilem non commedens, carneſque & vinum non guſtans: auertatur, inquit, obſecro ira tua à Ciuitate tua Hieruſalem, & à monte ſancto tuo. Placare Domine, attende & fac ne moreris. Adhuc ipſo loquente, ecce vir Gabriel tetigit eum in hora ſacrificii veſpertini, & nunciauit preces eius exauditas à Domino.

Valet etiam ad veniam impetrandam, ſecundum quod ad prædicationē Prophetæ viri Niniuitæ prædicauerunt ieiunium: homines & iumenta, boues & oues, & pecora non guſtauerunt quicquam aut biberunt. Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi eſſent cito à via ſua mala, & miſertus & ſuper malitia quam loquutus eſſuerat, vt faceret eis.

Heſt. 4. Valet ad pœnam vitandam, ſecundum quod Heſter ad conſilium Mardochæi tribus diebus & tribus noctibus ieiunauit, & ex tunc ad Regem ingreſſa imperrauit reuocationem ſententiæ, quam Aman protulerat aduerſus Iudæos, vt vniuerſi perirent.

Victoriam cōſequitur. Iudic. 20. Valet ad victoriam conſequendam, ſecundum quod cæteræ tribus pugnantes aduerſus Beniamin pro vxore Leuitæ, ſecundo ſuccubuerunt in prælio, donec peracto ieiunio, prævalentes tribum illam penitus deleuerunt.

Gratiam cōſequitur. Act. 2. Valet ad gratiam obtinendam, ſecundum quod Spiritus Sanctus in die Pentecoſtes ſuper Apoſtolos ieiunos deſcendit, Petro teſtante; non ſunt ſic ebrii, cum ſit hora diei tertia.

Conuiuium æternum meretur per temporal. ieiun. Luc. 6. Quia verum eſſet longum, ex ſacris ſcripturis ſingulas virtutes ieiunij numerare, illud potiſſimum attendamus, quod per temporale ieiunium meremur æternum conuiuium, iuxta quod veritas ait: Beati qui nunc eſuritis quia ſaturabimini, &c.

Valet ad nequitiam extirpandam, ſecundum quod veritas inquit in Euangelio, hoc genus dæmoniorum non eiicitur, niſi in oratione, & ieiunio, lunaticus enim ille ſtridebat, ſpumabat, & areſcebat. Stridebat per iracundiam. Spumabat per luxuriam. Areſcebat per ignauiam. Quare ſpiritus iracundiæ, ſpiritus luxuriæ, ſpiritus ignauiæ per orationem & ieiunium expelluntur.

Valet ad munditiam retinendam, ſecundum quod Daniel & tres pueri propoſuerunt non pollui de menſa Regis, neque de vino potus, ipſius, & rogauerunt Principem eunuchorum, ne contaminarentur, comederunt legumina, & biberunt aquam, & apparuerunt in vultus eorum meliores.

Ignorantiam expellit. Valet ad ignorantiam expellendam, ſecundum quod Paulus fuit in conuerſione tribus diebus & tribus noctibus, non videns, & non manducans, neq;

neq; bibens, in quo triduo creditur Euangelium didiciſſe à Spiritu Sancto, *1 Cor. 9.*
vnde gloriatur, fuiſſe ſe Theodidactum, dicens: neque ab homine neque *Gal. 1. 1.*
per hominem illud accepi.

Et perbelle Caſus, qui ieiunium naturæ ſeip. ſanitati corporis & religioni, commoda multa afferre aſſeuerat. S: Politica argumenta deſideres, hæc paucula ſequentia mecum conſidera. & primum diligenter (quæſo) perpende, quantam vim & copiam alimentorum inſula hæc noſtra in die vno deuorat & abſumit; concedens procul dubio fere infinitam. Age ergo, ſi religione relicta, Politice tota Anglia feria 6. & 7. ab vna menſa abſtineret, quanta copia, quanta affluentia ſequeretur? à mœnibus tum certe fugeret fames, ne ipſa famelica periret fame. Abſtinentia enim hæc legibus mandata, pieque ſuſcepta & præſtita, arma contra famem ſuggeret, & miniſtrabit. At ægroti ſumus, infirmi ſumus: age, edant ægroti, edant infirmi; at non omnes ægroti, non omnes infirmi ſumus: & quis ſanus eſt, qui bene pranſus, à duabus carnis, aut ſaltem vna in ſeptimana non poteſt abſtinere, vt miſeri fame perituri reuiuiſcant, ipſaque ſterilitas terræ quaſi fœcunda fiat? Ethnici Philoſophi docuerunt, hunc communem ſenſum alienæ miſeriæ, eundemque miſericordiam appellarunt, quæ eſt compaſſio alieni mali: inſtar monſtri ergo eſt, ſi fame exhauſta & exeſa ſint ſociorum noſtrorum viſcera, viſceribus noſtris opipare ſaginatis, nec vllo nos ſenſu ad ſenſum, & compaſſionem hanc moueamur. Eiulatus vnius læſæ beſtiolæ totum gregem in opem conuocat: lapides, & epulones ſumus, ſi Lazari clamor, preces & lachrymæ non vulnerent: aluntur canes, paſcuntur equi, at pauperes imagines Dei, fame vbique pereunt. Pergam: Leges & edicta ſæpe & ſeuere iubent, vt obſeruetur Quadrageſima, in qua omnia animalia creſcant; audi quæſo, ſi mare ſolum tum regnum paſceret, (& certe mare & piſces creauit Deus) ſi (inquam) in hac ſpe quaſi grauida & ſegete naſcentis anni, à carnibus abſtineamus, Politici & ſapientes viri præſagiunt, annum futurum non poſſe eſſe ſterilem, ſequi non poſſe famem; quippe piſces, herbæ, radices, fructus alimenta ſalubria ſunt, & eiſdem non minus, quam carnibus contenta eſt natura. An flatulenta hæc ſunt, viſcoſa, & mali ſucci alimenta; non poſſumus ergo eiſdem veſci ſine periculo ſanitatis, præſertim cum iam optimis cibis augendus ſit ſanguis, ſpiritusq; tum vitales, tum animales veluti de nouo creandi, in quibus robur naturę viuit; venenum in iſtis eſt, recuſamus. Attende (quęſo) delicatule vermis terræ, parum conſideras, te in vere Struthiocamelum eſſe, & poſſe deuorare ferrum; tum etenim reſalutãte nos ſole, creſcunt humores, vires, ſpiritus; augetur tum duplo calor: ſapiẽtes ergo maiores non ſolum ad fœcunditatem terræ, ſed etiam ad ſanitatem conſtituerunt hoc tempus, prouideq; mandarunt, vt fructibus, piſcibusq; veſceremur, ne calor auctus in flãmam, ne ſpiritus æſtuans in putridã febrẽ, incendium, aut tabem vertatur. Infantuli, & decrepiti ſenes (quibus liberum fuit carnem edere) olim ieiunarunt, & tamen ad longiorem vitæ periodũ peruenerunt, quam nos carniuori, deliciis exquiſitiſſimis ſaginati. Eſto, non potes herbas, piſces, frutices, deuorare: noui cauſam certe, quia

Margin notes: *Ioa. Caſus in Theſſ. ætion.* — *E hic. lib. 5.* — *Lenis obiect.*

& inſtituere congruam victus rationem, quæ quidem pars noſtris temporibus mortua & ſepulta eſt; noſtrique medici ægris ſuis exhibent medicinas, ſanguinemque ab eis detrahi iubent: at de dieta & victus ratione, ne vllum quidem durum: ſed ſemper eodem modo panatelam exhibent, & aquā decoctam. Sic idem confeſſarijs noſtri temporis dici poteſt: qui ieiunium quod eſt vnum ex præcipuis ac ſingularibus remedijs animarū, negligunt: nam ſine vllo ætatis, temporis, temperaturæ & ciborū reſpectu ieiunia pœnitentibus præſcribunt, cum tamen hanc omnium, & præſertim quantitatis & qualitatis ciborum rationem habere debeant.

Sicut in re medica, vt dieta bona ſit, & fructuoſa euadat, medicus quoq; ægrorum corpora ab humoribus prauis expurgat, ſic vt ieiunium fructuoſum ſit debent Chriſtiani animam à vitijs expurgare. *Nam vt ieiunium noſtrum perfectum ſit & præmium mereatur cor noſtrum, quod tanquam caput, & fons vitæ in nobis eſt ſuaui virtutum bonorumque operum vnguento imbuendum:* vt annotauit D. Hieronymus: *& conſcientia noſtra, quæ interna hominis facies ſecundum D. Bernardū, & a nobis videri poteſt, cum faciem noſtram exteriorem intueri nequeamus; ab omni vitiorum inquinamento purganda, ac multiplici pænitentiæ fructu adornanda. Neq; enim ſufficiens, vt quis ieiunare dicatur, ſi corpus tantum foris per abſtinentiam affligat, ſed omnino neceſſaria eſt, vt mentem quoque per fructum boni operis reficiat, & dum etiam tempori ſubtrahit, mentem ab iniquitate reuocare contendant, &c.*

Laur. Beyerlinck in prōp. mor. para in feſto cinerū.

Bern. ſerm. 1. in c. ieiunij.

Sicut præter dietam & pharmaceiam ars medica chirurgia quoque perficitur; eaq; ſunt tria præcipua ad omnes morbos profligandos generalia remedia: ſic præter ieiunium & orationum in re ſpirituali eleemoſyna quoque eſt neceſſaria iuxtà illud, *Bona eſt oratio, cum ieiunio, & eleemoſyna, magis quam Theſauros auri recondere.* *Tob. 12.*

Sicut tantam dietam debet medicus imponere quantam æger poteſt ferre: ſic idem de ieiunio eſt dicendum. *Tantum tibi ieiuniorum modum impone, quantum ferre potes: ſint tibi pura, caſta, ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa ieiunia, quid prodeſt oleo non veſci & moleſtas quaſdam difficultates ciborum quærere; caricas, piper, nuces palmarum, fructus ſimilam, mel, piſtacia, &c.*

Hieron. ep. ad Furiam.

Quemadmodum medici nimiam dietam & præcipue, vbi non conuenit, & repletionem quoque criminantur, quia vtraque grauis eſt ac periculoſa: ſic Theologi nimiam abſtinentiam repletionemque crimini dant, vt enim Baſilius: *Sicut guſtui ad omnes paſſim cibos libere frenos laxare noxium re vera ac pernicioſum: ita neceſſaria illi alimenta negando, corpus infirmum atque inualidum reddere, irrationabile prorſus ac ſtultum eſt. Extrema enim quæque, vt ait ſapiens quidā, ac perinæqualia, periculoſa ſunt. Nam ſicut per ciborum abundantiam laſciuiens equus noſter, aurigam quacunque vult, peſſime præcipitem fert: ita & per nimiam abſtinentiam propoſitum impedit virtutis iter, & quemadmodum aurigæ non expedit equum ita affluenti ſaginare præſepio, vt illius laſciuia, moribus inordinatiſque, lædatur, & quo ille voluerit circumferatur, dum feruidis eius ac nimis viribus nequit obſiſtere: ita neque virtutis viam, cum eo pergere inſtituenti conuenit, ex nimia neceſſaria victus indigētia, vires eius omnino deijcere, ne perpetuis infirmitatis incommodis preſſo, alligatus inextricabiles ipſius cauſa labores ſubire cogatur: fit enim fere, vt dum prorſus lapſum erigere iam ad curſum nequit, per inſeparabile conſortium, ſemper ei condolere compellatur.*

Baſilius lib. de vera virginitate.

Quem-

Quemadmodum eſſentialia in dieta ſunt tria: primo quòd per illam quatenus exigit ratio morbi, abſtineatur a communi cibo. Secundo quod in ipſo vſu victus abſtineatur à quibuſdam cibis, ſed eos tantummodo ſorbeat, qui à medico exhibentur. Tertio quod huiuſmodi victus ratio ordinetur ad aliquem finem, nempe ad morborum edomationem, ac expulſionem, & vt natura acrius cum eis pugnare poſſit. ſic in ieiunio tria quoq; ſunt eſſentialia. *Primo quod per illud diutius, quàm exigit communis regula temperantiæ abſtinetur à cibo. Secundo, quod in ipſo vſu cibi abſtinetur, à quibuſdam eſcis, vt potè à carnibus, ouis, laticinijs. Tertio quod huiuſmodi abſtinentia, tùm quo ad diuturnitatem, tum etiam quo ad ciborum qualitatem, ordinatur ad finem ipſum temperantiæ, qui eſt edomatio carnis, & refrenatio concupiſcentiæ, ne vehementius repugnet Rationi. & c.*

Greg. de Val. in Comment. 2. D. Thomæ q. diſp 19 q. 2 puncto. 1.

Sicut inedia quamuis multas afferet vtilitates, multis tamen morbis non poteſt mederi: ſed ægrotus præter inediam pharmacea & chirurgia indiget; nam vt inquit Fernelius. *Salubris eſt tempeſtiua abſtinentia, & apprime vtilis, quæ per inediam fit euacuatio. Etenim blandè, nullaque violenta aut corporis, aut humorum impulſione, nullaque aliena qualitate in corpus inducta ſenſim ac lente progreditur. Acutis porro vrgentibuſque morbis ſola inedia vix tuto ſuccurri poteſt. ſed aut venæ ſectione aut pharmaco expeditè vacuandus eſt corruptus ac putridus humor, qui de ſua bonitate plurimum deceſſit, & quem inſitus calor neque amplius in benignum reducere, neque derepente exturbare poteſt. At leues morbos ex cruditate futuros arcet, cibi parſimonia, eoſdem recens genitos facile perſanat inedia, inueteratos quoque eos plurimum coctione lenit, tandemque profligat. Ea ipſa ex plenitudine futuros conuenienter inhibet, quod ſenſim ac tempore oneratam copiam eximat. Qui vero iam præſentes ex copia ſentiunt, eos non inedia, ſed venæ ſectio expedite tollit, ſed & in crudioribus morbis materiæ ſitus æſtimandus.* Sic Ieiunium quamuis animæ multas vtilitates afferet, tamen per ſe ſolum perfectam ſalutem non impertit, nam vt egregie Petrus Rabanus. *Ieiunium quamuis auferat vitiorum morbos, carnis amputet paſſiones, criminum cauſas propellat: tamen ſine miſericordiæ vnguento, ſine pietatis riuo, eleemoſynæ ſumptu, perfectam ſalutem mentibus non reponit. Ieiunium ſanat vulnera peccatorum, ſed cicatrices vulnerum ſine miſericordia non emendat.* Et Petrus Chriſologus, *Eſt ieiunium eccleſiaſticæ viæ viaticum ſalutare, Miſericordia & pietas ieiunij ſunt alæ, per quas tollitur & portatur ad cœlum, ſine quibus iacet, & volutatur in terra. Ieiunium ſine miſericordia ſimulacbrum famis eſt, imago nulla eſt ſanctitatis, ſine pietate ieiunium, occaſio eſt auaritiæ; ieiunium ſine miſericordia, non eſt veritas, ſed figura: vbi autẽ miſericordia, ibi & veritas probante ſcriptura, cum dicit miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi.*

Fernelius l. 2 met. cap 20.

Petr. Rab. in quadã ſerm.

Petr. Chriſol. de ieiun. & eleem. ſerm. 8

Quemadmodum dieta eſt potens remedium à medicis ad morborum humanorum profligationem inuentum, ſic ieiunium eſt datum à Deo hominibus contra peccatum: *cum eſt remedium efficaciſſimum: efficaciſſima autem medicina quæ in ſacra ſcriptura à Deo nobis datur, contra humanæ naturæ morbum, id: peccatum videtur eſſe abſtinentia, & ieiunium, propter quæ contrariatur radici, ſiue cauſæ, vnde peccatum penitus in humanã natura prouenit, ſcilicet ex vitio gulæ quo primus, homo ſcilicet Adam fuit deceptus, cum pomum vetitum comedit: ſic etiam dicunt medici,*

Ioannes à S. Gemin. in cõ. quad. fer. 4. cinerum.

medici, quod contra morbos corporis qui ex ſuperfluitate proueniunt, ſumma medicina eſt dieta, & abſtinentia animarum noſtrarum ordinauit nobis tempus, iſtius medicinæ ſcilicet abſtinentiæ & ieiunij, & hoc eſt tempus quadrageſima, quod hodie inchoatur.

V.

In tenui victu peccant ægroti, quo fit vt magis lædantur, ſi quidem quoduis peccatum grauius hic quam in paulo pleniore victu ſolet eſſe: eadem de cauſa ſanis etiam valde tenuis ſtataque & exquiſita victus ratio parum tuta, quia errata grauius ferunt. Quare tenuis exquiſituſque victus paulo pleniore exiſtit maxima ex parte periculoſior.

Sicut difficile eſt medico, ob varios ægrorum appetitus, morborum varietatem, diuerſam corporum temperaturam, ætatis diuerſitatem, & einſmodi bonam circa dietam tenere diſciplinam: ſic idem moraliter hominibus accidit. *Sed cum laborioſa res ſit quid neceßitas petat, & quid voluptas ſuggerat, dignoſcere & difficile ſit ardorem ventris edomare, & gulæ impetum temperare, inde dicit Auguſt. quis eſt domine qui aliquantulum extra metam neceßitatis cibum non ſumat! Et magnus diſcretionis labor eſt ventri exactori aliqua impendere, & aliquid denegare, & dando naturam nutrire, & non dando gulam reſtringere, maxime requiritur auxilium Dei, & indefeßis orationibus eſt inſiſtendum, vt habere quis ſciat mediocritatem, quæ homini præſtet nutrimẽtum, & quiſque talis eſt, magnificet nomen Domini: ventrẽ enim plus equo replere, & cibis aggrauare maledictione dignũ eſt, dicente Domino væ qui ſaturati eſtis; & ob id corpus ad operandum inutile redditur, & ineptum, & ad ſomnum procliue morbiſque ac læſionibus magis expoſitum, neque enim voluptas debet edendi finis conſtitui, ſed vita neceßitas repudiata voluptatis intemperantia; voluptati enim ſeruire nihil eſt aliud, quàm ventrem Deum conſtituere. Talis tamen datur regula, vt ab eſcis quas ſumere corporis neceßitate compellimur, in appetitu earum poſiti temperemus: item vt prorſus abalienemur ab his, quæ noxiam voluptatẽ promouent, in ſpeciali tamen certa meta, & regula conſtitui non poteſt. Nam in cibis quemadmodum alia eſt aliorum neceßitas, tum iuxtà exercitiorum differentiam, & corporis habitum: ita ſane & cibi diuerſa menſura eſſe debet, & reficiendi modus, vt impoßibile ſit omnes vno comprehendi canone, qui in pietatis exercitio ſunt, infirmorum ſiquidem aliud erit in reficiendo ſolatium, aut eius qui continuus operibus fatigatus eſt, vel etiam eius qui labori deſtinatur; vt pote moleſta alicui profectioni, aut ſi quid aliud eſt quod moleſtum ſit, & laborioſum, aut eorum, qui neceßitati fratrum ex officio adeſſe debent, quam illorum qui huiuſmodi neceßitatibus non ſunt occupati.*

Iacob de Graſſiis in ſerm ſpirit. par. 2. dom. 9. poſt trinit.

Lucæ 6.

Optima ergo temperantiæ regula eſt, quæ vnicuique eſt iuxta corporis virtutem admenſurata, ea alijs quidem propter laborum opus eſt vt plurimis ac ſolidioribus veſcantur, alijs vero tenuiora ac fragiliora conueniunt. Nõnullis etiam labor intenſus etiam nihil adferre moleſtiæ deprehenſus eſt, imo magis recreationem præſtare, quam moleſtiam propter corporis ſtructuram & virtutem rigidam & duram. Quod autem iſtis tolerabile eſt, alijs peri-

culorum occaſionem attulit: corporum ergo tantum eſt, inter ſe cõuenire diſcriminis, quantum inter æs & ferrum, itaque temperantiam cibi, & potus eligere conuenit, quæ conformis ſit virtuti corporis, vt neque minus exerceatur, quam exigant vires corporis, neque ad eas extendatur quæ illas ſuperent, ne vel corpulentia grauetur vel morbidum factum imbecillum reddatur corpus ad obeundum mandatorum exercitium. Pari enim damno anima vtrinque afficitur, dum aut immorigerata per corporis habitum caro in abſurdos motus laſciuit, aut languida remiſſa & immota doloribus deſtinatur. Non enim vacat animæ in tali corporis conſtitutione, vt cæleſtia libere ſuſcipiat, ſed ſumma neceſſitate deuicta doloris ſenſu occupatur, & ad corporis affectionem humiliata deflectitur.

Diſt. 41. quiſquis. 20 q. 4. c. fin.

Ex quibus omnibus concludamus, quod debemus cibum ſumere ſecundum quod conuenit ſuſtentationi naturæ bonæ valetudini noſtræ, ac etiam conuerſationi eorum quibuſcum viuimus, ne ſi generalem fratrum conſuetudinem excedamus, ſuper nos fratres ſcandalizentur: ideo ad euitandum ſcandalum aliorum, ſi eos cognoſcimus ſcandalizatos, & ſi occaſio incidit bonum eſſet de quolibet cibi genere aliquid ſumere: vt oſtendatur. Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: ſi vero aliquis cibus nobis eſſet noxius, tunc reddita ratione quod cibus ille nobis nocet, nõ erit amplius curandum, quia ex ſcandalo ex ignorantia efficeretur ſcandalum ex malitia.

1. Tim. 4.

Benedictus Victorius.

Quemadmodum hunc aphoriſmum conſcripſit, vt indicaret medico ipſum peroptimis rationibus victus ſtudere, ne ſui culpa proclametur ægrum moriturum, aut fame aut ingluuia; & dixit in tenui victu ægri delinquunt, quo fit vt magis lædantur: ſic confeſſarij animaduertere debent ne pœnitentes ob nimiæ abſtinentiæ præſcriptionem ieiunia frangant, & magis animam lædant, eorumque corpora macie extabeſcant, quia tunc animus ſuo officio fungi rectè non poſſet: nec ita plenum ieiunium præſcribere, vt ſpiritualibus animæ functionibus poſſit officere: ad medicos enim ſpirituales, vt ad corporales pertinet, tenuiorem, vel pleniorẽ victum inſtituere, vel à pleniore & tenuiori (ſi ratio poſtulat) recedere. ſic diuus Paulus modicum vini vſum ad fulciendam corporis debilitatem Timotheo, qui viuebat abſtemius præſcripſit.

V I.

Extremis morbis, extrema exquiſite remedia optima ſunt.

Benedictus Victorius.

Sicut medici extremis morbis extrema remedia inuenerunt, quæ ideo dicuntur extrema, quoniam in bonitate & forti operatione, quam corpori inferre habent, nulla ſupra ſe ipſa medendi cauſa fortiorem poſſident operationem, ſiue fuerint quæ victus rationem obtinent, ſiue quæ medicandi inſtrumenta alia vim habent; & intellige tu per extremos morbos, vltra quos non ſunt ſæuiores morbi. Sic eccleſiaſtici extremis morbis, vt hæreſi vltra quam non eſt crudelior in cœtu fidelium morbus, acerbiſſimas & extremas pœnas adinuenerunt, vt homines maxima hæreſeos impietate, ac nepharijs ſceleribus contaminatos facillime poſſent expurgare, ac grauitate ſuppliciorum refrenare; extremaque dicuntur, quia ad hæreſes expellendas homineſque in ſua bonitate confirmandas, cæteris meliora ac præſtantiora ſint habita. *Illa quidem inquiſitio valde ſeuera eſſe dicebatur, vt pote quæ non ſolum ad refrænandos animos; & audaciam ac temeritatem ſceleſtorum populorum ſit inuenta,*

Natalis Comes lib. 1. c. 2.

inuenta, ſed etiam ad cæteros per atrocitatem ſuppliciorum ab impietate deterrendos. Nam grauiſſima ſupplicia grauiſſimis ſceleribus conuenire iure cenſentur: eſt autem huiuſcemodi quæſitio apud Hiſpanos excogitata, primum vt eximia ſeueritate puniant propter impuriſſima ſemina impietatis ibi nata eos, qui hæreſeos condemnati fuerint: atque condemnatorum bona ad terrorem eiectis domo filiis, & vxoribus omnia ita addicuntur, vt vna pars accuſatori, alia pauperibus, alio fiſco Principis aſſignetur, ad bellicos ſumptus, aduerſus impias nationes.

Sicut in re medica, remedium debet eſſe æquale morbo: ſic & in ſpirituali. *Non ſolum hoc obſeruat supernus ille iudex, vt ſceleris magnitudini, pœna ſeueritas reſpondeat (iuxta illud, quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuerit, tantum date ei tormentum, & luctum) ſed etiam vt ſceleris indignitati qualitas reſpondeat ſupplicij qua de cauſa Dominus Pharaonem, qui aquis Hebræorum filios interimebat, aquis etiam criminis huius pœnas pendere voluit. Ob hoc autem Sap. 19. legimus. Ducebat ad hoc illos digna neceſſitas, & horum quæ acciderant commemorationem amittebant, vt ea quæ tormentis deerant repleret: Hoc eſt, vt poſt cæteras plagas hac nouiſſima puniretur: vt aquis interirent, qui aquis innocentes paruulos interficiebant.*

Lud. Granat. in ſylua loci com.

Sicut medici extremis morbis extrema remedia adhibent: ſic Deus atrociſſima peccata, atrociſſimis pœnis caſtigat: quæ nam ſint grauiſſimæ pœnæ, quibus peccatores Deus, non vt pius pater, ſed vt ſeuerus iudex afficere ſolet, ſunt eæ quas Lud. Granatenſis recenſet. *Cæterum quod plaga inimici percutit, variè & multipliciter punit: aliquando enim nullo in hac vita ſupplicio afficit, ſed eos ſibi ipſis, ſuiſque cupiditatibus, ludibrioque fortunæ permittit, vnde eſt & illud. Exacerbauit dominum peccator; ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret. Hoc eſt non punit in præſenti, vt acrius ſæuiat in futurum. Aliquando fidei candelabrum ſubtrahit, cum prauos homines in errores labi permittit, vt ipſe in Apocalypſi minatur. Aliquando ſubtrahit auxilium illud, quo fuerat homo conuertendus quo ſubtracto dicitur vel obdurare, vel excæcare, quod genus ſupplicij maxime formidandum eſt, hoc enim tempore, nec verbis, nec verberibus, neque etiam miraculis proficit homo. Magnum enim miraculum fuit, quod triennio Elias orationis ſuæ virtute cœlum clauſerit,: quo tamen Rex Achab adeo commotus non eſt, vt gentes & regna omnia adiurauerit, ad necem quærens hominem quem cœlis & aſtris imperaſſe cognouerat. Aliquando vero (quod grauiſſimum ſupplicium eſt) peccatum peccato punit: quod illa Prophetæ ſiue imprecatio, ſiue prædictio deſignat. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam. Aliud vero caſtigationis genus, & non minus acerbum: cum videlicet Dominus puniens non agnoſcitur, cum tamen ſcriptum ſit: Cognoſcetur Dominus iudicia faciens. Huius autem ſiue cæcitatis, ſiue obdurationis multa ſunt in ſcripturis teſtimonia. De hoc enim & Propheta queritur, cum ait percuſſiſti eos, & non doluerunt, &c. itemque & populus non eſt reuerſus ad punientem ſe, &c. & ipſe quoque Dominus de hoc quæritur, cum ait; fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt. Et ſuper quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem, &c. Amos autem 4. cap. habetur locus inſignis, in quo varia Dei flagella enumerantur, quibus homines penè attriti atque conſumpti tamē obfirmato animo in ſceleribus ſuis perſtiterunt; vt de illis quidem merito dici poſſit. Diſſipati ſunt, nec compuncti: talis autem ſimiles iji eſſe videntur, quibus Moſes dixit: oculi veſtri viderunt ſigna illa atque prodigia, quæ fecit Dominus in terra Aegypti, & non dedit vobis Dominus oculos*

Lud Granat. in ſylua cor. com.
Apoc. 2.
3. Reg. 17.
Iacob 5.
3 Reg. 18.
Pſal. 68.
Pſal. 9.
Hier. 5.
Hier. 2.
Iſaia 1.
Pſal. 34.
Deut. 4.

oculos videntes, & aures quæ poſſent audire, & cor intelligens vſque in præſentem diem. Tot enim miraculis inſpectis vitulum fabricauerunt, & dixerunt. Ecce Dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Qua cæcitate quid fingi horribilius potuit? His ergo ſimiles videntur, qui cum Deum videant homines, quos ipſe condidit & redemit gladio aut peſte, aut fame multantem, variiſque plagis furoris ſui magnitudinem teſtantem. neque oculos habent, neque mētem qua tam euidenti indicio & furorem Domini indignantis, & ſcelera ſua agnoſcant. Et quidem de Iudæis dicitur, cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum, itaque qui miraculorum magnitudine non excitabantur, pœnarum ſeueritate coercebantur, at iſti ne tot quidem plagis attriti, diuini furoris prauitatis ſuæ magnitudinem intelligunt. *Pſalm. 77.*

Porrò inter omnia extrema vitia 1. eſt obſtinatio, quam ſummopere euitare debemus, quia multa mala, ſed tria præcipuè operatur in homine. †

Guillel. Pe pra. in Elucid. in Confiteor.

Primo enim impedit fructum prædicationis, & ſanctæ exhortationis, in cuius rei ſignum legitur Lucæ octauo, quod illud ſemen quod cecidit ſupra petram, narum aruit, quia non habebat humorem, vbi per ſemen intelligitur verbum Dei, iuxta explanationem Chriſti ibidem: per Petram autem intelligitur cor durum & obſtinatum, in quo ſemen diuini verbi non proficit, eo quod non habet humorem gratiæ deuotionis ſpiritualis aut manſuetudinis: euidentiſſimum igitur ſignum cordis lapidei, & reprobariſſimæ obſtinationis eſt, cum quis non libenter audit verbum Dei, quia ſcriptum eſt, Ioan. 8. Qui ex Deo eſt verba Dei audit, & idem iudicium eſt cum quis non vult audire, grauoſas aliorum admonitiones, ſeu exhortationes ad bonum, vt ſunt illi qui dicunt his, qui eos admonent, charitatiue de ſua ſalute, ſitis ſolliciti de vobis ipſis, & non de alio. Hinc ſcriptum eſt, Prouerb. 18. Peccator cum in profundum peccatorū venerit, contemnit, ſupple omnia remedia ſalutis, ita vt etiam de illis loqui audire non velit.

Secundo obſtinatio auget & accumulat culpam, & conſequenter pœnam, & damnationem æternam, vnde Apoſtolus ad Rom. 2. cuilibet obſtinato loquitur, dicens ſecundum duritiam tuam, & cor impœnitens, theſaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius; & non quod dicit Theſaurizas tibi iram in die iræ, id eſt, pœnam in die iudicij, quia tunc obſtinati plus punientur, quā cæteri, qui non tamdiu in peccatis perſeuerauerunt, aut qui culpā ſuam non defēderunt, ſiue qui remedia ſalutis non contempſerunt, ſicut ſupple faciunt obſtinati: propterea bene ſcriptum eſt eccleſiaſtici tertio, quod cor durum malè habebit in nouiſſimo, id eſt, in die iudicij, vel ideo dicit Apoſtol. de obſtinato quod theſaurizat ſibi iram in die iræ, &c. quia tunc Chriſtus oſtendet ſe mirabiliter iratum contra quemlibet, tamen Pſal. Loquetur ad eos in ira ſua, & furore ſuo conturbabit eos, eo ſcilicet quod noluerunt audire Dominum ſæpe interius ad eos loquentem, & de ſua ſalute ſalubriter admonentem, nec ſimiliter prædicatores, aut quoſcunque alios exteriores admonitores.

Tertio obſtinatio excludit & forbannizat hominem à cœlo; ſolis enim obſtinatis & qui impœnitentes moriuntur, clauditur ianua regni cæleſtis;

Nam

Nam vt habetur 23 q.2.c.legatur,item c.damnationis? obſtinato in malitia Deus nunquam miſerans fuit;hoc autem euidentiſſimè patuit in malo Angelo,quem primum obſtinatum peccatum reddidit,& ideo illi non eſt miſertus Dominus, ſed mox ad profundum inferni ipſum cum ſibi adhærentibus confuſibiliter & perpetuo detruſit: Quod ſi obſtinatio Angelum de cœlo eiecit, quo illuc aſcendere valebit, qui obſtinato animo peccat, & in peccato perſeuerat certe non video. Et ideo ſupra modū debemus chariſſimi vitare obſtinationem.Quod ſi ex humana fragilitate aut paſſione peccemus;ſtatim obſtinationem vitemus.

2. Eſt excæcatio,nam *beatus Auguſtinus,beatus Chryſoſtomus,& Primaſius,atq; etiam doctores, Scholaſtici, Alexander de Ales, Diuus Thomas, Diuus Bonauentura, hi omnes concludunt peccatorem in pœnam grauiſſimorum peccatorum à Deo excæcari: Et hæc eſt durior pœna, qua Deus in hoc mundo peccatorem punire conſueſcit, ſcilicet excæcari eius mentes, vt ea quæ audit nec cognoſcat,nec intelligat.*

Refert Philippus dies in cōc. Aug. l. 2. cōtra Fauſtū cap. 9.
Chryſ. ſu. epi. ad Ro. ſerm. 9.
Primaſius ſu. epiſ. ad Rom. 11. c.
Alex. de Ales I. p. q 29.
Petrus Berchorius in promp. mor.

3. Eſt deſperatio & præſumptio quæ etiam eſt vltimum vitiorum vt inquit Berchorius; Deſperatio eſt vltimum vitiorum, iſtud eſt enim cui nullum poteſt remedium adhiberi: quamdiu enim ſumus in vita iſta:ſemper debemus viuere in ſpe veniæ & ſalutis: cum pro tempore vitæ huius nunquam ſit clauſa ianua redeunti. Duo enim ſunt vitia valde periculoſa: vnum quo periclitantur quandoque boni: aliud quo periclitantur ipſi mali. Vię præſumptio de meritis,& deſperatio de peccatis. Quia boni de meritis præſumentes faciliter corruunt. Mali vero deſperantes ſine remedio ſe ſubuertunt: oportet ergo de virtutibus non præſumere: & non de criminibus deſperare: quia ſcilicet iuſtus quandoque cadit & perit: impius vero quandoque pœnitet,& reſurgit. vnde Auguſt. li. de Symbolo dicit ſic, Latro agnouit,& Petrus negauit. Caueat ergo bonus ne præſumat per ſuperbiam: malus vero ne deſperet per malitiam, & breuiter deſperatio fugienda eſt,& timenda: quia

Animam iugulat à bonis euertens.
Crimina cumulat à recto peruertens.
A cælis exulat ad ima diuertens.
Inferis copulat penitus ſubuertens.

Dico ergo quod deſperatio à bonis euertit animam iugulans,deſperatio enim proprie eſt animæ totalis euerſio, & ipſius ſpiritualis iugulatio: quia ſcilicet anima per deſperationem à virtutibus,& à fide euertitur: captaque ad infernum trahitur,& ibi perpetuo iugulatur.

4. Amiſſio miſerationis vltimum miſeris eſt malum vt Quintilianus ait: *Famem ipſam infamauimus, & quod miſeris vltimum eſt,miſerationem quoque perdidimus*. Maxima infelicitas quando id accidit, & præſertim in excelſo loco collocatis, vt Meſſalinæ de qua Tacitus. *Spatium vrbis pedibus emenſa, vehiculo quo purgamenta hortorum eripiuntur Hoſtienſem viam intrat, nulla cuiuſquam miſericordia,quia flagitiorum deformitas prævaluerat.* Et Vitellio de quo idem. *Vincta penè tergum manus laniata veſte, fœdum ſpectaculum ducebatur multis increpantibus, nullo illacbrimante; deformitas exitus miſericordiam abſtulerat.* *Decla 12.*

Iac. Haninus lib. 2. de cum. c. 4. num. 15. Iacob. Ayrrus in l. 1. vt vim ff de eoſt. & iur. num. 30.

Iuris periti vero ſicut patricidium extremum omnium delictorum ponunt, vt Iacobus Agninits, ſic per conſequens. *Pœna parricidis omnium pœnarum grauiſſima eſt per text. in l. 1. vbi Hyppol. de Marſil. num. 8 ff. ad leg. pomp. de parricid. §. alia inſtit. de publ. iudic. His qui patrem occidit, vel matrem more maiorum ſanguineis virgis verberatus, deinde culeo inſutus, cum cane, Gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia in profundum mare iactatur, vel ſi mare non ita proximum ſit, beſtijs obijcitur: ita Modeſt. in l. penult. ff. ad l. pomp. de parricid. §. alia inſtit. de pub. iud. l. vnica, C. de his qui parent vel lib. occid. Hypp. de Marſ. in d. l. 1. nu. 9. ff. ad pomp. de parricid. Bonif. de Vitell. in tract. malef. lib. 2 Robr. de parricid. num. 2.*

Herodot. l. 2.

Sicut extremi morbi extremis remedijs curantur: ſic *atrocia delicta puniuntur atrocibus pœnis*, ratio eſt, quia pœna cum ſcelere, modus pænæ cum modo delicti debet congruere.

Hieron. Gigas in. tract. de crimen læſæ Maie. q. 3. n. 6.

Quare Iuriſperiti ex qualitate pænæ maius aut minus delictum cognoſcunt. *Maius & minus delictum ex qualitate pænæ cognoſcitur, cum pæna delicto ſit commenſuranda, vt dixit Bal. in c. 1. in 1. not. in titul. de vaſal. qui contra conſt. Lot. in vſibus.*

Imo Deus in executione legis ſuæ, hoc ſeruat, vt plerunque eodem genere in quo quis peccat puniat: vt enim inquit quidam. *Lege Dei, lege naturæ, lege omnium gentium receptum eſt, pro æquiſſimo, vt quiſque aſpectet ſibi irrigandum, quod alteri priuata cupiditate intulerit. ſic plerunque ij qui in iuuentute ſuas libidines ſectantur, ita à Deo puniuntur: ut vel vxore minus honeſta, aut pudica potiantur (cum per quæquis peccauit: per ea etiam vt plurimum puniantur) vel in acquiſitione facultatum, & in vita coniugali, omni careant ſucceſſu & felicitate: vel omnino nullos, vel omnino degeneres procreent liberos: vel eorum familia non ſit diuturna. Nec harum rerum exempla deſunt Dauid.*

Refert Auct. axiom. œcono.

Dauid peccat adulterio: filius Abſalon contaminat patris vxores medio die.

Hieroſolyma capit Chriſtum in horto, miniſterio militum Romanorum: poſtea à militibus Romanis excinditur, & ſolo æquatur.

Adonibezocus amputatis pollicib. manuum & pedum occiſus eſt: cùm itidem antea ſeptuaginta Regibus feciſſet, *Iudic. 1.*

Ioas interfecit ſanctiſſimum & modeſtiſſimũ Virum Zachariam, filium Ioiadæ ſacerdotis. Quare viciſſim à ſeruis interfectus eſt: vt modus pœnæ congrueret cum modo delicti.

Interfecerat Iehoiakim ſanctum & innocentem Virum Vriam, qui fugerat in AEgyptum: & iuſſerat cadaver ipſius ſine honore ſepulturæ abijci. Quare cùm per hæc peccaſſet: per eadem punitur. Nam interfectus ſepelitur ſepultura aſini: vt modus pœnæ congruat cum modo delicti.

Nullus ex interfectoribus Cæſaris triennium dicitur ſupervixiſſe. Brutus & Caſſius, iiſdem gladijs, quibus Cæſarem, ſeipſos iugularunt.

Valentinus III. Imperator Maximini coniugem ſtuprauit. Sed à Maximino interficitur: ipſiuſque coniunx rurſum à Maximino ſtupratur.

Adolphus Imperator Comes Naſſauienſis, manu Alberti Auſtriaci confoditur in pugna ad Spiram, 6. Non. Iul. An. 1298. Albertus autem iterum interficitur non procul à Rheno.

Aliorum

Aliorum multorum exempla apud eundem Autorem legere poteris.

VII.

Cum itaque morbus peracutus eſt, extremos protinus labores habet; ſummeque tenuiſſimo victu eſt vtendum. Quum vero non eſt, ſed pleniorem victum licet exhibere, tantum de extrema victus tenuis ratione remittendum, quanto extremus morbus fuerit remiſſor.

Sicut in morbis peracutis, quia extremos habent labores, & quia grauiſſimis accidentibus corpora affligunt, mortemque afferre valent, extremè tenuiſſimus victus exhibetur: ſic in animi ægritudinibus, & in vehementiſſimis tentationibus, quæ animam acerrimè cruciant, ac torquent, eamque in ſummum periculum poſſunt adducere, exquiſitiſſimo ieiunio eſt vtendum.

Sicut medici pro vt morborum, ac ægrorum ratio poſtulat, pleniori vel tenuiori victu vtuntur; & vbi conuenit dietæ rigorem relaxant vel aſtringunt, remittunt autem vel quando morbus non eſt peracutus, vel quando periculum nō imminet, intendunt autem quando morbus peracutus eſt, vel periculoſus: ſic prælati iuſtitiæ rigorem vbi congruit remittant, & vbi expedit intendant. *Eſt autem remittendus ſiue temperandus ex duobus: primo ex multitudine peccantium, 1.q.7.c. quoties extra de tranſ. cap fin. vnde verſus communis Ob populum multum crimen pertranſit inultum. Quando autem eſt multitudo in cauſa, tunc prælatus incipere debet à ſpiritualibus proximis, vt eorum exemplo frangatur cætera multitudo 54. di. c. comeſſationes.* *Gemin. in ſum. de exemp l.8. cap 61.*

Item puniendi ſunt maiores de vniuerſitate, qui alios trahunt ad peccatum extra de eccleſ. excom. c. latores.

Secundo temperatur rigor ex qualitate peccantium quia deferendum eſt perſonæ, & dignitati extra de offic. de leg. c. ſane. cap. quia & c. poſt. & extra de mai. & obe. c. per tuas 45 di. c. cum beatus 50. di. contumaces 2.q.7. quiſquis 24. 45. c. qui contra pacem ff. de pœnis. l. vt ſeruorum. ita tamen quod non deſeratur iuſtitia vitæ, quia ſecundum Auguſt. ſiue plectendo ſiue ignoſcendo, hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur 22. q. c. prodeſt. eſt etiam interdum rigor augendus ex duobus primum cum peccatum ex auctoritate defenditur de pœniten. di. 6. c. 1. in fin. item ſecundo cum vſitatum eſt malum, & multis graſſantibus opus eſt exemplo 1.q.1.c. reperiuntur ff de pœnis l. aut facta §. vlt.

Debent autem prælati rigorem intendere; *Quando delicta reiterantur, quando ſunt ſcandaloſa, quando multis noxam afferunt, quando contagio ſerpunt, quando eccleſiaſticum ordinem interturbant, quando ianuam alijs peccandi aperiunt, &c.* *Petrus Ioannotus lib. 3. mor. c. 22.*

VIII.

Quum morbi vis eſt maxima, tum vel tenuiſſimo victu eſt vtendum.

Sicut quando morbi vis eſt maxima, tunc tenuiſſimo victu egros oportet vti: ſic quando tentationis vis eſt magna, exactiſſimo ieiunio vtendum, vt ſuggeſtionibus reſiſtere tentari poſſint.

IX.

Sed ex ægroto coniecturam facere oportet, an is cum præſcripto victu perſtet ad morbi vſq; vigorem, anue prius deficiat, imparque cum tali victu ſuccumbat, quam cedat morbus & obtundatur.

XIII.

Ieiunium ſenes decrepiti ferunt facillime, ſecundum hos qui conſtantem ætatem agunt: minus adoleſcentes, minimè omnium pueri, atque eos maxime, qui acriore ſunt & viuidiore ingenio præditi.

XIIII.

Qui creſcunt, natiuum calidum habent plurimum: itaq; copioſo quum alimento egeant, abunde ipſis ſuppeditare oportet, alioquin corpus conſumitur: in ſenibus vero ineſt calidi parum, paucis propterea ſuccendiculis egent, ſi quidem multis extinguitur; ob eandem cauſam nec ſenibus febres perinde acutè fiunt, frigidum enim eorum corpus.

XV.

Ventres hyeme ac vere natura calidiſſimi, & ſomni longiſſimi per ea igitur tempora plus cibi dare oportet: ſic quidem plus natiui caloris habent, quo fit vt copioſiore alimento egeant, argumento ſunt ætates & Athletæ.

Quibus

XIII.

Quibus etiam ſemel ne an bis & plus minuſue, & gradatim præbere cibum conueniat ſpectandum, dandum vero aliquid tempori, regioni, ætati, & conſuetudini.

XIIII.

Æſtate & Autumno cibi copiam ferunt difficillime, hyeme facillime, vere minus.

Quemadmodum medici in dietis conſtituendis rationem habent ægrorum, ætatum, temporum, & huiuſmodi rerum, vt ex ſuperioribus aphoriſmis conſtat; ſic Theologi in præcipiendis ieiuniis, eadem conſiderant. *Nam certe ieiuniorum Eccleſiaſticorum leges ita conueniunt, vt ſi ſyncere expendas, nihil contineant quod medicis rationibus non confirmetur, aut ſecus ac ſi Hippocrates & Galenus, Auicenna, Paulus, Celſus cum Apoſtolis, Gregorio, Hieronymo vtroque Clemente Calixto, Teleſphoro, Leone. Baſilio, omnibus conciliis, ipſo decretorum tempore ſuffragia rogati interfuiſſent, & conſenſiſſent.* Quamobrem idem autor eoſdem Aphoriſmos ad Eccleſiaſticum ieiunium optime his verbis refert. Rigorem eundem non omnibus conuenire Hippocrates ipſe aurea ſententia indicauit, ætati, tempori, naturæ, ac conſuetudini (quibus rectè addideris, regioni, ac climati) aliquid indulgendum docens. Proindè æſtate, & Autumno cibi difficillimè feruntur, hyeme facillimè, ſecundum locum ver habet; ſenes ieiunium facillimè ferunt, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcentes, omnium minimè pueri, præſertim qui inter ipſos ſunt viuidiores, Qui creſcunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento, alioquin corpus abſumitur, ſenibus vero parum calidi innati eſt, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hyeme, & vere quidem ventres calidiores, ideoque copioſum alimentum exigunt, calor quippe introrſum per ἀντιπερίςασιν cogitur iis anni cõſtitutionibus; hyeme quidem, & veris initio, quod hyemis quaſi natiuam indolem ex ſucceſſione mutuetur. Sed non ſatis eſt ipſum tempus cõſideraſſe, niſi etiam corporum per ipſa tempora diſpoſitionem, quæ humida cum ſint, & cruditatibus onerata conſtat minimè alimentis grauanda, quod plus ſatis calor in centrum coactus inueniat in quæ ſe totum impendat, & exerceat. Sed quemadmodum cõiectari oportet an æger cum victu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat, & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare; ſic etiam expẽdendum eſt, quouſque, & quatenus ieiunia quiſpiam & maxime quadrageſimam quiuerit peragere. Etenim pueri excipiendi ſunt, quiq; adhuc creſcunt, In quibus multum conſumitur. Prægnantes, & lactentes quod plures alant pluri cibo indigent: infirmi, & ſenes, non tam crudi illi, & ὠμογέροντες virentes ab anno quinquageſimo ad ſexageſimum (de quibus Hippocratis paulo ante citata verba intelligenda ſunt) quam decrepiti, ſæpius

Ioan Viringus de ieiun. & abſtin. ant. l. 5 c. 12.

Idem c. 18.

pius

pius & patrum nutrimẽti poſtulant, quod calor in illis debilis ſit, & ob partium duritiem tardior ciborum diſtributio. Deniq; viatores, foſſores, meſſores, helcyarij, baiuli, fullones, fabri, cęteraq; operariorum turba, quando cõfertim, & plurimum exhauriuntur, iuſtà ratione à ieiunio excuſantur: nec minorem noxam à ciborum priuatione experiuntur φιλόμουσοι qui plurimum ingenio, & voce contendunt, quos prius ex Eccleſiæ archiuis deſcripſimus. Bilioſi quoque, & ad choleram procliues inediam ferendo nõ ſunt, quod magis accendantur, & turbentur humores; à piſcium tamen eſu non poſſunt excuſari, ob contrarietatem temperamenti, piſces enim frigidi & humidi, illi vero calidi & ſicci. Vt in ſumma dicam idque ingenuè, nemo de abſtinentiæ legibus vllo iure conqueri poteſt, cum ſi valetudo firma fuerit omnis noxę occaſio prudentiſſimè præſcindatur: ſin autem infirmior, aut debilis, eximatur. Iam vero etiam lacticiniorum pleriſque in locis vſus conceditur, tum quod natura humana tempore atteratur, tum quod maleuolis occurrendum indulgentia ſit, & pietatis vigor defer buerit;

Arnoldus Villano: introduct. cap. 66.

Explicatio IX. Aphoriſmi.

P. Berchorius.

Sicut medici ex ægrotantis viribus indicationes ſumunt: ſic & medici ſpirituales vires conſiderant. Nam iuxta vires eleẽmoſynæ faciendæ. *Vires temporales ſunt diſpenſandæ. Iſtæ autem ſunt vires ſubſtantiæ temporalis, quibus ſunt eleẽmoſynæ faciendæ, vnde Eccle. 14. ſecundum vires tuas porrige & da pauperibus.*

X.

Quibus itaque vigor ſtatim futurus eſt, tenuiter ſtatim habere oportet: quibus autem poſterius, & in ipſo vigoris tempore, & paulo ſub ipſum, de victu demendum. Antea vero plenius vtendum, vt ægrotus perferre queat.

Sicut quando futurus eſt vigor, tenuiter medici ægros victitare debent, & etiam in quibus poſterius, & in ipſo vigoris tempore, quia his temporibus Natura auxiliis indiget, antea vere plenius, vt ęgrotus ferre queat: ſic in morbis ſpiritualibus quando futurus eſt vigor alicuius inſurgentis mali, vel tentatiónis, maxime ieiunare oportet, omni eo tempore, quo animus eiuſmodi remedio indiget: reliquo vero non tam tenuiter eſt ieiunandum, ne vires corporis, & per conſequens animæ quoque penitus infringantur, aut valde debilitentur.

X I.

In ipſis tamen exacerbationibus cibum adimere oportet: nam præbere noxium: & cum per circuitus redunt morbi, in ipſis acceſſionibus abſtinendum.

Quemadmodum quando adſunt paroxyſmi, aut ſunt adfuturi, à cibo eſt abſti-

abſtinendum: quia tunc morbi magis incēderentur, atq; ingraueſcerent: ſic in acceſſionibus ſpiritualium morborum, pręſentibus vel futuris, ab obiurgationib. eſt abſtinendum; quia non minus vitia animi, quàm corporis inualeſcunt, atque incrudeſcunt teſte Chryſoſt. *vt corporis morbi attritu ipſo fiunt curatu difficilia: ſic natura comparatum videmus, vt animi morbi ſi irrites, exaſpereſque, magis rebellent, atque incrudeſcant, dominorumque ſuorum peccata augeant.*

Idem verificatur de iis, qui in feruore & acceſſione bellorum aut diſcordiarum pacem componere ſibi perſuadent: vt enim inquit Remigius Fiorētinus. *Il metterſi à voler negoziar, e trattar di pace tra coloro, che ſono in guerra, non è picciolo peſo, e maſſimamente quando inimici, o ſon molto gagliardi, in ſu l'arme, o ſono molto irritati, e caldi per le freſche ingiurie. Ragionar in quel tempo par ſuperfluo, eſſendo ciaſcuno deſideroſo di prouar le ſue forze, & a chi rieſce, il far la e conchiuderla, ſi può reputar per molto auuenturato, e per molto ſauio, non parendo poſſibile il poter in vn ſubito raffreddar gl' animi grandemēte riſcaldati, e placare in vn tratto le perſone molto adirate.* *Remigio Fiorent. nelle cōſ. ciuili ſpral. del Guicci. hiſt. & c.*

Sicut quamdiu homo eſt in acceſſione & calore febrili, periculoſum eſt manducare, ſed non quando ſudauit & refrigeratus eſt, ita homo qui eſt in ardore peccati, cum acceſſione, tunc periculoſum eſt ſumere eucharistiam: ſed quando ſudauit per contritionem, & refrigeratus eſt per peccati deteſtationem, tunc poteſt comedere; aliter non vnde dicit cum mundatus fuerit, veſcetur, ſanctificatus, ſcilicet corpore, & ſanguine Chriſti. *Ioan. A. S. Gemi in conc. Quadr. ser. 2. Hom 3.*

Sicut infirmus qui vitiorum adhuc acceſſiones patitur, debet ſeruare diætam, quam ei Medicus indicit; ſi cito plene deſiderat ſanari. Ita & tu nihil facias quod magiſtrum tuum nolle præſumas: te enim dediſti ei propter regnum cœlorum iam non & tuus ſed eius, cui te vendidiſti, & ideo nihil licet tibi de te agere ſine eius voluntate, ipſe enim eſt dominus tuæ voluntatis. *Dauid de Auguſta in opuſculis c. 2. de formula nouitiorum.*

Cum aliquis acuta febri laborat, in eius feruore non datur illi manducare; quoniam eſſet irritare ignem, & magis accēdere febrim; ſimiliter cum quis nauſea laborat, non datur illi potio, quia prouocaret ad vomitum. Expectate (inquit medicus) donec recedat febris, aut mitigetur ardor, & tunc date illi cibum. Expectate donec ſtomachus ſedetur, & cum primum quieuerit, date illi potionem: ſic fratres vt proximum corrigatis, tempus & occaſio vobis eſt obſeruanda. Ne accedatis cum ira febre laborat, non quādo freneſi alicuius paſſionis eſt alienatus, quoniam amplius indignabitur, & ſanctum à ſe conſilium expellet. Expectate donec furor ille pertranſeat, & tunc accedite & arguite illum. *Philip. Diez. in conc. tom. 2 in feſt. inuēt. S. Crucis. con. 4.*

Sicut morbi in ſuo vigore non admittunt curationem: ſic calamitates priuſquam deferbuerint omne ſolatium fomentumque repellunt: ſederunt amici Iob, Eliphaz, Baldath & Sophar tres reges ad Regem ſeptem diebus, ac ſeptem noctibus, & nemo loquebatur, mediocres enim calamitates ſilentio onerantur. *Chryſ. Hom. de pati Iob.*

XII.

Acceſſiones vero & conſtitutiones morborum indicabunt tum morbi ipſi, tum tempora anni, tum periodorum proportionis inter ſe obſeruatio, ſiue ea quotidie, ſiue alterius ſiue maiore interuallo fiant, ſed & ex ijs, quæ poſtea apparent indicia ſumuntur, velut in pleuritide ſputum, ſi ſtatim initio appareat,

breuem ſore denunciat: ſi vero poſterius conſpiciatur longam: Quinetiam vrinæ alui fæces, ſudores, & iudicatu faciles, aut difficiles, & breues aut longos morbos fore, quum ſuperueniunt demonſtrat.

Petrus Beſſer. &c. Sicut corpus humanum morbo laborãs diuerſis temporibus acceſſiones ac paroxyſmos patitur: ſic natura humana febrib. occupata paroxyſmos eſt paſſa quotidieque patitur, vt enim inquit Petrus Beſſeus. *Humana natura eſt mater; filia Eccleſ. huic deſpõſatus Petrus fuit. O quantis illa febribus æſtuauit & quamdiu? & iis cõtagioſis, violẽtis, lentis: vis morbi ad omnes peruaſit: non erat ſanitas omni carni.*

Paroxiſmos quis enumeret? Paradiſiacum: Caynum. Diluuialem 40. dierum Patriarchalem: Aegyptium 40 annorum: Eremiticum: Moſaicum: Ducalem, Regium Babylonicum, denique exitialem. Quid de hortenſi dicam, à Chriſto perpeſſum agoniſticum? Quid de Cruciario? Criſes hæ vnius Ieſu cæteras ſupergreſſæ ſunt vniuerſas. Etſi ad dictas annumeres & haſce. Flagrantis Sodomæ: Gen. 19. Aeſtuantis Samariæ, 4 Reg. 17. Ab ſiti & ſiccitate triennali. Ignium cœlo lapſorum ad Eliæ vocem, queis quinquagenarij abſumti ſunt. Aliaſque ſimiles.

Hæmorrhoiſſæ 10. annis ægræ miſertus Ieſus, Luc. 8. At hac mundus febri conflictatus fuit 4000. annorum: ſic vt à planta pedis, vſque ad verticem non eſſet ſanitas in eo. Iſa. 1.

Modos ſui ſanandi expertus eſt pene omnes. Vt Balnea maris rubri, Iordanis, diluuij, ſanguinis victimalis. Diætas: vt famem ſeptennem in Aegypto: Moſes 40. dierum ieiunium in deſerto. Cœli mutationem migrando ex Aegypto in deſertum, in Chanaan: mutationem cibi, ideo manna datum. Fruſtra omnia.

Conſuluit varios natura humana, vt ſaneretur: Vt Patriarchas, Prophetas, Reges: Demum ita cum Iob 19. queritur. Miſeremini mei ſaltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me. Amicos vocat Angelos: Sic Patres explicant. Ita cũ Dauid, orabat, Pſ. 84. Oſtende nobis Domine miſericordiã tuam. Et hoc fruſtra. Donec Deus ipſe naturã humanã aſſumeret: Tũc, ait Aug. magnus de cœlo medicus venit, quãdo magnus in terris iacebat ægrotus.

Author. *Sicut acceſſiones ex generibus morborum: nam ſi erit tertiana, de tertio in tertium accedet, & ſic de ſingulis, & ex iis quæ apparent, & ex aliis ſignis medici cognoſcunt, ſic morales ex generibus vitiorum, & ex aliis indiciis acceſſiones percipiunt v. g. ſi amor eſt magnus, affectio erit continua & longa, quia ſingulis diebus eiuſmodi amantes in fletum & lacrimas reſoluuntur. pallidi & exangues ſunt: ſciunt enim amorem inter cætera habere originem ex ſanguinis qualitate, maciem palloremque ex corrupto calore contrahere: ex quo colores obſcurari eſt neceſſe, & ex ceteris apparentibus ſignis, nam ſi homines vno eodemque die per eandem plateam obambulant: aliquamque mulierem contemplentur, morbo amoris eos laborare, eſt indicium.*

Iac. de Graſſys in Ser. ſpirit. Sicut in morbis corporis acceſſione vna ſuperata, ſuccedit alia: ſic in affectibus animi quãdo aliqua tentatio tollitur, altera ſecura expectatur. *Quod ſi forte nobis tollitur aliqua, alteram ſecuri expectemus. Aduerſarius enim noſter tamquam leo rugiens, & hoſtis clauſos obſidens muros explorat, ac tentat, an ſui pars aliqua mẽbrorũ minus ſtabilis, ac minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur, offert oculis formas illicitas, & faciles voluptates vt viſu deſtruat caſtitatem, aures per canoram muſicam tentat,*

vt

vt ſonus dulciori auditu ſoluat, & molliat Chriſtianis vigorem, honores terrenos promittit, vt cœleſtes adimat; oſtendit falſa, vt vera ſurripiat.

Explicatio 14. Aphoriſmi.

Sicut apud medicos varium eſt genus alimẽtorum, ſic apud Theologos nutrimentum ſcientiæ, lectionis, gratiæ, deuotionis, amoris, dilectionis, ſplendoris, & cõtemplationis inuenitur. *Iſta ſunt quædam aquæ ſpirituales, quib. anima vegetatur, quibus vita ſpiritualiter continuatur, & quibus animæ moralis quantitas augmentatur. Sicut ad hoc, vt corpus poſſit nutriri, tria requiruntur.* *Petrus Berchorius in promp. mor.*

Vigor radicatiuus,	*Sic ad hoc quod homo poſſit ſpiritualiter nutriri neceſſaria*
Humor vegetatiuus,	*ſunt Tenor firmitatis, Humor pietatis, Calor charitatis,*
Calor augmentatiuus.	*lege Berchorium.*

Sicut nutricatio fit à natura intrinſece, homine cibum apponente, ſic eodem modo virtutis fit augmentum.

Primo igitur dico quod eſt augmentũ virtutis quod fit iterius. quando enim homo culturam diligentiæ & pœnitentiæ apponit, tunc Deus incrementum & augmentum virtutum multiplicat & apponit. 1 Cor. 3. ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incremẽtũ dedit. vnde 2. Cor. 9. Multiplicabit ſemen veſtrũ, & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. *Petrus Berchorius in promp. mor.*

Sicut qui corporaliter creſcunt, plurimo nutricatu eſt opus, nam quod augetur calidiſsimum eſt, & quo calidius eſt, eo maiori ac liberaliori indiget alimento. *Sic ſi volumus creſcere ſpiritualiter, & æternaliter, neceſſe eſt, quod habeamus mentis feruentem inflammationem. In lucem ſolemque inquit conuerſus eſt, creſcere enim debemus & conuerti in lucem ſplendentis cognitionis, feruentis dilectionis: calor enim naturalis eſt cauſa naturalis crementi, quare quanto homo magis feruet interius per charitatem, tanto magis creſcit ad ſpiritualem ſanctitatem, & ad æternam felicitatem. In ſolem inquit conuerſus eſt, ſol enim eſt effectiue calidiſſimus. vnde de tali cremento poteſt intelligi illud Epheſ. 4. veritatem facientes in charitate creſcamus.* *Berchorius.*

X V I.

Victus humidus cum febricitantibus omnibus vtilis, tum pueris maxime atque alijs, qui tali victu conſueuere vti.

Quemadmodum in re medica eſt verum axioma, vt etiam ex hoc aphoriſmo conſtat, quod ſimile ſeruatur à ſuo ſimili, & quod morb. à ſuo contrario curetur: ſic in re morali accidit, nam ſimile appetit ſuum ſimile, & ſimile ſuum ſimile cõſeruat. iuxta illud Eccleſiaſtici: *omne animal diligit ſimile ſibi: ſic omnis homo proximum ſuum, omnis caro ad ſimilem ſibi coniungitur, & omnis homo ſimili ſibi ſociabitur*; illud Philoſophi. *Similia ſimilibus mox gaudent, & homini homo incundiſſimus*; illud Senecæ. *Natura nos cognatos edidit, cum ex iiſdem, & in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit.* illud Hieronymi ad Demet. *Qualis quilibet eſt, talium conſortio delectatur.* illud Ciceronis de amicitia. *Nihil eſt quod ad ſe rem vllam tam alliciat, quam ad amicitiam ſimilitudo.* illud Lelij Peregrin. *Similitudo igitur morum & ingenij, amorem parit, firmum atque conſtantem. Docuit hoc Areopagita, fuitque Menandri dictum à Comicis & Platone vſurpatum, Deus ſemper ſimilem ducit ad ſimilem, & quidem ſimilitudine inter amantes conuenit, vt cum amans diligit ſui ipſius ſimilitudinem, ac proinde ſe ipſum in re amata diligat.* *Lib. 7. magn. mor. c. 4.* *Senec. ep. 69.* *De affect. anim. dignoſc. & emend.*

Quod

Quod vero in re morali contrarium, contrario tollatur de acidia quæ labore: de amore ſui qui propria amoris abnegatione, de blaſphemia, quę iuſtitia & caritate, quam Deo debemus: de auaritia quæ liberalitate tollitur; & de ſexcentis alijs eiuſmodi quæ à ſuis contrariis auferuntur euidentiſſime conſtat.

XIX.

Quibus per ſtatos circuitus acceſſiones fiunt nihil dare, nec cogere ſed demere ante iudicationes.

Sicut medici habent quædam tempora quib. dari cibos ægrotis vetant: vt ex hoc aphoriſmo patet: ſic Theologi quædam tempora habent, quibus ſpiritualia remedia animis male affectis nō adhibent, v. g. non tenetur quis aliquem corripere, ſi certo ſibi perſuadat, ſe nihil effecturum correptione ſua, ſi proximus iam à peccato reſipuit; ſi quando quis non ſolum nihil ſe effecturum apud proximum, exiſtimat, ſed etiam euaſurum eum deteriorē, ſi corripiatur: nam tum conſtat correptionem eſſe intermittendam, modo intelligatur proximus futurus deterior propter correptionem; nam ſi correptor putaret proximum deteriorē euaſurum per aliquod breue tempus, ægre videlicet ferens correptionē, poſt autem ad ſe rediturū, & correptionem cogniturum, ſeque emendaturum corripiendus eſſet, ſi quis expectet alterius temporis commoditatē, quo poſſit correptionem fructuoſiorem reddere, & ſic de alijs de quibus paſſim Theologi & ſummiſtæ in ſummis.

XX.

Quæ decernuntur, decretaue ſunt iuſtè, nec mouere, nec aliud quicquam nouare, ſeu medicamentis, ſeu alijs irritamentis fiat, ſed omittere.

Sicut medicus ab omni medico auxilio ceſſat, quando videt indicationes eſſe perfectas, naturamque integrè ſuo fungi munere, nempe humorem noxium per manifeſtas excretiones vacuare; ſic medicus ſpiritualis occaſionem ceſſandi à ſpiritualibus auxilijs habet, quando anima præſtat quæ ratio præſcribit, quando peccatorum maximum dolorem habet, quando delicta per confeſſionem expurgat, & omnia præſtat quę præſtare tenetur.

XXI.

Quæ educere oportet quoque maxime vergere videbuntur, ducere, vijs ac locis vtiliter eo ferentibus.

Vt medici in expurgandis corporib. naturā imitantur, nam quò maxime ea vergit, & inclinat, eò purgationes ducunt: ſic in exhibendis ſpiritualibus remedijs propenſionem peccatorum deberent confeſſarij reſpicere: nam aliqui magis ad eleëmoſynam erogandam, alij ad peregrinationes; religionis ergo ſuſcipiendas, alij ad ieiunandum, alij vero ad orandum ſunt magis procliues ac propenſi.

Nam

Nam & ſi omnes impoſitæ pœnitentiæ ſint optimæ, peccatores tamen commodius ac facilius eas agunt, ad quas natura ſunt magis propenſi, & quando aduerſante natura imponuntur, tunc ij aliquando procraſtinantur, aliquando obliuiſcuntur, & multoties executioni non mandantur.

Sicut medici morbificos humores à diuerſis corporis partibus educunt: ſic Deus animam à tenebris multorum peccatorum educit, vt inquit Berchorius, *Nota quod Deus educit animam*

Petr. Berchorius in prop. moralit.

A tenebris ignorantiæ.
A latebris auaritiæ.
A terebris inuidentiæ.
A terebris immunditiæ.
A palpebris extollentiæ.
A ſepulchris gaſtrimargiæ.
A feretris accidiæ ſeu pigritiæ.

Educit Deus ab ignorantiæ tenebris, Pſalm. Eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & vincula eorum dirupit. Item educit à Latebris auaritiæ, contractus enim auaritiæ ſemper volunt latere, Iud. 6. Eduxi vos de domo ſeruitutis teſte enim Apoſtolo ad Galat. 5. Auaritia eſt Idolorum ſeruitus. Auaritia etiam ignis eſt, à qua ſuos educit Dominus ne crementur, Neh. 9. Eduxiſti Abraham de igne Chaldeorum. Item educit Dominus de inuidentiæ tenebris. Inuidia enim eſt ſicut terebra, quæ terebrat, & perforat corda noſtra. Iſta enim eſt fornax terrea Babylonis, in qua Nabuchodonoſor diabolus cremat, & affligit pueros, id: ſimplices imperfectos, niſi inde à Domino miſericorditer educantur, Deut. 4. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace terrea. Item educit de immunditiæ terebris. Terebra enim humana membra ſunt, mollia flegmatica immunda, quæ ſcilicet multas immundas ſuperfluitates immittunt; ſicut luxuria: & ideo iſta comparantur lacui ſeu faci quæ faciliter maculat contingentes. Ideo dicebat Dauid in Pſal. Eduxit me Dominus de lacu miſeriæ, & de luto fecis. Item, educit ab extollentiæ palpebris, id eſt, à peccato ſuperbiæ, quæ plerunque in palpebris deſignatur. Vnde in Pſal. Educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant. Exaſperare enim ad ſuperbiam ſpectat. Item educit de gaſtrimargiæ ſepulchris. Ezech. 33. Aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris. Item educit de accidæ ſeu pigritiæ carceribus, ſeu terebris. Pigri enim & accidioſi, quaſi in feretro ſunt ligati, & quaſi in carcere conuoluti, Pſal. Educ de carcere animam meam, Hierem. 52. Eduxit eum de domo carceris.

XXII.

Concocta maturaque medicari ac mouere non cruda: nec initio niſi ſuopte cieantur impetu: id quod perraro fieri ſolet.

Sicut medicus concocta non cruda debet medicari modo materia non turgeat, quia tunc aliquod periculum corpora niſi euacuaretur poſſent ſubire: ſic medicus ſpiritualis peccata non debet audire ex animoque pœnitentiæ pharmaco expellere, niſi ea ſint contritionis vel attritionis lacrymis vel dolorib. concocta, & macerata, modo peccator aliquod periculum non eſſet ſubiturus, quia tunc meliori modo, quo poteſt audire peccata debet, quamuis delicta nondum matura confeſſioni eſſent.

Sicut concocta mouere oportet, quia cruda medicamenta purgationi non cedunt: ſic contrita peccata confeſſarius audire debet, quia ſi ſunt cruda, id eſt, ſi deſit eis attritio, confeſſioni non ſunt apta.

Sicut

Petrus Forestus.

Sicut experti medici concocta medicantur, non cruda, alioquin infirmis nocerent: ſi remedia importuno tempore præcipitarent; ſic *Prudentes non præcipitant, nec plus debito accelerent facta ſua, immo volunt ſemper omnia facere cum matura & debita tarditate, vnde Exod. 16. dicitur Cras quodcunque operandum eſt facite. Cras inquit id eſt, prudenter & deliberate, quia pro certo melius eſt in craſtinum negocia differre, quam præcipitanter ad executionem prorumpere, & ideo ſecundum iura nunquam in criminibus ſententia eſt exequenda, quæ à iudice feſtinanter eſt prolata.*

XXIII.

Quæ euacuantur multitudine metienda non ſunt; ſed ſi quæ oportet vacuentur, & facile ferant. Atque vbi ad animi deliquium educere conuenit, faciendũ, ſi ægrotus par eſſe poſſit.

Sicut deiectiones, id eſt, ea quæ ex corpore excernuntur, copia iudicare ſed qua ratione purgentur, id eſt an bene vel male excernantur, conſiderare medici debent: ſic delicta quæ coram confeſſario peccatores euomunt, non ſunt multitudine conſideranda; ſed eſt reſpiciendum an ille malitiæ vomitus bene fiat, id eſt ſi confeſſio habet illas conditiones, quas Theologi in Sacramento pœnitentiæ expoſtulant.

XXIIII.

In morbis acutis raro & per initia medicamento purgante vtẽdum eſt: idque diligenti cum præmeditatione facere oportet.

Ioan. Liebautius.

Sicut raro purgandum eſt in morbis acutis, qui continenter, celeriter, vehementer mouentur, quod vi medicamentorum purgantium, quæ tum potentia, tum energia calida ſunt: morbi acuti, qui calidi quoque ſunt ingraueſcant, magiſque eſcandeſcant: quid item morbi acuti excretio ne critica potius quam artificioſa purgatione curationem recipiant, quod morborum acutorũ vere ſit propria criſis. Aut ſi in membris acutis purgandũ ſit aliquando purgandum eſt initio, idq; raro, nec niſi cum materia turgeat: ne calor febrilis augeatur, vires frangantur, materiaque efferata in partem aliquam nobilem ruat. Sic in acutis animi affectionibus raro eſt remedium adhibendum, vt v. g. iræ quæ ſubito ac vehementiſſime mouetur ac reaccenditur, quum vis medicamenti correctionis vel exhortationis ſolet hominib. ſtomachũ initio facere: ira quoq; cum calida ſit, & ſuopte ingenio facillime excitetur, gliſceret, ac grauior fieret: morbi enim acuti animi, vt ira, Amor, odium, & huiuſmodi, natura, & tempore ſedantur potius quam induſtrias exhortationes ac morales correptiones recipiant. quia huiuſmodi acutarum paſſionum tempus verè ſit propria criſis. Verũ acutæ affectiones initio aliquando ſunt reprehendendæ idq; raro nec niſi cum cauſa vrgentiſſima poſtulat, & cum prudentia faciendum, ne calor iracundiæ ingraueſcat, iratorumque materia altum petens, partem aliquam nobilem dementaret.]

PETRI ANDREÆ CANONHERII IN SECVNDVM HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBRVM MEDICÆ, MORALES, AC THEOLOGICÆ INTERPRETATIONES.

I.

Quo in morbo ſomnus laborem adfert mortiferum eſt, ſi vero leuationem minimè eſt mortiferum.

II.

Vbi ſomnus delirationem ſedat, bonum.

SIcut malum ſignum eſt, quando ea quæ ſolent iuuare non iuuant, vt ſomnus qui cum laboribus, vt reintegrator virium & probator valetudinum mederi ſoleat, laborem & læſionem inducit, & è contra minimè eſt mortiferum, ſed bonum quando ea quæ ſolent iuuare iuuant, vt ſomnus qui laborem aufert delirationem ſedat: ſic in re morali ac ſpirituali malum eſt ſignum, quando ea quæ ſolent iuuare, minimè iuuant, at è contra bonum quando quæ ſolent iuuare commodè iuuant.

Sicut ſomnus ſi modum excedat malum eſt ſignum, quia exceſſus ſomni præterquam quod corpus torpidũ reddat, roburque diſſoluat; in corpore excrementa vaporoſa coaceruat; multos morbos quoque ac ſympthomata generat; ſic ſomnus moralis, præterquam quod animã torpidulã ac ſegnem facit, deſidiam ac acediam inducit, & morbos, vt egeſtatẽ & eiuſmodi etiam affert; ideò Prou. 20. Noli diligere ſomnum ne egeſtate opprimaris: quare non oportet ſomnum mundanæ proſperitatis continuo dormire, ne mortem pœnæ & culpæ anima incurrat; nã vt inquit Berchorius. *Proſperitas mundana, quid eſt niſi ſomnus in quo diuites ita delectantur & quieſcunt, quod ibi penitus videantur conſopiti.* *Berchorius*

re deiectus à ceto deglutitur; ſed poſteà ſanus & illæſus euomitur. Chriſto dormiente *in* naui, illa ventis & vndis agitatur, & cum dormirent homines ab inimico zizania ſuperſeminantur, dormiente prolixius quam oportuit. Fatuæ virgines oleum in lampadibus non habentes ad nuptiam ſponſi non admittuntur. Diſcipuli dormientes tempore paſſionis à Chriſto obiurgantur, Matth. 8. 13. 25. & 26. Somnus Lazari in morte definit, ac finem habuit, Ioan. *11.* Euthycus denique adoleſcens paulo protrahente ad mediam vſque noctem concionem ſuam cum mergeretur ſomno graui, de tertio cenaculo cecidit, & ſublatus eſt mortuus, & Cornelius. Muſſus.

Matth. 8. 13. 25. & 26.

Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem, non reprehendiſſet Chriſtus Petrum eo quod dormiebat, niſi illi prius vires dediſſet, vt poſſet vigilare: Vigilate, vigilate, quia cur dormiatis nulla vobis eſt excuſatio, perniciosiſſima res eſt dormire: Sampſoni dormienti raſi ſunt capilli in quibus omnis eius fortitudo erat poſita. Isboſet dormiens Regnum amiſit. Tobias dormiens fit cæcus, Siſara dormiens occiditur: Holoferni dormienti caput abſciditur; Saul dormiens ſpoliatur, ſeruis dormientibus venit inimicus homo, & zizania ſeminauit, virgines fatuæ dormientes à ſponſo repudiantur. Hodie Petrus dormit, & à magiſtro ſuo corripitur: denique dormiente Chriſto nauis periclitabatur. Abſit, abſit itaque ſomnus, negligentia, pigritia, otium à Chriſtianis.

Suſtinete hic & vigilate, ſuſtinete mecum vigilate mecum. Etiam mundus ſuam habet patientiam, etiam mundus ſuas habet vigilias: non dormit vnquam ambitioſus vt cupitos aſſequatur honores omnes labores, atque moleſtias ſuſtinet mercator, vt diteſcat nolo hanc patientiam, nolo hanc vigiliam, inquit Ieſus noſter dominus.

Cornelius Muſſus Conc. de Paſsion. domini.
Marc 14.
Dormire periculoſum eſt.
2 Reg. 4.
Tob. 2.
Iudic. 3.
Iudith. 12.
1. Reg. 16.
Matth. 13.
Matth 25.
Matth. 26.
Matth. 8.

Qui vero non dormire, ſed vigilare ſcriptura more dicuntur? Qui nempe graui peccati ſomnum & negligentiæ torporem obrepentem exiuiunt ac ſemper circa Dei ſui cultum, & animæ curam virtutumque ſtudium accurate verſantur, nihil, vt illos à regno Dei impediat cum vel ſubito & ex improuiſo à viuis euocantur, Gregorius & Haymo, ſic interpretantur; Vigilat ille, qui ad aſpectum veri luminis mentis oculos, apertos tenet, qui recte credit & piè viuit, vt ſeruet operando, quod credit vigilat qui torporis & negligentiæ ſumnum excutit & ardenti animo diuinis mandatis inhæret.

Quid vero ſi fortaſſe non vigilauero? certe dormientibus, vt dici ſolet iura non ſuccurrunt, & planum eſt Chriſti verbum! ſi non vigilaueris veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua horam veniam ad te. Ac iterum; Memor eſt vnde excideris, & age pœnitentiã, & prima opera fac; ſin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo niſi pœnitentiam egeris. Tanti eſt periculi nos Chriſto ad excubias prouocante dormire, & veluti lethargico ſomno conſopiri, ſicut illi Chriſto vere dormiunt, & quaſi mortui manent, qui pretioſum hoc gratiæ tempus non inutiliter ſolum, ſed etiam crimino ſe ſumunt.

Petrus Caniſius in notis in Euang. Lectio. in Feſt. S. Nicolai Epiſcopi.

Sicut ſomnus, qui læſionem corpori facit, ex magna humorum malignitate oritur vt enim inquit Galenus: *Nam ſi quicquam, quo tempore vtiliſſimum eſſe ſolet, id præter quam quod non iuuat, inſuper etiam lædat: merito perniciem portendere arbitrandum: ex ſomno vero quo oriuntur læſiones eiuſdem ſunt vtilitatibus contrariæ, exempli gratia ſomno Febris ſi non ſoluatur ſed irritetur, ſi dolores recrudeſcant, ſi multiplicentur fluxiones, & inflammationes augeantur, iam nonnulli inter dormiendum delira etiam loquuntur, qui excitati poſtea in delirio diu perſeuerant, dormientibus alijs conatis initium contingit, id eſt tam granis ſomnus opprimit vix vt puncti aut vel-*

 licati

ſic in re ſpirituali duplex eſt ſomnus, noxius & laudabilis, vt inquit Geminianus. *Verum notandum eſt quendam eſſe ſomnum laudabilem, alium noxium: ſi ſuo tempore fiat & placide corpus quieſcat eſt laudabilis: Sic mors homini eo tempore quo eſt bene diſpoſitus, & in gratia: quia tunc cum Filij Dei ſint ad poßidendam hereditatem æternam ducuntur iuxta illud Pſalm. 126. cum dederit dilectis ſuis ſomnum ecce hereditas Domini filij merces. Dicitur etiam dormiens propter quietem, qua fruitur ſuauißima Pſ. 4. in pace in idipſum dormiā & requieſcā. & ideo ſicut ſomnus corporalis eſt ad quietem & ſanitatem corporis, ita eſt neceſſarius ad animæ ſalutem Ioa. 11. Si dormierit ſaluus erit.* Pſal. 126. Pſal 4. Ioan. 11. 12.

Somnus vero minime laudandus ſed noxius ille eſt, qui ſuo tempore non præcipitur, eſtque cum inquietudine, & phantaſmatibus diſtortis. Talis eſt ſomnus peccatoris, qui fit incongruo tempore: id eſt in peccato: nam tunc dæmones immittunt diſtorta phantaſmata, ne redeat ad pœnitentiam: ſic moritur cum inquietudine maxima, & horrore conſcientiæ; eſt illi ſomnus ad damnationem æternam. Hoc figuratum videtur Iudic. 4. in Syſara qui capite in terram defixo ſoporem morti ſocians defecit ac mortuus eſt. Hoc eſt affectibus terrenis mente defixa cum clauo obſtinationis & deſperationis ſaporem mortis corporalis ſociant morti æternae; defecit in corpore & mortuus eſt, etiam in anima morte aeterna, Iudic. 4. 21.

III.

Somnus aut vigilia ſi alterum modum exceſſerit, malum.

IIII.

Non ſacietas, non fames non aliud quicquam bonum eſt, quod naturam excedit.

Quemadmodum apud medicos ſomnus, labor, fames, ſatietas, & quicquid mediocritatem excedit, corpus labefactat: ſic apud morales quicquid medium vel quo ad eſſentiam excepta iuſtitia, vel quo ad obiectum excepta prudentia virtutis excedit, mores corrumpit. Quare Theologi & medici famem id eſt nimiam abſtinētiam & ſacietatem id eſt crapulam, ac gulam, vt quæ animæ officiant reprehendunt: ſæpius illud ne declines ad dextram neque ad ſiniſtram inculcando. *Sicut enim in gulæ intemperantiam declinare graue ac periculoſum eſt; ita per nimiam abſtinentiam corpus atterere ac per infirmitatem inutile reddere omni profecto ratione caret*, & vt idem paulo ante inquit. Baſilius lib. de vera virginitate.

Sicut venter pinguis non quia ita naturaliter affectus eſt, ſed in quem pinguedo per gulæ intemperantiam affatim fluxit perturbans & impinguans animum non gignit ſenſum tenuem, ita & qui per imbecillitatem nimium fuerit exilis & gracilis, vt è mortuo corpore tenuem quoque iam genitum prorſus extinguit: quantitas ciborum vbique metienda eſt quæ ſi excedat frugalitatis modum, idem ſolet quod noxia quæque operari: & qualitas quoque diſcernenda, quæ niſi ſollicitè diſcutiatur, non minus habet virium, quam quæ aperte ſunt noxia: & vt corpus multo cibo onuſtum languidam & ſegnem efficit mentem: Sic nimia continentia victus debilitatē facit, vt ea pars animæ, quæ in contemplatione verſatur in mœſtitia ſit & in faſtidio ſermonis: nec enim infirmo corpore eſſe debet, qui certat, ſed ita firmo vt ſuſtinendo certamini par eſſe poßit. Diadochus de perfectione ſpiritali cap. 45.

Quod nimia abſtinentia maximè animæ noceat, Iacobus Graffius oſtendit. *Philoſophorum quoque eſt ſententia moderatas eſſe virtutes, excedentes modum atque menſuram inter uitia deputari, vnde ſapiens: ne quid nimis. Crudeles enim valde ſunt, qui* Iacobus de Graffijs in ſer. Sp. Rom. 12.

 ex-

ex inordinato feruore nimis caſtigant corpus ſuum. Quamuis enim viliſſimum ſit cadauer corruptibile. & ſpiritui contrarium; non tamen eius cura poſtponenda eſt, vt poſſit anima exercitijs aptum inuenire. Hi vero tales qui ex inordinato deſiderio corpus ſuum affligunt, ſolent protinus irruente tentationum vel infirmitatis procella ſuccumbere: O quot quotidie cernimus fraude deceptos, qui diſcretionis metas tranſcendentes corpore infirmati ſunt, qui ſpiritus feruore priſtino deficientis cunctis tepidiores efficiuntur, & dum prius magnas abſtinentias faciebant; poſtea plus ipſi quam alij comedunt, & ita infirmati alijs oneroſi fiunt, & ſibi ipſis: nam impatientia morbo detenti, ſi quod eis deſit ad votū gemitibus & improperijs quaritare non ceſſant. Heu clamant vbi fraterna charitas vbi ad ægros compaſſio. Et ſic obliti quales fuerint, omni curæ carnis ſe præcipites præbent. Etiam ſi ad priſtinam ſanitatem perueniant, numquam aſſumere priſtinum exercitium in abſtinentijs audent, recognoſcentes ſe ipſos per talia infirmatos diabolo ipſis ſuggerente, non facias talia. Neſcis quia ob nimiam abſtinentiam infirmatur, cum tamen non propter illam infirmitatem incidere ſed quia diſcretionis tramitem non ſeruauit. Quamobrem Theologi famis & ſacietatis nocumenta conſiderantes dicunt ieiunijs, ſic eſſe adhibendam temperiem, vt corpus noſtrum nec ſaturitas excitet, nec inedia immoderata debilitet. prudenter enim Deus vult ſibi ſeruiri non vt nimietate debiles fiant, & poſt medicorum ſuffragia requirant temperandum enim eſt vt ſi fieri poteſt ceptum obſequium gradatim proueharur, potius quam inconſiderantia minuatur.

Fulgent. ad Prob.
Hier. ſuper illud 1. Tim. 5. noli aquā bibere, &c.

Sicut in re medica quod facit fames facit, & ſacietas: ſed hæc peior eſt: ſic & in re ſpirituali quod facit fames, hoc etiam plenitudo facit ciborū: magis autem multo peiora fames: quippe in paucis diebus aufert hominem & liberat ex hac vita pœnali; exceſſus vero ciborum conſumit & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna & tunc cum morte crudeli conſumit. Nos autem famem quidem inoptabile quoddam fugiendumque putamus, & ad indigeſtiones confugimus, quas multo videmus eſſe peiores, & poſſibile eſt ventrem famelicum aliquid boni operari, ſed impoſſibile eſt ſaturum ventrem pugnas interioris hominis experiri, nec bellis robuſtioribus attentari, dignum eſt eum qui poteſt deijci leuiori conflictu.

Caſſianus l. d Inſtit. Monach.

Sicut ſacietas corporalis, quæ modū excedit, eſt periculoſa: nam aut iam morbus eſt, aut morbos indicat, ſic ſaturitas mundanæ proſperitatis eſt valde periculoſa, quia aut iam vitium eſt, aut cauſa multorum malorum. Iſta enim eſt talis quæ.

Petrus Berchorius.

Inflammat cordis affectionem
Inducit mentis elationem
Contemnit dulcem deuotionem
Subuertit pacis quietationem
Excitat carnis corruptionem.

Dico quod iſta inflammat mētis affectionē. Saturitas enim bonorū mundi, & eorum repletio ſemper portat ſecum deſiderium magis habendi. Pſ. Manducauerunt & ſaturati ſunt nimis deſiderium eorum attulit eis. Quando enim magis ſatiantur, & replentur tanto magis ſunt inſatiabiles; ſemper enim creſcit venter auaritia. Prouer. 12. venter impiorum inſatiabilis Bulimus enim canum nunquam ad plenum ſatiatur: Sic nec appetitus auarorum Iſaia 56. canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: Item dico quod iſta inducit cordis elationem: Satietas enim generat inflaturā: Sic vere mundi proſperitas generat ſuperbiam Oſea 13. ſaturati ſubleuauerunt cor ſuum, & ſunt obliti mei. nota. Lupus ſaturatus non quærit niſi ludere, nec iſti niſi mundi ludis, & delicitijs inhiare, & de Deo penitus non curare. Nea 9. ſaturati ſunt & impinguati abundauerunt, in delicijs. Item dico quod iſta

contemnit

contemnit omnem deuotionem; ruſticus enim nimis ſaturatus groſſis cibariis minus de ſapore inuenit & delicatis; ſic illi qui groſſis mundi bonis ſaturantur, nunquam in bonis delicatis & ſpiritualiter delectantur, Prouer.27. Anima ſaturata calcabit fauum. Item ſubuertit pacis quietationem, ſicut enim ille qui eſt ſatiatus & plenus ſolet pati eructationes & moleſtias in ventre: Sic ille qui plus debito in diuitiis ſatiatur, pœnas, ſolicitudines, & controuerſias ſuſtinet in mente. Eccleſ.5. ſaturitas diuitis non ſinit dormire eum. Item iſta excitat carnis corruptionem; vnde Hiere 5. ſaturaui eos, & mœchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur, & ſic dico quod ſaturitas proſperitatis facit multa mala.

Quare cũ hæc omnia ita ſe habeant omnibus actionibus noſtris, *debemus ponere regulam, atq; modũ; modus enim in opere, vel in facto eſt ſicut ſal in potagio, vel in cibo, quia ſicut cibaria bona & delicata ſine ſale ſunt inſipida: ſic opera ſine modo ſunt inutilia. Igitur dico quod nos debemus habere moderantiam, regulam atq; modum, ſcilicet* *Petrus Iorchorius in prompt. moral.*

In ſcientia ne nimis inquiramus. *In lætitia ne nimis gaudeamus.*
In iuſtitia ne nimis exuramus. *In potentia ne nimis exurgamus.*

Primò igitur adhibeamus modum in ſcientia; teſte enim Apoſtolo ad Rom.12. non decet plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem; ſicut enim ante oculos natura poſuit palpebras ad modificandũ viſum, quia ſi oculus ſemper eſſet apertus; Spiritus viſibilis diſpergeretur: & ſic viſus propter debiti modi carentiam læderetur; quinimo forſitan excæcaretur; ſic intellectus indiget palpebra rationis, qui modum & regulam imponat ſpiritui inquiſitionis, quia ſi intellectus circa ardua, & maximè circa aſpectũ ſolis & luminis, id eſt, circa cœleſtia & diuina plus iuſto vagari permitteretur, faciliter per hæreſes excæcaretur. Animalia enim quæ non habent palpebras, ſicut piſces obſcurius vidẽt, & ſic tales: benè ergo dicitur Prou.23. Noli, inquit, laborare, vt diteris; ſed prudentiæ tuæ pone modum; ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes, quia facient ſibi alas quaſi Aquilæ, & volabunt in cœlum; homo enim non debet laborare, vt ditetur opibus ſcientiarum nimis arduarum, quia tales non ſolent faciliter acquiri, ſed volare.1. Poſſibilitatem humanam excedere & abire, igitur habeamus modum in ſcientia. ſecundò dico, quod debemus adhibere modum in iuſtitia, non enim debemus eſſe nimis exceſſiui in puniendo. Ignis enim melius calefacit, quando aquæ aſperſio ſuæ exceſſiuæ flammæ modum imponit. Sic verè ille ignis, & ille rigor magis eſt cõmendabilis qui per modum debitum fit temperabilis. Teſte enim ſcriptura Deut.15. Pro menſura peccati erit & plagarum modus, ſicut de Leone legitur, quod ipſe ſecundũ quod magis vel minus rotare vel percutere dicitur, vel mordere; & ſic iræ ſuæ modicũ imponere comprobatur. Quod eſt contra tyrannos; qui ſine modo contra alios debachantur contra illud Galat.1. Supra modum perſequebar Eccleſiã Dei, & tales oppreſſi poſſunt dicere illud 11. ad Corint. 1. Supra modum grauati ſumus, & ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere; exemplum beati Pauli 11. ad Corint. 11. ſe dicentis fuiſſe in plagis ſupra modum, in moribus frequenter, adhibeamus igitur modũ in iuſtitia. Tertio dico quod adhibere debemus modum in lætitia; ad literam enim modus valde requiritur in omni muſica, & cantu. Sic verè valde decet virum prudentem qui in ſua lætitia modum ponat, exemplo illorum de quibus dicitur, Eccl.44. quod ipſi ſunt

ipſi fuerunt homines magni virtute,& prudentia ſua præditi; in pueritia ſuæ exquirentes modos muſicos contra illos, qui nullum in lætitia tenent modum,de quibus poteſt dici illud Apocal.16.quod ipſe vidit tres Spiritus immundos,in modum ranarum;Spiritus enim ſunt ſuperbiendo;immundi luxuriando,& ranæ garrulando, & ſuperfluè exultando. Quartò adhibeamus modum in potentia; valde enim requiritur quod homo in ſua proſperitate: & potentia modum ponat, quodque ſe ipſum temperet, & componat, Nonne vitis anno quolibet putatur, & non ſibi de ligno ſuper modū dimittitur,& ſecundū modum & regulam temperatur,ne forte nimis excedens in fructibus citius ſterileſcat,& ad nihilū deducatur; ſic diues debet ramos diuitiarū ſuatum reſcindere, & potentiæ & opulentiæ ſuæ modum ponere,ne forte ipſum contingat propter exceſſum ſterileſcere vel perire; ſicut illi de quibus de Sap.15.quod omnes inſipientes & infelices ſupra modum animæ ſuæ ſuperbi ſunt, ideo de diuitibus moderatis poteſt exponi illud quod ſcribitur 3.Regum 8. quod ſupra capita columnarum erat opus in modum lilij, capita enim columnarum ſunt diuites, & capitanei qui ſ. debent eſſe in modum lilij,quod eſt valde ſuaue,& temperatum,quamuis ſic pingue& humoroſum. Ad denotandum quod diuites licet proſperitate, & humore diuitiarum ſint pingues; debēt tamen moderati eſſe & humiles;vt poſſit de eis dici illud 3. Reg.10. quod in hunc modum cuncti reges Ethæorū, & Syriæ, equos venundabant 1. ſuperbiā deponebant; Sic ergo patet quo modo ponendus eſt modus & adhibendus in potentia,ne ſuperbiat in lætitia,ne deficiat in iuſtitia, ne deſæuiat in ſcientia, ne decipiat.Et aduerte, quod iuſti debent habere modum indicatiuū benè docendo & prędicando.Imperatiuum benè regendo & gubernādo.Optatiuum,benè orando & ſupplicando.Coniunctiuū,benè amando& pacificè viuendo.Infinitiuum ſemper manendo & in infinitum perſeuerando,& ſic dicitur,quod multifariè multiſq; modis loquitur Deus,patribus in Prophetis. Heb.1.& Bernardinus de Buſto.

Bernard. de Buſto in Roſ. ſer.par.1. ſer.1.

De hoc poteſt etiam exemplum dari naturale, quod colligitur, ab Ariſto.2. Ethicorum, vbi inquit quod abundantia cibi, & potus ſeu defectus corrumpit fortitudinem in organo. Ergo à ſimili ſi doctrina ſeu prædicatio habeat defectum breuitatis, ſeu abundantiam nimiæ prolixitatis, vtique intellectiuam potentiam alterabit. Qua ex re dicit ipſe Ariſtoteles in 4.politicorum,quod medium ſemper eſt optimum, ideo dicitur Prouerbiorum 25.capit. Mel inueniſti,Comede,quantum ſufficit tibi, ne forte ſatiatus euomas illud. Ex quo datur intelligi, quia quod quantumcunque prædicatio ſit pulchra, ſi nimis fuerit prolixa redditur nociua,& vitioſa,quia dicit Martialis,Coquus libro vndiq; ſuſcepto cap.13. Virtus abſque modo nomen habet vitij, & Seneca in libro tragœdiarum in Hercule. Et hæc cap.6. Quiſquis medium deſugitiser ſtabili nunquā tramite currit. Qua ex reus dicit Maximianus poeta maior enim medijs gratia rebus ineſt,& Ouidius II.Metha dicit medio tutiſſimus ibis,& Guffredus in poetria. cap.31. inquit in omnibus vna eſt virtus ſeruare modū, verum enim eſt illud quod vulgariter dicitur, omne quod eſt nimium vertitur in vitium, & ideo inquit Horatius in ſermonibus ſermone primo eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines. Quos vltra citraque nequit conſiſtere rectum,& ideo inquit Imperator in aut. vt determinatus ſit numerus clericorum, circa principium pene nihil immenſum bonum eſt, & Terentius in Andria ait, id arbitror in vita apprime eſſe vtile,vt nequid nimis.

Guffredus

at vero

At vero ſi aliquid ad æqualitatem eſt reducendum, maxime diuitiæ quibus omnia humana menſurantur. *Diuitias quidem eſſe inſtrumenta virtutis, ac gloriæ debent: non vitiorum aut delitiarum, quibus eneruata multorum natura maximo ſeculi damno contabeſcit. Ego ad tuum exemplum neglectas ſepultaſque virtutes voco vt diſcant mortales, quibus gradibus ad æternitatem eatur, ſi ad ſapientiæ regulam mores exigant, ſi animum fortunaſque generoſi occupent, neque pares extra mediocritatis lineas, neque proſuſi: quippe ingentes diuitiæ: cum auaræ ſordidæque mentis anguſtia premuntur, ſemel nunquam habent: iterum cum prodigo furore per luxuriæ rimas ac hiatus omnes diffluunt, moderandum eſt, odit opes ſuas qui prodigit: nimis amat, qui ne ad vſum quidem promit*, & Agapetus.

Eryçius Puteanus: in ep. rel:q ep 88.

Vehementer mihi videtur abſurdiſſimum eſſe, quod diuites & pauperes homines ex diſſimilibus rebus detrimentum ſimile patiuntur, illi namque à copia rerum perrumpuntur; hi vero fame pereunt: Item illi occupant vltimos mundi terminos; hi non habent vbi calloſa pedum veſtigia ſiſtant; vt igitur vtraque pars ſanitatis fiant compotes, auferendo & diminuendo illos regere oportet, atque ad æqualitatem inequalitas transferenda eſt.

† *Agapetus.*

Notandum eſt tamen quod ſi in vtraque conſcientiæ extremitate immineat graue periculum, & vtraque extremitas fugienda, & abhorrenda ſit: larga tamen periculoſior eſt; ſicuti naturali exemplo patet. Aſſerunt enim naturales quod quędam animalia latas habent venas, & quædam ſtrictas, illa quæ habent latas, citius veneno interimuntur: atque non ſic velociter, ea quæ ſtrictas habent venas, eo quod arctitudo venarum meatuum, ad cor habeat retardare, ne ad illud venenum tam cito decurrat: ſic etiam contingit moraliter de conſcientia larga, & ſtricta, & de veneno mortalis culpæ.

† *Berd. Senenſis ſer 53. De ſtatu conſ. malæ.*

V.

Spontaneæ laſſitudines morbos ſignificant.

Qvemadmodum in corporibus futuri languoris ſigna recurrunt: quædam enim ſegnitia neruis ineſt, & ſine labore vllo laſſitudo & oſcitatio & horror membra percutiens: ſic infirmus animus multo anteaquam opprimatur malis, quibus quatitur, præſumit illa & ante tempus cadit.

† *Seneca lib. 10. ep. 5.*

Sicut pia ac prouida natura futuri morbi ſigna præmittit, vt illis admoniti pericula ac exitia, quæ corporibus imminent, euitemus, & corporum ſaluti proſpiciamus: ſic ſigna pœnæ ſecuturæ præmittere Deus amat, vt illis moniti has declinent homines 1. *Sic Neronis anno quarto terra tremuit, Sol in meridie defecit: ſecuturæ perſecutionis Neronianæ præſagia. Richobaldus in chron.* 2. *Seneca in quæſtionibus naturalibus refert poſt cometæ apparitionem æſtu oceani duas inſulas, cum incolis abſorbtas periiſſe, cometas impendentis mali indices eſſe decent. Ariſt. in Meteoris, Ptolomæus: in propoſiti. & alij.*

Petrus Beſſæus.

Signa pœnarum ex hiſtorijs.

Richolbaldus

& tan-

3. *Natalem Mitridatis Regis Ponti; cometes præ ſui ſplendore, & ſolem obfuſcant,*
& tantus, vt cœlum ardere videretur: pluſquam terræ dimidium occupant. Ven-
turi in Regis crudeliſſimi nuntius fuit. Ita Val. Max. & Eutropius 4. clades Can-
nenſis Romanorum 14000. Cæſorum à pœnis præmonſtrata fuit, per bouem loquen-
tum infantium voces, ex vtero: editus ſerpentem volatus. Aug. lib. 5. ciuit. capit.
vlt. ſ. Excidium Ieroſolymitanum ſignificauit; ſtella gladio ſimilis. Luna noctibus
XII. continuis deliquium paſſa; area templi porta, vix viris XX. mobilis
ſponte reſerata, ruptis repagulis. Ita cœli templum pateſcet. Namque erunt
ſignum, &c.
11 *Signa hæc ad Dei miſericordiam nos aduertunt; quæ animæ conſulamus c. 1.*
Signant Dei miſericordiam. *Vt index reo beneuolus ſtrepitum excitat; quo monitus reus venientes lictores effu-*
giat: Sic Deus peccatorem præmonet his ſignis, vt iram fugiat Numinis. Pſalm.
50. Dediſti metuentibus te ſignificationem: vt fugiant à facie arcus 2. Orbis inge-
miſcet, omnia contremiſcent: & tu ſecurus indormiſces: Holofernes. Iudit. 2.
cum Aſſyriis terram Madian vaſtat ferro, flammaque: Damaſcenorum ſege-
tes, arbores, vineas ſuccendit. Horum nuncio in Iudæam perlato terror &
tremor cecidit ſuper omnes: dicentes ſi talia in res exſenſus quæ nil in eum com-
miſere: qualia in nos ſtatuet rebelles & contemptores ſceptri: Si talis Deus in
cœlum, ſtellas, elementa, terram ſæuiet, innoxia, adque nutum parentia, qualis in pec-
catorem?

Sicut laſſitudo ſpontina id eſt culpabilis, quæ in corporibus animã-
tium affectionem, & grauitatis ſenſum ingenerat, eſt triplex, iuxta Gale-
ni doctrinam; vna *quæ vlceris, altera, quæ tenſionis, tertia ex ambabus compoſita,*
Petrus Berchorius. *quæ inflãmationis ſenſum præſeferat, prima ex cacochymia. altera ex plenitudine.*
tertia ex vtraque vna coeuntibus habet originem: ſic ſpiritualis laſſitudo tri-
plex eſt *laſſitudo culpabilis quæ eſt poteſtatis, & voluntatis: & laſſitudo miſerabilis.*
laſſitudo poteſtatis eſt illa, qua ſ. mali ſe laſſant, & fatigant, cum malis operibus r-
cendis: vt pote qui male facere vltra non poteſt: ita quod non voluntate efficiunt:
dicentes: S. illud ſapien. v. Laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambu-
lauimus vias difficiles, & viam Domini ignorauimus.

Alia etiam eſt mala laſſitudo, quæ eſt voluntatis, & hæc eſt ea quæ quis facili-
ter, ſponte & voluntarie ſe reddit fatigatum & laſſatum in via virtutum. Quia
ſcilicet multi ſunt qui in via mundi, & in laboribus negociorum terrenorum nũquam
laſſantur: iuxta illud eccl: 24. Homini fornicario, omnis panis dulcis: non fatigabitur
tranſgrediens vſque in finem: ſed re vera in via virtutum & morum, in via pœ-
nitentiæ, & iuſtitiæ, in via mandatorum & diuinarum legum. ſi quod. ſ. bonum opus,
vel quem bonum laborem aggreſſi fuerint, ſtatim fatigantur, & ſtatim retrocedere
approbantur.

Tertio dico quod inuenitur laſſitudo miſerabilis, quæ eſt miſerorum, & iſta pro
certo eſt illa, quam in corporibus & in rebus ſuſtinent pauperes, & egeni, qui. ſ. pau-
pertate & tribulationibus fatigantur & diuerſis miſeriis deſolantur Thren. 5. cer-
uicibus noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies, Ægypto dedimus manus, &
Aſſyriis vt ſaturaremur panibus.

Sicut in præcauendis futuris ægritudinibus, quæ ex laſſitudinum ſi-
gnis

gnis coniiciuntur medici prouidentia præcipue cognoſcitur ſic *eſſe autem prudentia impendentis pracauere calamitates : & ſi quid ad grauiora mala auertenda nouandum ſit,non eſſe cunctandum : ſi enim hoſtes aduentarent vrbem adhuc multis in partibus lacerata, modoq́; inſtaurata,& veluti è multiplici dudum morte reuiuiſcente , præſentia mala grauiora futura ſuperioribus ac dominos fore, hoſtes non tantum ſacrorum,ſed omnium ſimul liberorum coniugũ,& rerum quorum Domini vi abrepti; libertate cum ſeruitute commutata , non corporibus tantum,ſed animis etiam hoſtium ſequi voluntates cogerentur. Id etiam reliquum fore, ne quis mores patrios,ac vetera inſtituta tueretur ; imo vt ſanæ leges & ſanctiones expeditiſſimæ,& deprauarentur,& euerterentur. Quæ cum ipſe prauideret neceſſitati parere haud recuſaſſe:exiguumque damnum quod prudentia munus ſit magno emolumento poſthabuiſſe minoraque aduerſariis , vt maioribus notaretur conceſſiſſe.* Nicephorus Gregoras.

Sicut in corpore : ſic & in animo ſigna ægritudinum ſunt. *Interim tamen vitiorum etiam animi ſæpe in ipſo corpore quadamnoſa ſunt, velut indicia temperati ſint animi. Quemadmodum in fortunis quoque animorum notæ quædam ſunt, ceu paupertate preſſi multo ditioribus ſeruiliori ſunt ingenio. Quidam etiam corporales naui animum ipſum frangunt,debilitant,& adimunt.* *VVilhelmus in leg. Moſ. &c. explanat lib. 3. c. 10.*

VI.

Quicumque parte aliqua corporis dolent,& dolorem omnino non ſentiunt, iis mens ægrotat.

S*Icut quicumque affectum excitantem dolorem aliqua in parte corporis obtinent,& dolorem qui ab eo naſcitur affectu omnino non ſentiunt , his mens ægrotat :* Sic quorumcumque quæ dolorem inferre ſolent, cauſæ effectuſque dolorifici non diſcernuntur nec agnoſcuntur,vt peccatores qui febri delictorum, libidinum ac omnium cupiditatũ peſte laborant , ſignũ eſt animo eos delirare,mentis impotes eſſe, corruptũque eorum eſſe iudicium, cum tot delictorum dolorem non percipiant , & in magno mœrore verſari ſummiſque animi cruciatibus affligi atque angi deberēt. Qua de cauſa dici poteſt quod quicumque peccatorum dolorem non ſentiunt , delictaque non agnoſcunt,nec diiudicant,non minus animo delirant,quam qui dolores in corpore non ſentiunt. Iacobus Holerius in aphor. Hippoc

Sicut qui ægrotant dolorem , non ſentiunt : ſic peccatores qui continuo peccatis delectantur,eorum atrocitatem non percipiunt. *Quia multi ſunt qui in peccatis taliter dormiunt,& ita ibi ſopiti,& inuoluti ſunt , quod vulnera quibus per peccatum,adde vulnerata eſt natura,vulnera etiam quibus quotidie vulnerat eos fortuna,non ſentiunt nec attendunt,nec propter ipſa à peccatis euigilant,& exurgunt:dicentes illud Prou. 23. verberauerunt me & non dolui; vulnerauerunt me & non ſenſi: iſti enim ſentiunt mundi verbera quæ retrahunt, nec mundi vbera quæ* Berchorius.

 attra-

medici qui videns hominem per infirmitatem incurriſſe maciem, ſolet eum reſtaurare, & ad priſtinum ſtatum & habitum reparare.

Sicut corpora quæ à morbo longo tempore fuerunt extenuata, ſenſim reficere oportet, alioquin læderentur. ſic mentes quę infidelitatis nubilo, atque impietatis morbo fuerunt excæcatæ & obſcuratæ, ſenſim ſunt ad fidei ſplendorem reſtituendæ; alioquin morbus potius inualeſceret, quam expelleretur, quod quidem alia ſimilitudine Petrus Chryſologus oſtendit. Serm. 87. *Sicut nimio dolore & infirmitate longa luminibus obſcuratis, niſi ſenſim refuſa fuerit, fit inimica lux amica; per quos vtique reliquo corpori vel traditur, vel negatur. Ita diuturno perfidiæ morbo contenebratis mentibus, niſi paulatim fuerit fidei claritas reſtituta, ſubito ipſo fidei ſplendore magis perfidia craſſeſcit caligo, longo vſu aut producitur, aut obtunditur ſemper natura.*

Sicut corpora quæ breui tempore ſunt extenuata, repente ſunt refocillanda, quia nondum ſolidæ ſubſtantiæ iacturam ſunt paſſa: ſic mentes quæ breui temporis intercapedine à morbis prauarum opinionum errorumque turbulentorum oppreſſæ fuerunt, ſtatim à prauis & falſis ſententijs ſunt abducendæ: bonæ ſanæque doctrinæ cibo recreandæ; nam tunc facile eſt ad impietatem lapſos ad veram doctrinam reuocare, cum nondum vniuerſam fidem amiſerint.

Sicut corpora ſi ſubita refocillatione opus habent, ſtatim ſunt refocillanda Sic pauperes ſi ſubita refectione indigent, debēt ſtatim eos eleemoſynis elemoſinarij nutrire, & reficere indigētes: *iuxta illud Iudit. 6. vocatis omnibus expleto ieiunio refecerūt. & act. 28. dicit Paulus quod poſt exitū maris incolæ regionis accenſa pyra reficiebant eos. Et certe talis refectio facienda eſt quia ſcilicet ipſe Deus reputat ſibi factum; ſicut ipſe dicit Eſai. 28. Hac eſt requies mea: reficite laſſum, & hoc meum eſt refrigerium.* Berchorius.

Qui vero ſubita refectione ob animi vires integras, non indigent, ſenſim debent recrari ac refici.

VIII.

Si à morbo cibum adhibens quiſpiam vires non recipiat, copioſiore alimento corpus onerari indicat: ſi vero modice epulanti eueniat, vacuatione indigere ſciendum eſt.

V*T qui perfecte morbum depulit, in eam curam debet incumbere ne copioſiore dieta grauatus in morbum incidat. Qui vero imperfecte conualuit, non poterit dieta recidiuam euadere niſi plene euacuatus fuerit:* Sic qui integre peccata euomuit ſe debet abſtinere ab ijs quæ vitia procreare poſſent, qui vero male peccata ſua ex animo eiecit, non poterit vllo remedio recidiuam euitare, niſi plene euacuatus fuerit, id eſt, niſi affectus ad peccata & vitiorum reliquias ſuſtulerit. I. Heurnius.

Iacob. de Voragine in ſerm. de tempore Dom. 7.

Sicut qui ſanitatem nuper conſecuti ſunt cibis indigent. *Tales ſunt qui de nouo ad pœnitentiam veniunt ideo cibis verbi Dei indigent, quia ipſi conualuerunt de magna infirmitate peccati.*

IX.

Impura corpora quo plus nutrineris, eo magis læſeris.

Benedictus Ariamontanus comment in lib. Iud. c. 6

VT materiam, quæ malo: ſic materiã quæ vitiis alimenta ſuppeditat prius detrahere oportet. *Prior verſus Iſraelitarum rerum cataſtrophen attingit, dum oſtendit Iſraelitarum ſenſum non ante permotum fuiſſe, quam omnis illa inſaniæ concepta materia expurgaretur, ægrotumque corpus ex magno vitio ad ſummam eſſet attenuationem redactum: Namque in medicis præceptis eſt. Non pura corpora quanto magis nutries, tanto magis lædes: Primum itaque materiam, quæ malo alimenta ſuppeditaret detrahi oportuit, vt lethargicus æger ſentire incipiens medicinam ſibi fieri optaret, & paſceret. Neque enim medici opera renuentem, & auerſantem remedia ægrum ſanare poteſt, vt in artis ſuæ initiis curandi peritiſſimi tradunt. Non ſolum, inquit medicum ſeipſum præſtari oportet opportuna facientem, ſed ægrotum ipſum & adſtantes & quæ exterius etiam ſunt S. S. E. cum ſanare vellem Iſrael reuelata eſt iniquitas Ephram, & malitia Samariæ, quæ operati ſunt mendacium & c. igitur detracta enim fouẽdi alendique vitij materia per quam venis neruiſque occupatis, & oppletis Iſraelitæ Lethargo laborantes non dolebant, tandem excitati ſentire atque dolentes demum clamare, medicumque ſuum malorum omnium expulſorem notiſſimum, implorare, & appellare cœperunt.*

† *Chryſoſt. in ſerm. de proditione Iudæ.*

Sicut corporalis cibus cum ventrem inuenerit aduerſis humoribus occupatum, & amplius lædit, magis nocet, & nullum præſtat auxilium: ita & iſte ſpiritalis cibus, ſi aliquem repererit malignitate pollutum, magis eum perdet, non ſua natura, ſed accipientis vitio.

Idem Hom. 4 conc. 2. Theſſalo.

Sicut cibus naturaliter nutritorius exiſtens, ſi in eum qui prauis cibis corruptus eſt incidat, omnia perdit, corrumpit, & efficitur occaſio morbi: ſic etiam iſta quæ ad hæc terribilia pertinet ſacramenta frueris menſa ſpiritali, menſa regali, & iterum polluis cœno os tuum? perungis vnguento pretioſo, & iterum fœtoribus illud imples.

† *Anthonius de Rampegolis fig. Bibl. verb. antequam.*

Dicunt authores medicinæ quod ponere in ſtomachum cibum indigeſtum ſuper indigeſtum, eſt diminutio vitæ. vnde priuſquam ſecundum cibum ſumat primus dicitur digeri: vt ſtomachus expeditus à priore liber poſſit intendere ſuper ſecundum. Spiritualiter. Cibus iſte benedictus in ſtomacho animæ non eſt ponendus, niſi per pœnitentiam digeſta ſit omnis prior culpa. Nulla enim dicitur in anima remanere vitæ præſentis affectio, vbi dicitur poni totius mundi perfectio fig. 4. Reg. 23. Ioſias ov-

ſias noluit quod fieret phaſe niſi prius Iudæa purgaretur ab idolatria. purgata vero cœpit fieri phaſe & nos quia phaſe erat feſtum eſus agni in commemoratione exitus Ægypti. Spiritualiter. præcepit Dominus prius purgari animã per confeſſionem ab omni terrena cupiditate, quæ eſt idolorum ſeruitus,& poſtmodum facere phaſe id eſt ſumere agnum immaculatum,id eſt corpus Dominicum cuius paſſionis liberati fuimus ab Ægypto inferni.Comedebatur enim agnus ille cum lactucis agreſtibus, & nos ſemper illum debemus ſumere cum lachrymarum amaritudine,memores exiſtentes amaritudinis & pœnarum quas pro nobis eſt paſſus. vnde Tre. 3.Exhortatur nos Dominus dicens. Recordare tranſgreſſionis meæ, abſinthij & fellis.Sic igitur prius purganda eſt conſcientia, ne multiplicata inueniatur cibo extraneo,& iudicatur mortalis infirmitas.Vnde Chriſoſt. homil. 5.ſuper Matth. Corporalis inquit cibus cum ventrem inuenit à diuerſis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet; & nullum præſtat auxilium. Ita & ille ſpiritualis cibus, ſi aliquem reperit malignitate pollutum,eum magis perdit, non ſua natura, ſed recipientis vitio.

Non debet curare æger de reſtauratione cibi niſi prius purgatis oppoſitis humoribus,alioquin morbus creſceret in corpore, purgatus autem, aſſumptus cibus bonum præſtat nutrimentum. Spiritualiter. Corpus Chriſti eſt cibus reſtauratiuus ſpiritualis gratiæ. Io.6.ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi, ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.Sed nutrimentum gratiæ non præſtat animæ malis humoribus occupatæ,ideo debet prius peccata diluere,quo facto Spiritualiter hoc ſacramentum ſumat,antea vero non;fig Exod.16. Filij Iſrael non receperunt manna niſi prius conſumpta farina quam ſecum tulerant de Ægypto Spiritualiter per manna omnes continens ſapores ſubaudi iſtud mirabile ſacramentum,quod dulcorem omnis benedictionis & gratiæ continet Igitur antequam ſumatur,debet penitus conſumi culpa, quam cæcitatis caligine contraximus. Alias non proficeret nobis ſed magis & magis illud Sacramentum nobis eſſet ad pœnam,vnde Iſid. lib. de ſummo bono. Qui ſcelerato viuunt in eccleſia, & communicare non deſinunt, putantes ſe tali communione mundari, diſcant nihil ad emendationem proficere. *Idem.* *Fig.* *Iſid.*

Qui manducat me viuet propter me: Ioannis 6.nota cibum eſſe neceſſarium vitæ humanæ conſeruandæ,cuius ratio eſt quia ſuper calore naturali agente in humidum radicale fit continua protritio. Ideo niſi cibus reſtauratiuus aſſumeretur,cito homo eſſet conſumptus,quia cum aſſumptus cibus non eſt tantæ cõformitatis quod poſſit ad plenũ reſtaurari deperditur. Ideo homo antiquatur & moritur, vt ſolet poni exemplum de vaſe pleno vino & aquæ additione quia totiens poteſt fieri quod pura aqua in vaſe remanet.Spiritualiter peccatum æſtimatum & coniunctum homini propter corruptionem naturæ,qua ſemper fit gratiæ deperditio.Ideo indigemus cibo ſpirituali pro huius deperditi reſtauratione, *Idem.*

Talis cibus eſt ſacramentum corporis Chriſti, qui præbet animæ noſtræ vitam: verumtamen differentia eſt inter nutrimentum huius ſpiritualis cibi, & corporalis, quia cibus corporalis, vt dictum eſt, non eſt tantæ puritatis, vt ſufficiat ad reſtaurandum plene perditum. Sed iſte cibus ſacramentalis plus reſtaurat de gratia, quam culpa poſſit conſumere: ideo illos, à quibus deuote ſumitur facit immortales. Figura. Geneſis. 2. lignum vitæ erat in medio paradiſi: pro cuius eſu potuiſſent primi parentes non mori, propter conformitatem illius. Iſte tamen cibus, etiam illud lignum ſuperat in nutrimento: Quia illud conuertebatur in ſubſtantiam & carnem humanam & reſtaurabat illud quod erat conſumptum. Sed iſte ſanctiſſimus cibus animam conuertitt ad Deum, qui eſt omnium viuentium vera via.

Fig.

† *Seneca lib. 5. de benef. c. c. 12.*

Quemadmodum ſtomachus morbo vitiatus, & colligens bilem quoſcunque accipit cibos mutat, & omne alimentum in cauſam doloris trahit: ita animus cœcus quicquid illi commiſeris, ad onus, ſuum, & perniciem & occaſionem miſeriæ facit.

† *Philippus Boſquaerus Act pecc. par. 9.*

Sicut viuendum eſt antequam ambulari poſſit: ſic etiam dimittendum eſt peccatum antequam opera meritoria poſsint exerceri; purgandi noxij humores antequam bene diſpenſentur nutrimenta.

† *Refert Granat. Tom. 4. Cõc. conc 2. Domi 4. Poſt. Pent.*

Quemadodum inquit in medicina fieri dicunt, vt corpora non pura quo magis nutriueris, eo magis lædas, materiam nimium corruptis humoribus ſuggerens: ſic prauis opinionibus præoccupatam animam, quo plus docueris, eo magis lædes, maiores ſubinde male & perperam ſentiendi occaſiones ſuppeditans.

† *Hieremias Triuerus in varus apoſh.*

Sicut corpora impura priuſquam recenti alimento perfruantur debent putredinem priorem euomere: ſic & animi omnibus vitiis aſſeri oportet, priuſquam virtutem poſsit ſuſcipere.

X.

Corpora vbi quiſpiam purgare vult, fluida faciat oportet.

Iacobus Hollerius.

Vt corpora morbo affecta, ſunt purganda, ſed priuſquam purgentur oportet ea fluida facere, vt autem ſint fluida corpora, multas debent *habere conditiones, ſed ad quatuor potiſſimum reducuntur, ſcilicet vt natura bene ſit comparata, ad excretionem, materia non repugnet, via per quas ſit purgatio, ſint liberæ, & medicamentum analogum materiæ excernendæ*, ſic animus peccatis obſtrictus, eſt purgandus, ſed priuſquam purgetur, eum eſſe præparatum decet, vt autem ſit præparatus, multas debet habere conditiones, nempe ſexdecim, quas communiter quatuor illis verſibus Theologi comprehenderunt,

Sit ſimplex, humilis, confeſſio, pura, fidelis
Atque frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, & lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Quas ad quatuor redigunt , cum quatuor tantum neceſſariæ videantur: prima eſt vt ſit integra. Secunda diligens, Tertia fidelis, quarta obediens, ſed ne à litera recedamus, confeſſio, vt natura debet eſſe bene comparata ad excretionem, id eſt, ad euomitionẽ peccatorum, n●debet repugnare, ſed parere parata, libera vt facilius & melius peccata euomat, & pœnitentia debet cum peccatis quandam proportionem habere. v. g. ſcammonium bilioſis, elleborus qui biliatra ſunt affecti exhibetur: ſic erogatio pecuniarum , & eleemoſynæ debet iniungi auaris, vel iis qui auaritiæ, ieiunium qui gulæ peccata commiſerunt , & ſic de ſingulis.

Sicut medici ieiuniis, inedia, & ſanguinis effuſione ægrotantium corpora debilitant, priuſquam ea pharmaca porrigant, quibus omnis noxij humoris vis euacuanda eſt: ita plane Eccleſia voluit nos toto hoc quadrageſimalis pœnitentiæ tempore ieiunijs, & maceratione carnis præparare, vt Dominicæ paſſionis myſterium digne celebraremus: quo beneficio nihil ad animæ noſtræ excitationem pro ſationem efficacius nihil potentius. Quid enim (ait Bernardus) tam efficax ad purgandam mentis aciem, quam vulnerum Chriſti ſedula meditatio. † *Lud. Granat tom. 2. cõc. 6. poſt. 4. Domi. quad. conc. 1. Bernard.*

Verum huius aphoriſmi occaſione, aliæ de corpore humano pulcherrimæ ſimilitudines ſunt dicendæ.

VT corpora humana omnibus infirmitatum generibus afficiuntur, & iis medicus opportuna remedia quærit: ſic cum corpus eccleſiæ myſticũ omni genere morborũ eſſet infectum, & totum infirmum, neceſſe fuit, vt veniret magnus medicus, qui humanæ naturæ ægritudines perſanaret, vt eleganter Cornelius Muſſus deſcribit: Omni genere morborum eſtis infecti, infirmum eſt caput veſtrum, infirmi oculi, pectus, manus, venter, renes, & pedes. infirmitas capitis eſt ſuperbia, infirmitas oculorum eſt inuidia, infirmitas pectoris eſt ira, infirmitas manuum eſt Auaritia, infirmitas ventris eſt gula, infirmitas renum eſt luxuria, infirmitas pedum eſt Acedia, A planta, pedis vſque ad verticem capitis non eſt in nobis ſanitas. Non videtis hoc corpus myſticum Eccleſiæ totum infirmum eſſe, & languidum? Omne caput languidum & omne cor mærens. Neceſſarium profecto erat, vt veniret admirabilis hic medicus, qui conficeret admirandum ſanguinis ſui pharmacum, quo deſperatas naturæ humanæ ſanaret infir- † *Cornelius Muſſus tom. 2. con. 11. firmitas hominis.* *Eſa. 1.* † *Chriſtus noſter medicus* *Sap. 16.*

Sap. 18. infirmitates. Neceſſe fuit vt magnus veniret medicus, vbi magnus iacebat ægrotus. Neque herba neq; malagma ſanauit eos, inquit ſcriptura: ſed ſermo tuus Domine qui reſtaurat vniuerſa. Ecce ſermo Dei Chriſtus noſter eſt, de quo dicit ſapientia: omnipotens ſermo tuus Domine à regalibus ſedibus venit. iſte ſermo iſtud verbum, iſte Chriſtus medicus noſter eſt; audiſtis ne illum clamantem in Euangelio, non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus? currite, currite ad Chriſtum, date vos illi, faciat vobiſcum, quod vult, non minus eſt nunc medicus perſonarum veſtrarum quam fuit tunc veſtræ naturæ. Ex hac communi & vniuerſali medicina, omnes particulares medicinæ ad ſanandas infirmitates veſtras inuentæ ſuam ducunt originem, ô rarum & perfectum medicum vnguento humilitatis ſuæ: curat ſuperba capita aqua charitatis ſuæ, oculos inuidos rhabarbaro pacis, irata pectora, oleo ſancto eleemoſynarum, manus auaras dieta ieiunij, ven. res guloſos, exterſorio continentiæ, renes luxurioſos exercitio bonorum operum, pedes ſanat acedioſos: ſed quis vnquam celeſtium medicinarum, ab illo Archiatro pro ſalute noſtra compoſitarum poterit abundantiam numerare? Reliquit nobis quædam medicamenta anoſtomotica, & depaſcentia, timorem ſcilicet, atque contritionem: quędam attractiua & aggregatiua, vt ſunt diſcuſſio conſcientiæ, & examen vitæ: quædam etiam anodyna, & liquefacientia, vt compunctionem cordis, & ſympathiam erga proximum; quædam repellentia & exterſoria, vt confeſſionem cordis quæ fit Deo, & oris quæ fit ſacerdoti: quædam conſumptiua, & macerantia, vt ieiunium atque pœnitentiam: quędam incarnantia & reſtauratiua vt indulgentias ad ſacroſanctam Euchariſtiam: quædam emollientia ac lenientia, vt iubilum cordis, & deuotionem cum internam tum externam: quædam denique cathartica & exulceratoria, vt ſunt huius mundi aduerſitates, & fraterna correctio, ô quantus hic eſt medicus, & quales eius ſunt medicinæ. An ſimilem vnquam medicum mundus hic habuerit? Chriſtus viſitauit nos omnes naſcendo, explorauit, tetigitque arteriam omnium reprehendendo, & increpando; præſcripſit omnibus balneum ſanguinem ſuum effundendo: omnibus medicamenta porrexit moriendo; omnes è lecto infirmitatis ſubleuauit reſurgendo, omnibus aliis medicis ſoſtrum pro curatione datur: Chriſtus adeo nihil à ſuis infirmis poſtulat, vt etiam illis ipſis præclara addat munera Spiritum ſanctum in illos demittendo, ô medicum admirabilem.

Math 9.

Medicinæ ordinariæ à Chriſto ad noſtrã ſalutem.

Quemadmodum homo à ſupremo rerum molitore Deo conditus duabus potiſſimum partibus conſtat, corpore & anima, illo cum reliquis brutis communi, hac ſibi ſoli propria: ita philoſophus qui reliquas artes cum aliis communes habet, Ethica ai cæteris ſeparatur: Quid homo ſine anima? non homo: quid Philoſophus ſine Ethica? non philoſophus.

† *Erycius Puteanus in palæſtra bonæ mentis exer. 17.*

Ibidem. Diſtinguit anima hominem à reliquis brutis, Ethica Philoſophum à non

non philoſophis:amplius dicam à beſtiis. Anima immortalis eſt, ſolaque præmij capax:ethica,cum reliquæ ſcientiæ vna cum eo cuius erant euanuerint, ſola manet; manet inquam vitæ integritate, morum puritate, optimis meritis, fama perenni præmiumque ſola capeſſit,quia ſola virtutis eſt comes. Anima ſi è corpore abſceſſerit homo eſſe deſinit: Ethica ſi philoſophus caruerit, philoſophus non eſt, quia caret ſapientia caret virtute. Anima pauperem æqualem regi facit, nec intereſt vtrum exiguam terræ glebam exerceat, an ampliſſimarum ditionum habenas gubernet.Ethica inopem diuite ditiorem facit, nec ei intereſt cum Diogene in anguſto dolio habitare,aut in Lyceo Stoaue porticu cum Peripateticis,vel Zenone diſputare. Ad animæ acceſſum informis & immobilis terræ maſſa,pulcherrimam humanæ formæ ſpeciem recipit,atque mouetur ad ethicæ præcepta.

Inuidus,iracundus,iners,vinoſus,amator,
Nemo adeo ferus eſt qui non miteſcere poſſit.

Sicut corpus febricitans inducit languorum ignis: ſic mens peccatis æſtuans inducit languorem animæ. Nam ſicut febricitans modo patitur tremorem, modo calorem:ſic & peccator modo timet pati aduerſa, vel aſſumere pœnitentiæ opera; modo nimis amat bona terrena: ſicut enim dicit Auguſtinus ſuper illud Pſalm. Incenſa igni & ſuffoſſa, omnia peccata duæ res faciunt. ſcilicet cupiditas, & timor. In verbis præmiſſis duo tanguntur. ſcilicet infirmitatis genus, quæ erat febris, & curationis tempus, cum dicitur hora ſeptima: Circa primum notandum, quod ſicut ſunt diuerſæ ſpecies febrium ſic ſunt diuerſæ ſpecies peccatorum. Prima eſt febris quotidiana, & ſignificat peccatum gulæ, propter quotidianam exactionem: Eſa. 56. venite ſumamus vinum,& impleamur ebrietate & erit ſicut hodie, ſic& cras: & multo amplius. Ideo comparat ſangui ſugæ:Prou. xxx. ſanguiſugæ, duæ ſunt filiæ, dicentes affer. affer: quia guloſus poſt vnum ferculum, dicit affer aliud; & ſicut febris quotidiana de facili mutatur in aliam, ſic & gula cito tranſit in luxuriam. Hieronymus: venter mero æſtuans, cito deſpumat in libidinem. vel febris quotidiana animæ ſunt peccata venialia,quæ quotidie aguntur quæ ſecundum Auguſtinū in libro. l. Omel. aſſimulantur guttis aquæ, quia feruorem charitatis remittunt: Arenæ quia ſæpe à bonis operibus animam ſterilem faciunt. Scabiei, quia decorem animæ diminuunt, & dicit Auguſtinus ibidem quod multæ guttæ implent fluuium, & naui faciunt naufragium. Multa grana arenæ faciunt onus ponderoſum, Multitudo Scabiei corpus reddit corruptum. Sic etiam venialia, quæ contemnuntur, ſæpe ſua multitudine, ſua ponderoſitate, & ſua deformitate ad peccatum mortale diſponunt. Secunda febris eſt effimera: quia dicitur ab effimera piſce marino, qui eodem die quo naſcitur moritur, & ſignat

Iacob. de var. D.21. ſer. 2.

 ſubt-

ſubitum motum iræ, quæ debet finire ante ſolis occaſum Eph. IIII. ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram Glo: ira non duret, ſubitus enim iræ motus, quaſi naturalis eſt, quia ſicut dicit Hieronymus, quia nulla animi perturbatione mouetur, vt ſimpliciter dicant: aut Deus aut lapis, eſt, ideo dicit Gregorius Nazianzenus, quod duo ſunt in cœlo quæ non poſſunt commoueri, ſcilicet Deus & Angelus, & tertius in terra, ſcilicet Chriſtianus philoſophus. licet enim Deus aliquando dicatur iraſci; hoc non dicitur propter aliquem turbulentum affectum, ſcilicet propter vindictæ effectum: Ipſam enim vindictam non facit cum aliqua animi commotione, ſed cum mentis tranquillitate: Sap. 12. cum tranquillitate omnia iudicas: Angeli licet etiam de perditione peccatorum dicantur flere. Eſa. XXXIII. Angeli pacis amare flebant, tamen fletus vel conturbatio in eis cadere non poteſt: ſed dicuntur flere, id eſt, ad modum flentium ſe habere, Chriſtianus autem philoſophus quamuis aliquando turbationem patiatur, ex hoc tamen eius oratio non obnubilatur, ſciendo eam tener ſub Dominio rationis, vnde dicit idem Nazianzenus: Chriſtianus philoſophus in terra cæleſtis eſt in corruptione impaſſibili in omnibus, vincitur propter quando in animum libertate. Tertia febris eſt erratica quia non accedit certis horis; & ſignificat peccatum inuidiæ, quæ quando aliquis laudatus, accedit, cum vituperatur, recedit. Non enim habet horam determinatam ſcilicet quandocunque renouantur laudationes, renouantur acceſſiones: hoc patet Reg. XVIII. cœperunt enim puellæ cantare: Saul percuſſit mille & Dauid decem millia. Et tunc Saul habuit vnam acceſſionem magnam inuidiæ, dicens: mihi dederunt mille, & Dauid decem millia. Tandem Ionathas eum placauit & ſic ceſſauit acceſsio. Quotieſcunque vero Saul audiebat de eius probitate toties laborabat: iſta acceſsione: iſta autem febris non naſcitur, niſi de felicitate alterius, quia ſola miſeria caret inuidia, vnde dicit quidam: omnibus inuideas, inuidet nemo tibi. ideo ſignificatur per Heli ſacerdotem de quo dicitur 1. Reg. III. quia non poterat videre lucernam Domini antequam extingueretur. Lucerna accenſa lucet, extincta fetet; lucerna accenſa ſunt viri ſancti, & virtuoſi: extincta peccatores fetidi. inuidus quo non poteſt ſuſtinere, vel videre viros virtuoſos, ſed libentius videt miſeros & abiectos, iſta febris multum affligit habentem, vnde dixit quidam, inuidus inuidia comburatur intus, & extra. Ideo dicit Socrates: vtinã inuidi in omnibus ciuitatibus oculos & aures haberent, & de cunctorum felicitatibus torquerentur. Quarta eſt febris tertiana qua laborant illi qui de malis quæ fecerunt ſatisfacere nolunt, habent contritionem & confeſsionem ſed non ſatisfactionem: dicitur vero quod quidam dæmoniacus ad quendam virũ ſanctum adductus, eſt, qui præcepit dæmoni vt exiret, & nomen ſuum diceret & ille nos ſumus tres, qui in iſto homine habitamus. Ego vocor claudens

dens cor, Alius frater meus cludens os, Tertius vocatur claudens Marſupium; officium enim meum eſt peccatores indurare, ne poſſint contritionē habere, & ſi forte cōteritur, laborat frater meus vt à confeſſione impediatur. & ſi forte conteritur, & confitetur. Alius frater meus laborat ne ſatisfaciat, & per hunc modum omnes lucramur. Tertius tamen frater meus ſcilicet Claudens Marſupium plures nobis omnibus acquirit. Quinta febris eſt continua, iſta febre laborant auari, & maxime vſurarij, cæteri peccatores interpollationem faciunt in peccatis, vſurarius Chriſto qualibet die, qualibet nocte, & qualibet hora, quolibet momento, & quolibet feſto peccat. Ideo videtur eſſe peior quā Iudas. ille enim tantum vendidit Chriſtum, iſte vendit Chriſtum, & beatam Virginem, & ſanctos & ſanctas; quia earum feſtiuitates computat in vſuras, & quia ſimilis fuit Iudæ in culpa: Ideo ſimilis erit ei in pœna: Iudas enim in aere qui eſt medius inter cœlum, & terram interijt, ad innuēdum quod neque in cœlo debebat ſtare cū Angelis, neque in mundo cum hominibus, ſed in aere cum dæmonibus: ſic & vſurarius non habitabit in cœlo, quia Deum & beatam virginem & ſanctos & ſanctas offendit; nec in mundo quia homines conturbauit; ſed in inferno, cum dæmonibus quos per auaritiam adorauit; iuxta illud Col. 3. Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus id eſt iſta febris continua. ſ. auaritia cito occidit, quia tollit tria, quæ ſunt cauſa vitæ. ſ. cibum, ſomnum & quietem: auaritia enim non audet comedere. Eccl. 14. Non ſatiabitur pane indigens, & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Nec poteſt dormire, Eccleſ. 2. Cuncti dies eius doloribus, & ærumnis pleni ſunt: nec per noctem mens eius requieſcit. Prou. 4. non enim dormiunt, niſi male fecerint, & nō rapitur ab eis ſomnus, niſi ſupplantauerint. Nec poteſt quietem habere die ac nocte, eſt in labore & fatigatione. Hierem. 49. Præ ſollicitudine quieſcere non potuerunt: auari ergo parum viuunt, ſed frugales & liberales multum. Prouer. 28. Qui audit auaritiam, longi fient dies eius. Sexta febris eſt quartana, & ſignat ſuperbiam propter quatuor ſpecies ſuperbiæ de quibus dicit Gregorius. Quatuor ſpecies tumoris ſunt, cum vel aliquis bonum, quod habet à ſe habere ſe extimat, vltimum pro ſuis meritis datum, ſibi putat; vel cum iactat ſe habere, quod non habet, vel cum deſpectis cæteris appetit ſingulariter videri habere, quod non habet vel poteſt ſignificare luxuriam, quæ per corpus expletur, quod ex quatuor elementis componitur; vel poteſt ſignificare conſuetudinem longam peccandi, vt prima dies ſit mala ſuggeſtio, ſecunda malus conſenſus, tertia malum opus. Quarta mala conſuetudo. Iſta triplex ſpecies quartanæ difficulter curatur: ſuperbia enim difficulter curatur: quia ſemper eſt in aſſenſu. Pſalm. ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. Hinc eſt quod habuit in cœlo, ſic in tantum creuit, quod deſcendit in terreſtrem paradiſum, & iterum ſic creuit, quod repleuit totum mundum. Alia ſpecies quartanæ: ſcilicet luxuria difficulter curatur, quia in anima & in carne nimis redicatur; ipſa enim in anima id eſt in memoria, per

turpium imaginationem, in intellectiua per turpium meditationem, in voluntate, per turpium affectionem. Radicatur etiam in corpore, quia ipſum totum inflammat Iob. 31. ignis eſt vſque ad conſumationem deuorans, & omnia eradicans genimina ipſum totum conuulnerat, eiuſdem 16. conuulnerabit lumbos meos, ipſum totum corrumpit & fœdat. Iohel. primo: computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. Tertia ſpecies quartanæ .ſ. mala conſuetudo difficulter curatur. Iſtud ſignatū eſt Iob. 11. in Lazaro quatriduano & fœtido. Cæteros quidem mortuos faciliter ſuſcitauit Dominus, Lazarum vero, quatriduanum cum quadam difficultate ſuſcitare voluit; ſcilicet cum oratione, cum clamore, cum ſui conturbatione, & cum lachrymarum effuſione. Septima febris eſt ethica, quæ eſt febris radicata in membris, in quibus naturalis humiditas conſumitur, & ſignat triſtitiam, & maxime illam de qua dicitur 2. Cor. 7. ſæculi triſtitia mortem operatur. Talis enim triſtitia etiam exsiccat oſſa, id eſt, animæ virtutes Prou. 17. ſpiritus triſtis exicat oſſa; ſunt tamen quædam oſſa quæ non tantum ſunt exſiccanda, ſed etiam incineranda. Amos. 2. incendit oſſa regis Idumeæ vſque ad cinerem. Idumea interpretatur ſanguinea, & ſignat diabolum qui ſanguinem noſtrum ſitit, eius oſſa ſunt noſtra peccata, per quæ in nobis robur ſumitur; ſunt ergo qui iſta oſſa habent integra, qui ſcilicet ſuperficialiter conteruntur. Alij ea incinerant quæ ſcilicet præcordialiter conteruntur, & hanc contritionem facit ſalubris triſtitia, de qua dicitur 2 Cor. 7. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.

† Imitetur animarum religio rationem corporum, quæ licet annorum proceſſu numeros ſuos euoluant, & explicent: eadem tamen, quæ erant permanent. Multum intereſt inter pueritiæ florem, & ſenectutis maturitatem: ſed iidem tamen ipſi fiunt ſenes, qui fuerant adoleſcentes, vt quamuis vnius eiuſdemque hominis ſtatus habitibuſque mutetur, vna tamen nihilominus eademque natura, vna eademque perſona ſit. Parua lactentium membra, magna iuuenum; eadem ipſa ſunt tamen. Quot paruulorum actus tot virorum: & ſi qua illa ſunt, quæ acui maturiori ætate patiuntur, iam in ſeminis ratione proſerta, vt nihil nouum poſtea proferatur, in ſenibus, quod non in pueris antea latitauerit. Vnde non dubium eſt hanc eſſe legitimam & certam proficiendi regulam; hunc ratum atque pulcherrimū, creſcendi ordinem, ſi eam ſemper in grandioribus partes ac formas numerus detexat ætatis, quas in paruulis creatoris ſapientia præformauerat. Quod ſi humana ſpecies in aliquam deinceps non ſui generis vertatur effigiem: aut certe addatur quippiam membrorum numero, vel detrahatur, neceſſe eſt, vt totum corpus vel intercidat, vel prodigioſum fiat, vel certe debilitetur. Ita etiam Chriſtianæ religionis dogma ſequatur, has decet profectūrum leges; vt annis ſcilicet conſolidetur, dilatetur tempore, ſublimetur ætate: incorruptum tamen illibatumque permaneat; & vniuerſis partium ſuarum menſuris,

† Vincentius Lirinenſis c. 29. vt refert Henricus Sedulus in præſcrip. a 'uerſus Hæreſes.

ris, cunctiſque quaſi membris ac ſenſibus proprijs plenum atque perfectum ſit: quod nihil prӕterea permutationis admittat nulla proprietatis diſpendia, nullam ſuſtineat definitionis varietatem.

Sicut apud Medicos ſic & apud iuriſperitos, *ille dicitur conſtitutus in articulo mortis, quando ſtabat periculum mortis ratione infirmitatis*.

Petrus Gerardus de Petra ſ[an]cta in ſing. 12.

Sicut remedia: *Sic inſtrumenta omnia habent executionem paratam*.

Matthæus Mattheſilanus in ſing. 20.

Sicut periti & prudentes medici, non ſolum in patria, verum etiam in exteris regionibus medicam ſcientiam ſingulari cum laude exercent: Sic qui legationis munere funguntur, & domi & foris omnium eminentiſſimi ſunt cenſendi, vt illuſtriſſimus Lucius Morra, Hydruntinus Archiepiſcopus, & ſuӕ ſanctitatis in his prouincijs Nuntius; qui maxima ingenij dexteritate, perſonӕ veneratione, nobiliſſimo vitӕ exemplo, ſollertis iudicij vigilantia, rerum humanarum ac diuinarum peritia, commoda opportunitate, fide, integritate, ac religione, ſplendidӕ liberalitatis fama, eximia eloquentia, rerum ciuilium vſu, ac intelligentia, ſingularis miſericordiӕ prӕconio, multiplici doctrina, morum prӕclarorum indole, perfectiſſima prudentia, & omnibus naturӕ induſtriӕ ac virtutum ornamentis, reipublicӕ eccleſiaſticę, ac ſummo Pontifici egregiam operam inter cӕteros nauat. †

Sicut in corpore humano digiti ſuas habent ſignificationes, vt videre eſt apud Phiſyognomiӕ profeſſores: ſic & in re ſpirituali prӕclara ſignificant, vt inquit Ioan. Quintinus. Secundum eſt videre quomodo auditus iſti ſurdo redditur, & ſciendum quod per appoſitionem digitorum Dei, hoc eſt per appoſitionem donorum ſpiritus ſancti, quӕ per digitum ſignificantur, & tunc digiti Dei in aure ſurdi ponuntur, quando in ipſo ſpiritus ſanctus infunditur.

Ioan. Quintinus in ſerm. mor. 45.

Quomodo auditus iſte ſurdo redditur nempe per quinque digitos Dei.

Primus pollex poteſt dici donum fortitudinis, vel timoris Domini, ſicut dicitur Eccleſiaſtici. 1. initium ſapientiӕ timor Domini, & Eccleſiaſtici 15. Qui timet Deum, faciet bona. Hic eſt igitur de quo dixerunt magi Pharaoni, digitus Dei eſt hic. Exod. 8. 1.

Secundus ſcilicet index eſt donum ſapientiӕ ſiue prudentiӕ quӕ docet bene conuerſari in medio prauationis, & quid faciendum, & quid non, & quid fugiendum: hic eſt digitus quo Deus Moyſi ſcripſit legem in tabulis lapideis, vt habetur exod. 31. dedit Dominus Moyſi tabulas lapideas ſcriptas digito Dei. 2.

Tertius ſcilicet Medius qui maior eſt aliorum eſt charitas. Vnde 1. Corinth. 13. Nunc autem manent fides, ſpes, charitas, tria hӕc maior autem horum eſt charitas, iſte poteſt dici digitus Dei, de quo dicitur Luc. 11. ſi in digito Dei eijcio dӕmonia profecto venit in vos Regnum Dei, &c. 3.

Quartus qui dicitur medicus eſt miſericordia, quӕ ſanat vulnera, & 4.

ra, & infirmitatem miſerorum. Ad hanc inuitat nos Dominus Luc. 6. Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.

5. Quintus eſt auricularis qui eſt minimus, hic eſt humilitas; quæ facit hominem ſe minimum reputare, reſpectu aliorum; & facta ſua minuere: ſicut faciebat Paulus qui dicebat. Ego ſum minimus Apoſtolorum; iſte digitus poteſt dici ille digitus de quo dicitur Ioan. 8. Ieſus inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terram, illum digitum non habent ſuperbi, iactantes & magnificantes ſe, ſicut dicebat Roboam 3. Reg. 12. minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. de iſtis tribus dicitur ſimiliter Iſai. 40. quis appendit tribus digitis molem terræ, moles terræ eſt homo pronus ad peccatum, & ad lapſum peccati, qui appenditur charitate contra inuidiam, miſericordia & pietate contra auaritiam, humilitate contra ſuperbiam, propter appoſitionem iſtorum digitorum, id eſt donorum ſpiritus ſancti, & per conſolationẽ virtutum redditur auditus peccatori ſurdo, cum adducitur ad Chriſtum.

1. Corinth. 5.

Sicut in corpore humano duplex eſt genus humorum, vnum naturale, alterum vero extraneum, & illud ab extraneo corrumpitur. Sic in corpore ciuili duo ſunt genera hominum ſubditorum ac exterorum. Porro ab exteris id eſt ex alienis moribus regna ac prouinciæ corruptelam pati conſueuerunt, vt Doctor Marta annotauit.

Doctor Marta in tract. de Clauſ. 2. par. clau. 62.

Sicut in corpore eſt pars præcipua, quæ eſt caput à qua cæteræ partes diſcrepare non debent, ſic in territorio eſt quoddam membrum, quod cæteris debet præſtare, vt in territorio ciuitas: nam *ciuitas eſt caput territorij, membra autem non debent diſcrepare à capite, cap. cum non liceat extra de præſcrip.*

Nicolaus Loſæus in tract. de iure vniuerſitatum par. 3 num. 6

†

Sicut Deus eſt vbique in mundo, ita anima in toto corpore: ſicut Deus vitam partibus vniuerſis: ita anima artubus humanis. Et ſicut Deus ſe à rebus per ſui influentiam ſubtrahens omnia interire facit; ita anima à corpore ſeparata membra, ſingula necem ſubire cogit.

Ioan. Nider de reform. Relig. lib. 2. cap. 1.

†

Sicut cibus corporeus carnem, ita humilitas & charitas & quæuis alia virtus mentem reficit & recreat. Nulluſque animam habet robuſtam & vt oportet, bene refectam, niſi his pretioſis alimentis paſcatur, &c.

Iacob. Suarez de Paz. de virt. adeptione cap. 11.

†

Sicut quod in naturalibus effectibus videmus; vt ignis igne, & omne ſimile ſimili gignatur, idem quoque euenit in moribus; nihil enim facilius quam, vt ſuperbia ſuperbiam, iracundia iracundiam, loquacitas loquacitatem, omne denique vitium generis, vitium in aliorum animis pariat, ſicut autem conſuetudine male loquendi periculoſa, ita conuerſatio cum ijs qui linguam ſuam moderari conſueuerunt admodum ſalutaris.

Adrianus Margotius in monitis ſacris par. 2. 17.

Sicut in humano corpore colligantiam ſeu coniunctionem omnium membrorum ſub vno capite, cuius ſenſu & ductu gubernantur: ſic in corpore ſpiritali quod eſt Eccleſia, omnes Chriſtiani vniti eſſe debent inter

Idem part. 1. monit. 18.

inter ſe, ſub vno capite Chriſto, eiuſque vicarijs, quorum ſapientia ac præſcripto regantur: caput & corpus Chriſtus & Eccleſia, duo in carne vna, in voce vna, in paſſione vna, & cum tranſierit iniquitas in requie vna inquit S. Aug.

Sicut vnum quodque membrum habet ſuum officium ac operationem eaque contentum eſt: in vno corpore ait Paulus multa membra habemus, *In Pſal. 64.* omnia autem membra non eundem actum habent. Sic in Chriſti Eccle- *8&Idem.* ſia quiſque ſuum habet opus, & fungitur ſuo officio, eoque contentus & operam bene facere: vnde idem Apoſtolus vnuſquiſque in quo vocatus eſt in hoc permaneat & qui docet, in doctrina, qui exhortatur in exhortando.

Sicut vnum quodque (membrum in corpore humano laborat pro toto *Ibidem.* corpore eique prodeſt, oculi non pro ſe tantum, ſed pro toto corpore vident: Manus pro toto corpore operantur, pro toto corpore ambulant, pedes, ſtomachus pro toto corpore cibum accipit, & digerit: ſic ſunt vniuerſi conſiſtentes in fide ait D. Greg. ſicut multa membra vno continentur in *Poſter par.3.* corpore quæ per officium quidem diuerſo ſunt, ſed eo quod ſibi viciſſim *admonit.11.* congruunt, vnum fiunt; vnde fit, vt pes per oculum videat, & per pedes oculi gradiantur: ori auditus aurium ſeruiat, & ad vſum ſuum auribus, oris *Lib.12. conf.* lingua concurrat, ſuffragetur venter naribus ventri operentur manus, ſic *cap.25.* in Eccleſia quiſque non ſibi ſoli, ſed & alijs ſeruire debet: nihil proprium ac priuatum retinere, bene rem facit qui magis communitati, quam ſuæ voluntati ſeruit, veritas tua ait Auguſtin. Domino, nec mea eſt nec illius ſed omnium noſtrum, quos ad eius communionem publicè vocat, terribiliter nos admonens, ne velimus eam habere priuatam, ne priuemur ea.

Sicut vnum membrum ab alio forte læſum non ſe vendicat, & id quod læſit læſum curare ſtudet: vt ſi manus manum, vel pedem, vel aliud quodcumque membrum. Hæc eſt doctrina Chriſti in Euangelio; ſi offers mu- *Ibidem Paſt.* nus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet ali- *par.1.cap. 5.* quid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo; & D. Auguſtin. in regula: quicumque aliquem vel *Matth 5.* verbo, vel facto læſerit meminerit ſatisfactione quantocyus curare, quod *epiſt.109.* fecerit, & ille qui læſus eſt ſine diſceptatione dimittere.

Sicut in corpore humano ſunt membra infirma, ſunt ignobilia, ſunt & *Ibidem.* inhoneſta, vt vocat Apoſtolus: infirma facile læduntur; ignobilia ad opus ignobile deſtinantur; inhoneſta turpes habent motus rationi rebelles; quæ infirma ſunt, magis curantur, & cuſtodiuntur. Ignobilia autem & inhoneſta teguntur; ſic ſunt in Eccleſia infirmi, qui facile offenduntur, & ſcandalizantur, eorum maior cura & ratio habenda, multa omittē- *Matth.16.* da in verbis, factis, &c. & ſi licita ne paruuli lædantur; magnifecit Chriſtus *1.Cor. 8.* Dominus ſcandalum puſillorum & maximo ſupplicio dignum oſtendit, & Apoſtolus eius videte inquit ne forte hæc licentia veſtra offendiculum *Gen. 9.* fiat infirmis, & pereat per te frater propter quem Chriſtus mortuus eſt,

 ſunt etiam

ſunt etiam mali ſiue ſuperiores,ſiue alij,quorum defectus ac vitia tegenda: excuſanda,toleranda: texerunt Sem & Iaphet filij Noe verenda patris ſui, & benedicti ſunt:eadem deriſit Chain & fratribus oſtendere voluit & cum ſua progenie maledictus eſt.

Ibidem Cor. 12. Roman. 12. Sicut in corpore humano ſi patitur vnum membrum,compatiuntur omnia membra, ſi gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra: ita veri Chriſtiani gaudent cum gaudentibus, flent cum flentibus, quod eſt opus charitatis,cuius mors inuidia,quæ dolet de alterius bonis, gaudet de malo, imo in humano corpore, vnum membrum reputat ſibi fieri, quod fit alijs, ſiue bonum ſiue malum, ſi lædatur pes,os conqueritur: ſi curentur aut lauentur pedes, os regratiatur: ſic quiſque fidelis reputare debet ſibi fieri, quod fit alijs, ſiue ſit bonum, ſiue malum. vnde caput Eccleſiæ: Quod inquit vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.

Ibidem. Sicut in corpore humano quodlibet membrũ multum timet ſeparari à reliquis membris; nec mirum cum ſeparatum ſit inutile: non enim iam viuificatur à ſpiritu, vti cætera, imo totum corpus horrorem & terrorem concipit ad ſeparationem vnius membri à ſe;ſic fideles admodum timere debent ſeparari à corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia: vel quando vident aliquem ſeparandum,vel ſeparari ab ea,per mortem,hæreſim, excommunicationem, quod grauius eſſe dicit D. Auguſtin. quam gladio feriri ſubigi, flammis abſumi. Quiſquis enim ab Eccleſia ſegregatur, Sathanæ traditur, & à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur inquit Cyprian. quiſquis non fuerit in arca Noe peribit.

Natalis Talepied in Threnos. Primo conqueritur Propheta in perſona totius captiuitatis,quod ſit conturbatus venter,& cor ſubuerſum amaritudine. Secundo quod interius & exterius afflictionem patiatur.Sic & Eccleſia modo conqueri poteſt, iiſdem de cauſis, nempe, quod eius ſit venter conturbatus, cor ſubuerſum intus,foriſque patiatur.Sacræ ſcripturæ alienum non eſt membra Eccleſiæ tribuere, ſaltem metaphoricè, cum enim Eccleſia ipſa ſit Chriſti corpus myſticum,neceſſe eſt vt miſticis compaginetur membris. Quid ſi cor Eccleſiæ dicuntur prælati, ſicut enim aquę ex fonte procedunt,ita ex corde tanquam à fonte ſpiritus procedunt vitales:haud aliter vita populi tanquam à fonte, ex vita hauritur prelatorum, vnde & cordati dicuntur.per Deos penates ſignificati (auctor eſt Aug.li.1.de ciuitate Dei cap. 3.) per quos pœnitus ſpiramus corpus, & rationem animi poſſidemus. Penates enim ſunt præſides & cuſtodes dij,venter Eccleſiæ ſunt ſimplices Chriſtiani,vt docet D. Aug. in Pſalm. 21. expoſitione ſecunda,quæ de Chriſto loquitur,ſuper illud:in medio ventris mei:ventrem ſuum dicit, inquit infirmos in Eccleſia ſua,& ſicut venter cibis repletur oris beneficio: ſic ſimplices per prædicatores qui ſunt os Dei paſcuntur verbo diuino. Aut ſecundum eundem in Pſal.43.venter Eccleſiæ ſunt carnales,qui herẽt in terra & abſcondũtur tanquã molliores, & infirmiores. Secundũ iſtũ ſenſum non immerito conqueri debet Eccleſia dicens: Vide Domine quoniam tribulor,ſed

Aug tom. 8. in Pſalm. 21.

lor,ſed ô mater noſtra Hieruſalem,quæ nam eſt cauſa tui luctus? cur non lachrymis imperas? produc triſtitiæ cauſas,conturbatus eſt inquit venter meus,&c.Quatuor in ſumma tangit.Primo quod eius conturbetur venter. An non ſimplices conturbatos videmus his modernis temporibus? Non ob aliud quam quod lupus in ouile Domini ingreſſus ſit,ad rapiendas oues; ſicut enim totus conturbatur grex ouium in luporum aduentu: ſic etiam ſimplex populus non parum mouetur in hæreticorum falſæ doctrinæ publicatione; multos legimus in ſacris literis & prophanis populorum tumultus,verum turbulentior nequaquam fuit populus quam ſit nunc. Nedum quidem mala è cælo ab elementis & à terra allata patitur, ſed & detrimentum corporis & animæ ſuſtinere cogitur. Secundo conqueritur quod ſubuerſum ſit cor ſuum,id eſt,rectores, & doctores amaritudine repleantur,maximaque triſtitia,quod ſtatum Eccleſiæ Chriſtianæ indies prę- uideant caſurum, proprium eſt enim doctorum & bonorum prælatorum ſuorum ſubditorum inconſolabiliter flere ruinam, vt ex ſacris patere poteſt 1.Reg.30.David Rex cum audiſſet ciuitatem Siceleg eſſe ſuccenſam, & adductos inde homines, captiuos non minimo confectus eſt mœrore: ſic fleuere Ioſias 4.Reg.22.Eſaias.c.22.Hieremias eodem c.13.Daniel idem ca.10.Chriſtus Luc.19.Paulus act.20.D.Martinus.Turon. Seuer. Sulpicius. Quorum exemplo flere debent rectores & prælati ſuper Eccleſiæ ruinam: imo omnes Chriſtiani.Quis eſt homo qui non fleret Chriſti ſponſam ſi videret in tanto ſupplicio,quaſi nunc vndecũque premitur, tum à Turcis, tum ab hæreticis,qui eam exterminare nituntur? Res ſane ploratu digna. Tertio & vltimo conqueritur quod intus & extra patitur,& publicè & priuate,publicè quidem ab hæreticis,& Tyrannis inuaditur; Secreto autem à falſis fratribus,& malis Chriſtianis,qui ſuis corruptis moribus maxime obſunt,fœdatur. Foris interficit gladius inimicorum,quorũcumque & domi mors ſimilis eſt,hoc eſt bellum & inteſtinum,inter membra Eccleſiæ, quæ vnum cor eſſe debent,& anima vna, nam fratrẽ in fratrem,patrẽ in filium, filiam,in matrem inſurgere videmus, ita vt propediem ſit D. Noſtri Ieſu Chriſti aduentus,&c.

Sicut fellis amaritudo tunc bene ſentitur,cum venit ad guttur & fauces, ſic amaritudo peccati tunc perfecte ſentitur,cum miſera anima ad inferna deſcendit,in præſenti autem non ſemper ſentitur huiuſmodi amaritudo, ſed tantum peccatum,& peccati delectatio. † *Guillelmus Pepin in Elucid. in Confiteor.*

Differentia eſt inter cibum corporalem& cibum ſpiritualem,nam cibus corporalis per virtutem manducantis in manducantem conuertitur, cibus autem iſte ſpiritualis manducantẽ ad ſe trahit,& ſibi ſpiritualiter vnit, ex quo fit vt Chriſtus etiam per gratiã manducanti vniatur.Et ſic Chriſtus & manducans per vnionem ſpiritualiter confirmantur, & ſic per manducationem huius cibi ſpiritualis & potus homo incorporatur Chriſto per gratiam,& Eccleſiæ ſanctæ per fidem,viuit vt tandem vniatur in patria conſortio beatorum. † *Philippus de Monte Calerio in ſer. Hom.42.*

Iac Fauerolus de re medi c.22.
Iac Curtius coni. & iur. ciui lib 1c.36
Refert Marcus Manu. in epist. c. 180.
†
Ant. v lib. orbis affl. & diuinæ conſol. par. 1 c 12
Ibidem.

Sicut à Philoſophis & medicis: ſic & à iuriſperitis; vita longa centum annorum æſtimatur: Nam *vulgatum eſt: vitam longam homini centum eſſe annorum: Hinc collectum eſt, centum quemque annis viuere intelligendum, niſi mors probetur, &c.*

Sicut in rebus naturalibus fieri, à facto eſſe non diſtinguitur, ſic in re ciuili. *Potentia propinqua actui, actus eſt. l. quæſitum §. ſiue fortaſſis ff. de legat. 4.*

Vt corpus ocioſum & motu carens magis eſt morbis obnoxium, & citius laſciuum redditur: quod autem ſua habet exercitia & labores, etiam ſalubrius eſt, & venuſtius, eodem modo anima anguſtijs & tribulationibus moleſtata, mundior, pulchrior, & venuſtior redditur.

Vt crudo ſtomacho, qui nequit concoquere cibos, vtiliſſimum eſt abſinthium, ſic animæ ægrotæ, amaræ paſſiones ſunt ſalubres & ſalutares. Huc quadrat prouerbium: Quando ægrotus conualeſcit, fit deterior quam erat, prius. Prodeſt igitur ipſum ægrotum manere, quam deteriorem fieri. Idem etiam teſtimonijs ſcripturæ confirmari poteſt. Leuit. 26. Deus minatur pœnam ſeptuplo maiorem ijs, qui ex minori & priori pœna ſeſe non emendant.

Idem par. 1. ca. 22.

Sicut oculi infirmi colori viridi, ſpeculo, & fontibus reficiuntur: ſic animi contriſtati, conciſſa lætitia poſſunt recreari, & confortari; auditu muſicę, ambulatione, aeris mutatione ex loco tenebroſo in lucidum migrare, &c.

Antonius Buſennius in com. in Gal. de inæquali. intemp.

Sicut humorum aliqui dolores faciunt, aliqui non: nam vt inquit Buſennius. *Pari modo etiam propter humores redundantes dolores accidunt: vehementes ſane ex calidis & frigidis: mediocres ex ijs: qui ſiccandi vi præditi ſunt; citra caliditatem aut frigiditatem conſpicuam. Qui autem humectant humores nullum prorſus dolorem inuehunt, quantum ad qualitatem attinet.* Sic politicorum humorum aliqui, perturbationes, ac moleſtias reip. corpori afferunt, illud variæ affligendo, vt princeps tyrannide, nobiles ambitione, plebs ſeditione; alij nullo dolore remp. afficiunt, vt quædam religionum inſtitutiones prudentiſſime gubernatæ, quæ hucuſque nullum ſcandalum dederunt.

Lud de Ponte in Direct. ſpir. p. r. 1. tract 1. c. 23.

Sicut inter corpora ſana & neutra, imo morboſa, vt peſtifera febri laborantia eſt aliqua ſanitatis ſimilitudo, vt in pulſibus, vrinis, calore, colore, in quibus diiudicandis medici ſæpe falluntur: nam cum ſigna ſanitatis videant, potius eam quam morbos adeſſe ſtulte diiudicant, &c. Sic *magna eſt affinitas & ſimilitudo inter aliquos effectus vitioſos & virtuoſos, adeo vt contingat ſæpe nos tranſire ab ſtudioſo affectu ad prauum, exiſtimantes virtutem eſſe quod re vera eſt vitium: & iram iudicantes zelum prodigalitatem, liberalitatem, puſillanimitatem, & hypocriſim humilitatem, præſumtionem confidentiam, pertinaciam conſtantiam, & amorem proprium, diuinum amorem.*

Quemadmodum corpus, tametſi formoſum ornamenta admittit: ita ingenium

ingenium Huius enim & forma quædam eſt, ſiue venuſtas, benignæ naturæ opus; & ornamentum accedentis diſciplinæ.

† *Erycius Puteanus in iuvent. Belg. Laudat.*

Digitus tres habet partes: prima pars eſt gratia præueniens, ſecunda continuans. Tertia finalis, & conſummans; fruſtra enim extremam partem digiti petit: qui de prima & ſecunda in vita ſua non curauit. Ideo poteſt dicere iſtud. pſalm factus ſum tanquam vas perditum: multi tamen de primis non curant, ſed tantum de finali, quod eſt quærere extremum digiti dicentes, moriatur anima mea morte iuſtorum: & fiant nouiſſima mea &c. ſed per hanc voluntatem offendunt Deum prouer. XIII. vult & non vult piger vult exaudiri, vt non peccet: & non vult iuuare ſe, nec orantes pro ſe.

† *Ioa: Raulin. in ſer. Quadrag. 5.*

Sicut homo proprie ex anima & corpore eſt conſtatum: *ſic magiſtratus ius proprium, compoſitum eſt ex imperio & iuriſdictione.*

† *Ioch. Steph. de iuriſd. Iud. &c. 2. nu. 1.*

Sicut in corporibus humanis, ſi qua contriſtetur particula, præcipua auxilij ſpes in ſolo capite ponitur, in quo ratio materque conſiliorum habitat, in reipub. vero in magnis rebus, vtilitatem concernentibus commune bene conſulendi, iniuriam vindicandi hoſtes propulſandi occaſio, & poteſtas concreditur magiſtratui: Qua in re quies conſiſtit in republica non exigua, nam quis eſſe poſſit diſcordiarum finis, niſi illi in republica extiterint, quibus tanquam principibus, omnes lites dirimendas relinquamus.

† *Petrus Memmius de recto med. vſu.*

Vt in rerum naturalium amplitudine ſunt duo contraria, calidum nempe & frigidum, album & nigrum quæ varie inter ſe permixta & tẽperata medias qualitatum & colorum ſpecies generant; tepidum ſcilicet, rubeum, viride, flauum &c. ſimiliter leues animi tardioribus oppoſiti: (etenim tardiſſima leuiuſſimaque ingenia tanquam artibus & diſciplinis inepta, hinc procul ablegamus) ſi inter ſe miſceantur, & quaſi temperentur. ſpecies quaſdam medias, & temperatiores conficient, vt explicatione planius euadet: quam ab ingeniis mobilibus exordiemur &c.

† *Autor li. cui tit. el ſcetrix animorum c. 47.*

l'Intelletto noſtro quanto alle opinioni diuerſe ch'egli puo hauere, ragioneuolmente ſi paragona allo ſtomaco, concioſia coſa che ſi come lo ſtomacho mal compleſſionato, conuerte ogni buon cibo in cattiuo humore, coſi l'intelletto mal diſpoſto riduce ogni buona dottrina a falſo ſentimento.

† *Marco Ant. Quirini nelle lettere.*

Sicut digni omnium imitatione ſunt ij, qui ſcientiæ medicæ profeſſione, reconditorum ſecretorum cognitione, ſcientia in morbis indagandis, prudentia in occaſionibus aucupandis, peritia in ægritudinibus curandis, iudicio in remediis applicandis, cæteris anteſtant: ſic digniſſimi æmulatione ſunt ij, qui in rebus ciuilibus, cæteris præſtant: vt excellentiſſimus Philippus Dux Arſchotanus, comes, & princeps Arenbergius, &c. qui immẽſæ liberalitatis ſplẽdore, præclariſſima illuſtris ingenij indole, inuſitatæ virtutis efficacia, impauidi ac conſtantis animi vigore, veræ pietatis ac religionis

 ligionis

ligionis fama, firmo in rebus difficillimis iudicio, ſumma perfectæ mentis bonitate, exquiſitæ prudentiæ altitudine, egregia humanitatis ac temperantiæ laude, incomparabili magnificentiæ præconio, largiſſima omnium rerum extimatione, incredibili facilitate, elegantiſſimorúque morum ſuauitate, generoſiſſimi ſpiritus indole, magnanima fortitudine, religioſæ conſcientiæ candore, rerum excelſarum notitia, illuſtri vitæ exemplo, & eximio, omnium præſtantiſſimarum virtutum concurſu, quomodo principes ac magnates eſſe debeant, cæteris vias glorioſiſſime tradit.

Ioannes de Chartegena, in Homil. chat. de arcanis Deipara Mariæ & Ioſephi lib. 6. hom 24.

Sicut corpora humana: ſic & peccata & anima habent membra. Peccatum anima à Deo derelicta comparatur infirmo, vlceribus pleno, atque in ſingulis corporis partibus inſanabili, fere modo confecto, Porro peccatum eſt quoddam corpus, vt dixit Paulus vt deſtruatur corpus peccati. Deſcribamus, nos huius corporis membra, & liquido conſtabit, omnes eius partes infectas, languidas, & vlceribus plenas eſſe. Eſt ſane intellectus huius corporis, quod eſt peccatum cæcitas, voluntas vero cupiditas, & inclinatio ad malum, memoria, obliuio Dei, & beneficiorum eius: oculi adulteria: os & Aures blaſphemiæ & maledicentiæ, Naſus affectus ad libidinoſos, & ſenſuales odores: Venter ingluuies, commeſſationes & ebrietates; Tactus mollities, & delectatio in actibus venereis. Brachia inimicitiæ, & rixæ: Manus & digiti furta & rapinæ; coxæ & femora fornicationes, adulteria, & alia eiuſmodi opera: Genua inconſtantia, & debilitas in bene operãdo: Crura iniquæ & iniuſtæ actiones: Pedes greſſus praui, & impudici. Atque ita à planta pedis vſque ad verticem non eſt in hoc corpore, quod deſcribimus, ſanitatis veſtigium aliquod. E contrario animæ iuſtæ omnia membra, partes, ſeu oſſa (ſic potentiæ animæ in ſcripturis appellantur) integra, firma ac virturibus roborata eſſe dignoſcuntur. Eius intellectus eſt veritas, voluntas bonitas; memoria Dei recordatio & beneficiorum eius memoratio: oculi Dei cognitio: Aures fides: Nares ſpes cæleſtium: Guſtus deſiderium rerum ſupernaturalium, Tactus exercitatio ſenſuum in rebus ſpiritualibus: Brachia concordia & charitas erga proximos: manus iuſtitia commutatiua & diſtributiua. Femora temperantia & caſtitas: Genua robur & potentia in bene operando. Tibiæ promptitudo ad bona opera exequenda: Pedes pacifici & virtuoſi affectus, & quemadmodum Deus cuſtodit hæc omnia iuſtorum oſſa, ita vt

Pſ lw. 33. Pſalm. 144.

nec vllum ex illis conteratur: ſic ex aduerſo omnia impiorum oſſa diſperdit, frangit, comminuit: Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur: & illud: Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdit, vbi Euthymius ait: cuſtodit Dominus omnes diligentes, ſcilicet eum ex toto corde, cuſtodit autem ab his omnibus à quibus cuſtodire decet: Et omnes peccatores diſperdet, eos ſcilicet, qui immedicabili morbo laborant: diſperdet autem eos ſeu exterminabit eos à populo ſuo.

Euthym. in Pſal 144.

Sicut in humano corpore ſunt diuerſa membra: ita & in corpore peccati. Nam

cati. Nam caput illius eſt amor proprius, ſiue priuatus, qui vocatur à doctoribus amor cupidineus, qui eſt radix & caput omnium malorum: iſtud igitur caput eſt deſtruendum, vt impleatur de vnoquoque noſtrum illud Abac. 3. & Percuſſiſti caput de domo impij: id eſt de corde, item illud Pſalm. Tu confregiſti capita draconum Frons corporis peccati eſt impudentia peccandi, de qua Hiere 3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere; Oculi eius ſunt ſapientia huius mũdi, & prudentia carnis. De primo oculo ſcribitur Iaco. 3. non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens. De ſecundo vero Roman. 8. Prudentia carnis mors eſt. Naſus corporis peccati eſt aſtutia, & calliditas malefaciendi, quia vt dicitur Luc. 16. Filij huius mundi ſapientiores, ſiue prudentiores filiis lucis ſunt in generatione ſua. Lingua corporis peccati eſt ſerpentina, & bifurcata, quia coram hominibus dicit vnum, & retro contrarium: Pſalm. linguis ſuis doloſa agebant. Quod ad literam de detractoribus dicitur. Nam tales in linguis ſuis ferunt venenum aſpidum mortiferum; & inſanabile, quo communiter interficiuntur tres perſonæ, videlicet: detractor, auditor, & ille de quo detrahitur. Facies corporis peccati eſt adulatio, per quam quis quærit alteri illicite complacere, eum laudando. Nam laudare aliquem, qui non eſt laudandus, vel pluſquam eſt laudandus, vel non eo fine, quo fieri debet, ad adulationem pertinet, quæ peccatum eſt. Venter prædicti corporis eſt guloſitas, vnde de guloſis loquens Apoſtolus Phil. 4. dicit, quod Deus eorum eſt: venter ipſorum. Pedes eiuſdem corporis ſunt malæ affectiones, & praua deſideria, quæ portant miſeras animas in infernum. Prouerbio 1. Pedes eorum ad malum currunt. Manus & brachia ſæpe dicti corporis peccati ſunt mala opera, per quæ deducuntur homines mali ad æternum interitum. Et ſic patet deſcriptio corporis peccati, quod omnino deſtruendum eſt in præſenti per veram pœnitentiam. Alias ſuo pondere trahet ſecum miſeros peccatores in infernum.

† *Gulielmus Pepin in ſer. 1. de ep homil. poſt Trinit.*

Sicut in manu hominis ſunt quinque digiti, ſcilicet pollex, index, medius, medicinalis, auricularis: ita ſuo modo in manu Domini poſſumus contemplari prædictos quinque digitos.

† *Gulielmus Pepin ſer. Dom. 2. ſer: de epi. Dom. 3. poſt Trinit.*

Primus igitur digitus manus Domini vocatur pollex. Dicitur autẽ in manu hominis ille digitus pollex, qui præ cæteris pollet virtute, groſſitudine, & grauitate iſto igitur digito tangit nos Dominus, quoties, fortiter nos grauat aduerſitatibus huius ſæculi; ita vt merito dicere poſſimus illud exod. 8. digitus Dei eſt hic. Hunc itaque digitum cupiunt mali à ſe remoueri, eo, quod volunt aduerſa pati in præſenti. Quinimo ſub tali digito murmurant contra Dominum, dicentes ei illud Iohan. 20. Noli me tangere. boni vero & patientes ſub flagellis Domini rogant eum, vt ipſos puniat in præſenti, ne eos puniat in futuro, dicentes cum Auguſtino. Hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas. Tales itaque, videntur eidem Domino dicere, illud Ioan. 21. infer digitum tuum huc ſcilicet in corpus meum, ipſum in præſenti flagellando.

Secundus digitus manus Domini vocatur index ab indicando. Nam ſicut

ſicut homines digito, qui index dicitur, indicant, & oſtendunt occulta; ita & Dominus iſto digito indicat nobis ſuam voluntatem, in ſacra ſcriptura, in cuius rei ſignum idem Dominus olim tradidit iudæis per manus Moyſi duas tabulas lapideas, ſcriptas digito ſuo. Exo. 31. item ipſe Dominus eodem digito indicat nobis, in eadem ſcriptura multa alia, vt pote, quæ ſunt credenda, agenda, fugienda, deſideranda, & huiuſmodi. Hac etiam de cauſa Dei filius in hunc mundum viſibiliter, & in forma humana venire dignatus eſt, vt ſcilicet nobis omnibus indicaret viam ſalutis æternæ, vnde & cuidam adoleſcenti aperte indicauit hanc viam, cum ait illi: ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Matt. 19.

Tertius digitus manus Domini vocatur medius: ille enim digitus in manus Domini vocatur, medius qui mediat inter duos, & duos: ſic & in manu Domini digitus medius eſt, Chriſtus, qui mediat inter patrem, & & Spiritum ſanctum, in ordine ſanctiſſimæ trinitatis: ſiue ſecundo emanationem, ſeu originem; non eſt ergo ibi intelligenda mediatio localis, ſeu poſitionis, ſicut in rebus corporalibus contingit: vel dic quod idem Chriſtus ſecundum quod homo merito vocatur digitus medius, eo ſcilicet quod mediat tanquam aduocatus noſter, ſeu procurator inter Deum patrem, & nos, ipſe enim eſt lapis angularis, qui fecit vtraque vnum. vnde Apo. 1. Tim. 2. vocat eum mediatorem Dei, & hominum. Hinc etiam Ber. loquitur dicens, ô homo ſecurum acceſſum habes apud Deum, matrem ante filium, pectus, & vbera illi oſtendentem, filium ante patrem latus & vulnera illi demonſtrantem, nulla ergo ibi poterit eſſe repulſa, vbi tot concurrunt charitatis inſignia; quartus digitus manus Domini vocatur medicinalis ſiue medicus.

Quartus enim digitus manus humanæ vocatur medicus, eo quod cum ea ſolent medici tangere venas, ſiue arterias hominis? ita & quartus digitus manus Domini merito appellatur medicus, eo quod eo mediante ſummus medicus Dominus noſter medetur animabus noſtris, nos à peccatis ſanando, & præcipue in ſacramentali confeſſione, & abſolutione: ipſe enim eſt ille peritiſſimus medicus, qui de ſe ipſo loquens. Mat. 9. ait. Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Non enim veni vocare iuſtos, ſed peccatores: Item Auguſt. de verbis apoſtoli ſer. 9. exponens illum textum Pauli. Chriſtus Ieſus, venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, dicit: ſic Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla cauſa eſt medicinæ: ſi venit de cœlo magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus; Ipſe ægrotus, genus humanum eſt; hæc Auguſtinus vbi ſupra.

Quintus digitus manus Domini vocatur auricularis, & hoc per ſimilitudinem ad quintum digitum manus hominis, qui auricularis dicitur, eo quod cum ipſo ſolent frequenter humanæ aures purgari, & mundari. Sic Deus Pater habet digitum, quo purgantur aures interioris hominis, qui eſt Spiritus ſanctus: ſic enim eum vocat Eccleſia, in illo hymno: Veni creator ſpiritus, dicens: Tu ſeptiformis munere, dexteræ Dei tu digitus. Hic eſt

ergo

ergo digitus ille, de quo loquens Chriſtus Iudæis. Lucæ 11. dicebat ſi in digito Dei. i. in virtute Spiritus ſancti eiicio dæmonia, id eſt, remitto peccata, profecto peruenit in vos Regnum Dei, id eſt gratia eiuſdem Spiritus ſancti. Patet ergo de quinque digitis manus Domini, quæ cum ſit talis, ac tanta vt tales habeat digitos, merito debemus ſub ea humiliari ſecundum quod nos admonet beatus Petrus in prima parte præſentis Epiſtolæ dicens. Humiliamini ſub potenti manu Dei.

Sicut in re medica: ſic in re ciuili: *quod fit à maiore parte capituli; ſeu collegij ſeu vniuerſitatis, regulariter valet l. quod maior. ff. ad muni. lege limit: apud eundem.* *Ant. Corſetus in ſing. vn. uerſ. ias.*

†

Sicut corporalis ſaturitas omnes ſaturos æqualiter habet, quamuis ſinguli cibum non æqualiter, ſed pro poſſibilitate perceperint: ita omnes ſancti & ſi fuerint aliqua graduum ſuorum diuerſitate diſtincti, vna beatitudine perfecti erunt, & vna perfectione beati futuri ſunt. *Proſper de vita cõtemplat. li. 1. c. 4.*

Sicut medici ex corporis phyſiognomia mala & bona ægroti multa præſumunt: ſic in re ciuili ex: *Phyſiognomia enim mala præſumitur, quem ad ſcelera proclinem, ſicut etiam a bona bene præſumitur, ſecundum Bal. in l. 2. c. quorum appel. non reci: idem in l. Moyſis cap. XIX. Eccleſiaſt. ibi ex viſu cognoſcitur vir. & cap. III. Iſaia, ibi agnitio vultus eorum reſpondet eis, ſed ex ijs præſumi poteſt in genere, non autem in ſpecie de aliquo delicto, niſi alijs concurrentibus, licet Paris de Puteo dicat per phyſiognomiam bis iudicaſſe; vide eum in dicto tractatu colum. viii. vnde dixerunt aliqui ſi plures reiſunt torquendi, incipiendum eſt ab habente malam phyſiognomiam,* *Franc. Caſonus in aur: tract: de for. tract. 1. c. 8.*

Et M. Ant. Blanc. de indic. num. 406. *dicit malam phyſiognomiam generare ſuſpicionem in genere, vt oriatur præſumptio ne mala & vitiata natura non autem in ſpecie ad præſumendum, de aliquo particulari crimine: in c. quia diuerſitatem notat. 1. de conceſ. preb. dicit. animi deformitatem ex deformitate corporis argui, & de hoc indicio tradit Nouel. in ſua pra. crim. in princ. num. 81.* *Ioa: Bonif. de furtis §. eſt num. 126.*

†

Vt vinum vigorem & florem ſeruat, ſed clauſum; apertum exhalat: ſic virtus apud ſecretum manet, vaneſcet ſi vulgaris: *Lipſ. in cent. 4 Miſcell: ep. 4.*

Quemadmodum panis corporis: ſic animæ iuſtitia pabulum eſt: *Iacob: Billius*

Me miſerum! namque omnes meos iam deficit artus
Robur; & inſolitus pectora languor habet.
Aruit vt fœnum mea mens. cur aruit autem?
Scilicet oblita eſt vincere pane ſuo.
Panis enim, virtus animi eſt, probitaſq; fideſq;,
Et quidquid Domini Lex veneranda iubet.
Hic mentis cibus eſt, hoc pinguis redditur illa:
Augent, non minuunt cetera quaque famem.

Sicut medici pharmaca amara dulcibus miſceant: ſic epulæ ſpirituales alteris miſcendæ.

Æthereis quicunque epulis & nectare ſancto,
Interdum bonitas dat patris alma frui.
Hic Cereris faſtidit opes, & dona Lyæi:
Tormentique dapes haud leuis inſtar habet.
Cumque etiam natura cibos admittere cogit,
Expertes epulas non ſinit eſſe Dei:
Non menſa, at ſtabuli digna eſt hæc nomine menſa
Nemo vbi de ſummo verba parente facit.

† Orig. in lit. ind. hom 5. Vt vinum ſanos & commode degentes &(ſicut ſcriptura dicit) cor hominis duntaxat lætificat: febricitantibus vero, ſi ſumpſerint, perniciem continuo & interitum parit: ita fit vt eadem res eodem modo ſumpta, vni quidem vitam, alij autem conferat mortem.

† Lipſ. ex præ: ad con. Vt vinum quo nihil ſalubrius, quibuſdam in venenum eſt: ſic iſtis, qui laqueis quæſtionum malo dediti ſunt, Philoſophia, qua abutuntur.

† I. č in Dina Sichemi ens: cap. 2. Sicut pueris lac neceſſarium eſt ad alimentum, viris etiam valet & iuuat: ſic tirones aut errones in fide miraculis nutriuntur, viri & robuſti etiam oblectantur.

Plinius. Veluti herbæ ſalutares conſuetudine perdunt medendi vim: Ita admonitio ſi aſſidua ſit, non emendat aſſuetum iam obiurgationibus.

† Plutar. in moral. Sicut ſunt cibaria, quæ neque ſanguini conferunt, neque ſpiritui, neque neruis, neque medullis, ſed pudenda tantum mouent, ventrem inflant, corpus turgidum reddunt: Talis eſt adulatoris oratio, vitioſa tantum, auget & irritat alioqin infrugifera.

Plinius. Vt Aprina vina, & alia quædam initio dulcia auſteritatem accipiunt ab annis: Ita quidam ætate fiunt inhumaniores.

Sicut Aminæa vina ſenio fiunt meliora. Ita quidam in iuuenta ſolutiores aut aſperiores, ætate, & vſu rerum fiunt mitiores.

Plutarchus. Sicut vinum & poma ſubacerba vetuſtate miteſcunt, dulceſcuntque: ſic ætatis inſolentia longo rerum vſu mitigatur.

Idem. Quemadmodum lac coagulo concreſcit: ſic homines compinguntur, & vnum fiunt amicitia.

Idem. Vt malum cibum nec retinere poſſis citra noxam, nec reiicere ſine moleſtia: Ita malum amicum, ſi teneas, lædit, nec tamen abſque inimicitia ac tumultu veluti bilem potes abiicere.

Idem. Vt mel exulcerata mordet, ac purgat, alioquin vtile & dulce: ſic amici libertas non mordet, niſi ſi quid eſt vitioſum, & corrigendum.

† Lipſ. in cõſt. li. 1. c. 11. Vt vrticam ſi cunctanter attingas, adurit; ſi fortiter, hebeſcit: ſic luctus aſperitas increſcit ſi lenioribus remediis adtractes; ſi duris & fortibus cedit.

† Io. à S. Gem. lib. 10. Vt malum & venenatum cibum homo non ſolum non vult comedere, ſed nec etiam guſtare: ſic peccato homo non ſolum non debet conſentire, ſed neque in eius delectatione vel animo detineri.

Sicut

Sicut nihil prodeſt cibus qui ſtatim ſumptus emittitur; ſic non prodeſt audire verbum Dei, & proiicere illud. *Idem.*

Vt perdix eſt optimus Cibus, ſed non comeditur cruda; nullus eſt enim ſtomachus, qui eam poſſit digerere: ſic veritas eſt excellentiſſimum pabulum, ſed non eſt proponenda cruda, ſed aſſa, aut cocta, & ſale prudentiæ temperata. Nullus eſt ſtomachus qui velit crudã veritatem recipere. † *Hector Pinius in cap. 58. Iſa.*

Sicut cibus nihil prodeſt ſi manducauerimus, & iterum euomimus eum de ſtomacho: ſic nihil in nobis prodeſt verbum, quod audimus, & obliuiſcimur illico. † *Chryſ. Hom. 41. oper imperfect.*

Quemadmodum qualemcunque cibum niſi maſticauerimus dentibus, non ſentimus ſaporem eius: ita & verbum, quod audimus, niſi maſticauerimus ipſum tractantes in nobis, non poſſumus intelligere virtutem verbi illius. *Ibidem.*

Sicut cibum poſtquam maſticauerimus, dimittimus in ſtomachum: ita & verbum poſtquam bene tractauerimus, commendemus ipſum memoriæ tanquam ſtomacho. *Ibidem.*

Sicut qui mittit in os ſuum fragmentum panis, aut qualemcunque cibum, primum molit eum dentibus, & ita dimittit eum in ſtomachum: ſic & cum audimus verbum Dei, neceſſe eſt ipſum meditari in ore ſenſus, & videre quid eſt, quid dicit, aut vnde dicit, aut propter quam rem dicit. *Ibidem.*

Vt vinum non deſinit eſſe vinum, ſi aquæ in eo aliqua pars: ſic doctorum libri ad probi ſi labeculæ interſparſæ aut errores. *Lipſ. in li. de pronun.*

Quemadmodum poma quædam ſuauiter acerba ſunt, & in vino nimium veteri delectat & ipſa amaritudo: ſic amicorum defunctorum memoria mordet animum, ſed non ſine voluptate. *Seneca.*

Quomodo iuxta qualitatem ciborum, de ſtomacho ructus erumpit, & boni vel mali flatus indicium eſt: ita interioris hominis cogitationes verba proferunt, & ex abundantia cordis os loquitur. † *Hieron. ad Principia. virgi.*

Vt cibus innatans ſtomacho, onus eſt, non cibus: Idem mutatus in vires, & ſanguinem tranſit: ſic quæ legeris, ſi ſolida, durant in memoria, aliena manent: ſi abeunt in ingenium, tum reddunt eruditionem. *Seneca.*

Sicut ſal modicè cibis aſperſus, condit & gratiam ſaporis addit: ita ſi paulum antiquitatis aut ioci admiſcueris, oratio fiet venuſtior; ſi plus ſatis, nihil in ſuauius. *Quidam.*

Vt vinum dilutius magis prouocat vomitum, quam vel aqua ſimplex vel etiam vinum merum; ita intolerabilior eſt nequitia pietatis ſimulatione condita, quàm ſimplex aut aperta malitia. *Greg.*

Sicut vina languidiora vapeſcunt ætate; ita deſipiſcunt ingenia vulgaria, eximia etiam ad extremam durant ætatem. *Plin.*

Sicut vinum alios hebetiores reddit, alios acutiores, alios elingues facit, alios loquaculos pro corporum habitu: ita eadem ſtultitia & igno- *Plut.*

ignorantia veri quoſdam incitat ad ſtudium pecuniæ, quoſdam ad voluptates.

Idem. Vt herba moly difficile quidem effoditur, ſed ad remedia præter cæteras efficax eſt: ita quæ præclara ſunt, non contingunt niſi magno negotio.

Idem Sicut vino modico nerui & oculi iuuantur, eodem copioſiore læduntur: ſic literis modice guſtatis, adiuuatur vita, eadem læditur, ſi quis immodice incumbat.

† *Climachus de mem. mor grad. 6.* Sicut cibis omnibus panis vtilior eſt, & magis neceſſarius, ita præſtat omnibus operibus mortis meditatio.

Plinius. Vt herbæ ſalutares conſuetudine perdunt medendi vim: ita admonitio ſi aſſidua ſit, non emendat aſſuetum iam obiurgationibus.

Plu. Vt vinum appellatur, etiam ſi maior aquæ pars ſit admixta: ita domus mariti dicetur, etiam ſi mulier plus contulerit.

Plu. Vt vino non eſt aliud corporis viribus vtilius, ſi recte vtaris; nec eodem eſt quicquam pernicioſius, ſi morbus abſit: ita philoſophia ſalutaris res eſt, ſi modice adhibeas, ſi eius ſtudio temulentus, à communis vitæ iniuriis reddaris alienus.

Ioan. à S. Gemin. in ſum. de exem lib. 9. ca. 11. Sicut acetum purificat muſtum: ſimiliter compunctionis acetum purificat cor à fæce peccati turbulentum: vnde Ambro: dicit, ſcindite corda veſtra ferro & aceto compunctionis, ab vſu inueteratæ conſuetudinis.

Idem ep. 22. Sicut cibus, in quo nimis eſt de ſale, quaſi perditus eſt, ſed non ille in quo parum eſt, quia poteſt apponi: facilius enim ſal cibo apponitur, quam ſubtrahitur; ſic homo ſuperbus, qui nimis habet de ſenſu propter difficultatem obedit alteri, & ideo non eſt flexibilis ad obedientiam, ſed humilis è conuerſo eſt, quia humilis à ſenſu ſuo recipit alienum, quia videns ſenſum ſuum non ſibi ſufficere, alieno ſenſui acquieſcit.

Idem ca. 77. Sicut herbæ medicinæ quanto ſunt amariores, tanto plus ponitur de ſaccaro, vel de melle, vt infirmus potionem abſorbeat: ſic eſt de conſolatione, & tribulatione. Pſal. Secundum multitudinem dolorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

† *Idem l. 10. c. 45.* Sicut ignis ex appoſitione combuſtilium, ſcilicet lignorum vel olei vel picis: Sic ignis luxuriæ ex oppoſitione ciborum & potuum accenditur.

† *Chryſoſt. hom. 5. ſup. Matth.* Quemadmodum corporalis cibus cum ventrem inuenerit aduerſis humoribus occupatum, amplius lædit, magis nocet, & nullum præſtat auxilium: ita & iſte ſpiritualis cibus, ſi aliquem reperit malignitate pollutum, magis eum perdet, non ſua natura, ſed accipientis vitio.

† *Euſeb. Emiſſenus in exhor. ad pleb.* Sicut ſunt violenti herbarum ſucci: ita ſunt venena verborum: ſicut eſt languor, & lepra corporis; ita prurigo obtrectationem lepræ probatur eſſe animarum.

Sicut

Sicut vbi neque quadruplum neque quintuplum alimentum nutrire ſatagit, atrophia eſt incurabilis. Sic eorum quoque auaritia deplorata eſt, ac immedicabilis quibus neque quadruplum, neque quintuplum quidem ad vitam ſatis eſt. † *Triuerus ex variis apophtheg.*

Sicut modicum fellis optimum quemque ſuccum vitiat, & è contrario parum mellis plurimos dulcorat: ita ſuperbia omnem virtutem labefactat: charitas vero omne vitium caſtigat. *Ibidem.*

Sic vbi cibus aliquis, ſed malus ſua dulcedine inuitat, fere condimentis malitia eius corrigitur, & fit minus noxius: ita minus peccat, qui cum quadam religione quam contemptu deorum, peccato fruitur. *Ibidem.*

Sicut nec corporibus idem cibus eſt idoneus omnibus, ſed vnicuique ſuis ferè peculiariter eſt gratus & ſalubris: ſic tanto eſt animus corpore inſolentior, qui alienas diuitias & honores ſibi appetit. Non eſt enim minor animorum, quam corporum differentia. *Ibidem.*

Sicut ſalubrius eſt alimentũ in diuerſas partes partiri, quã ſemel affatim vſque ad faſtidium ingerere: ſic & melior eſt oratio, quæ ſæpius repetitur, quam quæ in longum cum tædio protrahitur. *Ibidem.*

Sicut vnuſquiſque cibus ſuæ ætati conuenit, at panis vnicuique conducit: ita & Euangelium prouectis & paruulis conuenit, & quod eſt mirabile vnicuique proprium exiſtit. *Ibidem.*

Sicut tam calidum, quam frigidum aliquando ſtomachum confirmant; tepidum ſemper robur ventris effœminat; ſic interim leuiora peccata minus promittunt pœnitentiam, quam grauiora. *Ibidem.*

Sicuti cibus manſus & aliorum ſaliua infectus genuinam gratiam amittit. Ita ſæpe & ipſum Euangelium aliena fæce conſpurcatum. *Ibidem.*

Sicut mel lac & alius fere optimus ſuccus malum ventrem magis vitiant, ita bonæ literæ peruerſum hominem corrumpunt. *Ibidem.*

Sicut non ſtatim optimus quiſque cibus magis gratus eſt, ſed vnumquẽque ſuus ſapor afficit: eadem eſt in controuerſijs libido: quippe & hic vnicuique ſua placet ſententia. Tam periculoſum eſt ſtatui inuentis credere. Nihil enim magis vulgare quam proprijs commentis falli ac decipi. *Ibidem.*

Sicut qui crudo adhuc cibo nouum adiicit, ſæpe atrophiam ac maciem incurrit; nec poteſt promouere ad maiora, qui neglectis prioribus properat ad poſteriora. *Ibidem.*

Vt nimius cibus ſæpe infeſcat voraces: ſic & nimia ſapientia ſubinde infatuat ſapientes: ergo oportet hic citra ſobrietatem ſapere & illic citra appetitum cibum mittere. *Ibidem.*

Vt optimi cibi gratiam condimenta diſſimulant: ſic & pulcherrimam ſæpe formam luxuria beſtialis obſturat: proinde condimentis non eget niſi malus cibus & veſtium apparatu dumtaxat in formis mulier. *Ibidem.*

Ibidem. Vt oleum cuilibet alteri ſucco ſupernatat, & charitas omnem aliam virtutem ſuperat.

Ibidem. Vt oleum nunquam penitus excidit, ſemper enim aliquid manet: & poſſunt aliæ virtutes, caſtitas & humilitas penitus tolli: ſed charitas quauis alia virtute magis conſtans eſt, certe nunquam tota expirat.

Ibidem. Vt ſunt quidam cibi difficiles, ſed ſemel cocti ſolidiſſimum præſtant alimentum: ita & tentationes noſtræ ſuas moroſitates, & difficultates à principio exhibent, ſed ſemel euictæ animum noſtrum maxime firmant.

† *Ioa. Oſorius in conc. ſer. 2. in aſcen.* Cum debita proportio membrorum in corpore eſt, ſi caput intrat per foramen aliquod vniuerſum corpus intrare poteſt. Iam ergo caput noſtrum cœlos penetrauit; ſi membra ei apta & conuenientia fuerimus, intrabimus illuc & nos.

† *Idem in ſexta corp. Chriſti conc. 2.* Talis enim vita tua eſſe debet, qualis eſt cibus quo vteris? ſed qualis eſt cibus? Potuit alio nos nutrire cibo, quam quo ipſe nutritus ſit, ſed tamen quia caput & membra eodem vtuntur cibo, nec alius eſt cibus capitis, alius membrorum, ideo cum vita Dei ſit diuina & cibus Dei ſit ipſe Deus nos Chriſti membra eodem ſumus alendi cibo, licet aliter atque aliter condiatur & apretur.

Idem. Sicut cibus carnem trahit in ſuam natiuam conditionem, ſibique aſſimilat, & inde cibus groſſior, vel delicatior, ingenia hominum diuerſa efficit: ita cibus hic diuinus diuinos homines efficit, & carnem noſtram mutat.

Idem. Sicut infirmatur corpus, cum calore extraneo inflammatur, cum vires deficiunt, cum cibus non eſuritur: ita cum non eſuris iuſtitiam, cum faſtidis orationem, ſacramenta, & piam lectionem, & reliqua bona opera; infirmatur filius tuus. Cum vides non ſuſtinere verbum aſperum, cum non operaris verba Dei facile, cum viriliter tentationi non reſiſtis, ſed quaſi dubitas, an facias peccatum vel non, pedes tui commouentur, penè moti ſunt infirmus hic filius tuus. Accede ad Chriſtum priuſquam moriatur.

Idem. tom. 3. Sicut auris verba dijudicat, oculus colores, guſtus ſapores non contra; eſt vero ſenſus communis qui omnium ſenſuum obiecta cognoſcit, & ea conferre valet: Ita Angelus eſt comprehenſor & ſolummodo gloriã experitur, homo in terra poſitus eſt viator, & ſolum paſſiones ſuſtinet. Chriſtus vero tanquam communis ſenſus vtrumque experitur, & comprehendit & patitur, ideo illa comparare poteſt, &c.

Idem. Sicut inter humana membra quædam ſunt ita fortia, vt non ſibi ſolis, ſed & alijs opitulari poſſint vt brachia: quibus maxime vtimur in periculis: ſic inter virtutes, quædam ſunt ita præſtantes, vt omnibus alijs ſint maximo præſidio, quibus proinde in periculis præcipue vtendum nobis eſt, & huiuſmodi eſt firmiſſima in Deum ſpes, quæ eſt

veluti

veluti anchora, qua nauis tenetur, ne procella eam huc, illucque diſpergat.

Sicut cum homo debita membrorum proportione conſtat, ſi eius manum videas dumtaxat, & ex illa colligere poteris vniuerſi corporis magnitudinem, propter proportionem quam inter ſe membra ſeruare debent. Ita cum audis Mariam Dei eſſe matrem, inde reliqua colligere poteris; ſumma enim proportione vniuerſa poſuit in ea cœleſtis artifex, & ideo reliqua dona huic dignitati commenſuranda erant. Atque adeo vniuerſas Mariæ laudes vnico verbo collegit hodie mulier de turba, dicens. Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. *Idem.*

Oculus eſt animæ pulſus: nam *vt Phyſicus ex agitatione pulſus de his, quæ in corde geruntur dijudicat, ita ex oculo dignoſci quicquid excogitat, machinaturque animus. Si forte mirum quod Eraſiſtrates nominatiſſimus Phyſicus felicius ex motu arteriæ percepit amoris paſſionem, qua flagrabat Antiochus, ad ſorcum ſuam, quam curauit: profectò nec minus mirum, quanquam non ordinarium, ex oculis manifeſtari amorem aliasque quamplurimas animæ paſſiones.* Lege plurima apud eundem autorem de oculis quia nimis longum eſſet referre. *Iulius Mazarius in conc. Pſal. 50. conc. 4.*

Vt in creatione mundus totus in epitomem redactus eſt, & contractus in homine: ſic homo & mundus comprehenduntur, & clauduntur in oculo, in quo cernere eſt tot circulos, tot humores diuerſos elementis correſpondentes, tot munera totq; varias functiones, vt S. Cyrillus dicere non ſit veritus Chriſtum in ſanatione oculorum cæcati imitatum patrem cœleſtem in creatione vniuerſi. Non ſolum viſibilium figura eſt oculus, ſed & inuiſibilium imago, ſignáter animæ vt ſcribit Philo. Namque vt ſenſus omnes commune quid habent & familiare, cum anima viſus ceu vicinior natura primas obtinet in ipſis, ad quod adducit. D. Auguſt. egregium hoc argumentum. Namque vt anima quamquam incorporea, imaginatione ſibi fingere & repreſentare poteſt omnes dimenſiones & magnitudines corporum: ita oculus pupilla ceu punctum aut centrorum in medio circuli poteſt in inſtanti intueri hæmiſpherium cœli. *Idem.* † *Lib. 6. in Ioa. c. 4. de ſpeci. leg. l. de quant. animæ c. 4.*

Sicut corporis capilli non ſunt de ſubſtantia capitis; ſicut caro aut oſſa, vegetantur autem virtute capitis, & pendent ab illo: ſic etiam ſancti pendent à virtute Chriſti, ab eius claritate, qua illuminantur in gloria, inde candidi dicuntur, quia fulgent ſicut ſol. † *Ioc. Suarez. conc. in tria. Prima cap. Apocal. ſer.*

Eſt paſtor in Eccleſia ſua, veluti ſtomachus in corpore, qui quamdiu crudus eſt, alimentum inficit, quo ſingula membra vegetantur: ſic vitijs præſulis vita corrumpitur populi, quare ipſorum primo cura habenda fuit. *Sap. 3. 7. Idem ſer. 12.*

Quemadmodum quæ amara ſunt, dulcibus admiſcendo grata ſunt palato: ſic tribulationes ac tribulationes quæ hac virtute Chriſti interna tolerantur, dulciora fiunt patientibus nec animo cadunt. *Idem ſer. 12.*

Quemad-

Quemadmodum qui vitam ſuam diligit, non ſolum pericula mortis fugit, ſed illa omnia, quæ morbos cauſare poſſunt, vel ſanitatem imminuere, qua vita ſuſtentatur: ita qui lethalis peccati mortem odit, venialia quoque peccata, quæ velut ægritudines quædam animæ ſunt, diligenter vitare ſtudet.

Idem ſer. 13.

Quemadmodum ſeparata anima à corpore illud dicitur mortuum, ita ſeparata gratia ab anima mortua appellatur: vnde ſancti gratiam vitam animæ vocant, & peccatum eius mortem dicunt, quæ introducitur, quia expellit vitam, id eſt, gratiam, non quod homo operibus ſuis gratiam expellere poſſit, quæ cum ſit eadem Dei virtus, infinitæ eſt poteſtatis, ſed vt dicit eleganter noſter Scotus in 2. diſt. 37. peccatum expellit gratiam, non formaliter, vel effectiue, ſed demeritorie.

Idem ſer. 19.

Idem in conc. in tria prima cap. Apo ſer. 23.

In vniuerſa iſta ſententia, Dominus alludit in operationem ſtomachi, qui calida vel frigida conſeruat, propter conſeruationem & caloris naturalis, & humidi radicalis: ea autem quæ tepida ſunt, ad nauſeam, & vomitum prouocare ſolent, vt apparet in aqua tepida, ſi à ieiuno ſtomacho ſumatur: ſic inter Chriſtiani nominis cultores euenit, quia cum aliquando per baptiſmum, & bona opera calefacti ſint & feruere incœperint, per ſignitiem emortui ſalutis curam omnino abijciunt: & ſic non omnino frigidi, quia fidem adhuc retinẽt, nec calidi quia feruorem ſpiritualis operationis à ſe reiecerint, & ignem charitatis, quo ſe calefacere debebant. Qui autem eiuſmodi ſunt, difficile admodum ad verũ veritatis iter reducuntur. Frigidi autem, id eſt, infideles, paratiores ſunt ad bonum, quia aliquãdo ſpiritus ſancti gratia regenerati, ſperare licet, quod venient ad ea, quæ ſibi ſalutaria ſunt, amplectenda. Cuius rei mirabile exemplum eſt in Iuda, & bono latrone: quorum primum in collegio Chriſti enutritum, nulla ſaluatoris exhortatio, nulla pia admonitio ad cognitiõnem peccati ſui reuocare potuit. E contra vero ille, qui vſque ad mortem in peccatis perſeuerauerat: vnico Chriſti intuitu, vno eius audito verbo, in cruce reſipiſcit, & tanta cordis deuotione compungitur, vt eodem momẽto, & pœnas ſoluat peccato ſuo debitas, & inter ſanctos ab ipſo Chriſto numeretur, quia ergo tepidus in maiori periculo verſatur, quam infidelis licet in maiori peccato non ſit, ideo Dominus hunc Epiſcopum deſiderat, aut frigidum, aut calidum, vnde Gregorius hæc verba explicans in tertia parte paſtoralis admonitione 35. Calidus quippe eſt ait, qui bona ſtudia & arripit & conſumit; Frigidus vero eſt, qui conſumenda nec inchoat. Et ſicut à frigore per teporem tranſitur ad calorem: ita à calore quoque per teporem reditur ad frigus. Sed ſicut ante teporem frigus ſub ſpe eſt: ita poſt frigus tepor in deſperatione.

Sicut qui in re medica excellere exoptat, doctiſſimum ac peritiſſimum medicum eum audire eſt neceſſe: ſic qui rei militaris peritus euadere ſtudet, ſub ſtrenuo & exercitato duce eſt bellica ſcientia perdiſcenda v. g. ſub Henrico Vanden Berghe ſummi præfecti Belgici equitatus legato,

qui in

qui infracti ac intrepidi animi conſtantia, prouidentiſſima prudentia, viuidi ingenij lumine, generoſiſſima fortitudine, indefeſſo militarium laborum conatu, exacto iudicio, & cum ſingulari vigilantia coniuncto, Martiali in rebus bellicis vigore, rerum arduarum intelligentia, expediti conſilij grauitate, humanitate, ſapientia, innocentia, & æquitate, laudabilis liberalitatis ſplendore, ſpectatæ virtutis operibus, & illuſtrium factorum præſtantia, ſummum nomen & ardentis, periti, prudentis, imperterritique bellatoris laudem eſt conſecutus.

Sicut corpora corporaliter lauantur, & ſic ſpiritualiter debent lauari. † Deinde debite diſpoſitionis ad huius ſacramenti perceptionem in lotione pedum diſcipulorum, per quam lotionem munditia totius hominis debet intelligi, & ideo lauanda ſunt omnia membra ſpiritualiter. Caput ab omni iniqua intentione, oculi ab omni mala cogitatione, manus ab omni iniuſta operatione, corpus ab omni nociua delectatione, cor ab omni perfida opinione, facies ab omni inhoneſta conuerſatione, pedes ab omni peruerſa affectione; ſed vlterior diſpoſitio ad hoc exigitur, nam qui hoc ſacramentum cupit ſacramentaliter & ſpiritualiter ſumere, debet digne conuerſari, pro peccato amaricari, pura confeſſione expurgari, proximo reconciliari, puritate decorari, fiducia ſolidari, ſancta operari: Sic ergo diſpoſitus & lotus homo corpus Domini ſumat, & tunc erit ad ſalutem talis ſumptio animæ & corporis, & inſuper his peractis debet homo gratias reddere Deo, eius miſericordiæ ſe cõmittere, humilitatẽ ſequi. Fide & ſanctis operibus ornari, cœnatum cum Chriſto ire; paſſionem eius meditari, & lachrymas cum Magdalena fundere, &c.

B.rthol. de Piſis de vita & laud. D. Mariæ virginis fruc. 13. lib. 4.

Quoties in litteris ſanctis fideles membris humani corporis comparantur? At inter corporis membra, quod membrum eſt, quod vni tantum ſibi, non alijs deſeruiat? Mutuo enim ſeſe velut fraterna charitate iuuant, & quod ab alijs beneficium accipiunt, alijs præſtant. Dum ſimul & alia membra iuuant, & ab alijs iuuantur. An non igitur hoc Chriſtiani hominis officium vel maximum eſt: An non Apoſtolus hoc ipſum confitetur, cum ait: Alter alterius onera portate, niſi mutuis ſeſe officijs iuuare? ſed audiamus ſimul & erubeſcamus Gentilem philoſophum, hanc eandem Apoſtoli doctrinam his verbis præſcribentem, omne hoc quod vides quo diuina ac humana concluſa ſunt, vnum eſt: membra ſumus corporis magni: natura nos cognatos edidit, cum ex iiſdem in eadem gigneret. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit: illa æquum iuſtumque compoſuit, Ex illius imperio paratæ ſunt iuuantis manus. Iſte verſus & in pectore & ore ſit, Homo ſum, humani nihil à me alienum puto, coëamus in commune nati ſumus: ſocietas noſtra lapidum fornici ſimillima eſt, quæ caſura, niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinentur. Hactenus ille. Ex cuius verbis alia quoque commodiſſima ſimilitudo colligitur, qua homines inter ſe, non modo tanquam vnius corporis membra, ſed tanquam lapides etiam in edificij ſtructura depoſiti comparantur: vt enim ſi mutuo ſeſe iuuant, dum alios ſuſtinent, & ab alijs viciſſim ſuſtinentur: *Simile.*

† Idem c. 2. Dom. infra vlt. epipha. *Simile.* *Galat. 6.* *Seneca. Epiſt. 96.*

ſuſtentant enim ſuperiores & ab inferioribus ſuſtentantur; ita plane fideles in Eccleſiaſtica ſtructura, in qua tanquam lapides viui ædificantur, mutuas ſibi maiores, minoribus & minores maioribus operas præſtare debent: ea tamen lege, vt maiores lapides qui in operis fundamento collocantur, quo maiores ſunt, hoc maiora proximorum onera ſuſtineant. Quod plane Apoſtolus faciebat cum diceret: Ego autem libentiſſime impendar, & ſuperimpendar, ipſe pro animabus veſtris, licet plus vos diligẽs minus diligar à vobis. Quod quidem officium à nobis exigit, cum ait, debemus nos qui firmiores ſumus, imbecillitates infirmorum portare, & non nobis placere.

† *Alphonſus Quozco.*

Sicut corpora non repente creſcunt: ſic nec anima: nam pia anima ab imis ad minima incipit, & paulatim ad maiora creſcendo, vſque ad plenitudinẽ perfectæ charitatis peruenit. Nemo repente fit ſummus, nec abs re in Pſalmo Spiritus ſanctus dixit: iuſtus vt Palma florebit, & ſicut cedrus libani multiplicabitur, &c.

Idem.

Vt corpus habet oculos ſic, & anima habet quidem oculos ſole ipſo lucidiores. Nam fides & charitas perinde atque duo oculi ſunt, in quorum vnitate maxime omnium ſponſus Chriſtus delectatur, eam ob rem prius dixit: vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa in vno oculorum tuorum.

Caliſtus Placentinus in enar. Euang. Dom in 24. Sexa Enar. 2

Sicut calidum & frigidum vna eſſe non poſſunt; ſic nec charitas, & ſuperbia. *Et quia index omnis virtutis, & omnis fructus verbi Dei eſt charitas, quæ cum tumore mentis & duritie cordis, nunquam conuenire poteſt, ideo in ſuperbis ſeminatum verbum Dei ſola diuinæ excitationis, quo fructificare deberet, deficiente charitatis radice areſcit.*

† *Claud. Guilliandus hom. Quadr. ſer. 2 Paſchæ.*

Communi fertur ſententia, vbi dolet, ibi quiſque manum habet: ita ſi quid vehementer torquet animum, ibi quiſque linguam habet. Non mediocre enim ſolatij genus eſt, altos cordis dolores, ſermonem tanquam è captiuitate in liberum campum dimittere, & mutuis colloquijs cum amico conferre.

† *Robertus Bellarminus conc. 26. de Dominica Lætare.*

In corporibus noſtris venæ maiores ideo ſanguine pleniſſimæ ſunt, vt venas minores implere poſſint: & ſi hoc non faciant, totum corpus in diſcrimen adducitur: Ita etiam cum viri illuſtres, & diuites, qui venæ maiores ſunt; non ſolum venas minores, hoc eſt, pauperes non implent, ſed etiam ab illis id parum ſanguinis quod habent, exugunt, dici non poteſt quod mala oriantur, & quam vehementer Dei miraculum obſcuretur.

Idem.

Pauperes velut pedes in corpore ſunt, qui pro ſtomacho diuitum ſemper laborant: & tamen tanta eſt interdum diuitum inhumanitas, vt vix neceſſarium victum pauperibus largiantur, quorum ſanguine & ſudoribus in delitijs viuunt.

† *Iuſtus in cantica canticorum.*

Crura quæ totum corpus baiulant, ipſi ſunt ſancti, qui domum Eccleſiæ velut marmoreæ columnæ fundatæ, ſuper baſes aureas deſcribuntur. Hi enim iuſti, qui cæteros charitate ſupportant, & ſcripturarum conſolationibus fulciuntur: ſicut ait Apoſtolus: Debemus nos firmiores imbecillita-

becillitatem infirmorum ſuſtinere,& non nobis placere,& paulo poſt,tanquam baſes aureas,ſcripturas ſanctas inſinuat,dicens: Quæcumque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſunt,vt per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.

Sicut alteratio corporum, ſic & animi duplex eſt: alteratio corporum fit in tranſpoſitione partium & viciſſitudine qualitatum: alteratio ſpirituum per cognitionem & affectum. Secundum affectus mutantur ſpiritus vt nunc triſtes nunc hilares. Secundum cognitionem vt nunc minus nunc amplius ſapientes,&c. † *Hugo de ſancto Victore tom 3 lib 7. c. 10. eruditionis Theologicæ.*

Sicut oculis corporalibus neceſſaria eſt lux,vt ſuo perfruantur fine; ita & omnibus prædeſtinatis ac vocatis ad regnum cœlorum, neceſſaria eſt perſeuerentia. Et ſicut abſque luce fruſtra aperitur oculus: eodem modo inaniter currit,qui vſque ad finem vitæ non perſeuerat. † *Laurent. Iuſtinianus de perſeuerantia cap. 1.*

Vt animi partes,non omnes perinde valent,ſed quædam imperant, aliæ parent,& tamen corpus tantum paret: ita Princeps ſumma reip. pars plurimum ſapere, & omnibus craſſis effectibus alieniſſimum eſſe oportet;ad hunc proxime accedit magiſtratus qui partim parent,partim imperant: parent Principi, imperant populo. † *Eraſ. de inſt. princ.*

Vt in corpore eſt calor corporalis,qui continua ſua actione aliquid deperdit humoris ſiue vigoris corporalis,niſi per alimentum proſpiciatur,vt continua fiat deperditi reparatio: ſic eſt in homine ignis concupiſcentiæ carnalis,qui ſemper ad malum ſollicitans atque ab omni bono debilem, & infirmam reddit,niſi per cōtinuam meditationem diuinorum eloquiorum & iugem ruminationem diuinæ legis, animæ proſpiciatur aduerſus illius mali æſtus prauam actionem. † *Franc. Titelmannus in annot. Pſal. 101.*

Sicut in corpore humano nullum eſt membrum,quod ope alterius non indigeat; ſic in corpore myſtico homo homine indiget, cum ipſa natura nos ad pietatem & mutuam clementiam erudiat, vt inquit Boſquierus: Quia nullum membrum eſt, quod alterius ope & benignitate non indigeat,ſi oneratur manus altera, admouet ſtatim altera & ſubleuat: manus manum fricat: ſi inter ambulandum pes læditur os clamat & gemit; manus ſubuenit,vbi dolor,ibi manus ſi vulneratur aliqua corporis pars omnis ſtatim eo refluit ſanguis, tanquam periclitanti ciuitati iturus ſuppetias: ſi cor terrore obſidetur,ab extimis membris,quaſi præſidiarij milites conuocati claſſico ſanguis ad Regiam adcurrit: ſi verecundia ſuboritur, fit idem adeo vſque verum eſt illud S. Pauli: ſi quid patitur vnum membrum compatiuntur omnia membra: imo ſæpe non attendunt vulnera etiam impendere ſibi, ſed vt alia præſeruent ſe obijciunt. Manus ſe interponit ne feriatur oculus,digiti pro lingua ne calidis aduratur,pes alter pro altero, ne corpus præcipitet: Quid quando vnum membrum caſu vulnerauit alterum, non ideo vindictam expetit vulneratum,ſed quam poteſt perfert æquiſſime: vidiſtinè vnquam pœnam exigi dentibus ſi inter mandentium linguam forte aut labia corroſerint? Audiſtiſne vnquam à manu exactam vindictam,ſi forte carpentarius incerto ictu pedem aſtia vulne- † *Philippus Boſquierus Acad. peri.* *1. Cor. 12.*

vulnerauerit; vel poſtulatum digitum ad pœnam, ſi incommode pupillam tetigerit. Natura igitur his omnibus egregie erudit nos ad pietatem, & clementiam mutuam, cum ſimus inuicem membra humani generis, membra corporis myſtici Chriſti, membra eiuſdem Reipublicæ, membra eiuſdem monaſterij, eiuſdem collegij.

Idem in Echo. cent. 8. Vt Hermaphroditos gemini ſexus monſtra difficile eſt in alterutram libidinem non incidere; ſic ſacra profanaque poteſtate vtentes haud facile eſt neutra parte peccare.

Sicut corpus nimia ſanguinis euacuatione extenuatur: ſic ob nimiam pecuniæ diſſipationem homines ad ſummam inopiam & ægeſtatem reducuntur.

† *Natalis Talepied in Thren:* Caueant ſibi ſimplices Chriſtiani (qui venter ſunt Eccleſiæ, ne viſcerum dyſenteria conturbentur, hoc eſt propter bellorum voraginem, & diſſidium doctrinæ, ſed quo animo quæ ſibi ab ore ſalutifera propinantur deglutire tantum, & decoqui curent, cum enim (vt diximus) Eccleſia, quæ congregatio eſt fidelium, corpori comparetur, quatenus harmonia ſit inter membra; vnumquemque ſuo fungi munere neceſſum erit, alias confuſio non minima ſequetur.

† *Iacob. de Varagine in ſer. de temp. D. 2 poſt oct. epipha.* Sicut dentes primi dicuntur præciſores, ſequentes dicuntur canini; vltimi dicuntur molares; ſunt enim qui bona pauperum præcidunt, non tamen omnia auferunt, ſed partem dimittunt, & partem tollunt; iſti ſunt dentes præciſores. Alij ſunt qui pro pecunia contra iuſtitiam & veritatem latrant, ſicut mali aduocati iſti dicuntur dentes canini. Alij ſunt qui vniuerſa comminuunt & commoliunt, ſicut tyranni & vſurarij: iſti dicuntur dentes molares, qui omnia atterunt & commoliunt. Eſai. 3. Quare attereris populum meum & faciem pauperum commolitis, &c. Sed certe ſic dicitur in Pſalm. Dentes eorum & molas leonum confringet Dominus.

† *Iacob de Varagine in ſer. de temp. Do. infra oct. Nat. Domini* Sicut debemus cibos præparare videlicet materialem, ſpiritualem & cæleſtem. Primum ſcilicet materialem præparemus, in pauperum refectionem. Chriſtus enim in paupere ſe reputat eſuriri & paſci. Matth. 25. Eſuriui & dediſtis, &c Secundum cibum ſcilicet ſpiritualem debemus præparare in noſtri iuſtificatione, de quo dicit Ioan. 4. meus cibus eſt, vt faciam voluntatem patris mei. Iſtum cibum Chriſtus oſtiatim vadit quærendo dicens Apoc. 3. Ego eo ad oſtium, & pulſo, ſi quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cænabo cum illo & ipſe mecum. In iſta enim cœna peccator debet ponere tres partes, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, Deus autem tres alias partes ponit, ſcilicet remiſſionem culpæ, infuſionem gratiæ, & collationem gloriæ: ſed multi ſunt ſimiles ioculatoribus, qui ſemper volunt comedere de alieno, & nunquam de ſuo, ſic etiam tales libēter vellent quod Deus partes ſuas apponeret, & ipſi nihil apponere vellent? Tertium cibum ſcilicet cæleſtem debemus præparare in Dei laudatione Pſalm. nunquid manducabis carnes thaur. &c. & dicitur cibus cæleſtis, quia ſancti tali cibo in cælo paſcuntur.

Homo & corporaliter & ſpiritualiter intelligi poteſt. Nam *homo non ſolum*

ſolum is dicitur, qui exterior eſt, hoc eſt, non ſolum ipſum corpus, ſed etiam qui interior, hoc eſt ipſa anima, quæ ſua etiam mēbra habere dicitur: Sicut & corpus atque anima eiſdem nominibus diſtincta: nam cum legimus Domini lucidum illuminans oculos: item qui habet aures audiendi audiat: vel os meum aperui, & attraxi ſpiritum & dentes eorum contriuiſti: item ventrem meum doleo; aut pes iuſti non offendat, & alia eiuſmodi: non corporis, ſed animæ membra intelligimus, unde & nunc per oſſa, ſoliditores quaſdam animæ cogitationes intelligit, quæ eam non ſecus atque oſſa corpus ſuſtinent, atque confirmant; cuſtodit autem Dominus hæc quæ diximus iuſtorum oſſa, quia ei placent & nihil eorum conteretur, violentia ſcilicet peccati. Euthymius Monachus in Pſal. 33.

Homo rerum omnium quas magnus complectitur orbis ſpecies & ſimulachra in ſe continet, ut Ioannes Piſtorius oſtendit. Ioan. Piſtorius in microcoſmo.

Collatio vtriuſque mundi.

ELEMENTA

In microcoſmo	In macrocoſmo
	Reſpondet.
{ Caluaria Guſtus, tactus	{ TERRÆ
{ Dura mater. Oculi	{ AQVÆ
{ Pia Mater	{ AERI
{ Cerebrum Olfactus	{ IGNI

ELEMENTATA

In microcoſmo	In macrocoſmo.
	Reſpondet.
Torcular Venulæ	Mari
{ Sella ſphenoides Et reliqua cerebri Oſſa	{ FLVMINIBVS Nauibus
Nerui	Funibus nauium

Cra-

Cranium	Galeæ.
Ventriculi cerebri	Ciuitatibus domibus ciuibus
Spiritus animales	
Ductus ventriculorum	Variis huiuſce mundi itineribus
Pili capitis	Siluis & nemoribus
Pediculi & vermes.	Animantibus feris piſcibus
Muſculi ſeparati.	
Dentes	Machinis & tormentis bellicis
Auris ductus	Labyrinto
Tympanus auris	Tympano militari
Proceſſus ſtylocidij	Lanceæ
Malleus ſtapes Incus.	Malleo ſtapedi incudi.

In microcoſmo	In macrocoſmo.
Quinque ſenſus	Magnatibus
Senſus communis	Imperatori
Senſoria & ipſa ἀισθητήρια	Clientibus & fæci plebeæ.

METALLA.

In microcoſmo	In macrocoſmo
Reſpondet,	
Humor melancholicus	Ferro
Bilis æruginoſa	Aëri
Bilis crocea	Auro
Bilis vitellina	Cupro
Pituita vitrea	Stanno
Pituita dulcis / Dilutus melancholicus humor	Hydraig. / Plumbo

In microcoſmo	In macrocoſmo
Reſpondet.	
Calculi in cerebro geniti	Silicibus & ſaxis
Humor Chryſtallinus	Cryſtallo adamanti

Læſuis

Cæſius oculorum color	Smaragdo
Aurei oculorum radij	Chryſolito
Pupillæ effectus plegmonoſus	Hyracinthis rubeis corallis
Venulæ à quo cerebrum ſeparatur	Corallis Albis
Variegatio interioris vueæ	Iaſpidi
Robur & conſtantia corneæ	Marmori
Humor vueus	Lapidi lydio.

Plantæ.

In microcoſmo	In macrocoſmo
Proceſſus cerebri papillares	Ordinibus & ſatyris
Glans pituitaria	Bulbiferis omnibus plantis
Venarum & arteriarum ramoſi proceſſus	Arboribus ramoſiſque vt vocant plantis
Tuberoſitatis ipſius cerebri	Plantis omnibus tuberoſis

Meteora.

In microcoſmo In macrocoſmo.

Reſpondet.

Lachrymæ	
Lachrymę condenſatæ	Rori
Quod in multis vt cænus Euenit, vti refert Amatus Luſitanus de lapide Bezar	Grandini
Vapores caliginoſi	Nebulis
Anfractus cerebri	Nubibus
Iris oculorum	Iridi cœleſti

In microcoſmo	In macrocoſmo.
Aurium tinnitus	Ventis
Catharri, coryſæ	Pluuiæ
Pituita inſtar lanæ capræ	Niui

Sermu-

Sternutatio	Tonitrui.
Oculorum nocturnus ſplendor	Fulguri
Excandeſcendentes oculi	Fulmini Cometis
Tubercula in ebriis & infectis lue venerea	Reliquis cognitis meteoris, qualia ſunt lancea, draco Volans, ſtella cadens &c.
Herpetes, Erys pelata farrei pro varia ipſorum forma	
Tremor capitis Labiorum ſciſſuræ	Terræ motui Chaſmati.

Tempeſtates Anni.

In microcoſmo — In macrocoſmo.

Reſpondet.

Adoleſcentia	Veri
Iuuentus	Æſtati
Conſtans media	Autumno
Senectus	Hyemi.

De regione Ætherea & cœleſti.

Tota ſphæra cœleſtis nouem conſtat ſphæris quarum quælibet exterior interiores phærice, & orbiculariter circũdat,ſic in cerebro ſunt ſphæræ ſeptem planetarũ in tunicis oculorum conſpicuæ. Octaua ſphæra eſt in calloſa cerebri ſubſtantia, primum mobile eſt in vi illa pulſiua latitante in ipſius cerebri parenergmate.

In microcoſmo — In macrocoſmo

Reſpondet.

Adunca tunica	Cœlo Saturni
Cornea tunica	Cœlo Iouis,
Vuea tunica	Spheræ Martis
Retiformis tunica	Cœlo Solis
Aragnoides tunica	Cælo Veneris
Ciliaris tunica	Spheræ Mercurij
Cryſtalloides tunica	Sphæræ Lunæ.

Alio mo-

Alio modo effectiue demonſtrantur planetæ.ſic

In microcoſmo	In macrocoſmo.
Reſpondet.	
Melancholia maniaca	Saturno
Sanguis cerebri Symmetria conſeruans	Ioui
Phreneticorum æſtuans bilis	Marti
Calidum innatum cerebri	Soli
Naturalis pituita dimidio cocta	Veneri
Os & lingua	Mercurio
Humidum primigenium	Lunæ

Lunæ diuerſæ facies

In microcoſmo	In macrocoſmo
Reſpondet.	
Humidum primigenium ſeneſcente animali	Nouilunio
Humidum in conſtanti ætate	Primæ lunæ quadraturæ
Humidum in iuuentute	Pleni lunio
Humidum in infantia	Poſtremo quadranti
Falx qua dirimitur cerebrum	Lunæ falcatæ.

In octaua ſphæra notantur ſtellæ & aſtra:ſic

In microcoſmo	In macro coſmo.
Reſpondet.	
Exterior ſubſtantia cerebri cultro leuiter adacta	Octauæ ſphæræ

In microcoſino	In macrocoſmo.
	Reſpondet.
Æquinoctialis Zodiacus	Lineæ imaginariæ. plexu chorocide ad vermi formam: proceſſum
	Ductui ventriculorum.
Colurus ſolſtitiorum	Lineæ imaginariæ à fornice ad extremitatem quarti ventriculi diuidendo Æquinoctialem in duo æqualia.
Colurus æquinoctiorum.	Lineæ à plexu choreide ad vniformem proceſſum diuidendo æquinoctialem in duo æqualia.
Meridianus	Lineæ diuidenti cerebrum in partem dexteram & ſiniſtram
Horizon.	Lineæ dirimenti caput in partem pilis contectam & non contectam
Tropicum cancri.	Lineæ tranſeunti per principium fornicis diuidenti colores in partes inæquales.
Tropicum capricorni	Lineæ dirimenti coluros in partes inæquales tranſeunti per principium quarti ventriculi.
Circulus Arcticus	Lineæ deſcriptio à polis zodiaci circa ligamenta quibus cranio adalligatur cerebrum.
Circulus Antarticus.	Lineæ deſcriptæ à polis zodiaci circa principium ſpinalis medullæ.
Polus ſeptentrionalis	Pericranio
Polus Auſtralis	Spinali medullæ.

Zodiaci

In microcoſmo	In macrocoſmo.

Reſpondet.

Septem climata	Septem nemorum paribus
Zona torrida	phrenitidi
Zonæ temperatæ	bonæ cerebri temperaturæ
Zonæ gelidæ	catalepſiæ lethargo.

Zodiaci demonſtratio.

In microcoſmo	In macrocoſmo.

Reſpondet.

Venulæ plexus choroidis	Arieti
Arteriæ eiuſdem	Tauro
Proceſſus mamillares	Geminis
Fornix.	Cancro
Cornarium	Leoni
Vulua 3. ventriculi	Virgini
Vermi formis proceſſus choena	Libræ
	Scorpio
Ductus communis 3. & quarti ventriculorum	Sagittario
Quarti ventriculi ſpiritus	Capricorno
Principium ſpinalis medullæ	Aquario
Nerui deſcendentes à principio ſpinalis medullæ,	Piſcibus.

Motuum ſphærarum demonſtratio.

In microcoſmo	In macrocoſmo.

Reſpondet.

Facultas pulſifica	Primo mobili
Motus ſpirituum animalium intra ventriculos.	Motui plenetarum naturali
Diaſtole & ſiſtole	Motui primi mobilis
Conuulſiones epilepticæ.	Motui trepidationis octauæ ſphæræ.

De regione ſupra cœleſti.

In microcoſmo	In macrocoſmo.
	Reſpondet.
Vacuum illud intra membranas & cerebrum contentum per ſpiritus concalfactum	Cœlo empyreo
Senſus omnes	Angelis & intelligentiis
Imaginatio iudicium Memoria	Beatæ & indiuiduæ Trinitati
Anima rationalis	Deo.

Sicut medici ob prudentiam,doctrinam,eruditionem,ac experientiam ſupra cæteros eminent: ſic viri illuſtres ac magnates ob rerum humanarum vſum, ac intelligentiam, ob practicam prudentiam ac negociorum tractandorum dexteritatem cæteris antecellunt; vt illuſtriſſimus Fernandus Giron qui natalium ſplendore, efficaci animi virtute,conſilij maturitate,præſtantis ingenij in domito robore,ſplendida liberalitate, incredibili facilitate,elegantiſſimorum morum & naturæ ſuauitate, omnium negociorum tractandorum peritia,ſumma iuſtitiæ æquitate,abſolutæ prudentiæ ſpecimine, admirabili inuicti animi magnitudine, perſpicacis ingenij acumine, acuti iudicij vi, & eximiis omnium virtutum ornamentis, communi conſenſu ad ampliſſimum gloriæ faſtigium conſcendit.

† *Franciſcus Loanetus in tract. de emp: & vẽd. num 133.*

Sicut corpus ſua natura proprio nomine retento diminutionem, ac incrementum habet: *ſic vniuerſitas; etenim ſicuti natura ſui recipit diminutionem in ſpeciebus ſub ſe contentis, quin & omnimodam prorſus immutationem: ita viciſſim, & incrementum in yſdem ſpeciebus complectitur, retento nihilominus eodem ſuo priore nomine. l. proponebatur. ff. de iudic. l. ſicut municipij. §. in decurionibus ff. quod cuiuſque vniuers.*

† *Lanfrancus Balbus Decis &c. 2. cent. 1. deciſ. 2.*

Sicut ob hominum neceſſitatẽ diebus feriatis medici poſſunt multa operari: ſic ob eandem cauſam in re ciuili idem effici poteſt, vt executio *inſtrumenti habentis executionem paratam, poteſt fieri die feriata, ob neceſſitate hominum. c. ſi. extra. de iudi. vult. Bar. in l. omnes c. de feriis &c.*

† *Fabius Mirinus c. 2. de med: And. Schottus Tullc: quaſt. l. 1. c. 1.*

Sicut in re medica oportet vt inquit Fabius Mirinus aliquẽ imitari: ſic & in omnibus artibus imitatio eſt neceſſaria, vt enim inquit Andreas Schottus. *Conſtituendum itaque cum in artibus omnibus, ac diſciplinis tum in eloquendi potiſſimum, eſt facultate imitandi eſſe rationem neceſſariam, qua ſine omnis omnium iaceat, ac langueſcat induſtria.*

Sicut

Sicut apud medicos: ſic & apud iuriſperitos. *Qualitas ſecūdū Bald. in repe. l. d. quibus numer. 38. ff. de leg. apud legiſtas eſt, quicquid inducit alterationem ſubiecti, & ſic locus, & ſic tempus, ſunt quodcunque accidens. l. aut facta §. ff. de pœn.*

Sicut apud medicos: ſic apud iuriſp. *Iſta quatuor parificantur quam eſſe in articulo mortis, & in extremis ſeu in vltimis, & eſſe in actu moriendi, & eſſe morientem, faciunt etiam dicta per Couar. in cap. alma mater, parte §. 1. num. 7. in principio.*

Sicut poſt vnum Hippo. Galenus eſt vt Paulus Cicerna inquit: ſic Bart. excep. Alciatus, eſt omnibus præferendus: quamuis Emanuel Coſta primum locum Alciatum occupare dicat: Præterea vereor, ne acutiſſimi ingenij, & merito ante alios excellens Alciatus non proſpexerit. &c.

Sicut inter omnes medicos Cardanus fere in omnibus ſuis libris immaniſſime omnium contra Galenum medicinæ parentem debacchatur; ſic inter omnes iuriſperitos Tiraquellus in Baldum de iuriſprudentia bene meritum, acerbe inuehit: *Dicit enim Baldi iudicium eſſe leue, & malum, varium & contrarium & ſubdit Baldum in ſuis vitijs, cæcutire &c.*

Corpus humanū certis constituitur partibus, quæ proprias habent facultates quibus ſuum vnaquaque munus exequatur, & peculiaribus etiam obnoxiæ ſunt ſymptomatis: ſic corpus eccleſiaſticum ex diuerſis membris conflatur, quæ diuerſa munera obeunt, ſuntque diuerſis caſibus humanis ſubiecta.

Sicut ſunt ita partes naturaliter diſpoſitæ vt ordine conuenientiſſimo non compagem modo pulcerrimam efficiant, ſed variarum actionum concurſu & ope mutua vitam hominis conſeruent, optime ſitus itaque partis cuiuſque poſitus eſt: quem ſi contingat immutari: munus certe ſuum ea pars, quæ diſſociata fuerit probe nequit exequi. ſic idem de corpore myſtico eſt dicendum.

Sicut medicus pro male exercita arte: *ſic princeps Deo rationem pro ſubditorum iniuſtitia reddere tenetur, in Aut. vt iudi: ſine quoque ſuf. ſſ. ſcriptum exemptur. vbi alias eſt ſub:*

Sicut quod homo comedit, neceſſe eſt vt digerat, ſic æquum viſum eſt, vt quod officialis in officio comedit tempore ſyndicatus, ad inſtat cibi digerat; dixit gloſ. in l. 2. c. de coher. lib. 12.

Sicut ars medica: ſic & res omnes, artificia omnia, incrementum recipiunt: quia vt I. C. Marcianus recte dicit, id humanæ naturæ congruum eſt.

Sicut apud medicos: ſic & apud iuriſperitos error eſt aliud pro alio putare: per. no. ſuper Rub. digeſt. de iur. & fac. ignor. Nec error conſenſum habere dicitur lege. ſi per errorem. ff. de iuriſdictonem omnium iud. &c.

Bart. Bertaz. in tract. clauſ. inſtru. clauſ. 21. gloſ. 14. num. 6.

Alphonſus de Azeuedo com. iur. ciu. in Hiſp. reg. conſt. tom. 1. lib. 1. c. 1. lib. 5. nu.

†

Paulus Cicerna li. 1. ar. med. c. 4.
Emanuel Coſta in com. in ſſ. & quid tantum l. Gallus 104

†

Refert Ioa. Garſia de expenſis & melior. c. 14.

†

Nicolaus Taurellus vt in medicæ prædic. methodo.
Idem.
Paris de puteo de ſyndicatu in præ 2.
Idem.

†

Carolus Labbæus obſer. in ſynopſim Baſil.

†

Bartho. Blarerius repet. in L. Diffamari.

† Sicut medicos ſeniores, iunioribus prudentiores Doctiores ac cautiores eſſe eſt præſumendum, ſic in re ciuili antiquiores ſunt digniores, vt ex multis Bar. Capolla colligitur.

Bar Cæpolla de imp. militum elige. Ioa Rutingerus in diffic. car. feud. contr lib. 1. num. 2.

Sicut apud medicos: ſic & apud iuriſpetitos *illud dicitur, bene deliberatum, quod fuit deliberatum à conſilio ſeniorum l. conſenſu* 8. *l. de repud. cap. vltim. diſ.* 10.

Sicit medici partum legitimum, & non adulterinum decem menſibus poſſe conſtare aſſerunt.

† Sic decem viri, in ſuis quoque legibus huius rei curam minime prætermiſerunt, conſtituerũt enim vt ſi qua mulier poſt viri mortẽ in decẽ menſibus proximus pareret, qui quæve ex ea naſceretur, ſuus ſuaue in viri familia hæres eſſet, &c. lege eundem.

Conradus Rittershuſius Idem ca. decl. os c. 7.

Sicut medicus in ſua profeſſione in multis poteſt excedere: ſic & Princeps: de qua re lege Paridem de Puteo in ſyndicatu de Regũ Principum, & Ducum exceſſibus.

† Sicut medicus ſic & vnuſquiſque tenetur probare ea quæ ſunt fundamenta ſuæ intentionis lege qui accuſare, vbi omnes, capite de edendo.

Franc. Herculanus in tract. de prob. neg.

† Sicut ad hoc cibus proſit alicui, maſticari debet, & in ſubſtantiam ipſius aliti conuerti: ſi enim integer permaneat, & non concoquatur, ipſi comedenti non vſui, ſed oneri erit, non confortabit, ſed grauabit. Fit autem huiuſmodi concoctio prima in ore, vbi cibus maſticatur: Secunda in ſtomacho, vbi quaſi in lac conuertitur. Tertia in hepate, vbi lac in ſanguinem tranſmutatur. Quartã in arteriis ſeu venis, vbi ſanguis in carnem & ſubſtantiam ipſius aliti tranſit: ſimili prope modo & in cibo ſpiritali qui Chriſtus eſt: Quo qui nutriri voluerit, atque conforrari, non poteſt manere indigeſtus, aut integer, ſed varijs modis immutari. Primo in ore prædicantis quaſi maſticatur, dum ab eo eius munitates explicantur: hinc concionatores nutricibus comparãtur, quæ paruulis cibum frangunt, & maſticanr. Non erat qui frangeret eis panem inquit Ieremias. Loquẽs de ijs, quibus verbum Dei non annunciatur, nec exponitur. Secundo in memoria auditoris, tanquam in famelico quodam ſtomacho ſuſcipitur, & retinetur & ibidem ſecunda concoctio perficitur dum id quod auditum fuit. ruminatur, & remanditur: vnde ſicut in veteri teſtamento animalia quæ ruminabant, munda cenſebantur. Ita & is qui verbum Dei auditum penes ſe reuoluit, & ruminat mundatur; inde tranſit in cordis affectum., dum homo re ſic recogitata oblectatur, & veritati intellectæ afficitur: poſtremo in vitam & mores velut cibus in ſubſtantiã ipſius aliti conuertitur, & ſicut homo iſtius fit naturæ, cuius eſt cibus, qui paſcitur, qui aſſidue piſcibus veſcuntur frigidi fiunt, & humidi; ita & anima talis fit qualia ſunt ea, quibus paſcitur & oblectatur.

Samuel Boyaerts in Enod Euãg. ec Dom. 2. poſt Paſcha.

Hinc quia cogitare homini ſapienti paſci eſt, & viuere plurimum

mum refert qualia ſint, ea quæ cogitamus & animo nobiſcum voluimus ſi enim animus paſcitur vanis rumoribus fit, & ipſe vanus & inanis: ſi diſſolutis & leuibus iuuenibus ſeſe qui aſſociet, fiet & ipſe leuis, & diſſolutis moribus: ſi tetrica ſint & triſtia, quæ videntur & audiuntur, fit & homo talis.

Si, ut caput Græce κεφαλὴ membrum eſt corporis diuiniſſimum reliquorumque membrorum princeps: cui totum corpus connexum Deus ſubeſſe, & parere iuſſit: idque omnium motuum quotcumque eſſe queant, compos: ſic princeps membrum eſt totius politici corporis diuiniſſimum ac ſacratiſſimum reliquorumque membrorum princeps, cui totam remp. eſſe connexam & ei obedire præcepit, omnium actionum quæ in rep. fiunt gnarus, eſt enim

Dominicus Leonus in arte med. li. 1. c. 2.

Princeps poteſtas publica & in terris quædam diuinæ maieſtatis imago. Proculdubio magnum quid diuinæ virtutis declaratur ineſſe principibus, dum homines nutibus eorum, colla ſubmittunt, & ſecuri plerumque feriendas præbent ceruices, & impulſu diuino quiſque timet, quibus ipſe timor eſt. Plinius: principem dat Deus, qui erga omne humanum genus voce ſua fungatur & infra refert ſent. Tertullian. de hac re; ad ſc apulam, colimus imperatorem ſic quo modo & nobis licet & ipſi expedit, hominem à Deo ſecundum & quicquid eſt à Deo conſecutum, ſolo Deo minorem lege eundem autorem, qui multa in vnum congeſſit.

† *Ioa. Carnutenſis epiſ. Policrat. li. 4 c. 1. vt refert. Ioa: fileſacus de Idololatria Poli. c. 9. Plinius in paneg.*

Sicut idem homo manet partes autem mutantur, illæ enim actu non habent perfectum neque eſſe, homo autem comparatione habet; ita mundus eſſe habet corporeum perfectum; eſtque vnus immutabilis, cætera poteſtate ſunt mutanturque & mouentur, vt perfectionem acquirant & eſſe.

† *Hieronymus Cardanus in Hiſperchen.*

Sicut corpus naturaliter: ſic & moraliter computreſcit: nam mortuam carnem putreſcere eſt hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deſeruire: ſicut de quibuſdam per prophetam dicitur: computreuerunt iumenta in ſtercore ſuo. Iumenta quippe in ſtercore ſuo putreſcere, eſt carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire.

† *Refert. Mart. Del Rio in adeg ſac. ex S. Greg.*

Sicut corpore diſſoluto vires languent: ſic diſciplina laxata vel diſſoluta neceſſe eſt vires exercitus, quantumuis magni labeſcere, & veluti corporis compagem neruis ſuccisis diſſolui.

Nathans Iewlus in bellatore Chriſt.

Vt quamdiu lingua non eſt aliquo humore infecta, bene iudicat de ſapore, & quod amarum eſt iudicat amarum, quod dulce: dulce ſi vero phlegmate aut altero ſapore imbuatur, quaſi contracta ad contrarium non bene iudicabit de obiecto ſuo: ſic iudex debet eſſe medius inter litigantes, neque ad alterutram partem declinare, vt ſecundum æquum & iuſtum iudicet; ſi vero declinauerit motus miſericordia, aut amicitiâ quaſi obliqua regula peruerſum dat iudicium: hinc Philoſophus cenſet iudicem non eſſe ad iram, aut timorem prouocandum,

† *Ioa a S. Gemi. in conc. funeb. 5. diſ. 3.*

dum, ne regula iudicij fiat diſtorta & inæqualis.

Idem. Sicut carne incaleſcente ardore febrili, ſequitur aliquando inſatiabilis ſitis, ſic anima calefacta vitiorum ardore ſequitur appetitus inſatiabilis prou. 13. Venter impiorum inſatiabilis.

† *Natal. Tal. lepied in Trenos.* Quemadmodum, epar ſine felle non habetur; ſic nec diuitiæ terrenæ ſine amaritudine poſſidentur; fertur autem quod epar ſuccum ciborum calore ſuo contrahat ad ſe, & in ſanguinem vertat, & ſingulis membris partes diuidat: ſic qui habent ſunt quaſi non habentes, & in ſanguinem redemptionis ſuæ diuitias vertant, in ſingulis Eccleſiæ membris; quaſi ex abundantia ſanguinis paſtum, & alimentnm præbeant. Eccleſia ſanctorum filia dicta, quæ conteritur & tentationibus afficitur, quando iecur ideſt potentes & diuites in terrena effunduntur deſideria.

† *Decla.* 374. Sicut apud medicos potentior eſt præceptum, quod vetat quam quod permittit: ſic lex fortior quæ vetat quam quæ permittit teſte Quintiliano. Nec illa lex reducit quem aliqua excluſit: & ſemper, iudice potentior lex eſt, quæ vetat, quam quæ permittit.

† *Maximus Tyrus Diſſert. 4.* Medicus qui maxime conſultum vult homini maximi ſæpe doloris illi cauſa eſt: eodem modo & dux optimus & gubernator periſſimus, Amant & liberos patres & diſcipulos præceptores: quid tamen moleſtius ſæpe eſt quam filio Pater & diſcipulo præceptor.

Vulnera clauſa plus cruciant. Nam cum putredo quæ interius feruet eiicitur: ad ſalutem operationis dolor operatur.

† *Staniſlaus Grodicius.* Superbus morbum ſuum non agnoſcit: medicus vero tam corporalis quam ſpiritalis quod ignorat non curat.

† *Franc. Borgia de rat. concion. c. 7.* Sicut mater vt lacte nutriat infantem, ſe alit primum, curatque valetudinem, & ſolidos cibos mandit quos in infantis os ingerit: ſic eundem modum concionator, vt ſpiritualem eſcam populo quem filiorum loco habet, commode præbeat, prius ipſe cibos mandet vt ſic in os infantis ingerat &c.

† *Ioa. à S. Gemin. in conc. funeb. conc. 4 diſ. 2.* Quemadmodum vita corporis, à vita animæ procedit: ita & mors corporis, ipſi vitæ oppoſitæ à morte animæ prouenit; Moritur autem non quoad vitam naturæ, ſed gratiæ & ſpiritualis per peccatum.

† *Nicolaus Nancelius de anim ſede.* Sicut ſi cui caput dolet, pituita grauatur, vertigine agitur, ebrietate percellitur, aut ſimili quapiam de cauſa laborat; ſic affectus quilibet noſtrum, tum ratiocinando ineptus, tum intelligendo inhabilis, tum meditando impotens & ſtuprum vel fatuo (etiamſi cor ſuum ſuas à natura edat actiones, pulſando arterias agitando corpori, & vitam & ſpiritus diſtribuendo) denique diſſimillimus ſui deprehenditur.

Quemadmodum homo ſuas habet ætates, ſuaque incrementa, vt primum paruulus ſit, ab alio prorſus dependens, deinde adoleſcens ſe ipſum vel ad bonum vel ad malum inclinet; mox vir ſui iuris factus, ac demum ad alios regendos aptus exiſtat: Sic in Dei amore ſe res habet. Primum Deus nos prior diligit,& à peccato mancipat; deinde ad ſui amorem nos exercitat: mox excitati bonorum operum fructus facimus, fratres diligimus: Dei mandata ſeruamus ac demum veniente ad nos ac manente diuino ſpiritu, etiam animam pro Christo ponere ſi res ferat, parati ſumus. Hæc eſt perfecta charitas.ſic manet in nobis Dei ſpiritus;augetur quippe charitas& manet Deus in nobis ex ipſo vſu & exercitio charitatis. † *Thomas Stapletonus in promp. mor.*

Sicut ſunt quatuor quæ impediunt hominis greſſum; quæ ſpiritualiter intellecta virtutum profectum retardant, quæ ſunt videlicet membrorum debilitatio ſeu † *Michael Menotus in ſermon. Quadrag.*

Boni operis remiſſio
Oneris baiulatio
Pedum ligatio
Corporis inflatio.

Primo ergo eſt membrorum debilitatio, quod eſt boni operis remiſſio, ſeu tepiditas, quia enim non habent homines feruentem dilectionem, & voluntatem, in tentationem incidunt, & à bono impediuntur.

Secundum eſt oneris baiulatio,& ſignificat auaritiam,quæ ad inſtar oneris hominem deprimit ad terram, contra quos dicit Dominus. niſi qui reliquerit omnia, quæ poſſidet &c.

Tertium eſt pedum ligatio, quæ eſt amor inordinatus ſui ipſius vel alterius creaturæ;nam dicit Dominus. qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Quartum eſt corporis inflammatio, quæ ſignificat ſuperbiam: quæ impedit progreſſum,ideo Dominus primam lectionem de humilitate dedit dicens Matth.11.diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde.

Sicut conſuetudo medico honorarium dandi eſt antiquiſſima: ſic vſus decimarum perſoluendarum peruetuſtus eſt. Nam legitur Geneſ. 14. cap. Abrahã ſoluiſſe Melchiſedech decimas ex manubijs hoſtium à ſe diuictorum,cuius facti meminit,& Paulus ad Hebræos cap.7.his verbis:intuemini autem quantus ſit hic cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha. Item Geneſis 28. cap. traditur Iacob Patriarcha votum emiſiſſe de ſoluendis decimis: ſi fuerit inquiens, Deus meus, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo,&c. cunctorumque quæ dederis mihi decimas offeram tibi. ecce decimarum vſus ante omnem legem latam pietatis quodam inſtinctu; donec poſteà Deus in veteri Teſtamento per Moyſen eas ſibi dari ab Iſraelitico populum præceperit,à quo tunc primum in neceſſitatem legis decimæ, traductæ ſunt. Sicut conſtat Exod.22. † *Henricus Caniſius d. decimis c. 1. num.2.*

Sicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit putredinis ſuæ contagione ſalutem reliquæ carnis corrumpit:ita qui in mala ſocietate perſiſtunt, mortifera contagione inficiuntur. † *Beda in illud Iacobi Confitemini ad inuicem peccata veſtra.*

Iulius Cæſar Clandinus in Reſp. Med.

Sicut inter præſidia medica venæ ſectionem primas obtinere partes illud præſertim ſuadet, quod vbi ad vſum deducitur, ſtatim adiumentum ægris impertitur; id quod ipſi peculiariter conuenire ratio & experientia demonſtrarunt. Sic inter politica remedia, capitis detruncatio vel pecuniæ quæ eſt alter hominis ſanguis, bonorumque omnium confiſcatio, primas ſemper obtinuerunt. Nam ab eorum executione ægri populi adiumentum percipiunt, à perpetrandis ſceleribus ob metum ſe abſtinentes.

Carolus Stephanus de nutrimen. lib. 1.

Vt corporis miles plane terreæ ſimilibus, hoc eſt à terra productis rebus nutritur: ſic alterius quo corpus hoc mouetur, ac ſubſiſtit ſpiritus, perſimili ſibi nutrimento hoc eſt, aere puro fouetur.

†
Demetrius Canimarius in morb. om. &c. met. par. 3 c. 13.

Sicut opportune agenda ſunt omnia, ne intempeſtatiua operatio ægris detrimentum importet. Quare ſi cauſa coniuncta, per ſeceſſum pharmaco, vacuanda ſit, ſanè tunc opportunitas ſtatuenda primum, ex qua humor, qui hæc ipſa cauſa eſt palam vacuandus indicetur. *Sic opportuno tempore in re ciuili omnia ſunt exequenda: ne à præpoſtera executione ægri populi nocumentum recipiant, quare in auferenda cauſa, quæ morbum generat, opportunitatem ſeruare oportet.*

†
Ioan. Paulus in Therang. lib. 1 c. 1.

Sicut curatio eſt depulſio affectuum præter naturam, exiſtentium in corpore hnmano, facta remedio contrario; rectè adminiſtrato vt actiones læſæ priſtinæ ſuæ dignitati reſtituantur. *Sic ſpiritualis curatio eſt expulſio affectuum præter mores, leges, præcepta, ac inſtituta in animæ potentiis exiſtentium facta remedio contrario, rectè adminiſtrato, vt potentiæ, deprauatæ ac contaminatæ, priſtinam auctoritatem recuperent.*

†
Ludouicus Carbo de Rhet. diuina lib. 4. c. 1.

Hinc eſt quod in ſacris elogij, vbi acutior legitur increpatio, vbi maiores feruntur comminationes, ſemper aliqua admiſcetur lenitas, & cum amaro pœnarũ medicamento aliqua miſericordiæ adhibetur dulcedo: Non ſecus ac prudens Medicus facere conſueuit, qui cum amara potione aliquid dulce guſtandum & cum menſura pro perſonæ, & temporis ratione medicinam accommodatam præbet in quo potiſſimum extare debet cõcionatoris prudentia.

†
Ioan. Syluius de ſtud. val. tuenda c. de animi affect.

Sicut tanta eſt animi cum corpore connexio tantaque cognatio, vt ſi animum bene conſtitutum, & præparatum velimus legitima corpori alimenta & reliqua ipſius commoda adminiſtrari, vt anxie curemus neceſſum eſt. ex Galeno enim & alijs aliquot magnis autoribus iam aliquoties oſtendimus quod animi mores corporis temperaturam (quæ ex alimentorum facultatibus conſtat) ſequantur, ſed vt ante Galen. adſertionem extat ipſius Platonis lib. 5. de legibus manifeſta hæc ſententia: Ex victu bonitas aut malitia animo conciliatur, porro ordine reciproco, eadem aut etiam attentior habenda eſt cura, vt animus valeat ſi corpus incolume & integrum eſſe deſideramus.

†
Ioan. Tardinus de Pilis c. 2. num. 4.

Sicut nobilium palatiorum tecta, non ad neceſſitatem tantum, ſed ad ornamentum quoque ſunt elaborata: ita capitis pili, qui ſunt regij huiuſce domicilij tectum non ad arcendas tantum externas iniurias: ſed ad totius quoque corporis ornamentum ſunt inſtituti.

Vt

Vt corpora interdum ægrota ſalubri aliquo cibo, ſiue medicamento priſtinæ valetudini reſtituimus ſi primo ſalubribus rebus exhibitis non bene ceſſit: ſic animos ſæpe numero coercemus, retinemuſque falſo ſermone.

† Ioa: Neouillenus de pulchri animi lib. 3. c. 6.

Quemadmodum non mirandum inter eos, qui peſtifera loca incolunt languere quam plurimos, pauciſſimos verò naturalem valetudinem conſeruare, ſic nos minimè mirari debemus, earum animarum, quæ in generatione poſitæ ſunt, vel prauas, vel multis paſſionibus obnoxias eſſe.

Idem.

Quemadmodum cum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis in corpore morbi ægrotationeſq; naſcuntur: ſic probarum opinionum conturbatio, & ipſarum inter ſe repugnantia ſanitate animum ſpoliat, morbiſque perturbat.

Sicut homo conſtat ex anima & corpore, quarum duarum hominis partium anima corpori dominatur, tanquam melius & dignius deteriori & indigniori: ſic etiam in anima cum plures ſint partes ipſius, melius & dignius ipſius animæ naturaliter dominatur deteriori, & indigniori: ſunt autem apprehenſiuæ meliores & digniores partes ipſius animæ, quæ ſunt ſenſitiua & imaginatiua; & rationalis inter quas rationalis tanquam dignior & ſuprema naturaliter dominatur inferioribus, videlicet imaginatiuæ, & ſenſitiuę, quia per illam anima non ſolum apprehendit res, ſed etiam iudicat quid ſit verum vel falſum, & bonum, aut malum in ipſis vel de ipſis rebus tenendum, vel fugiendum.

† Engelbertus Abbas de ortu & fine Romani imperij c. 3.

Sicut corporaliter; ſic & ſpiritualiter plura ſunt mẽbra in corpore videlicet ſuperiori; & iſta ſunt Angeli & beati, quæ ſunt membra Eccleſiæ triumphantis, 1. Corinth. 12. poſuit Chriſtus membra, vnumquodque eorum in ſuo corpore ſicuti voluit. Item inferiora; & iſti ſunt homines perfecti, qui ſunt membra Eccleſiæ militantis; de quibus 1. Corinth. 12. corpus non eſt vnum membrum. Item exteriora; & iſta ſunt reprobi & damnati, qui ſunt membra diaboli, de quibus 1. Corinth. 6. tollendo ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis. Item membra interiora; & iſta ſunt animæ potentiæ, gratiæ, & virtutes. Homo enim interior habet membra, ſcilicet vt,

† Petrus Berchorius.

Caput intentionis.
Oculos diſcretionis.
Aures obedientiæ & ſubiectionis.
Linguam gratiarum actionis.
Naſum deuotionis.
Manus & brachia operationis.
Pectus meditationis.
Ventrem dilectionis.
Pedes affectionis.

Vnde de talibus membris poteſt dici illud 1. Corin. 6. membra noſtra templum ſunt Spiritus ſancti, cum igitur ſicut, (patet ex præmiſſis) per membra poſſint intelligi Chriſti fideles; notandum quod ſicut membra corpori vniũtur pariter cõnectuntur, mutuo obſequuntur, officijs diſtinguuntur. Sic verè Chriſti fideles Chriſto cõiunguntur per fidei, & gratiæ vnitatem, ſimul connectuntur per veræ amicitiæ charitatem, ſibi obſequuntur per mutuæ clementiæ bonitatem, à ſe diſtinguuntur

per fortunæ trãſuariæ qualitatem: dico igitur quod iſta membra Chriſti myſtico corpori vniuntur, & iſtã vnionem facit fides, & gratia. vnde 1. Corint. 12. omnia membra corporis, cum ſint multa vnum corpus ſunt.

† *Petrus Berchorius.* Sicut corpus per quinque ſenſus naturales exteriora percipit, & cognoſcit, quia ſecundum Philoſophum omnis noſtra cognitio incipit à ſenſu: ſic anima per quinque ſenſus ſpirituales, illa quæ ad ſalutem pertinent apprehendit; videlicet,

Per viſum ſapientiæ diſcretionis.
Per auditum obedientiæ ſubiectionis.
Per odoratum redolentiæ contemplationis.
Per guſtum ſuauis deuotionis.
Per tactum penetrabilis compaſſionis.

Idem. Sicut enim homo non viuit niſi habeat ſenſus naturales, quinimò membrum dicitur mortuum, vel paralyticum, quod non ſentit; ſic verè anima per gratiam non eſt viua niſi ſpiritualibus ſenſibus ſit dotata, & quinimò ſi illa quæ ad ſalutem pertinent ſentire, & perpendere non cognoſcitur, profectò mortua iudicatur, & per peccatum mortale ſicca, & paralytica comprobatur.

Idem. Eſt igitur primò corpus myſticum quod debet alligari legibus amoroſis, & iſtud corpus eſt Eccleſia, vel quæcumque religio; ſeu cõmunitas fidelium adunata. Chriſtus enim in iſto tempore eſt pro capite cuius locum tenet Papa, Epiſcopi, & prælati. Oculi qui vident ſunt doctores. Aures quæ audiunt ſunt iudices. Lingua & labia quæ loquuntur ſunt aduocati, & prædicatores. Manus quæ corpus defendunt, ſunt milites. Stomachus & venæ quæ corpus nutriunt; ſunt pij diuites. Pedes qui terram tangunt, ſunt agricolæ & pauperes, & ſic de aliis vnde de iſto corpore dicitur Roma 12. Chriſtus multa membra habet in ſuo corpore.

† *Berchorius.* Secundò dico quod eſt corpus cœlicum, quod eſt aggregatum moribus virtuoſis; & iſtud eſt corpus virtutum, id eſt, conuerſatio bona; diuerſis membris, id eſt, diuerſis virtutibus compoſita, & compacta. Iſtud enim corpus habet caput altum, hoc eſt, contemplationem; oculos claros, hoc eſt, miſericordiam, & pauperum exauditionem. Cor inferius, hoc eſt, meditationem. Manus exterius, hoc eſt, bonã operationem. Linguam, hoc eſt, Dei laudem, & confeſſionem; dentes mordentes, hoc eſt, iuſtitiam & correctionem. Pedes omnia membra ſuſtinentes, hoc eſt, patientiam & benignam aliorum ſupportationem; & ſic de aliis Rom. 12. in vno corpore multa membra habemus; omnia aut membra non eundem actum habent.

† *Idem.* Sicut corpus humanum duo habet latera dexterum, ſcilicet, & ſiniſtrum, quia, ſcilicet, cõſtat ex 14. coſtis ſeptem videlicet hinc & ſeptem inde ſic verè anima iuſti duo habet principalia latera videlicet; fidem in dextera, quæ ſedem habet in intellectu, & charitatem in ſiniſtra, quæ habet ſedem ex voluntate ſeu affectu. Fides enim ſeptem habet coſtas, id eſt, ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ ei ſubſeruiunt. Charitas autem ſeptem habet morales virtutes, quæ ei famulantur & aſſiſtunt. Fides autem eſt neceſſaria in dextera

proſperitatis

proſperitatis. Charitas autē eſt neceſſaria in ſiniſtra aduerſitatis: igitur talia latera animam interius latentem defendunt, & exterioribus mundi carnis & hoſtis tentationibus obuiant, & reſiſtunt; & ne fortè latera perforantes malæ cogitationis, delectationis, & conſenſu ſagittas ibi figant defendunt, iuxta illud, Pſal. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabunt.

Sicut os omnes cibos recipit; ipſoſque maſticat atque terit: & inter ciborum ſaporem diſcernit, quod bonum eſt ad ventrem tranſmittit, quod malum eſt reijcit & expellit; ſic verè virtus diſcretionis & cogitationis cibos exteriorum rerum debet maſticare, diſcutere, & diſcernere, & antequàm ad ventrem affectionis tranſeant, vtrum bona vel mala ſint, debet cautè diſcernere, & videre. Bona autem debet intus in corde & affectione recipere, & pro nutrimento principali animæ retinere; mala verò debet reijcere, & ne animæ nocumentum inferant refutare. *Idem.*

Sicut os attrahit Spiritum, & aerem ex quo cordis calor temperatur, & cum ore etiam vermes ſe ſolent trahere & in anterius ſe mouere; ſic cor & affectio Spiritum ſanctum per deuotionem attrahit, quia calores tentationum refrigerat atque tollit. Cum ore etiam affectionis homo per bona deſideria trahitur, & ad partem anteriorem bonorum æternorum continuè mouetur. Pſal. Os meum aperui & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam.

Sicut digitus vngue armatur, quo, ſcilicet, quis pungitur & aliquoties laceratur; ſic mediante iuſtitia malos pungimus, & eos ſi neceſſe eſt vulneramus, vt ſic dicat iuſtus illud 3. Regum 12. Digitus meus minimus groſſior eſt dorſo patris mei. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cedam vos ſcorpionibus. *Idem.*

Cum humerus ſit pars corporis ſuſtinendis oneribus magis apta, ita quod quicquid ponderis corpori ſupponitur per humeros faciliter ſuſtentatur, dicam quod moraliter, & ſpiritualiter loquendo, vel etiam in corpore morali virtuoſo, & myſtico, vel etiam in corpore ciuili & politico: per humeros ſignificantur illi, qui in corpore Eccleſiæ militantis ſciunt & poſſunt ſuſtentare alios; ſicut ſunt prælati & viri perfecti: vel in corpore morali per humeros deſignantur illæ virtutes, quæ omnia mala tolerant, & quæ ſine murmure cuncta portant; ſicut eſt virtus patientiæ, conſtantiæ, miſericordiæ, & prudentiæ. conſtat enim quod iſtæ virtutes ſunt humeri ſpirituales, quia ſc. temperantia, & prudentia ſunt humerus dexter, qui æquanimiter ſuſtinet proſpera, patientia verò & miſericordia, ſunt humerus ſiniſter, & fortiter ſuſtinet aduerſa, dicam igitur quod in ſcriptura inuenitur humerus *Idem.*

Dei qui portat omnia.
Iuſti qui portat grauia.
Impij qui portat leuia.

Sicut renes habent virtuti generatiuæ ſeruire, calorem naturalem fortificare, ſanguinem purificare & vrinam à ſanguine ſugere, & ad veſicam deſti- *Idem.*

 nare:

nare: ſic verè viri perfecti in corpore Eccleſiæ generationi bonorum operum: vel generationi, id eſt, conuerſationi fidelium deſeruiunt. Calorem charitatis in ſe,& in alijs cuſtodiunt; in alijs etiam purificant ſanguinem, id eſt, deuotionem. Et vrinam, ſcilicet peccati de alijs fugunt audiendo eorum confeſſionē: iſti ſunt ego renes Chriſti & Eccleſiæ de quibus dicitur Iſaiæ 11. fides cinctorum renum eius.

Berchorius. Sicut digitus eſt idem cum manu, digitus enim tribus conſtat iuncturis, digitus facilè plicatur,& erigitur, in digito vis tactus. sūmè viget, quia diſpoſitio rerum tangibilium ſentitur, & cor extremitate ſui vngue [illegible]. Talis proculdubio eſt filius Dei, ex tribus enim conſtat ſubſtantijs, ſcilicet deitate, anima,& corpore. Idem eſt cum manu, id eſt, cum eſſentia deitatis. Per pietatem fuit ſui indicatiuus; per iuſtitiam ſui porrectiuus; per ſummā ſapientiam diſpoſitionis omnium cognitiuus: & vngue, id eſt, corporea carne fuit in extremitate temporum veſtitus; vt de ipſo propriè dicatur illud, Exod. 8. digitus Dei eſt hic: in manu enim ſunt digiti quinque; ſicut pollex, qui dicitur ſic, eo quod præ cæteris in virtute præpolleat: Index qui ſic dicitur, eo quod homo cum illo omnia indicet, & oſtendat. Medius qui ſic dicitur, eo quod in manu medium locum teneat. Anularis, qui ſic dicitur, eo quod homo anulum in eo deferat. Auricularis qui ſic, dicitur eo quod illo libetius aures ſcalpat; ſi verè Chriſtus Dei digitus dicitur,& omni digito merito cōparatur. Dicitur enim pollex quia virtute & potentia ſumma polluit, & viguit. Dicitur index, quia inſpirando, prædicando, omnia indicauit, atq; docuit. Dicitur medius, quia mediator Dei, & hominum apparuit. Dicitur annlaris, qui anulo fidei nos ſubarrauit. dicitur auricularis, quod doctrinam ſanctam humanis auribus inſtillauit: igitur hoc benè figuratum fuit, Marci 7. vbi dicitur, quod Chriſtus miſit digitos ſuos in auriculam muti & ſurdi,& expuens tetigit linguam eius; & ſic apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius. Quia reuera humanū genus, quod per peccatum adeò ſurdum & mutum fuerat factum, ita quod bonum non poterat dicere vel audire, mediante digito Dei viui & Dei filio benedicto, & etiam mediante ſpiritu gratiæ ſatiatum eſt, & ſaluatum, & ad loquendum, & ad audiendum reparatum,& notabis, quod ſicut ad ſenſum patet, digitis.

Agimus.
Pungimus.
Vngimus.
Tangimus.
Pingimus.

Sic verè dico, quod Deus pater mediante digito, id eſt, ſuo filio benedicto, cuncta producendo agit & generat, malos puniendo, pungit, vulnerat, bonos leniendo, vngit & temperat vera decernendo, tangit & ponderat mentes inſtruendo, pingit & alterat.

Idem. Item inuenio mamillā carnis inquinationis, id eſt, hominis immundi & carnalis, ſeu etiam malæ & vilis mulieris, quæ ſcilicet dulcedine libidinis lactat, & inficit impudicos. Vnde de impudicitia mulierum dicitur Ezech. 13. In adoleſcentia ſua fornicati ſunt ibi ſubacta ſunt, vbera earum, & fractæ ſunt mammæ pubertatis earum. Item inuenimus mamillas falſi adulatoris; quia

qua adulator mamillis dulcium verborum ſuorum lactat, & decipit audientes; de quo Thren. 4. Lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos ſuos.

Cor naturale dato quod ſitum ſuum habet in parte ſiniſtra: magis tamen tendit, & vergit ad dextram quàm ad ſiniſtram; cor principium eſt caloris, & humoris. ſuperius eſt latum; inferius eſt ſtrictum; ſic verò chariſſimi cor ſpiritale, 1. mens ſemper debet tendere & ordinari ad dexteram bonorum externorū, non ad ſiniſtrā temporalium, quia ſicut dicitur Eccleſ. 10. Cor ſapientis in dextera eius; cor fatui in ſiniſtra illius. Caloris etiam charitatis & humorum pietatis debet eſſe origo, & à parte ſuperiori, id eſt, quantum ad bona ſuperiora deſideranda ſcilicet, & amanda, debet eſſe latum & apertum; quantum autem ad inferiora, & temporalia debet eſſe clauſum, & arctum, quod ſcilicet, reſpectu temporalium debet eſſe clauſum ipſa deteſtando reſpectu verò ſuperiorum bonorum debet eſſe latum, apertum, ipſa late deſiderando. † *Bercherius.*

Sicut maxillæ dentibus armantur, fletibus irrigantur, ictibus adaptantur frenibus arctantur, ſeu frenantur. Sic viri iuſti armantur dentibus diſcretionis, vt valeant cuncta ruminare. Rigantur fletibus deuotionis, vt valeant digna germinare. Grauantur ictibus tribulationis, vt valeant mala tolerare. Ligantur, ſeu frenantur funibus correctionis ſeu diſciplinæ, & coërtionis ne valeant nimis euagare. *Idem.*

Sicut caput generaliter habet tres conditiones, quæ poſſunt comparari ad bonos ſuperiores. Caput enim.

Oſſibus armatur
Medullis rigatur.
Senſibus ornatur.

Sic verè caput id eſt prælatus debet componi oſſibus firmitatis, Medullis pietatis & clementiæ, ſenſibus claritatis, & prudentiæ; habeat igitur prælatus

Conſtantiæ fundamentum
Clementiæ foramentum
Prudentiæ documentum.

Habeat igitur conſtantiam & perfectionem: caput enim habet oſſa, quia & fortia ad ſui ſuſtentamentū: eſt enim membrum magis oſſeum, quod eſt in corpore: ſic verè Prælatus debet habere oſſeitatem fortitudinis, & virtutis: debet enim eſſe fortis ad perſeuerandum, durus ad corrigendum, & aduerte quod oſſa in capite habent adiunctam pellem, & capillos ad ſui tegumentum pellis enim quæ eſt mollis & plicabilis ſignat benignitatem; capilli autem qui ſunt exterius ſignant temporalem facultatem ne indigeat. Decet enim prælatos habere diuitias ad eminentiam ſui ſtatus ſuſtinendam, & ad pauperum miſeriam releuandam exemplo Magdalenæ, quæ capillis capitis ſui pedes eius, ſicut aurum optimum & comæ eius, ſicut elatæ palmarū &c. Secundo habeat clementiæ foramentū & fortitudinem; ſicut enim caput eſt plenum cerebro medulloſo, nec eſt aliquod membrum in corpore,

corpore, quod tantam medullæ plenitudinem habeat ſicut caput: ſic verè Prælatus debet eſſe in toto corpore Eccleſiæ, quod magis debet habere de medulla manſuetudinis, pietatis, & dulcoris, vnde Pſal. Sicut vnguentũ in capite, & Cant. 5. Caput meum plenum eſt rore, & Eccleſ. 9. oleum de capite tuo non deficiet; Prælatus enim debet habere rorem dulcoris & benignitatis, vnguentum compaſſionis, & pietatis; oleum lætitiæ, conſolationis, & charitatis, &c. Tertiò à capiendo dicitur, eo quod captat omnes ſenus videlicet oculos, ad videndum, aures ad audiendum, linguam ad legendũ, nares ad odorandum, & tactum totum ad tangendum; ſic verè prælatus debet continere omnem ſenſum ſpiritualem, videlicet viſum diſcretionis, auditum obedientiæ, & ſubiectionis, odoratum deuotionis, loquelam ſanæ locutionis, guſtum contemplationis, tactum paſſiuum clementiæ & compaſſionis, & tactum actiuum iuſtitiæ, & correctionis: debet enim prælatus videlicet,

Videre per diſcretionem.
Audire per cauſſarum diſcuſſionem.
Odorare per deuotionem.
Guſtare per contemplationem.
Loqui per eruditionem.
Tangi per compaſſionem.
Tangere per contritionem, &c.

Idem. Sicut caput continet carnem, oſſa, neruos, medullam, & venas, continet dico,

Carnem ad vacui repletionem.
Oſſa ad cerebri defenſionem.
Neruos ad corporis ligationem,
Medullas ad humoris diffuſionem,
Venas ad ſanguinis fluitionem.

Sic Chriſtus continet carnem fluidæ pietatis, qua repletur vacuitas alienæ paupertatis. Continet oſſa firmitatis qua ſuſtentatur debilitas noſtræ fragilitatis. Cõtinet neruos charitatis, qua ligatur diuerſitas contrarietatis. Continet medullam benignitatis, ex qua fluit humor gratiæ, & ſanctitatis; continet inſuper venas largitatis, qua cũctis diffunditur, ſanguis temperãtis ſubſtantiæ & facultatis, ideò de tali capite loquitur Oſe. 1. Congregabuntur filij Iuda & filij Iſrael pariter, & ponetur ſibimet caput vnum.

Idem. Sicut videmus, quod à capite corpus regitur, ſenſus & motus cæteris membris miniſtrantur; ſic verè à Chriſto corpus Eccleſię gubernatur & ſingulis membris compaſſionis, & motus bonæ operationis conceditur & donatur.

Idem. Sicut omnia membra, ſunt cæca præter oculum, & ideò neceſſe eſt, vt oculus ſatis habeat de lumine, vel ſplendore, vt cæteris membris poſſit debitum regimẽ miniſtrare; ſic verè cum in corpore Eccleſiæ ſint multa membra cæca, id eſt, multi ſubditi ignorantes, ideò neceſſe eſt ꝙ oculi ideſt, Prælati, & viri perfecti religioſi & clerici magnæ diſcretionis lumine ſint dotati,

vt per

vt per ipſos poſſint alijs doctriuis & ſcientijs fidei, & morũ illuminari & in viam ſalutis dirigi,& debite gubernari.

Sicut oculus multam habet humiditatem, reſpectu quantitatis ſuæ; quod neceſſarium fuit ad faciliorẽ formarum impreſſionem,ſic prælatus debet eſſe per pietatem, & benignitatem tener & humidus. ita quod faciliter poſſit in ſe recipere per compaſſionem quicquid ſibi per preces pauperum ab exteriori imprimitur, & quicquid calamitatis, & paupertatis in alijs exterius ſpeculatur: vt de prælatis Eccleſiæ dicatur illud, Pſalm. Oculi eius in pauperem reſpiciunt: pater,inquit,eram pauperum. *Idem.*

Sicut in oculo ſunt plures tunicæ,ſcilicet,quædam humidæ,quędam magis ſiccæ, iſtud tamen verum eſt,quod illa quæ eſt mollior eſt pupillæ proximior,quàm illa quæ eſt durior: ſic in prælato debet eſſe mollities pietatis, & compaſſionis,& etiam duritia ſeueritatis; ita tamen quod pietas magis ei adhæreat, quàm iuſtitia, exemplo Samaritani, quia primo infudit ſauciato oleum lenitiuum, deinde vinum modificatiuum vnde dicitur Luc. 10. quoniam quamuis vna non debeat ab altera ſeparari, vnam tamen debet proximus amplexari vt dicatur ei illud Iob. 10. Oculi carnei ideſt miſericordes,ſibi ſunt,& ſicut videt homo & tu videbis. *Idem.* *Idem.*

Sicut oculi ſunt in loco altiori, ſcilicet, in capite; ſic tales collocati ſunt in ſublimiore dignitate,& ſicut videmus quod oculi dicũtur ſublimes, quia ſunt in capite radicati, & verſus cœlum eleuati & ſublimati, & ideò ſicut ad videndum, & reſpiciendum vndique magis apti, & etiam ordinati; ſic proculdubio ſpiritualiter loquendo prælati ſublimes poſſunt dici,quia in capite Chriſto radicantur, per fidem & dilectionem Eccleſ. 11. oculi ſapientis in capite eius ſurſum verſus Paradiſum eleuantur,per affectionem & contemplationem 4. Reg. 19. Eleuaſti in cœlum oculos. Circumquaque etiam reſpiciunt, & ſpeculantur per prudentiæ circumſpectionem Iob. 39. Oculi eius de longe proſpiciunt. *Idem.*

Sicut inter cætera corporis membra oculi ſunt cæteris mobiliores & ad aduertendũ ſunt vndique promptiores iuxta illud 1. Corinth. 15. In momento,in ictu oculi,in nouiſſima tuba; ſic prælati debent eſſe diligentiores & ad motum bonorum operum promptiores,iuxta illud 11. Paralyp. 19. Cum diligentia cuncta facite: vnde de tali circumſpectione dicitur Ezech. 21. Contemplatus eſt diligenter multo intuitu, vt de talibus oculis dicatur illud, Iſa. 32. Non caligabunt oculi videntium, & aures ſurdorum diligenter auſcultabunt. *Idem.*

Sicut duo fuerunt neceſſarij, vt ſi vnus impediatur, eius defectus per alterum ſuppleretur, quia oportet qui illi ſimplices in quibus oculus intellectus deficit, quantum ad perfectam cognitionem oculum affectus habeant clariorem,quantum ad veram ſimplicitatem & dilectionem. Iſtud enim de oculo naturali ita ſe habet, quod ſi vnus excæcatur, vel impeditur alius clarius intuetur: & hoc fit quando ſpiritus viſiuus, qui ad ambos diuidebatur, tunc in vno ſolo luminoſius congregatur, & ſic ibi perfectius operatur; ſic verè fit inter iſtos duos oculos, inter intellectũ, ſcilicet, & affectum, quia *Idem.*

verè impeditio vnius eſt promotio, & fortificatio alterius; ſicut enim ad oculum videmus ſæpe quanto oculus intellectus in vim ſcientiarum amplius poſſit, tanto affectus ad Dei, & proximi dilectionem amplius impeditur; ſicut ad literam patet, de clericis qui quāto ſunt in ſcientijs ſubtiliores, tanto & in moribus tepidiores, & è cõuerſo ſimplices in quibus oculus intellectus diſtenditur in Dei dilectione, in cæteris moribus perfectius diſponũtur, vnde Aug. dicit, quod ſimplices & Idiotæ rapiunt cœlos, & nos cum literis noſtris mergimur in profundum.

Idem. Sicut oculus radicaliter adhæret capiti, & ibi habet fundamentaliter bonum ſuum, & mediantibus duobus neruis, cum ipſo tam tenaciter colligatur, quod nunquam poteſt ab illo niſi violentia ſeparari ſic oculi mentis noſtræ debent per affectum & deſideriũ, & per firmitatem propoſiti in capite noſtro Deo, & mediantibus duobus neruis duplicis charitatis, tam fortiter, & tam fundamentaliter radicari, quod nunquam debent ab ipſis aliqualiter ſeparari.

Idem. Sicut videmus quod quamuis oculi ſunt duo, tamen vnicum & ſimplicem habent actum, quia ſcilicet de vna re non reſpiciunt ſeu concipiunt, duas imagines, ſed tantum vnam, quod accidit ex eo ſecundum naturales, quod duo nerui ſpiritum viſiuum à capite ad oculos deferentes, in media fronte in modum crucis vniuntur & coniunguntur; & ſic ſpecies rerum à duobus oculis recepta non diuerſa, ſed vna eſſe videtur, quia ſub vna ratione intellectus præſentatur; ſic verè oculi mentis noſtræ debent in quantum ad intentionem eſſe ſimplices, & vniformes, quia ſcilicet vnam rem non videnti videre, duplici viſione, id eſt, duplici intentione, vt ſcilicet vnum intendant interius, & aliud prætendant exterius; ſunt ſicut proditores hypocritæ & fallaces, quia ſcilicet ille qui terram ingreditur duabus vijs à domino maledicti, Eccleſ. 2. Ve duplici corde etiam homini ingredienti terram duabus vijs.

Idem. Sicut oculi in profundo capitis, & quaſi in abſcondito ſunt locati, & quia etiam palpebris ſunt cooperti & velati, quod vtique neceſſarium fit, vt oculus ſic illæſus à nocumentis exterioribus ſeruaretur, vt faciliter clauderetur, & ſit per ſubintrationem alicuius pulueris, ſeu venti eius tenera ſubſtantia læderetur. ſic verè dico quod oculus mentis noſtræ debet per humilitatem contegi & velari, & ne exterius indiſcrete vagetur, per diſcretionem reprimi, & recludi, & in profundo meditationum ſpiritualiter locari, & acriter profundari Iſa, 2. Oculi ſublime hominis humiliati ſunt.

Idem. Sicut oculus multis cauſis poteſt in ſuis operationibus impediri, ſic oculus mentis poteſt in ſuis actionib. diuerſis occaſionibus perturbari, & ideò breuiter notare poſſumus, quod in ſcriptura inueniuntur multa genera malorum oculorum, per quos poſſunt vel mala pectoris, vel mala conſcientiæ notari, videlicet oculi.

Trabati

Turbati		Turbat inuidia.
Inflati		Inflat ſuperbia.
Grauati	Oculos enim	Grauat accidia.
Cæcati		Cæcat auaritia.
Fedati		Fedat immunditia.
Fraudati		Fraudat amicitia.

Sicut enim oculus quandoque turbatur propter nimiam claritatem Spiritum viſibilem diſgregantem in tantum, ſcilicet, quod non videt, ſicut ante non videbat; ſic verè oculus mentis, quando reſpicit claritatem alienæ proſperitatis, ſolet quando taliter per inuidiam conturbari, quia rectitudinem iudicij amittit, & quid facere debeat non aduertit, Eccl. 14. Nequam eſt oculus liuidi; lege ſequentia apud eundem auctorem. *Idem.*

Sicut oculus ab exteriori læſione punctus, aut percuſſus lachrymas emittit, ſic verè quando oculus cordis noſtri pungitur ab exterioribus cauſis, videlicet, vel à tribulatione præſentium tormentorum, vel à miſerijs proximiorum, vel à timore ignium æternorum, ipſe proculdubio debet lachrymas emittere, & doloris amaritudinem declarare, Eccl. 211. Pungens oculus educit lachrymas. *Idem.*

Sicut oculus habet de coloribus iudicare, foueas & pericula præcauere, & præindicare, & cunctis membris alijs de debito regimine prouidere, ſic verè iudex debet de coloribus, id eſt, perſonarum conditionibus diſcernere, reip. pericula cognoſcere, & omnia membra corporis, id eſt, omnes perſonas ſuæ iuriſdictionis debite gubernare. *Idem.*

Sicut oculus multum humorem continet, quia ſecundum conſt. tribus humoribus, & ſeptem tunicis eſt oculus compoſitus, ſic verè oculus mentis debet per compaſſionem eſſe humidus, & benignus ſeptem tunicas, id eſt, ſeptem pietatis opera debet habere, tribus verò humoribus, id eſt, tribus compaſſionis generibus præpollere quæ ſunt. *Idem.*

Faciliter indulgere delinquentibus,
Faciliter condolere patientibus,
Facillimè ſubuenire indigentibus,

Sicut oculus corporalis habet ſplendorem, *Idem.*
Humorem,
Fluorem,
Cremorem,

Sic oculus moralis debet habere,
Splendorem diſcretionis,
Humorem compaſſionis,
Fluorem lachrymationis,
Cremorem dubitationis, &c.

Sicut oculus præ alijs membris eſt ſummè mobilis, exceſſiua autem oculorum mobilitas timorem dicitur deſignare, ſic oculus mentis noſtræ debet eſſe tremebundus, & mobilis per timorem, in tantum quod præ timore diuinæ offenſæ, nunquã debet in pace quieſcere aut dormire. Deuter. 28. Da- *Idem.*

bit tibi Dominus cor pauidum & deficientes oculos.

Idem. Sicut oſſa de ſua natura ſunt alba, arida inſenſibilia, dura & inde eſt quod faciliter non corrumpuntur, nec aqua molliuntur, nec igne etiam flectuntur, aut diſſoluuntur. Imo quamuis in medio carnium ſanguinum, & humorum habeant locum ſuum, nunquam tamen proper hoc deſtruuntur: ſic viri recti in corpore Eccleſiæ, & maximè religioſi debent eſſe albi per continentiam, aridi per abſtinentiam, Inſenſibiles per patientiam, fortes & duri per conſtantiam. Infirmos enim debent ſuſtinere, bona debent fortiter facere, & mala fortiter tolerare, & nunquam corrumpi, vel deficere, nec aqua aduerſitatis, nec aqua proſperitatis à bono immutari, vel deſiſtere, ſed in bono perſeueranter, & iugiter permanere.

Sicut multa oſſa in corpore aggregantur, ita etiam quod oſſa quaſi in omni membro plura ſimul, & duplicata inueniuntur, iſta inſuper oſſa neruis, & tenaculis inuicem coniunguntur: ſic viri perfecti in Eccleſia debent ſimul eſſe per concordiam & vnitatem, & debent inuicem coniungi & ligari per veram amicitiam, & charitatem, vt ſic dicat Eccleſia illud Iob 10. Pelle, & carnibus veſtiſti me: poſſibus & neruis compegiſti me; Vt ſic de charitate & concordia talium oſſium dicatur illud Ezech. 37. Acceſſerunt oſſa ad oſſa vnumquodque ad iuncturam ſuam.

Sicut videmus quod oſſium duritia in omni parte corporis ſemper eſt carnis mollitie cooperta, ſic vir perfectus quamuis ſit in ſe quandoque durus, ſolidus, rigidus & ſeuerus, exterius tamen in coopertiua ideſt in apparentia ſcilicet in nutis & in modis ſemper debet habere carnem qua naturaliter eſt mollis, id eſt, modeſtiæ & benignitatis teneritudinem, & dulcorem,

Idem. vt ſic poſſit dicere Eccleſia. Adhæſit os meum carni meæ.

Sicut oſſa non ſentiunt ſibi ſolum, ſed etiam alijs membris, quia ſcilicet omnia alia membra habent ſuſtinere; ita quod oſſa magis propriè poſſent dici eſſe aliorum quam ſua: ſic vir prius quod non ſuum eſt, quærit, ſed quod eſt alterius: vnde propriè vir pius non eſt ſuus, imò tuus quia in bonis tuis non aliorum ſolet gaudere: & in malis aliorum dolere.

Sicut oſſa ſunt naturaliter plena medulla, quæ ſcilicet ipſorum ſiccitatem temperet, & eorum ſubſtantiam nutrit, pariter & humectat: ſic verè in oſſibus ſpiritualibus id eſt, in perſonis Eccleſiaſticis, & perfectis debet ſemper eſſe, & abundare medulla pietatis interius, quæ ipſos debet irrigare, & cordialiter humectare Iob 21. viſcera eius plena ſunt adipè, & medullis oſſa ipſius irrigantur.

Sicut oſſa proper ſuā ſoliditatem, & duritiam non facile penetrantur, ſic nec peccatores proper duritiam ſuæ obſtinatæ voluntatis facile ad pœnitentiam conuertuntur. Exod. 12. Nec os ipſius confrigetis.

Sicut videmus quod oſſa nec aqua molliuntur, nec igne diſſoluuntur ſicut faciūt cornu & vngues; ſic peccatores obſtinati aqua dulcis monitionis non poſſunt molliri, nec igne aſperæ correctionis diſſolui, & ideo propriè peccatores dicuntur oſſa ſepulta, quia ſcilicet in ſepulchro malæ conſuetudinis ſunt inſinuata.

Sicut

Sicut oſſa naturaliter arida ſunt, & patum habent de humore: ſic peccatores ſicci ſunt & aridi, & humore deuotionis priuati. Pſalm. oſſa mea ſicut cremium aruerunt, Ezech. 37. oſſa arida audite verbum Domini.

Sicut oſſa ex omni parte carne inuoluuntur, ſic peccatores ex omni parte carne ideſt carnis voluptate teguntur Iob 19. Adhæſit os meum carni meæ. *Idem.*

Sicut oſſa nullam habent virtutem ſenſitiuam, eorum enim ſubſtantia non eſt habilis ad hoc quod delectationem ſentiat, vel dolorem; ſic peccatores non habent ſenſum diſcretionis, nec etiam ſenſum pietatis, vel compaſſionis. Nihil enim ſentiunt de his, quæ pertinent ad ſalutem nec de meritis aliorum.

Sicut oſſa quamuis in ſe non habeant, nec ſenſum nec motum, in corpore tamen ſolent locum maximum occupare; ſic mali quamuis nec motum bonæ operationis. nec ſenſum diſcretionis, nec compaſſionis habeant in corpore, tamen Eccleſiæ magnum locum tenent, & occupant; quod bene figuratum eſt Ezech. 37. vbi dicitur; Sic mittit me ſpiritus in medio campi qui erat plenus oſſibus aridis & dicitur ibidem quod extenſa ſunt ſuper ea nerui & carnes & cutis & ſpiritum non habebant, quia totus campus Eccleſiæ plenus eſt oſſibus, id eſt perſonis duris & aridis & indeuotis & inſenſibilibus, quod proculdubio neruis diuitiarum carnibus deliciarum, & cute exteriorum opulentiarum hodie præ cæteris in Eccleſia ſunt operti; ſpiritu tamen ſancto & cæleſtibus gratijs ſunt priuati.

Sicut collum eſt rotundum, forte, neruoſum, oſſeum, & ſonorum: ſic ſpes debet eſſe rotunda, mentem in Deum circulariter reducendo. Fortis & oſſea terribilia pro domino ſuſtinendo. Nobilis & neruoſa per bona opera ſe mouendo, & ſe ab hoſtibus defendendo, & per diſcretionem circumſpiciendo. Vnde illud Cant. 4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: ſignat enim libertas animæ magnitudinem, &c.

Sicut dentes in corpore triplex habent officium: per quod triplex virtus in anima deſignatur: dentes enim debēt mordere. Dentes habēt maſticare, dentes habent claudere; dentibus enim illos quibus nocere volumus, laceramus, dentibus cibos quos intus trahimus, maſticamus, dentibus os & linguam claudimus, & arctamus: & ideo per dentes poteſt intelligi virtus correctionis, qua delinquentes puniũtur: virtus diſcretionis, qua cibi, ideſt, actus & opera maſticantur, examinantur, & diſcutiuntur virtus locutionis circumſpectæ qua normæ locutiones obſerantur & clauduntur. Tales dentes habere debent viri Eccleſiaſtici: maximè prælati. *Idem.*

Sicut lingua eſt mollis, & delicata, aurea & colorata, acuta & more gladij figurata, plicabilis & ad mouendum quamplurimum applicata, incluſa & dentium circuitu vallata; ſic locutio iuſtorum debet eſſe mollis, per benignitatem, colorata per honeſtatem; Acuta per ſeueritatem, plicabilis per ſagacitatem, Incluſa per cuſtodiæ ſedulitatem; ſit igitur lingua locutionis noſtræ.

Mollis per compaſſionem
Rubea per dilectionem
Acuta per correctionem
Plicarilis per diſcretionem
Clauſa per coerctionem.

Idem. Sicut capilli ſunt illa pars corporis,quæ apertius oſtenditur:quę exterius exponitur, & quæ diligentius componitur. Et qua quicquid eſt interius abſconditur: ſic virtus honeſtatis præ cæteris plus apparet, & in conſpectu hominum magis fulget. Et ſi quid eſt in homine defectiuum, ſub hac magis abſconditur, abſque latet & ideo ad ipſius compoſitionem decentem quilibet ſapiens ſumme ſtudet, de talibus capillis loquitur ſcriptura, Cor. 11. capilli pro velamine dati ſunt.

Sicut capilli dati ſunt in munimentum: muniunt enim hominem contra frigoris tempeſtatem & calorem nutriunt & defendunt: ſic verè charitas per bona deſideria calefacit, & animam à nocumento frigoris indeuotionis defendit,&c.

Gratia eſt in anima ſicut ſanguis in corpore: quia ſcilicet ſicut ſanguis corpori dat vitam ſic gratia animæ. Et ſicut videmus quod ſanguis cauſat in carne calorem, in vultu ruborē,in actu, vigorem, in intellectu habilitatem, in affectu pietatem, in manu largitatem, in voce iucunditatem: ſic verè diuina gratia cauſat interius calorē charitatis: exterius calorem ſeu ruborem verecundiæ, honeſtatis,vigorem virtuoſæ operationis & probitatis ſplendorem diſcretæ ſubtilitatis, dulcorem, pietatis valorem largitatis, canorem iocunditatis, vnde verſus naturales dicunt,quod ſanguineus eſt ſanguis amans, hilaris, cantans, rubeiq́ue coloris, & breuiter ſanguis iſte eſt vita & ſpiritus ipſius animæ: quia ſicut dicitur Leuit. 17. anima omnis carnis in ſanguinem eſt; anima inquit iuxta illud Ezech. 16. in ſanguine tuo viuet: corpus enim ſi perdat ſanguinem, ſtatim moritur: ſic etiam anima quæ per peccatum, perdit gratiam: quia ſic dicitur Ezechiel 18. anima quæ peccauerit, ipſa morietur.

Idem. Sicut collum in alto corporis ſituatur, & ſurſum etiam tendit & eleuatur. Sic prælati debent eſſe alti,per vitæ eminentiam & in altum tendentes per contemplationis excellentiam. vnde Cant. 4. Sicut turris Dauid collum tuum; collum eſt vna de partibus corporis, quæ mundius ſeruatur: ſic iſti cæteris hominibus debent eſſe mundiores & ſanctiores.vnde Cant. 7. Collum tuum ſicut turris eburnea. Item debet eſſe rectum,quia ſcilicet collum gibboſum nōn eſt commēdabile: ſic iſti per iuſtitiam debent eſſe recti non per iniuſtitiam tortuoſi: Iſa. 3. Ambulauerunt extento collo. Quod eſt contra ſuperbos, qui habent gibbum in gutture, & in collo. Item collum debet eſſe flexuoſum. Collum enim reflectitur ad omnem partem: iſti ſic debent eſſe flexibiles & conuertibiles, & inclinabiles ſecundum loca, tempora,& caſus. vnde Gen. 41. dicitur quod Ioſeph habebat in collo ſuo torquem auream. Torques enim aurea eſt flexibilitas pietatis.

Sicut ad viſionem corporalem non ſolum eſt neceſſaria obiecti præſentatio,

tatio, nec ſolum neceſſaria organi diſpoſitio, quinimo neceſſaria eſt luminis influitio; ſic idem de viſu motali eſt dicendum: non enim ſolum indigemus obiecto materiarum notis præſentato organo potentiarum bene diſpoſito, quinimo ſuper omnia indigemus lumine diuinæ gratiæ, nobis ſurſum à patre luminum deriuato.

Sicut oculorum officium eſt videre, quia mobilis & vertibilis ſunt naturæ: vt ſcilicet vnam rem ſolummodo non videant, ſed ad omnia conſiderandа ſe ſe verrant; ſic verè nos per conſiderationem debemus nos ad omnem partem vertere, vt poſſimus non ſolum vna ſed vniuerſa vtilia cognoſcere & vniuerſa nociua præcauere.

Sicut in ventre pectoreo ſunt iecur, ſplen, &c. Sin in conſcientia, & ventre hominis iuſti: cor enim & conſcientia hominis iuſti dicitur: venter, quia ibi continetur iecur, quod amare facit, id eſt, feruens amor & dilectio vnde Cant.5. dicit anima ſponſo venter meus intremuit ad tactum eius. Item ibi eſt ſplen quidquid videre facit, ideſt virtus ſpei & virtualis conſolationis. Pſalm. Tu es qui extraxiſti me de ventre; Spes mea ab vberibus matris meæ. Item ibi eſt fel, quod iraſci facit, id eſt, ſpiritualis dolor, & contritio Pſalm. Conturbatus eſt in via oculus meus anima mea & venter meus. Item ibi ſunt feces, ideſt, materiæ vilis cogitationis, meditatio de quo poteſt exponi illud, Pſal. conglutinatus eſt in terra venter meus, &c. *Idem.*

Sicut venter eſt in medio corporis, & etiam à parte ante, vt ſic vilitate ac conditione vilitatis noſtræ, ante oculos & in cordis medio poneremus, vel portaremus: ſic etiam ventrem fragilitatis humanæ cum omnibus fecibus vitiorum præ oculis debemus habere, & in cordis medio collocare.

Sicut venter eſt pars corporis vilior, & pars noſtra ponderoſior, & pars noſtra fragilior; animal enim cuius læditur in ventre quam alibi: ſic ſenſualitas, & caro ſunt partes hominis magis debiles & molles. *Idem.*

Sicut natura non nutrit membrum, niſi quamdiu in eodem corpore alijs eſt vnitum; ſi enim ab alijs diuiditur, nunquam à natura paſcitur, & nutritur: ſic verè Deus ille ſolum paſcet pabulo ſcilicet gratiæ, gloriæ, & doctrinæ, quos cum alijs membris corporis ſui aggregatos inuenies, & quos per vnitatis vinculum in grege aliorum reperiet.

Sicut in vulnere eſt continuitatis ſolutio, ſanguinis effuſio, debilitatis introductio, doloris ſtimulatio, & niſi remedium apponatur, mortis ſubſecutio: ſic vulnere peccati mortalis continuitas, ſocietas, vnitas, quæ eſt inter nos & Deum ſoluitur, ſanguis gratiæ effunditur, virtus reſiſtendi debilitatur, ſtimulus & dolor conſcientiæ introducitur: & ſic ſequitur mors alterna niſi adſit pœnitentiæ remedium & cautela. *Idem.*

Sicut in alteratione naturali requiritur cauſa, à qua fit alteratio: modus ſecundum quem fit permutatio: finis propter quem fit variatio; ſic verè in alteratione, & mutatione ſpirituali requiritur cauſa efficiens, ſpiritus inquit donum, modus proficiens prophetabis, inquit cum eis, finis ſufficiens, mutaberis in virum alterum, &c.

Sicut

Sicut corpus ſic & anima diuerſis ſordeſcit de cauſis videlicet,

A ſuperbiæ tumore
A luxuriæ fœtore
A ſimoniæ ſudore
A gaſtrimargiæ fluore
Ab inſolentiæ liuore.

Idem. Sordeſcit à ſuperbiæ timore, vnde ſuperbæ ciuitati loquitur ſcriptura Ezech. 22. ſordida nobilis grandis interitu. Item ſordeſcit per luxuriæ fœtorem de quo Iſa.4. ſi abluerit Dominus ſordes filiorum Sion & ſanguinem Hieruſalem lauerit.

Item ſordeſcit per ſimoniæ ſudorem, dona enim ſymoniaca, etiam à canoniſtis dicuntur ſordes, eo quod apud Deum, & homines faciant hominẽ ſordeſcere: vnde de ſymoniacis iudicibus dicitur Oſeæ 5. calumniam patiens factus eſt Ephraim, fractus iudicio, quoniam cepit abire poſt ſordes.

Item ſordeſcit per gaſtrimargiæ fluorẽ, ideſt, per gulæ vitiũ de quo Iſa. 28. Omnes menſæ repletæ ſunt ſordium, vomituſque. Item ſordeſcit per inſolentiæ, ideſt, per in honeſtæ apparentiæ liuorẽ, de quo dicitur Zach. 3. quod Ieſus ſacerdos erat indutus ſordidis veſtibus.

Idem. Anima habet ſuos ſenſus naturales. Ibi enim eſt viſus fidei, odoratus Spei, auditus obedientiæ, tactus compaſſionis, guſtus deuotionis, ſeu affectionis.

Guſtant contemplatores: viri enim ſpirituales poſtquam bona ſpiritualia guſtauerunt, nunquam amplius in bonis temporalibus ſeu carnalibus delectantes.

Idem. Sicut homo multis modis ab inimicorũ ſic anima à Dæmone multis modis, ſed quinque præcipuè vulneratur. Nam dæmones nos occidunt ſcilicet vulneribus ſuperbiæ, & pompoſitatis, vulneribus luxuriæ & carnalitatis, vulneribus iracundiæ & crudelitatis, vulneribus temulentiæ, & ebrietatis, vulneribus inuidiæ & obſcuritatis, vulneribus blaſphemiæ, & mordacitatis.

Idem. Modus autem ſanandi hæc vulnera fit potiſſimè per cocturam contritionis, per aperturam confeſſionis, per vncturam compaſſionis, per ſecturam correctionis; dolor enim eſt coctura feruentis contritionis, de quo poteſt intelligi illud Hiere. 30. obducam cicatricem, à vulneribus tuis ſanabo te. Cicatrix enim preſſe cocturã oſtendit. Item habemus aperturam confeſſionis, de qua Gregor. in paſt. cap. 30. vulnera clauſa plus cruciãt, nam cum putredo quæ interius feruet eijcitur: ad ſalutem dolor aperitur. Item habeamus vncturam compaſſionis; quia vnguentorum eleemoſyna ſummè ſanat vulnera peccatorum. Vnde de Ezechia legitur, quod maſſa ficuum poſita ſuper vulnus ſanauit eum Iſa. 38. Ficus autem dulcis eleemoſynas deſignat. Item habemus ſecturam correctionis, & laborioſæ ſatisfactionis. Quia ſicut dicitur lib. 8. Mor. c. 6. ſanctæ mentes quæ correctiones ſine putredine eſſe conſiderant, libenter ſub manu Medici ad ſanandum ſe parant, vt aperto vulnere virus exeat quod ſub ſanie latebat.

Sicut

Sicut quicquid corrumpitur, à ſuo contrario corrumpitur; nunc autem culpa contraria eſt gratiæ: quia contra bonum malum eſt, & contra vitam mors. Eccl. 33. & ideo per generationem culpæ in anima, neceſſe eſt quod gratia corrumpatur; quia, ſcilicet, generatio vnius eſt corruptio alterius, Pſalm. corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: & nota quod ſicut corruptio largo modo ſumpta: putrefactio cauſatur ex multis cauſis in carne: ſic corruptio peccati cauſatur ex varijs actibus in mente, cauſatur enim ex calore corpus inflammante, & humore nimis abundante, ex debili vigore corpus non reſtaurante, & externo dolore corpus comprimente, ſic dico quod corruptio peccati gignitur quando calore concupiſcentiæ, anima inflammatur: & quando humore deliciarum & diuitiarum nimis oneratur, & maximè virtus rationis eſt ita debilis, quod ſapienter non regitur: & exteriora accidentia, & occaſiones variè, ad crimina ſuffragantur; ſic enim, *Idem.*

	Cor		Cogitando
	Caro		Delectando
	Lingua		Proferendo
Corrumpitur	Mens	male	Affectando
	Senſus		Exiſtimando
	Opes		Terminando
	Habitus		Conuerſando

Sicut ſignum mortis dicitur, quando ſuperius labium vltra modum fuerit coarctatum, quia pro certo ſuperius labium id eſt, locutio de ſuperioribus, & vtilibus debet in nobis moueri, & exerceri, quod ſi retractum fuerit, & in homine coarctatum, ſignum eſt quod ille mortuus eſt per peccatum. *Idem.*

Sicut duo corporalia: ſic & duo ſunt labia ſpiritualia: labium ſuperius poteſt ſignificare bonam, ſanctam, & honeſtam locutionem, quæ ſuperior poteſt dici, eo quod ſit de neceſſarijs, & pertinentibus ad ſalutem, de quibus dicitur in Pſal. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum: labium vero inferius, poteſt ſignificare locutionem de inferioribus, & terrenis, de quibus dicitur Ioan. 3. qui de terra eſt de terra loquitur.

Sicut res putreſcunt multis de cauſis, ſcilicet

Propter humoris exceſſum
Caloris acceſſum
Tumoris proceſſum
Vigoris receſſum
Salis ſeu ardoris deceſſum.

Sic dico quod homo ſpiritualiter computreſcit, proper exceſſum & abundantiam humoris proſperitatis. Vnde de manna reſeruata plus debito dicitur Exod. 16. quod ſcatere cœpit vermibus & cõputruit. Item putreſcit homo proper acceſſum, & properantiam caloris cupiditatis. Vina enim in æſtate putreſcunt, & areſcunt proper calorem. Vnde per auaros loqui- *Idem.*

 tur

tur Iacobus c.5.dicẽs, Agite nunc diuites &c. ſequitur: diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt &c. & dicitur Iob 7. Induta eſt caro mea putredine & ſordibus pulueris. Puluis enim diuitias ſignat. Item putreſcit homo proper proceſſum & excellentiá tumoris, pompoſitatis. Tumor enim apoſtematũ ſemper continet putredinem. Vnde Hier. 13. Putreſcere faciam ſuperbiam Iuda, & ſuperbiam Hieruſalem & Ioel. 2. aſcendet putredo eius quia ſuperbe egit. Nam ſcilicet inflato ventre computreſcet femur eius. Item putreſcit homo propter receſſum & deſiſtentiam vigoris & bonitatis: ſicut enim videmus quod homo putreſcit anima recedente, ſic anima gratiæ moriente Iſa. 50. computreſcent piſces ſine aqua & morientur, id eſt, Item putreſcit homo proper deceſſum & defluentiam ſplendoris ſcilicet proper defectum ſalis ſapientiæ Pſalm. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ, &c.

† *Thomas à Ieſu Braten-ſis de conuerſione omnium gentium lib. 11.c.5.*

Quemadmodum (inquit Ludouicus viues) in Matris vtero paramur huic luci ac vitæ, ita in hac vitæ (quæ ad alteram relata, ſimilis eſt vtero) anguſtia & tenebris illi alteri paramur ſempiternæ.

Et quemadmodum homo cum in vtero formatur, quia viuit more plantæ, clauditur anguſto gurguſtiolo, quod eiuſmodi vitæ generi ſufficit, ita egreſſus ex vtero, quia ſenſibus eſt vſurus, prodit in amplitudinem, & lucem functioni, atque officijs ſenſuum neceſſariam: ſic etiam hinc diſcedens quia vſurus mente tranſit in tanto maiorem, & præſtantiorem lucem, quanto eſt mentis cognitio amplior, & capacior, & excellentior quam ſenſuum. Naſcens fœtus deponit inuolucra, quibus erat tectus in vtero, & ea per quæ alebatur; exit nudus: ſic homo abiens ex vita deponitur: Sic illa ſua ceu inuolucra moriuntur. fœtus naſcentis inuolucra moriuntur, & hominis ad alteram vitam migrantis. Naſcitur infans, quaſi inuitus cum labore & cruciatu, ita & qui ab hoc corporis domicilio diſcedit. Egreſſus autem Infans longè alia vtitur vitæ ratione quam prius; ſic animus relicto corpore: cæterum ſic habitudo, ac penè tota huius vitæ ratio ex illa in Matris vtero formatione, & conſtitutione ducitur, vt tali quiſque ſit corpore, habitudine, valetudine, ſtatura, forma, viribus, qualem in prima illa fictione accepit: ſic etiam vitæ ſequentis conditio, plurimum ex actionibus huius ſumitur; vt talis ille deinceps animus, qualem ſe formauit, & inſtruxit in vita corporis, nempe humilis, abiectus, miſer ſi cæno, & ſordibus ſe dedit corporis aut prauis cupiditatibus, ac libidinibus; ſublimis autem erectus cæleſtis, fœlix, ſi menti, præclaris cognitionibus virtutibuſque excolenda conſpicit infans modo natus lucem, & in ea formas rerum nouas ſibi, & inuſitatas, eoque admirabiles. Conſpicit item animus renaſcens, hoc eſt diſcedens è corpore ad lucem, in ea nouas omnino atque inuſitatas rerum facies, quales nunquam eſſet antea hic ſuſpicatus. Et in vtero quidem fœtus adeò ſunt viuidi vigenteſque, vt ſubinde ſe cõmoueant, & quaſi ſenſum quendam videantur præſeferre; alij torpentes penitus immobiles nunquã aliter ſentiuntur, quam timore; ita & in hac vita alij nullum oſtendunt alterius vitæ ſenſum caligini huius immerſi, & tanquam obruti alto gurgite; alij

intelligentia

intelligentia & virtutibus inniti, iam hic quales futuri poſtea ſint declarant & guſtum quendam nobis præbent æui venturi.

X I.

Facilius eſt potu refici, quàm cibo.

Montanus.

Vt quando quis cibum aſſumpſit non corroboratur, hoc eſt quia aſſumit cibum ſolidiorem quam conueniat: ex cibo enim ſolidiori cum virtus & calor debilis ſit, non corroboratur, eo quia non poteſt illud nutrimentum conficere, ſed ex liquidiori cibo corroboratur, eo quod eſt facilius impleri potu quam cibo; Sic quando aliquis prælatus magna ambit, ac gerenda ſuſcipit, non poteſt ea benè gerere, fortaſſe, quod grauiſſimorum negotiorum tractationi ac executioni erit impar, & minorum facillimorumque aptus: etenim negocia vt cibi ſunt facillimæ aut duriſſimæ digeſtionis.

Sicut facilius eſt in corporalibus refici potu quam cibo, quia humiditas potus ſtatim colligit vires, ſoliditas verò cibi tarde nutrit, coctionem quæ eſt ob præteritũ morbum debilis facta impedit, & corpora attenuata non reficit: ſic in rebus ſpiritualibus, & moralibus facilius & tutius eſt refici potu ſpirituali doctrinæ, ſeu ea ſit lactis ſeu vini, ſeu aquæ quam mundanæ proſperitatis cibo.

Petrus Berchorius.

Potus lacteus eſt doctrina ſimplex, quæ pueris, id eſt, rudibus, & ſimplicibus eſt neceſſaria: de qua 1. Corinth. 111. lac vobis potum dedi, non eſcam. Potus vineus eſt doctrina profunda, & alta; quæ ſcilicet viris prouectis, & in fide, & moribus eruditis, eſt magis congrua; de qua Eccli. 31. Exultatio animæ, & corporis vinum moderate potatum. Potus vero aquæ eſt doctrina communis & manifeſta; de qua Marci 9. quiſquis potum dederit vobis calicem aquæ frigidæ non perdet mercedem ſuam. Cibus verò mundanæ proſperitatis mentem hebetat,

Idem.

Nam recte pro cibo intelligitur mundi proſperitas. Sicut enim cibus ſumptus moderate eſt corporis nutrimentum; Sic ſi immoderate ſumitur corpori eſt magis detrimentum, quia ſcilicet ex eo infirmitates variæ generantur; febres, apoſtemata & repletiones, & cætera ſimilia; ſic pro certo cibus mundanæ proſperitatis, ſi diſcretè & moderatè ſumatur, & ſi recto modo eo quis vtatur, vtilis & proficuus poteſt eſſe. vnde Eccl. 13. bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum. Sed pro certo ſi immoderatè, & ſuperfluè & ſine diſcretione ſumatur, tunc mirabiliter eſt nociua. Iſtud patet de malis diuitibus, qui cibi mundanæ proſperitatis indiſcretè ſe replent, & ideo in ipſis febres auaritiæ, apoſtemata ſeu inflaturæ ſuperbiæ; liuor & immunditia luxuriæ: generaliter de tali cibo loquitur ſcriptura Eccleſ. 14: confundet te in cibis ſuis ſcilicet mundus, id eſt, diabolus in mundana proſperitate vt exinaniat te bis vel ter; diabolus enim in cibis ſuis, id eſt, in mundana proſperitate, & temporalibus bonis, quæ adminiſtrat, confundit hominem, & hoc bis vel ter inquantũ ad tria bona, quæ ſibi aufert ſc. bona naturæ, bona gratiæ; bona gloriæ. Talibus autem accidit ſicut lupo qui famem

XII.

Quæ à morbis relinquuntur poſt criſim, recidiuos morbos facere conſueuerint.

Sicut in corpore quando relicta eſt pars morbi materiæ, recidiuos morbos facere conſueuit.; ſic in anima quando relinquitur aliquis affectus, vel fomes peccati denuo materia morbifica putreſcit, ex quo noua peccata generantur.

Sicut duo ſunt quæ relinquũtur, vnde fiunt recidiuæ: vnum eſt materia illa reliqua, quæ putreſcit tempore, & prætereà alimentum corrumpit; vnde fit noua materia nouæ febris. Alterum eſt, quod etiamſi nulla relinquatur materia, tamen à febre relinquitur qualitas quædam, ſeu diſpoſitio morboſa in corpore, quæ collectis excrementis recidiuam facit; ſic duo ſunt quæ in animo relinquũtur, vnde peccata recidiua fiunt. Vnum eſt fomes ille peccatorum, qui tempore reaccenditur, & affectus ad peccata, qui bona opera impedit remoratur. vnde paulatim datur, & offertur noua occaſio nouis peccatis, alterum tamen eſt, quædam corruptio naturæ, atque motuum perturbatio & repugnantia tantaque inclinatio ad malum, vt recidiua peccata fieri ſæpius contingat; nam peccatum remouendo iuſtitiam, atque adeò naturam corrumpendo, obſtitit, quo minus potentiæ promptè & ſine peccato ferantur perpetuo in bonum, vt inquiunt theologi.

Sicut morbi recidiui plerumq; efficiuntur lethales, quãuis de ſua natura non ſint; *Sic delicta geminata efficiuntur capitalia ob eorum iterationem, quamuis talia non eſſent vt notat Ang. in lib. 1. de ſuper exact. lib. 10. & crimen iteratum atrox, vt recidiuus morbus magis periculoſus dicitur.* *Ioan. Boniſacius de furtis §. de iure nat. num. 26.*

Sicut apud Medicos recidiua eſt morbi iam ſoluti, & vtcumque determinati, ac iudicium ſortiti ad eundem relapſus; *Nam eos morbos recidiuam facere arbitramur, qui non ſolum quomodocumq; inclinauerunt, diminutiq; ſunt ſed ad ſenſum extincti videntur, apparente ſolum ex morbo præterito ſymptomate aliquo quod morbi cauſam aut diſpoſitionem morboſam ſupereſſe adhuc ſignificat, quæ niſi nouis præſidijs penitus aboleantur, paulatim aucta ſimilem morbum prior excitando, veram & legitimam recidiuam conſtituunt.* *Ludou. Merc. c. de morb. lib. 3. par. 2. de ſig. criticis. 4. quæſt. 102.*

Sic apud Theologos recidiua nihil aliud eſt, quam peccati iam confeſſi, contriti, & vtcumque terminati ac abſolutionem ſortiti ad idem relapſus. Nam ea peccata recidiuam facere exiſtimamus, quæ non ſolum imminuta ſunt, ſed ad ſenſum oppreſſa ac deleta videbantur, comparente ſolum ex peccato præterito aliquo accidente ſeu fomite, quo morbificam diſpoſitionem ſupereſſe adhuc præmonſtrat, cui niſi nouis ſpiritualibus auxilijs, confeſſarij obuiam eant, paulatim ea propenſione ac fomite auctus peccata prioribus ſimilia reaccendere, recidiuamque conſtituere poſſunt.

Idem.

Sicut recidiua à recurrentibus morbis differt, quia in illa homo ad perfectam ſanitatem perueniſſe videtur: in recurſu vero ſolum peruenit laborans ad morbi imminutionem, manente & iterum creſcente eodem morbo. Sic recidiuatio peccatorum ab eorum recurſu diſtat, quia in illa peccator ſuorum peccatorũ abſolutionem conſecutum fuiſſe, in reditu verò peccator deſinere aut imminuere peccata videtur, manentibus tamen & iterum creſcentibus ijſdem delictorum generibus.

Sicut morbus qui recidiuam effecturus eſt, humores partim coctos, partim crudos ſortitur; ſic peccatũ quod recidiuationem adducturus eſt, peccata quædã cocta, id eſt, contrita, quædam cruda, ideſt, non contrita affert. Inueniuntur enim plurimi qui de multis peccatis attritionem, de multis alijs, nullam habent; quod quidem non valet, cum neceſſe ſit de omnibus ingentem dolorem percipere.

Idem.

Sicut differentia eſt inter recidiuam quæ fit ex materia relicta, & eam quæ fit ex morboſa intemperie. *Quod illa recidiuam concitat alteratis partibus ſolidis ad augumentum eiuſdem morbi præcedentis ob materia relicta vitium, hæc vero comparat recidiuam ex diſpoſita materia, ab ipſa partium intemperie, quam molitur in humoribus antecedentibus, aliquo modo diſpoſitis, ad eam ſuſcipiendam, & ſic ab vtraque fit recidiua licet diuerſo modo:* Sic inter vtramque etiam ſpirituale diſcrimen inuenitur, nam quæ fit ex materia relicta, v.g. ex fomite luxuriæ erga aliquam concubinam, recidiuam excitat, alterat voluntatem ſeu appetitum, ad augmentum eiuſdem amoris præcedentis, ob illum fomitem relictũ; quæ verò fit ex morboſa intemperie, recidiuam concitat, ex diſpoſitione, ac propenſione ab ipſa affectuum, & à quatuor animi affectionum intemperie, quam molitur in aliquo affectu aliquo modo diſpoſito ad eam ſuſcipiendam; & ſic tam ex fomite, quam ex animi affectibus peccatorum recidiuæ fiunt. nam vt alibi diximus, quod ſunt in corpore quatuor humores, in anima ſunt quatuor primariæ affectiones.

Sicut ex materia cruda, & incocta relicta Medici corporales; ſic ex cruditate peccatorum non concoctorum, id eſt, non contritorum, Medici ſpirituales recidiuam præſagiunt.

Sicut recidiua morborum dupliciter fieri poteſt, vel ex materia cruda, vel cocta, ſed non euacuata probe; ſic recidiua peccatorum dupliciter fit, aut ex materia peccatorũ, quæ concoqui in animo igne attritionis non poteſt, vt peccata luxuriæ auaritiæ, & eiuſmodi; aut ex materia cocta, id eſt, ex attritione peccatorum, ſed quæ pœnitentes rectè confeſſi non ſunt.

Lud. Mercato.

Sicut præmittendum ante omnia eſt, cum æger in acutis affectionibus ſine ſignis optimæ criſis iudicatur, recidiuam fore ſperandam, & maxime cum ſine criſi videntur deliteſcere, quippe tales affectus ſine certamine non ſoluit natura, irritamentum enim requirit, vt vniuerſam excutiat materiam. Sic in re ſpirituali prænotandum ante omnia eſt, cum peccator in grauibus vitijs ſine ſignis optimæ confeſſionis abſoluitur, recidiuam fore expectandam; & maximè quando peccata latere videntur, quippe talia vitia, ſine certamine appetitus, & volũtatis anima nõ ſoluit: irritamentum enim contritionis, aut attritionis cum confeſſione exigit, vt

probe

probe omnis peccatorum materia expurgetur.

Sicut recidiuæ corporalis duæ ſunt cauſæ externa & interna, nam reuerti morbum conſpicimus vno è duobus modis. Primo ab externo aliquo errato. Secundo ob internam aliquam cauſam. Externum autem erratū ſit vel ex improbo viuendi modo, vel ex praua aeris conſtitutione, quæ adeo corpus labefactat, quod a quauis cauſa ipſum in morbum iterum ducit, quamuis hæc illegitima videatur recidiua quod non fiat ex reſiduo morbi. Quapropter cenſeo Hippoc. dictum fuiſſe 6. pop. Comment. 6. in recidiuis mutationes prodeſſe. Interna autem reincidendi in eundem affectum cauſa eſt ex parte naturæ, corporis, vel impotentia facultatis omnium aut plurium: Item veſtigium mali præcedentis partibus viuentibus impreſſum, inſignis etiam viſcerum obſtructio: præterea humorū contumacia, aut inæqualitas vel maligna conditio, quibus euidentiſſimum eſt imperfectas fieri criſes. Sic recidiuæ ſpiritualis duplex cauſa poteſt aſſignari, externa & interna; externa eſt incontinens & effrænis viuendi modus, nolle euitare peccatorum occaſiones, frequentatio eorum locorum, qui homines ad committenda peccata facillimè inducunt, publica ſpectacula quæ obſcena repræſentant. Conſortium mulierum, & eiuſmodi. Interna autem appetitus deprauati, voluntas excoecata, debilitas potentiarum animæ, veſtigium vitiorum præcedentium, in mente ſeu animo impreſſum, ſpiritualis viſcerum opilatio, quæ impedit vt bonum agi nequeat, affectionum animæ pertinacia, ac repugnantia, aut inæqualitas vel maligna conditio, quibus perſpicuum eſt confeſſiones imperfectas fieri. *Idem.*

Sicut prima ſpecies morborum recurrentium eſt eorum, qui parum quidem remittuntur, moderatioreſq; euadunt, ſiue cum manifeſta, ſiue cum occulta criſi, aut leui ſolutione, ſed curſu poſtea exacerbantur, ac videntur licet non intermiſerint, denuo creſcere donec perfectiori criſi prorſus ſoluātur. Sic prima ſpecies peccatorum reuerſiuorū eſt eorum, quæ remitti, temperantioraque euadere videntur, ſiue cum manifeſta, ſiue cum occulta cōfeſſione, aut facili ſatisfactione, ſed poſtea rurſus recrudeſcunt, ac videntur licet nullam intermiſſionem fecerint denuo incrementum capere, donec perfectiori confeſſione abſoluantur: ſunt enim aliqui qui bis ter aut quinquies non perfectè, ſed remiſſo quodā modo peccata confitentur, & poſt perfectam confeſſionem ad ea peccata amplius non redeunt. *Idem.*

Sicut ſecunda ſpecies eſt eorum, qui decreſcunt, & veluti imminui videntur, nulla facta euacuatione notatu digna, neque præcedentibus ſignis coctionis. Sic ſecunda ſpecies peccatorum reuerſiuorū, eorum eſt, quæ imminuuntur nulla facta oris purgatione notatu digna, neque præcedentibus indicijs contritionis. Inueniuntur enim aliqui qui ſe à conſuetis peccatis abſtinent, ſine reſpectu confeſſionis, ſeu contritionis. *Idem.*

Tertia morborum qui reuertuntur ſors eſt eorum, quos peculiari nomine tropicos conuerſiuos nuncupamus, quorum natura & conditio eſt, vel ad ſimilem, vel ad diuerſum reuerti affectum, ſiue ab eadem, ſiue ab diuerſa cauſa fiant. Sic tertia peccatorum ſpecies eſt eorum, quæ natura quadam peculari ad ſimilem, ſeu diuerſam affectionem redeunt, ſiue ab eadem, ſiue à diuerſa cauſa id eueniat.

Sicut homo quià morbo liberatur & in eū relabitur grauiſſimis periculis

eſt obnoxius,

Ioan. Herolt. in ſerm. qui vul o de; cipuli in, ſcribuntur ſerm. 52.

eſt ob noxius, vt vniuerſa Medicorum ſchola affirmat; ſic *Homo ſeptem magna pericula incurrit, qui poſt feſtum Paſcha recidiuat, quæ ad compendium redacta ſunt hæc.*

Primum damnũ eſt, quod recidiuatio aufert homini fructũ præteritæ contritionis, confeſſionis, & ſatisfactionis, iuxta illud Ezech. 16. Si iuſtus auertet ſe à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ eius quas operatus eſt non erunt in memoria, &c.

Secundum recidiuatio vilificat hominem, admodũ canis, Prouerb. 26. Quaſi canis qui reuertitur ad vomitum, ſic homo impudens qui iterat ſtultitiam ſuam 1. Sic peccator mala quæ per confeſſionem euomit, iterato committit, facit ſicut canis, & ei ſimilis erit.

Tertium quoniam recidiuans in maiorem poteſtatem diaboli incidit, & poſt modum à diabolo fortius poſſidetur, quia ſe dat ſponte per recidiuationem in poteſtatem diaboli, & ſubmergit ſeipſum in profundum inferni. Iob. 21. In puncto ad inferna deſcendunt.

Quartum recidiua fit impotens ad reſurgendum: ſic infirmitas iterata vel vulnus curato, quando renouatur poſt modum difficilius ſanatur. Sic ſimiliter eſt de homine recidiuante. Matth. 12. cap. Lucæ 11. Erunt nouiſſima illius hominis peiora prioribus.

Quinto, quia recidiuans eſt irriſor diuinæ miſericordiæ, quod ſibi fecit pacem cum diuina iuſtitia. Cum enim iuſtitia voluit eum æterna morte occidere: tunc miſericordia ſe oppoſuit & pacem fecit. Quomodo ergo talis audet amplius oculos ad Dei miſericordiam eleuare, & bonitatem Dei inuocare, cum ſit contumax irriſor diuinæ miſericordiæ & bonitatis.

Sexto, quia recidiuans contriſtat omnes ſanctos, & omnes Angelos Dei, in quantum in ſe eſt, & ratio eſt, quia ſic tota Trinitas, & omnes ſancti & Angeli gaudium habuerunt in conuerſione ipſius peccatoris: ſic è conuerſo recidiuans contriſtat Deum, & Beatã Virginem Mariam, & omnes ſanctos & Angelos Dei quantum in ipſo eſt. Bern. Putas placatos habebit, in iudicio quos tanto & tam ſperato vis priuare gaudio, &c.

Septimo talis recidiuans areſcit, quia ſeparatur à merito Chriſti, & ea participatione omnium bonorum, in cœlo & in terra exſiſtentium, & priuatur omni gratia Dei. & erit ſicut palmes abſciſſus à vite, vel membrum abſciſſum à corpore. Areſcit vt & melius ardeat in futuro, quoniam excidetur, & in ignem mittetur. Sciendum quod tantum damnum incurrit recidiuans, quod ſi omnes homines flerent ſanguineas lachrymas, inſuper & ſi omnia animalia exſiſtentia, & omnes volucres cœli, & piſces maris, & omnia ligna, & omnes lapides, imo & omnis creatura, non tamen ſufficienter deflerent damnum, quod incurrit recidiuans ob vnum peccatum mortale: imo non eſſet ſibi tam damnabile ſi centum mille dæmonia in ſe haberet, ſi rotari, ſi ſuſpendi, comburi, vel ſubmergi deberet, quoniam damna iſta omnia ſunt finita & tranſitoria, ſed damnum illud per quod homo incurrit per peccatum mortale, infinitum eſt & æternum. vnde Ariſt. 4. Phyſ. finiti ad infinitum nulla eſt proportio, & Ioannes Raulin.

† Ioan. Raulin. in ſer. Quadrag. 66.

Qui reeidiuat grauius offendit, quam prius: primo quia quantum in ſe eſt iterat Chriſti paſſionem, Hebr. 6. rurſum crucifigentes in ſemetipſos filium Dei. Super quo Hugo de ſancto Victore, in perſona Chriſti; O homo ſerua animam tuam; ego pro illa mortuus ſum, ſi illam amiſeris, ego iterum mori non poſſum. Sed volo ne iniuriam facias mihi; quia ſi animam tuam morte mea reſtitutam voluntariè peccando amiſeris, quantum in te eſt iterum me crucifigis; iterum me mori compellis. Ideo Paulus Roma 6. dicebat

Christus reſurgens ex mortuis iam nō moritur: ſequitur ita, & vos exiſtimate vos mortuos quidem peccato, viuentes autem Deo. Coloſ. 4. vt ſit ſenſus; ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt; ita & peccatum ſemel moriatur in vobis, vt non oporteat iterari; & ſicut Chriſtus ſemper viuit, ita & vos ſemper cum virtutibus viuatis. Secundò, per hoc reſiduum homo quaſi ſibi præcludit ſpem ſalutis. Nam ſicut apud quemcunque gratum dominum, plus poteſt ſeruus confidere in neceſſitate ſua, qui ei continuè à iuuentute ſua ſeruiuit, quam qui tarde venit, & cito ad omnem voluntatem ſuam ſine licentia ſemper recidit, & ad inimicum contra ipſum vadit; ſic talis recidiuans moriendo, vix erit tantæ ſpei, ſicut qui continuo bonus fuit. Quomodo poſſet eſſe tantæ ſpei qui verſus regnum cœlorum vix fecit vnam dietam, & verſus infernum plus quam mille fecit. Nonne tales morientes propinquiores ſunt inferno, quam cœlo? & plus ad illum locum depoſiti ſunt venire? non ſic de iuſtis, de quibus tanquam de bonis animalibus; dicitur Ezechiæ: non reuertebantur cum incederent, hoc etiam oſtenditur in pœnis delinquentium, quorum primum delictum plectitur vna auricula, ſecundum alia: tertium vita, ſic perículoſior eſt ſecunda infirmitas, quam prima; & tertia quam ſecunda. Tertiò, quia homo omnia præcedentia per recidiuum perdit, Ezechiæ 18 Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, iuxta omnes abominationes quas facere ſolet impius nunquid viuet? omnes iuſtitiæ quas fecerat non recordabuntur. Ezech. 32. Si dixero iuſto quod vita viuet, & confuſus in iuſtitia ſua iniquitatem fecerit: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur. Quartus hoſpes & huiuſmodi dæmoniorum plus quam ante; dicunt enim, reuertar in domum meam. &c. & tunc aſſumit dæmon ſeptem ſpiritus nequiores, &c. patet quia ſotulares veteres, vel veſtes non tenent ſuturam, ideò vbique in eis egreditur lutum, ſic iſti inueterati dierum malorum cum omni tentatione cadant, vbique in eis intrat dæmoniū Pſal. vt lutum platearum delebo eos ſcilicet, de libro vitæ: quomodo non eos poſſideret dæmonium; quia vltro ſeſe offerunt ei? Dicitur enim lib. 2. de animalibus, cap. 2. Quod oues plus cæteris animalibus intellectu carent, quia de domo ardenti vix eijci poſſunt, & ſi eiectæ fuerint: niſi vi teneantur in ignem refugiunt. Sic tales à mala concupiſcentia, qua anima ardet vix eijci poſſunt; & ſi ſemel eiecti fuerint, vix metu aut violentia teneri poſſunt, quin redeant ad vomitum. Quid non inſaniunt à dæmone qui redeunt ad carcerem à quo priùs euaſerunt, & per viam iterum redeunt, in qua ſpoliati ſunt & grauiter vulnerati? Brutis inſipientiores: quæ dum laqueos euaſerunt, nunquam illuc reuerterentur. Quintò tales cum difficultate ad benè operandum reſurgunt. propter malum habitum acquiſitum ex operibus malis. Hieremiæ 13. Si poteſt æthiops mutare pellem ſuam; & pardus varietates ſuas, & vos poteritis benè facere, cum didiceritis malum, quia cum volunt benè operari pro difficultate habitus mali cum laborem ſentiunt boni operis, cito cadunt. Similes cuidam monſtro marino, quod luligo appellatur, quod quandoq; ſocietatem habet, cum auibus volando, quandoq; cum piſcibus de quo Vincentius in ſpeculo naturali.

 turali.

turali, quod natura in eum luſiſſe dicitur. Nam quandoque cum piſcibus profunda maris ſcrutatur, cum verò aquas faſtidierit; eleuat ſe alis pennigeris, & cum auibus æthereа ſcandit; ſed quia flatus non poteſt ſuſtinere ventorum: cum ventis concutitur, ad aquas reuertitur; ſic aliqui in aquis gulæ & luxuriæ ſe immergũt,ſed cum in eis tædia aduerſitatis, pœnalitates, & perditiones bonorum inuenerint, & difficultates ſenſerint; in altum per ieiunia, & orationes ſe erigunt. Sed cum in illis ſenſerunt modicam difficultatem, & tentationis impulſum, in priſtinam miſeriam reuertuntur. Pſal. Aſcendunt vſque ad cœlos & deſcendunt vſque ad abyſſos, & ratio eſt, quia anima eorum in malis tabeſcebat. Talibus enim Deus non cito dat gratiam, ſi enim aliquem iuuiſſem bis vel ter quadrigam ſuam leuare de luto; ſi per negligentiam ſuam caſum frequentiùs iteraret: de eo iuuando plus quam à principio fierem tedioſius. Sic Deus recidiuum patienti Amos 1. ſuper tribus ſceleribus Iuda, & ſuper quarto non conuertam eum: & tales, etiam ignobilius reſurgunt, quia calciamenta ſæpiùs reparata & veſtis de panno veteri & damnoſo iam reſarcita viliora habentur, & mulier quæ ſæpiùs virum adulterando reliquit; tanto minus gloriã & honorem apud virum ſuum, & proximos etiam reconciliata merebitur. Hierem. 2. quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Sextò talis ſæpe eijcit Chriſtum à domo ſua; quam tamen cum tanta diligentia reparauerat. Poeta. Turpius eijcitur quam non admittitur hoſpes. valde triſtaretur, quam ſi expelleretur à domo ſua: ideo iuſto iudicio expellet eum à manſione æterna, Matth. 25. hoſpes fui, & non collegiſtis me. Tapus cum de foſſa egreditur venit vulpes, & eam ſtercorat; quod ſentiens tapus dedignatur cum ea habitare, & alibi vadit. ſic Chriſtus cohabitans prius per gratiam, poſtea ſtercoratus à vulpina fraude dedignatur habitare, Sap. 1. corripietur à ſuperueniente iniquitate, Gloſſa 1. expelletur: exemplum, in Abſalone qui patri reconciliatus poſtquam in domo eius de menſa & cibis patris comederat; ipſum fugans ad mortem eum quærebat, & à domo ſua expulit; quæ etiam perſequentem cupiebat habere Pater. ſic iſti per confeſſionẽ Deo reconciliati, in domo Eccleſiæ in menſa altaris, non tantum cum ipſo Deo, ſed etiam ipſum Deum comedentes, citò ingratitudinem oſtendunt, eius mandata tranſgredientes; & ipſum ſua peſſima vita vſque ad eiectionem de domo ſua perſequentes, & Antonius de Rampegolis.

† *Antonius de Rampegolis.*

Neceſſe eſt hominem qui diu à patria propria ſuis exulauit demeritis, redientem ſummoperè cauere ab omni offenſa, quia tunc proditor quaſi conuictus durius à principe punitur. Spiritualiter peccator qui diu ſuis culpis exaſperat diuinam clementiam, multiplicando mala, inuenta venia per pœnitentiam ſummè debet cauere, ne redeat ad culpas priſtinas, quia tunc exaſperata miſericordia in diram mutaretur vindictam.

† *Claudius Guilliandus Hom. Quad. hom. 3. quad.*

His de cauſis maxima diligentia debemus cauere à recidiuo, cùm verum ſit quod ille ait: Non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri.

Sicut recidiua corporalis eſt ex parte Medici, ex parte aſſiſtentis, & ex parte aegri: ſic ſpiritualis recidiua eſt ex parte Dei, dæmonis, & noſtri periculoſa

periculoſa, vt inquit Buſſæus. Cōſidera quam periculoſa ſit recidiua peccati maximè lethalis, idque ex triplici ratione. Et primo ex parte Dei. Nam vt probat B. Cyp. ad Quirinum. In Βασιλειῶν primo dicitur. Si delinquendo peccet vir aduerſus virum, orabunt pro eo Dominum; ſi autem in Deum peccet homo, quis orabit pro eo? Et in Paralipomenon Deus vobiſcum eſt, dum eſtis vos cum ipſo, ſi dereliqueritis eum, derelinquet vos. Et Paulus in epiſtola ad Corinthios prima. Neſcitis, quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Hæc ille. His teſtimonijs conſentit illud Eccleſiaſtici, Iterum eadem peccans, quid proficit humiliando ſe? Orationem eius quis exaudiet? Et illud Dei apud Ieremiam. Quis miſerebitur tui Ieruſalem, aut quis ibit ad rogandum pro pace tua. Tu enim me dereliquiſti, dicit Dominus, retrorſum abijſti. Cauſa autem huius periculi ex parte Dei eſt. Ingratitudo, quæ aggrauat peccata eorum, qui eodem ſæpius relabuntur. Cum enim iuxta Chriſti dictum. Cui plus dimittitur, plus diligit: profectò, cui plus dimittitur, ſi offendere pergat, plus per ingratitudinem peccat. Quod & illa parabola apud Matthæum docuit, quia conſeruus, cui Dominus roganti decem millia talenta remiſerat, ſtatim conſeruum propter centum denarios in carcerem coniecit. Vbi Dominus eidem ob ſummam ingratitudinem hoc facto demonſtratam dicit. Serue nequam omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me, nonne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque redderet vniuerſum debitum. Secundò, periculoſa eſt Recidiua ex parte Dæmonis. Sicut enim Magiſtratus captiuum incuria cuſtodum e carcere fortè elapſum, ſummo ſtudio connititur in vincula retrahere, retractatumque arctius vigilantiuſque cuſtodit, ſic dæmon peccatorem ſemel è ſeruitute ſua per ſacram exomologeſin elapſum & acrius perſequitur, & captum vigilantius cuſtodit, grauiuſque infeſtat. Vnde apud B. Matthæum ſemel ex homine egreſſus, non inuenta requie dicit. Reuertar in domum meam vnde exiui. Deinde aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, hoc eſt, maiori vigilantia in eo cuſtodiendo vtitur, ne reſipiſcat, & ideo nouiſſima hominis illius, vt ibi ſubiungit Chriſtus, fiunt peiora prioribus. Eodem pertinet, quod de relapſis ſcribit B. Petrus Apoſtolus. A quo, inquiens, quis ſeparatus eſt, huius & ſeruus eſt. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato. Tertio demum periculoſa eſt ex parte peccatoris. Primo, quia ex crebriore lapſu praui gignuntur habitus, ipſaque conſuetudo. Quod expertus in adoleſcentia Auguſtin. in lib. Confeſſionum ita ſcripſit. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat. Quippe ex voluntate peruerſā facta eſt libido, & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo, & dum conſuetudini non reſiſtitur

Ioa. Buſſæus in ſum. antidot. Spirit.

ſtitur facta eſt neceſſitas. Vnde fit, vt cum cæteris peccatoribus tantum incumbat onus expugnandi tres hoſtes, carnem, mundum & dæmonem, huic quartus quoque expugnandus veniat, nempe inueterata conſuetudo. Quæ hoc expugnatur ægrius, quo magis mentem peccatoris quaſi ſopore grauius opprimit, vt minus antidotum admittat. Quemadmodum enim qui iuxta fabros ferrarios habitant, longo tempore ictibus malleorum aſſuefacti nihil moleſtiæ percipiunt; ſic peccator poſt diuturnam conſuetudinem, nullo ſenſu malorum, quæ in peccato ſunt commouetur. Sicut in peſtilentibus locis, inquit B. Baſil. ſenſim attractus aer latentem corporibus morbum inijcit, ſic in praua conſuetudine maxima nobis mala hauriuntur, etiam ſi ſtatim incommodum non ſentiatur II. periculoſa eſt, quia peccatum, teſte, B. Grego. in Moralibus, quod pœnitentia non diluit ipſo ſuo pondere mox ad aliud trahit. Iuſto enim iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, & vt præcedentis peccati merito etiam in alijs cadat. Vnde auctore B. Hier. in Ezechielem. In Zacharia ſcribitur, Iniquitas ſedere talentum plumbi. Et in Exodi cantico dicitur. Dimerſi ſunt quaſi plumbum in aqua violentiſſima. Graui enim pondere peccatorum premebantur, & loqui poterant. Quaſi onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Quo oneris vel ponderis lapſu, ſi ſæpius iteretur, tandem anima dilabitur in contemptum, & ex contemptu in deſperationem, hoc eſt, ipſam inferorum portam. Impius enim, inquit Salomon, cum in profundum venerit peccatorum contemnit.

† *Aug. tract 22 infra.*

Sicut non curata cauſa morbi repetitur, & morbus rediens in eundem effectum: & ſicut ſi medicina adhibeatur, quæ ſcabiem compeſcat, & feruorem illius vlceris ſedet, non tamen eijciat humorem, & cauſam rurſus ad vlcus redit; ita qui non curat ſuperbiam, vitia non reſcindit.

† *Iacob. de var. in ſer. de tēp. lib. 2. poſt feſt. Epipha.*

Sicut Medicus, & aeger corporalis morbi recidiuam cauere ſumma diligentia debent, ſic & ſpiritualis. Nam ex parte Medici, & infirmi debet eſſe cauta prouiſio, ne in recidiuum peccati labatur. Et ad hoc tria ſunt neceſſaria; vnum eſt humanæ laudis vitatio. Ideo dicitur, vide nemini dixeris; Aliud eſt pura confeſſio, ideo ſubditur, vade oſtende te ſacerdoti. Tertium eſt eleemoſynarum largitio; ideo ſubditur & offer munus, &c. Si quidem contemptus laudis animam conſeruat in merito Matth 6. Pater meus qui videt in abſconſo reddet tibi, confeſſio animam à diabolo. Pſal. ne tradas de anima, confi. Eleemoſyna gratiam conſeruat in corde iuſto, Eccleſ. 17. Eleemoſyna viri tanquam ſaculus cum ipſo, &c.

† *Thomas Stapletonus.*

Qui poſt ægritudinem cōualeſcens frequenter recidiuat, oſtendit, in prima ſanatione omnem malum humorem, & morbi cauſam ſatis expurgatam non fuiſſe; qui Chriſtum ſemel inductus, & ab eo ſanatus, mox eum exuit, induens arma tenebrarum, manifeſtum facit quod omnem peccandi affectum in prima ſua reconciliatione non eiecerit.

† *Berchorius.*

Sicut febre laborantes recidiuis ſunt præ cæteris obnoxij, ſic carnales faciliter recidiuant: quos Poetæ in pœna Titij voluerunt intelligere, quam in inferno

in inferno poſitū finxerunt iecur ſuum, id eſt, affectū & deſideriū à vulturib. continuè deuorari, ſæpe tamen, & iterum creſcere & renaſci. Quia ſcilicet luxurioſus qui rectè in inferno eſſe dicitur: pro eo quod multis pœnis, laboribus, & ardoribus, & fetoribus ſubiugatur, iecur ſuum, id eſt, affectum, & deſiderium vulturibus, id eſt, immundis luxuriæ actibus continuo tribuit, quod tamen iterum, & iterum renaſcitur, & creſcit. Conſtat enim quod deſiderium luxuriæ cito redit: vnde Hier. 2. & loquitur de mala muliere. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Item eſt vnum iterum inſtabilitatis. Nam ſicut canis poſtquam cibos euomuerit ipſos iterum reaſſumere conſueuit; ſic multi ſunt qui poſtquam peccata per confeſſionem dimiſerunt, ipſa recidiuando iterum reaſſumunt contra illud Eccleſ. 19. fili peccaſti ne vlterius addas facere &c.

Sicut medici exclamant quando ægri ob victus intemperantiam in eundem morbum incidunt: ſic contra eos qui in eadem ſcelera prolabuntur, clamat Eccleſiaſt. vnus ædificans, & vnus deſtruens, quæ vtilitas in vtriſque: vnus orans, & vnus maledicens, cuius vocem exaudiet Deus: qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid illi prodeſt lauatio eius? ſic homo qui ieiunat in peccatis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando ſe? orationem eius qui exaudiet? & alibi. *† Lud. Granat. in ſylua loc. com.*

Maledictus (ait) Ioſue, qui reædificauerit Hiericho in primogenito ſuo fundamenta iaciat, & in nouiſſimo liberorum portas ponat: ſi hic igitur maledictus eſt quanto magis maledictionis huius particeps erit, qui peccata quæ deſtruxerat, reædificans præuaricatorem ſe conſtituit. Hic igitur cùm primum præuaricatus eſt primogenitum, hoc eſt, timorem domini amittit, quod eſt perditionis eius initiū: ſed ſi in hac tamen præuaricatione perſeueret, nouiſſimo liberorum, hoc eſt, beneficio patriæ cœleſtis orbabitur. *† Idem. Ioſue 6.*

Sicut multi ſunt qui à morbis liberātur, & ſtatim per victus intemperantiam in priorem morbum incidūt, ſic multi ſunt qui reſurgunt à peccato: & ſubito per inconſtantiam cadunt ad maiora peccata: ideo dicebat Chriſtus, quia fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus, ac ſi dicere vellet Chriſtus Iudæis, vos eſtis peiores prædeceſſorib. veſtris, quare vt dicit hic Chryſoſt. Patres Iudæorum fuerunt Idololatræ in deſerto, ſed Moyſes extirpauit Idololatriam, & fugauit dæmonem. Nunc vero reuertitur ad filios Iudæorum, incitans eos ad occidendum Chriſtum. Non enim ſufficit ſemel habuiſſe gratiam: ſed oportet cauere à recidiuatione propter tria mala quæ inde ſequuntur. *† Oliuerius Maillardus in ſerm. de Adu. 13.*

Primum ingratitudo beneficij.
Secundum ineuitatio periculi.
Tertium inconſideratio damni futuri.

De primo Pſal. 105. obliti ſunt Deum qui ſaluauit eos &c. De ſecundo. 1. Eccl. 3 qui amat periculum in illo peribit. De tertio Deuter. 33. gens abſque conſilio, & ſine prudentia vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima præuiderēt. Et iſta tria mala ſunt cauſa recidiuationis, quādo aliquis non co-

gnoſcit bonum, quod Deus fecit illum creando, & conſeruando: Deus dimittit eum,& ſic labitur in peccatum; ſimiliter quãdo videt pericula & non cauet tunc facile etiam, quando non conſiderat fructum, nec bona quæ Deus fecit;caueamus ergo à recidiuatione,ô pauperes peccatores,& ſi alias fuimus in peccatis, conuertamur ad dominum dicendo ſibi.

† *Alphonſus Salmeron in Ep. Pau. & canonicas tract. 13. in ord. ... p. 1.*

Sicut poſtquam ſanitas eſt reſtituta, debet aeger procurare, ne denuo in morbum incidat. Sic poſtquam venit gratia, & reddita eſt per Medicum, & medicinam ſanitas, quo gratia abundet non eſt peccãdum: ſicut nec à principio, cum eſſet natura integra, peccatum dominus Deus intendit, quo gratia ſua illuſtraretur. Nec vllus peritus aut fidelis Medicus ſano, & bene valenti conſuleret, vt ſeſe crapulæ, & libidini dedat ægritudinemque ſponte incurrat quo ſuæ in eum artis exercendæ materiam præbeat; ac ſi quis in grauem morbum propria culpa inciderit,quædam ei indulgebit; imo etiam præſcribet quæ per ſe noxia eſſent,quia Medicina quam tradere ceperat,non tam facile per vomitum, ſtomachũ euacuaret, niſi multa eſſent prius congeſta: recepta vero ſanitate inſtanter prohibet, ne in priorem recidat morbum. Ita Chriſtus hanc prudentiam nos docuit cum adulteræ dicit, vade & iam amplius noli peccare, & Paralytico ſanato, & in templo inuento. Ecce ſanus factus es iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat: quia recidentes in morbum periculoſius laborare ſolent.

† *Philippus Diez. In conc.*

In corporalibus morbis experimento apparet.ſi enim quis poſtquam ab ægritudine exiuit, iterum in eam incidit, dicere ſolemus eum non perfectam ſanitatem fuiſſe conſequutum, nec humores vnde illa ægritudo promanabat omnino expurgaſſe. Hæc autem coniectura, adeò vehemens eſt, vt lex ſit, qua iubetur, quod ſi ægrotus alicui medico certam pecuniæ ſummam ea conditione dederit, vt ab ægritudine, in qua eſt, ſanetur, ſi facilè eandem infirmitatem incidit, poſtquam ſanus factus fuerat, teneatur medicus ipſi ægroto denuo medicinam adhibere, quoniam lex præſumit eum perfectè non fuiſſe curatum. Ita hic præſumi poteſt, & hoc ponit Dominus pro vno ex reprobationis ſignis dicens. Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & aſpiciens retro,aptus eſt regno Dei, quo circa. fratres mei, ego ad pedes veſtros proiectus vos oro, & per ſanguinem Ieſu Chriſti, & per amorem quo ipſos profudit, adiuro, vt ſalutem veſtram, & remedium verè, atque omni ſtudio curare, & adhibere contendatis, & in hac vitam omni perſeuerantia conſumatis, nec ſitis ſicut hi leproſi (de quibus hodierna agit ſacri Euangelij lectio) qui ad autorem vitæ Ieſum Chriſtum fide acceſſerunt. ab eius liberaliſſima manu corporalem ſalutem atque ſpiritualem conſecuti ſunt, ſed tanquam ingrati, & inconſtantes ipſius diuino amore minime perſtiterunt.

Luca 9.

† *Petrus Chryſ. 113.*

Nemo nemo ſic de ægritudine gratuletur, vt velit in vulnere permanere. Ingratus medico inimicus eſt curæ, qui ſemper curari æſtuat, nec vnquam deſiderat hic ſanari, & ita Dei gratiam ſuis cupit exuberare peccatis, vt ſibi cupiat peccata cumulari ? miſer qui tali voto reus eſſe contendit per veniam. Fugienda fratres dementia iſta eſt fugienda: quæ etiam poſt curam

captiua

captiua tenetur amore morborum; recidiua enim lethalis eſt ſæpius ægritudo.

Sicut ſanatus ſi non ſe in actione aliqua laudabili exerceat, relabitur, ratio eſt, quia poſt ægritudinem membra remanent debilia, & ita ſuperfluitates ſuperabundantes, ex cauſa digeſtionis à debilitate membrorũ, & virtutis eorum cauſatæ, cui ſubuenitur exercitio modeſto, quo & virtus membrorum recuperatur, & ſuperfluitates reſoluũtur, multo magis ſanatus animo, quia nec intellectus, nec voluntas otiari poſſunt. Quare ſi non exerceantur, in virtuoſis, conuertuntur ad vitioſa.

† *Caliſtus Placentinus in enar. Euang. ſer. 5. à enar. 25.*

Quemadmodum non ſatis eſt morbum expurgari, ſed intemperiem beneficio oppoſitorum oportet reſtitui, vt homo ex moleſta ægritudine ſanus fiat; ſic etiam & vitia noſtra cum eruta ſunt, neceſſarium eſt continuis ſtudijs immutari; alioquin vt illic incerta conualeſcentia, ita hic erit ſuſpecta pœnitentia. Mus guſtans picem, non reguſtat: piſcator ictus ſapit, nec reuertitur: Sus tantum ad volutabrum lutulentum redit. Non decet hominem regredi ad ſorditiem, non decet ſe conficiendum iterato offerre, non decet ſulphur infernale reguſtare. Conuerſi Niniuitæ à via ſua mala, non amplius tunc ſunt reuerſi.

† *Abrahamus Bzouius conc. quadra. fer. 4 poſt. dom. Quadr.*

Sicut recidiua nocet corpori, & illud in ſummum periculum adducit, ſic & recidiua peccatorum nocumentum animæ affert, eamque extra ſpem ſalutis æternæ ponit, vt enim inquit Bernardin. Roſignolus. *Tertia ratio timoris eſt ipſa vis, & natura peccati repetiti, quod ſine dubio eſt longe deterius, maiuſque damnum affert animo, quam febris recidiua corpori. Paria ſunt: quia qui in eandem febrim ſæpius recidit, experitur eam grauiorem ſemper magiſque frangi vires corporis, quo frequentius ea vigetur ob efferueſcentem in dies magis vim æſtus illius interni, qui cauſa febris eſt. quare ſic febricitans, vt plurimum deſperatur a medicis: quod idem plane accidit animæ, cum ab æſtu concupiſcentiæ ad priſtina peccata frequenter reuocatur; at hic præterea aliquid grauius: nam nec febris nec peſtis vlla eſt quæ ita corpori interitum adſerat, vt à Deo reſuſcitandum non ſit ante extremum & generale iudicium: at peccata recidiua eam tyrannidem in animam exercent, vt eam plerunque penitus perdant, ac tunc extra ſpem ponant ſalutis æternæ vllo amplius tempore recuperandæ: ſiquidem dicitur ſuper quatuor non conuertam. Amos primo*

Bernardinus Roſignolus de diſciplina chriſtiana perfectione lib 2. cap. 7.

Sicut ægroti alij non recidiuant: alij recidiuis ſunt obnoxij, vt in libris Medicorum legitur, ſic.

Octo genera hominum, qui ſæpius recidiuant. Primi ſunt tyranni ſeu oppreſſores pauperum. Secundi ſunt vſurarij luſores. & falſi mercatores, fures, & deceptores, & ſic de alijs. Tertij ſortilegi, incantatores, & inuocatores dæmonum, &c. Quarti detractores, qui conſueuerunt proximos infamare verbis ſuis. Tales vix vere pœnitent, & multoties recidiuant. Quarti ſunt luxurioſi; adulteri, ſodomitæ, qui de &c.

Ioa. Herolt in ſerm. 18.

Sicut ægroti, quia remanet in corpore fomes morbi, & rectè purgati non fuerunt in morbum denuo incidunt; ſic peccatores ad eadem peccata ſæpe relabuntur, quia non penitus conuertuntur, & quia affectum erga peccata non exuerunt; *Nam ſi vere atque ex animo nos ad Deum conuerteremus, non ita facile in peccata relaberemur, ſi veram pacem cum proximo iniremus, non ſtatim eandem læderemus.*

Thomas de Truxillo tom. 1. con. 9 fer. 6. poſt. N Q. conc. 4.

læderemus. In ſimilem inconſtantiam Galatæ videbantur incidiſſe, quando quidem Apoſt. tam grauiter eos obiurgauit, dicens: O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non obedire veritati? Et addit deinde. ſic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis nunc carne conſumemini. Sane in hoc ſyncerum vinum à prauo differt quod illud quo magis minuitur, delicatius ſit, & pretioſius, hoc vero contra facit: ſic conſtans animus in dies fit conſtantior in virtute, at vero inconſtans fit infirmior. O ſi perinde ac laborant & diligentes ſunt mali in vitijs pari ſtudio virtuti incumberent, ſane admirabiles in virtute progreſſus facerent. Quis enim non videt, quam altas cupiditatis radices vir auarus in animo ſuo iaciat. Quantopere etiam concubinarius concubinæ adhæreat? Vſurarius prauis contractibus? ſane nullum eſt caſtellum adeo inexpugnabile, ut iſti ſunt? de quibus Hierem. ait, indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. (Hierem 5.)

In caſſum ſumitur medicina, ſi poſt inſtauratam ſanitatem, per vitæ incontinentiam, qui conualuit, iterum in primum incidit morbum: Quinimo relapſus in ægritudinem periculoſior eſſe ſolet, & exitio propior, quam prior ille languor, & quos prima valetudo aduerſa non extinxit, ſæpiùs iterata poſt redditam incolumitatem ægrotatio ſuſtulit è vita. Haud ſecus fruſtra pœnitentiæ medicamentum ſumitur, ſi poſt peractum ad præteritæ vitæ ſordes reditur. Hæc enim ſecunda admodum periculoſa eſt animæ febricitatio. Proinde dominus noſter languido qui 38 annos decubuerat infirmus, iam ſanato & iuſſo tollere grabatum ſuum, atque ambulare, deinde dixiſſe legitur, ecce ſanus factus es, iam ampliùs noli peccare, ne deterius tibi contingat. Quibus ſane verbis ſignificauit per peccati iterationem hominem in deteriora prolabi mala: Quid prodeſt obſecro ſtudioſè veſtes abluere, & lotas rurſum luto inquinare? Quid lauare manus, ablutas iterum cõtaminare, ſordibus? ſicut ſus lota dicitur volui in volutabro luti, ita ſtultus qui iterat ſtultitiam ſuam, eſt enim vt canis qui reuertitur ad vomitum ſuum. (Thomas de Truxillo to. 2 cap. 9. Sub p. 3. Dom. Quadrag. Conc. 1.) (Ioan. 5.) (Prouerb. 6.)

Sicut lex eſt vt medicus, qui accepta pecunia pactus eſt ægroto, ſi vbi primum ſanitatem æger recepit, protinus in morbum relabitur, eundem rurſus curare teneatur; quia non præſumitur verè ſanus, qui tam facilè ſanitatem amiſit. Quod ſi ita eſt, quo indicio te veram animæ ſanitatem conſecutum eſſe credam, quam vix dum finita confeſſione, eodem ipſo morbo laborare video, at inquis exigua mihi gratia collocata eſt, quæ me in ſemel accepta ſanitate conſeruare non potuit, verum minima gratia, vt D. Thom. ait Deum diligit ſuper omnia, & peccatum prorſus ab anima exterminandum quamlibet minima ſit, ſufficiens eſt. Qui medicatam potionem ebibit, qua noxium à corpore depelleret humorem, quãuis ea protinus, vt accepit, euomat, id tamen paululum, quod ventriculo adhæſit, noxium frequenter humorem à corpore protrudit; idem etiam accidit his, qui pranſum cibum propter imbecillitatem ſtomachi retinere, & concoquere diu nequeunt, reliquis enim quæ ſuperſunt aluntur: Dominus ergo vel exigua gratia poſſet homines in vita ſpirituali ſuſtentare, & noxios peccatorum humores ab anima pellere, quod iſtis minimè contingit. Quamobrem veriſimile eſt eos, qui ſe ita gerunt, nunquam diuinam gratiam aſſecutos. (Thomas de Truxillo to. 2. Conc. Quad. Dom. in Paſſ. Conc. 1.)

eutos. Quo quid miſerabilius, quid infelicius dici poteſt? atque vtinam nil aliud in hac re incommodi eſſet, niſi oleum & operam perdere, fruſtraque toties pudorem & laborem confeſſionis ſuſtinuiſſe; cui tamen alia longe grauiora adiuncta ſunt, nempè ingratitudo aduerſus Deum peccata condonantem, & mendacium, quo meliora ante illius miniſtrum propoſuimus, neque præſtamus, & prauæ conſuetudinis confirmatio, quæ in dies hoc modo inualeſcit, animumque in peccatis obfirmat, quæ quidem mala adeo grauia ſunt, adeoque ſalutem noſtram in diſcrimen vocant, vt inter reprobationis æternæ ſigna, hoc etiam numeretur. Quamobrem, quia veriſimile eſt te eundem futurum poſteà qui hactenus fuiſti, cum præſertim conſuetudo ſit quotidie potentior, quo diuturnior. Quid enim de te aliud ſperare poſſim, quam quod hactenus fuiſti; ex præteritis enim futura extimare facilè poſſimus.

Ingrati & mendaces mali.

Conſuetudo mala quomodo radicetur.

Sicut in infirmitatibus corporalibus recidiuatio eſt perículoſior, quam prima infirmitas, quando homo venit de ſtatu culpæ ad ſtatum gratiæ; & poſtea in peccatum recidiuat; quoniam primo ex tali recidiuatione homo aſſueſcit peccatis, & fit pronior ad peccandum. Secundò, quia in prima tranſgreſſione homo forte vno peccato, in recidiuatione verò multis; quia peccato quo peccat eſt peccatum ingratitudinis; non cognoſcendo gratiam ſibi factam à Deo, qui ipſum deduxerat de peccato. Tertiò, quia punitur grauius, quoniam punitur quia de peccato, quod recidiuando perpetrauit; & forte de illis quæ ante comiſerat videtur innuere qniđã Rabani ſuper Leuit. vnde Pſalm. in memoriam redeat iniquitas patrum eius, & peccato matris non deleatur.

Philippus de Mõte Calerio in ſer. 10. 24.

XIII.

Quibus criſis fit, nox, quæ acceſſionem præcedit grauis, quæ vero ſubſequitur leuior ferè ſolet exſiſtere.

Sicut iudicationem nox quæ præcedit grauior, quæ verò ſubſequitur, melior eſſe ſolet, etiam ſi mala fuerit iudicatio, & ægrotus de ſalute deſperatus fuerit. Nam ægrotus poſtquam videt ſe ex morbo non euaſurum, certam mortem cum ea ſit tributum naturæ, non timet; ſic idem in morte ciuili euenit: nam ante iudicum omnia ſunt horrore, & præſertim nocte, quæ ſentẽriam præcedit plena, cum verò mors eſt certa, amplius non timetur, ſed condemnati æquo animo ſupplicium ſubeunt, egregiè ad hanc rem Latinus Paccatus. *Magno quidem fateor pectoribus humanis, atque adeo maximo lux amori interitus horrori eſt, at ſi vltima ſupra caput ſteterit hora, & venerit dies nunquam reuerſurus, ac ſe confeſſa mors fuerit, non timentur extrema, cum ſl[illegible] r & ex deſperatione ſecuritas, & ad locum ſupplicij voluntaria carm[illegible] e non [illegible] aber[illegible] pr[illegible] peratio*

Latinus Paccatus.

Sicut nox quæ iudicationem antecedit [illegible] conſueuit [illegible] *peccati quæ præceſſit grauis, graue enim p[illegible] ſolet, quæ ver[illegible] ſ[illegible] uitur leni[illegible]*

Berchorius.

qu

quia prauitatis horrores vanitatis errores receſſerunt, & nocte ſequenti ſtrenuitatis vireſcunt vigores, veritati ſuccedunt ſplendores, vtilitatis aguntur labores: nox quæ præceſſit, quia in ſequenti nihil eſt de obſcuritate præcedentium errorum, quia qui in nocte culpa in multis errat, quando venit ad criſim ſpiritualem, & ad diem pœnitentiæ, errores illos corrigit, & ab eis ſe poſtea præſeruat.

XIIII.

In profluuiis alui mutationes excrementorum iuuant, niſi in praua commutentur.

Quemadmodum medici ponunt ſigna perfectæ criſis, quorum vnum eſt quando varietates excrementorum humoreſque euacuantur, quia illa permiſtione excrementorum corpus exoneratur, niſi ad peiora fiat mutatio: ſic Theologi ponunt ſigna perfectæ confeſſionis quorum vnum inter cætera eſt, quando peccator in gemitu, & lachrymis omnes ſpecies peccatorum euomit, niſi hypocriſia quadam aut humano reſpectu ductus, id faceret.

XV.

Vbi fauces dolent aut puſtularum eruptiones exoriuntur in corpore, excrementa ſpectare oportet; quippè ſi bilioſa fuerint, corpus vna ægrotat; ſin ſanorum excremẽtis ſimilia, tuto corpus alere poteris.

Sicut ſummatim dictum ab Hippocrate, ſiue externa, ſiue interna particula aliqua laboret, videndũ eſt num corpus vniuerſum collaboret; ſic videndum eſt à præſule ſi quando aliqua corporis ciuitatis particula morbo afficitur, num vniuerſum corpus ſit male affectum, & præcipuè in hæreſi, quæ poteſt derepente vniuerſam ciuitatem inficere, & ſi medici partem corporis laborantem ſtatim curant, ne cæteræ morbo corripiantur, idem maiori diligentia debent facere, qui animarum curam habent.

Vt medici quando in corpore tubercula, exanthemata, & tumores exoriuntur excrementa conſpici præcipiunt, & vt apparent vel purgant, vel corpus alunt; ſic ciuitatem præſules ac Epiſcopi quando in eius corpore aliquid noui exoritur, ſpectandum eſt, ſi ciuitatem contaminauerit, aut ſit contaminaturum, & ſic eſt purganda, ſi verò officere non poteſt; ſinendum eſt.

X V I.

Fame dominante vacandum eſt à labore.

Quemadmodum corpus famelicum debet à labore ceſſare, quia eſt imbecille & laſſum, & ne ex exercitio, id eſt, motione vehementiore virtus pœnitus frangatur, ac debilitetur; ſic animo laſſo danda eſt quies, ne ex aſſiduitate laborum hebetior ac languidior fiat, & vt à quiete ad laborem acrior reſurgat, vt inquit Seneca. *Danda eſt remiſſio animis; meliores acrioreſque requieti ſurgent, vt fertilibus agris non eſt imperandum: Cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas: ita animorum impetus, aſſiduus labor frangit; vires recipient paulùm reſoluti & remiſſi, naſcitur ex aſſiduitate laborum, animorum hebitatio quædam & languor, & Andreas Libanius.* *Seneca de tranquil. animi, cap. 15.*

Mens enim dum interna fruitur quiete, in ſe vertitur tota, minuſque impedita valida eſt virtute, & ratiocinatur collimatque rectius; & ſi externa includit, ea quoque fingit infallibiliter, modo in ſingularitate haberi ita poſſint. *Andreas Libanius Mor. Parac.*

Sicut corpora poſt laborem quieſcere debent; ſic & animi videmus iumenta poſt longos labores, poſt diei æſtus duci ad præſepia, & cibarijs illis congruentibus refocillari, vt ex hoc reparata priſtina fortitudine iterum laborare cogantur. Naues quoque poſt diuinam nauigationem ad portum ducuntur, ſuper litus trahuntur, reſarciuntur, renouantur, vt denuo petant æquora. Humana etiam corpora poſt diei fatigationem cibantur in ſtratis, vt nocte quieſcāt, ſomnum capiant, vt virtutem recuperent, componuntur. Et ſolus rationalis ſpiritus temporalibus curis attritus, innumeris cogitationibus dilaceratus, onere carnis preſſus, ſpiritali pabulo remanebit ieiunus, egent ne iſta exteriora ocio & reſtauratione, non magis humanus ſpiritus. Nunquid iumentis ex corporibus morituris tam ſedulè miniſtrabitur, & animæ ſalus, atque profectus negligetur. *Lauren. Iuſt. de diſciplina & perfect. Monaſt. c. 21.*

Vt corpus multis laboribus exhauſtum quietem & requiem appetit, ſic anima cuius onere anguſtata, feſtinat ad quietem, nihilque ab ea magis alienum quam ſuperbia. *Aut orbis afflicti diuina conſ.*

Sicut poſt laborem corporalem eſt quieſcendum, quia quies eſt vnum de illis ſex, quæ ad conſeruationem vitæ, & ſanitatis ſunt neceſſaria; quæ ſunt ſomnus & vigilia, cibus & potus, labor & quies; ſic verè loquendo moraliter ad vitæ gratiam continendam, & habendam neceſſaria ſunt plura: ſcilicet, Somnus contemplationis. Vigilia meditationis. Cibus Sacramentalis. Potus doctrinæ & eruditionis. Labor diligentiæ & bonæ operationis. Quies mentalis permanentiæ, & tranquillæ affectionis. vnde Iſaiæ 30. ſi reuertimini & quieſcatis, ſalui eritis. *Berchorius.*

Vt prompta vina facilius vim, & odorem expirant; condita conſeruant; ſic amicitiæ à crebro vſu & officiorum motu languorem capiunt, & reue- *Eric. Putean. in Ep. Bell. 27.*

rentiam, à quietis aliquo interuallo; Quæ amicitiæ non vulgares illæ, & fuco quodam blandæ, ſed honeſtæ, & honeſto ac dio literarum ſemine ortæ.

† *Thomas de Truxilio in conc quadrag.* Sicut homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationem, quia non poteſt ſemper laborare, propter hoc quod habet finitam virtutem, quæ determinatis laboribus proportionatur: ita etiam eſt ex parte animæ cuius etiam eſt virtus finita ad determinatas operationes proportionata.

D.Thom.2 2. q.168. art.2. Et ideo quando vltra modum ſuum in aliquas operationes ſe extendit laborare, & ex hoc fatigatur, præſertim quia in operationibus animæ ſimiliter etiam laborat corpus, inquantum ſcilicet anima intellectiua vtitur viribus per organa corporea operantibus: ſunt autem bona ſenſibilia connaturalia homini, & ideo quando anima vltra ſenſibilia eleuatur, operibus rationis intenta, naſcitur ex inde quædam fatigatio animalis, ſiue homo intendat operibus rationis practicæ, ſiue ſpeculatiuæ. magis tamen ſi operib. contemplationis intendat, quia per hoc magis à ſenſibilibus eleuatur, quamuis fortè in aliquibus operibus exterioribus rationis practicæ maior labor corporis conſiſtat. In vtriſque tamen tanto aliquis magis altero fatigatur, quanto vehementius operibus rationis intendit; ſicut autem fatigatio corporis, ita etiam oportet quod fatigatio animalis ſoluatur per animi quietem: quies autem animæ eſt delectatio. Et ideo remedium contra fatigationem animalem adhibetur per aliquam delectationem intermiſſa intentione ad inſiſtendum ſtudio rationis: ſic in collationibus patrum legitur, quod beatus Ioannes Euangeliſta, cum quidam ſcandalizarentur, quod cum diſcipulis ſuis ludentem inuenerant, dicitur mandaſſe vni eorum, qui arcum gerebat, vt ſagittam extraheret, quod cum pluries feciſſet, quæſiuit vtrum hoc continuè facere poſſet, qui reſpondit, quòd ſi hoc continuè faceret, arcus frangeretur; vnde beatus Ioannes ſubintulit, quod ſimiliter animus hominis frangeretur ſi nunquam à ſua intentione relaxaretur.

Ludou. Carbo de ſui ipſius cognit. Et Ludo. Carbo: eget animal quiete, quæ eſt laboris terminus, quia ſi diu careret, nec amplius laborare, nec viuere poſſet. Inſtaurat enim quies feſſa membra, vires colligit, ac totum corpus roborat. Ita ſpiritualis homo ſpirituali eget quiete, quia ab omni humana cura, & cogitatione ceſſat, & quaſi diem ſabbathi celebrãdo totus in Deo quieſcat, vt hac quiete percepta eius membra, & vires refocillentur, ac confirmentur; vt inde melius laborare, ac diutius viuere queat. Et ſicut animali quieſcente membra tria nonquam quietem capiunt, cor ſcilicet, pulmo, & cerebrum: ita dum internus homo quiete fruitur, charitas quæ velut cor calorem amoris continet, nunquam quieſcere: ſed ſemper in bonum ferri, ac ſpiritus diffundere, & ſpes quæ quaſi quoddam pulmo refrigerat, & conſolatur, ſemper ad cœlum anhelare, ac denique fides à qua tanquam à quodam cerebro motus cognitionis naſcitur, veritate continenter moueri debet.

Phil.Vſtadius de Epid. Eſt ergo mala defatigatio corporis peior animi vtriuſque ſimul peſſima oppoſitis hominem motibus ſimul diſtrahens, vitamque diſperdens.

Vbi

XVII.

Vbi præter naturam copioſior cibus ingeſtus eſt, morbum inde creari indicat ſanatio.

Sicut eam eſſe morbi cauſam medici dicunt, qua ſublata morbus tollitur: ſic Eccleſiaſtici eam eſſe vitiorum, ac delictorum occaſionem affirmant, qua remota, vitia extirpantur.

Quemadmodum ab ingurgitatione ac nimia ſacietate ciborum, morbi in corpore generantur, ſic ab eadem anima detrimentum accipit, vt inquit Chryſoſtomus: *cum qui viuit in delicijs, & ebrietati deditus eſt, & carnium voratione, & vini potatione diſrumpitur, ſæpe & inuitus, & ſponte neceſſe eſt peccare: Nam ſicut nauis oneraria, quæ ſupra ſuam magnitudinẽ vehenda capit, oneris magnitudine grauata ſubmittitur: ita anima, & corporis noſtri natura ſi plures acceperit cibos, quam ferat ſua vis impletur. & inuectorum grauitatem non amat, & in perditionis pelagus demergitur, & nautas. & gubernatores, & eos qui in prora, & alios nauigãtes, & ipſum onus cum hominibus perditur: ſicut igitur non tranquillitas maris, non ſcientia gubernatoris, non nautarum multitudo, non præparationis ſtudium, & non anni pars tempeſtiua, non aliud quicquam naui quæ ſic in tempeſtate eſt prodeſt, ita delicatis euenit, neque cogitationum multitudo, neque eruditio, & admonitio, neque admonitiones, & conſilia, neque aliud quid, neque timor futurorum, neque pudor, neque accuſatio præſentium, neque aliud quid ſaluare poteſt ſic periclitantem animam: ſed inualeſcit luxus, & amentia per omnia, & ſub aquas nolens volens, eum qui ægrotat defert, & graue facit naufragium.* *Serm. contra luxum & crapulam.*

XVIII.

Eorum quæ confertim, & celeriter nutriunt, excretiones quoque celeres fiunt.

Sicut Medicus non debet niſi eos cibos ægris præbere, qui à calore digeri poſſunt: ſic conſiliarij non debent niſi de eis rebus, quæ agi poſſunt principibus conſilium dare, vt inquit Vannotius. *Bonif. Vannotius.*

Onde buona regula per i conſiglieri è di non dar allo ſtomacho del Prencipe piu viuanda di quella. ch' egli baſti a digerir bene, & inferius *e come* s'è detto di ſopra non dar viuanda al Prencipe: di troppo dura digeſtione e che ſuperi di troppo il ſuo calor naturale.

Vt conualeſcentes nec labore nec nimia ciborum plenitudine fatigandi; ſic neque alimentis craßis, viſcidis, ſolidioribus plus æquo concoctu difficilibus, tardamque excretionem habentibus reſiciendi veniunt; ſed ijs quæ ſubſtãtia, qualitate, copia, numero, & præparationis *Ioannes Liquieius in ſchol. huius. aphor.*

tionis modo celerrime confici, diſtribui, in ſubſtantiam corporis conuerti, & excrementa ſua facillime expellere poſſint, ne ſua mora paulo diuturniore oppreſſionem, ac grauitatem in ventriculo venoſo genere, & habitu corporis pariant. Etenim eorum quæ omni ex parte & celeriter nutriunt, vt quæ ſunt vniuſmodi concoctu facilia, meabilia qualis eſt ptiſana oua, teſtes gallinacei, & vinum, celeres quoque ſunt excretiones. Sic qui nuper vitia deſeruerunt non ſunt grauibus præceptis, ac difficilis executionis oneradi, ſed ijs rebus quæ facillimè poſſunt cõficere, & in animi nutrimentum conuerti ſunt reficiendi, alioquin accidere nullo negotio poſſit; vt ijs rebus grauiſſimis grauati in vitia ac peccata relaberentur.

XIX.

In acutis morbis non omnino certæ ſunt mortis aut ſalutis prædictiones.

Vt in acutis corporis morbis: ſic in acutis animæ vitijs, certæ non ſunt mortis aut ſalutis prædictiones; nam morales Philoſophos in animi vitijs, vt medicos in corporis morbis interdum falli contigit, vt inquit quidam.

Sicut morbi acuti fallunt medicum, quia ferè omnes ſunt inſtabiles: ſic vitia ferè omnia fallunt philoſophum moralem, quia ſunt incerta, vaga, ac inſtabilia.

Iacob. Hollerius.

Sicut acuti morbi duorum ſunt generum. Nam alij naſcuntur ex præcedente aliqua cauſa manifeſta; alij latenter ſine vlla cauſa manifeſta. Qui itaque morbi acuti ex aliqua cauſa manifeſta ſola contigerunt, raro præiudicia falſa: qui vero vitium habent latens, & internum, ſunt admodum periculoſi, falluntq; medicos. Abſceſſus enim illi interni, cum viſcera non ſentiant, ſæpe nullum de ſe ſignum produnt; adeo vt dum medicus febrim oppugnat, interim abſceſſus latens ſæpe ſuppuret, & ſuffocet ægrum, ſic acuti animi vitia duorum ſunt generum: nam alia ex aliqua cauſa euidenti, alia ſine vlla cauſa manifeſta oriuntur; qui ergo ex manifeſta cauſa accidunt, raro iudicia falſa facere philoſophi morales ſolent; qui vero ex latente, & interna, ſunt periculoſa; medicoſque ſpirituales decipiunt. Quod quidem his verbis videre eſt apud Ioan. Royard.

Ioa. Royardus in hom. in Euang. dominicali a Dom. 4. poſt. Pentec.

Porro varijs ex cauſis contigit alium iudicare, videlicet. Primo ex euidentia patrati ſceleris, & hoc non imputatur ad peccatum: habent enim homines iudicare de his quæ foris patent, vt dictum eſt.

Secundo ex euidentibus ſignis verbi gratia: Quum qui furem eſſe iudicat eum quem deprehendit per noctem pariete perfoſſo, domum intraſſe. Et ſic etiam non eſt peccatum in eo, qui iudicat, ſed in eo qui tale ſcandalum alteri præſtitit.

Tribus modis alium iudicare contigit. 1. Reg. 16.

Tertio contingit iudicare ex ſignis leuibus, in quo iudicio triplex gradus attenditur. Primus quando ex ipſis ſignis leuibus incipit quis dubitare de alterius integritate. quod quia ex humana infirmitate procedit, nec proprie iudicium eſt, ſed ſupplicio tantum peccatum veniale cenſetur.

Porro

Porro ſuſpicionis huiuſce cauſa ſeu radix triplex eſt. Prima eſt propria malitia: is enim qui in ſe ipſo malus eſt facile de alijs malum ſuſpicatur. Vnde per ſapientem dicitur: in via ſtultus ambulans, quum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat. Sicut enim difficulter aliquem ſuſpicatur malum qui bonus eſt, ita & vix quenquam credit bonum eſſe qui malus eſt. Suſpicionũ radix triplex Eccl.10.

Secunda ſuſpicionum radix eſt odium, aut inuidia: faciliter enim quis malum de illo ſuſpicatur, quem odit, vel cui iraſcitur aut inuidet.

Tertia eſt frequens experientia. Pronus enim eſt quiſque ad ſuſpicandum aut credendum, quod ipſum multi temporis experientia docuit iuxta illud: in multo tempore eſt prudentia. Hinc eſt quod qui frequenter alienis fraudibus circumuentus eſt, citius dolum ſuſpicatur, iuxta quod ait quidam. Iob 12.

Terretur minimo pennæ ſtridore columba, Ouidius.
Vnguibus accipitris ſaucia facta ſemel;
Qui ſemel eſt captus fallaci piſcis ab hamo
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat.

Et hinc eſt quod ſenes plerunque ſunt magis ſuſpicioſi, quia dolos ſæpe numero ſunt experti. Harum trium cauſarum duæ pertinent ad peruerſitatem affectus. Tertia vero à ratione ſuſpicionis accedit ad certitudinem in quantum experientia ad fidem faciendam proficit.

Verum ſi quis ex ſignis leuibus alicuius pro certo malitiam æſtimat, in culpam ruit temerarie iudicantis. Quod ſi ex huiuſmodi ſignis non ſolum prædicto modo iudicat, ſed etiam procedit ad punitionem fratris, is non ſolum temere fratrem iudicat, ſed etiam condemnat, dignus profecto qui & iudicetur, & condemnetur, iuxta quod Dauid imprecatur in Pſalmo dicens. Quum iudicatur exeat condemnatus. Itaque nolite condemnare (inquit) & non condemnabimini. Proinde non tantum ille temere damnat, qui eo quo dictum eſt, & modo contra fratrem procedit ad punitionem, ſed his qui hunc ſiue detractionis ſiue contumeliæ verbis affirmat habere culpam: ac per hoc etiam pœnæ eſſe obnoxium. Iudicat & condemnat.

X X.

Quibus in iuuentute aluus eſt humecta, ijs in ſenectute ſiccatur. Quibus contra ſicca aſtrictaque iuuenibus fuit, iis ſenibus humecta laxaque fit.

Sicut fit mutatio quo ad corpora ex bono ad malũ; & ex malo ad bonum: nam quibus iuuenibus aluus humida eſt, ijs ſeneſcentibus ſiccatur, quibus vero adhuc iuuenibus ſicca eſt aluus; ijs ſeneſcentibus humecta laxaque fit. ſic quo ad animum fit ex bono in malum, & ex malo in bonum mutatio, nam aliquando qui erant in iuuentute ſicci & rigidi, in ſenectute tractabiles euadunt, & è contra qui tractabiles in adoleſcentia in ſenectute aridi & agreſtes fiunt.

Sicut ſunt quidam qui habent ventrem adſtrictum, ſic aliqui, *ſunt prudentes*

ciam poſſunt per fortitudinem, & fortium aggreſſionem, lachrymas & fletum excitat pœnitentiam & contritionem.

XXII.

Qui à plenitudine morbi fiunt euacuatione curantur: & qui ab inanitione proficiſcuntur, ſanantur plenitudine; cæterorumque contraria remedia ſunt.

Sicut in re medica contraria contrarijs curantur; idem in re morali accidit. Etenim, *Les choſes contraires ne deſtruiſent iamais bien que par leurs contraires; qui a fait vne mauuaiſe couſtume au vice, il ne la ſauſſera iamais que par l'exercice violent de la vertu.* Bartholomæus de Piſis.

Frãcois Loriot en les fleurs des ſecrets Moraux q. 18. aduis 12.

Verè modo cõgruentiſſimo fieri decebat, vt ſcilicet, medicina ex oppoſito reſponderet morbo, reparatio lapſui, & remedium nocumento. Cum genus humanum lapſum fuerit per diabolicam ſuggeſtionem, & per conſenſum mulieris, decepta, & per generationem concupiſcentialiter transfundente originale in prolem, oportuit quod è conuerſo ſic eſſet Angelus bonus, ſuadens bonum; & virgo credens & conſentiens in bonum ſuaſum; claritas ſancti Spiritus ſanctificans, & fœcundans ad conceptum immaculatum, vt ſic contraria contrarijs curentur, ac per hoc ſicut mulier fuit per diabolum decepta per virum concupiſcentialiter cognita & corrupta transfudit in omnes culpam, morbum & mortem: ſic mulier per Angelum erudita, & per Spiritum ſanctum ſanctificata & fœcundata, abſque omni corruptione tam mentis, quam corporis prolem generaret. Quæ omnibus ad ipſam venientibus daret gratiam, ſanctitatem, & vitam.

† Barthol. de Piſis de vita & laudibus Beatæ Mariæ virginis, lib. 2.

Nam genus humanum laborat infirmitate inæſtimabilis auaritiæ, illecebroſæ luxuriæ, implacabilis iræ inquietatibus inuidiæ, inſatiabilis gulæ, formidabilis accidiæ, & inſeparabilis ſuperbiæ, à quibus innumeræ aliæ progrediuntur infirmitates, videlicet, vanæ gloriæ, ineptæ lætitiæ, hypocriſis, elationis, ambitionis contemptus, conuitij, arrogantiæ, inſolentiæ, irreuerentiæ, contumaciæ, præſumptionis, inobedientiæ, ingratitudinis, contentionis, clamoris, blaſphemiæ, mendaicij, deceptionis, periurij, fraudis, rapinæ, vſuræ, furti, latrocinij, ſymoniæ, deſidiæ, pigritiæ, puſillanimitatis, inanis gloriæ, improuidentiæ, imprudentiæ, tepiditatis, ignauiæ, incircumſpectionis, odij, impatientiæ, diſcordiæ, rixæ, contumeliæ, iniuriæ, proteruiæ, malitiæ, malignitatis, nequitiæ, furoris, homicidij, detractionis, ſuſurrationis, deprauationis, inuentionis, malitiæ, ſpurcitiæ. Et ſic de alijs infirmitatibus ſpiritualibus, inter quas computatur ignorantia, concupiſcentia, & ſic de ſimilibus, contra omnes infirmitates virgo pijſſimum auxilium dedit, conſilium, & fauorem filium ſuum nobis largiendo qui eſt medicus veraciter mentis & corporis, qui vno ſermone ſtans ſuper

Idem. Fruct 9. li 4.

 febre,

ſebre, & imperans ſtatim abſcedit. Tuam ſuperbiam cum filiabus diuerſas cauſantes infirmitates ſua curat humilitate, & manſuetudine; iram purgat ſua tolerantia & patientia, inuidiæ morbum abijcit ſua dilectione & charitate, gulam ſubijcit abſtinentia, & parcitate; auaritiam omnium mundanorum contemptu, abiectione & vera paupertate, accidiam pellit labore, oratione, & indeſinenti meditatione, luxuriam exterminat rigiditate, cōtinentia, & ſumma puritate. Quibus ſeptem capitalibus infirmitatibus curatis omnes conſequentes ex præfatis curat infirmitates. Nonne ipſe linguam coercet verbi diſcretione & veritate? greſſus ordinat moderamine rationis, motus omnes regulat prudentiæ appetitus, omnes moderatur ſapientia, dulcedine diuina, & amœnitate. Quare ſi vulnera noſtra externa, quoad corpus, geſtus, & mota, & interna quo ad animam & eius deſideria & appetitus curare optamus, ad Ieſum Mariæ filium medicum verum, à B. Maria traditum nobis accedamus.

† *Auguſtinus Niphus de pulchro, c. 99*

Quoniam cupido turpis eſt, (vt diximus) aut quia eſt fœminæ, quæ amantis coniux eſt amantes, ſed excedit metam, atque etiam modum, ideò remedijs opus eſt, & quoniam vt Galenus inquit, omnis perfecta curatio per ea fit quæ cauſis ſunt contraria, ideò dicamus primum remedium eſſe quod aduerſatur primæ cauſæ quæ lex eſt naturæ, qua compellimur præter modum ad amandum. Hoc autem eſt abſtinentia quæ in vigilijs, ieiunijs, atque exercitijs perficitur; Non enim (vt Apoſtolorum princeps, inquit) deſideria in cubilibus, impudicitijs, carniſque cura facienda ſunt niſi pro naturæ neceſſitate, deinde aliud remedium eſt quod aduerſatur ſecundæ cauſæ laſciuis videlicet, meditationibus quod eſt, vt amantis mens circa contemplationem rerum diuinarum, orationibus & fletu occupetur. Nolite enim (inquit Apoſtolorum princeps) vino inebriari in quo libido eſt, ſed loquentes vobiſcum in Pſalmis, hymnis, canticiſque ſpiritualibus, implemini Spiritu ſancto domino in cordibus veſtris, cantate atque pſallite Ludouic. Granat.

† *Lud. Granat. Conc. ſerm 2. c. 1. Dom in Quadrag. Tom. 11.*

Si corpora quæ calido humore ægrotant frigore curantur, quæ verò repletione, ciborum inedia ſanantur, quid mirum, ſi quæ voluptate deliquimus doloris amaritudine ſanemus. Tobias ſtercore hirundinis excæcatus felle piſcis curatus eſt; ſi nos animæ lucem ſordidæ carnis, voluptatib. amiſſam amaritudine pœnitentiæ recuperare debemus. Iacobus de Graſſijs.

† *Iacobus de Graſſijs inſer. Spirit Chriſtus vt medicus nos ſanat.*

Vnde voluit inſtar medici nos ſanare per contraria, vel per ſimilia ſicuti medici quandoque ſicca opponunt humidis, & humida ſiccis, nonnunquam ſimilia ſimilibus opponunt, ſicut ſcorpionum carnes coctæ oleo, percuſſionibus medentur ſcorpionum; ſic Theriaca de ſerpentis carne confecta morſibus ſerpentinis occurrit, ſic medicus noſter ſua paupertate nos ditauit, ſua humilitate nos ſublimauit, ſua morte nos viuificauit, ſic etiam per ſimilitudinem nos ſanare dignatus eſt. Nam mors quæ per lignum venit per lignum ſuperata eſt. O admirabile genus medicinæ, vbi ſe ipſum exhibuit medicum, & fecit de ſe ipſo medicamentum. Ioannes Fredericus.

Importunitas

Importunitas enim opportunitati vtrique contraria eſt, neque omnino medicamentum ſanat, niſi quod opportunè adhibueris, & alij multi qui conſulto omittuntur.

Ioa. Frideric. Lumnius in theſaur. Chriſt. homi. nis, lib. 1. de Chriſto & Eccl. c. 41. Berchorius.

Sicut qui ſunt repleti corporaliter, debent euacuari, alioqui periculū eſt ne obeant; ſic qui ſunt vitijs repleti, debent ea quamprimum eijcere, ne in mortem æternam incurrant. *Repletio enim malorum humorum generat mortem temporalem, & repletio vitiorum generat mortem æternalem. Pleni enim dicuntur peccatores, ſcilicet, peccatis, quia homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs, Iob. 3. Quare cum iſti ſunt pleni vitijs, & peccatis conſtat quod de bonis gratiæ & gloriæ nihil poſſunt, aut volunt recipere, & hoc pro tanto quia cum gratia & culpa, gloria & pœna, virtus & vitium, dolor & gaudium ſimul nequeant habitare, neceſſe eſt peccatoribus vitia remittere, ſi infra ſe velint gratiam & virtutem recipere, & ideo cuilibet peccatori, ſic pleno poteſt dici illud Actuum 30. O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ. vſquequo non deſinis peruertere vias Domini rectas, & ſic poſſumus notare, quod hodie peccatores ſunt repleti*

Stultitia & ſanitate,
Auaritia & cupiditate,
Gaſtrimargia & guloſitate,
Violentia & crudelitate,
Immunditia & carnalitate,
Ignorantia & obſcuritate,
Ignominia & vilitate,
Superbia & pomposiſitate,
Malitia & pompoſitate, &c.

Sic qui ſunt vacui, & potentias vacuas habent, replere procurent exemplo Dei, qui ſecundum vacuitatem iuſtorum replet, vt enim, inquit Berchorius. Replet in bonis deſiderium tuum; renouabitur, vt aquila iuuentus tua. *Quibus oſtenditur quia ſecundum quod homo triplicem vacuitatem naturalem habet in tribus potentijs animæ, ſecundum hoc triplici bono debet repleri. Homo enim habet tres potentias in anima, id eſt, Concupiſcibilem, quæ tendit in bonum, rationabilem quæ tendit in verum. Iraſcibilem quæ tendit in arduum, & in ſummum; & quantum ad illas tres potentias dico, quod homo habet dum eſt in via triplicem vacuitatem, quia eſt quod homo caret debita detentione. & ideo Deus contra iſtam triplicem vacuitatem triplici plenitudine gratiæ replet iuſtos, ſicut oſtenditur in auctoritate prædicta quia ſc. ipſos replet. &c.* *Berchorius.*

Sicut homo, qui in morbum incidit per contraria curatur; ſic qui incidunt in peccata mortalia per contraria reſurgant, vt inquit Albertus Magnus.

Primo igitur homo cadit per ſuperbiam à qua reſurgit per donum ſapientiæ, ſuperbia quippe facit hominem Deum deſpicere. Sapientia vero conferens animæ verum iuſtum, facit hominem Deum, quaſi ſummum bonum appetere. *Albertus Magnus ſer. in Dom. infra natt.*

Secundo homo cadit per iram, ſed reſurgit per ſpiritum intellectus. per iram quippe homo interius obtenebratur, ac ſui ipſius obliuiſcitur, ſed donum intellectus reducit hominem ad cognitionem ſui ipſius.

Tertio homo cadit per inuidiam: ſed reſurgit per ſpiritum concilij, inuidia quippe diſſuadet homini ne faciat aliquid boni proximo ſuo: ſed donum concilij perſuadet homini, vt diligat proximum ſuum ac foueat eum tanquam ſe ipſum.

Quarto cadit homo per accidiam, & boni operis pigritiam, ſed reſurgit per ſpiritum fortitudinis. Accidia nempe debilitat hominem, ne velit vel valeat Deo ſeruire. ſed è contrario donum fortitudinis, roborat hominem, & ad ſeruiendum Deo vires ei ſufficienter adminiſtrat.

Quinto cadit homo per auaritiam, ſed reſurgit per ſpiritum ſcientiæ. Auaritia namque inſtigat hominem, vt multa congreget, & tenaciter ac impie conſeruet, ſed è contra donum ſcientiæ oſtendens homini, quod bona huius mundi inſtabilia ſunt, & quod de eis arctiſſima ratio eſt reddenda, perſuadet cuilibet, vt mediis ſit contentus, & vt ea quæ iuſte poſſidet, miſericorditer, ac large cum proximo ſuo communicet, præſertim cum omnia communia debeant eſſe in regno Dei.

Sexto cadit homo per gulam, ſed reſurgit per ſpiritum pietatis. Gula namque perſuadet homini, & circa animam ſuam negligens ſit, & impius, & circa corpus ſollicitus, atque pius, vt ſcilicet carni omnes voluptates præſtet, ſed è contrario donum pietatis monet hominem, vt miſereatur animæ ſuæ ipſamque ſolicite paſcat, ac reficiat: propter quod non eſt animæ præferendum, dicit enim Apoſtolus, quod venter eſcis, & eſca ventri. Deus autem & hunc, & hanc deſtruet.

Septimo cadit homo per luxuriam, ſed reſurgit homo per ſpiritum timoris Domini, luxuria namque inſtigat hominem, vt timore Domini poſtpoſito, totum in ſe libidini carnis immergat, & inuoluat. Sed è contra timor Domini monet vt mundum ſe conſeruet, ac immaculatum, vt ſic cum fiducia audeat repræſentari vultui illius diſtricti iudicis, qui omnem immunditiam vlciſcetur.

XXIII.

Morbi acuti iudicantur intra dies quatuordecim.

Sicut morbi acuti in corpore breuiter, ideſt, quatuordecim dierum ſpatio terminantur: ſic aliquãdo animi vitia quamuis grauia inſurgant & oriantur, tamen aliquando paucorũ dierum curriculo eijciuntur. Verum ſicut dies 14. apud Medicos limitem acutorũ morborum ſignificat; ſic apud Theologos *ſignat tranſgreſſionem omnium præmiſſorum, & per conſequens plenitudinem omnium vitiorum, vel etiam omnium peccatorum vnde nu. 17. fuerunt qui percuſſi ſunt quatuordecim milla hominum & 4. Reg. 18. dicitur quod anno 14. Ezec. aſcendit Sennacherib contra Hieruſalem, &c.*

Index

XXIV.

Index ſeptimi quartus, ſequentis ſeptimanæ octauus initium, ſpectandus quoque eſt vndecimus, ſi quidem is ſecundæ ſeptimanæ quartus eſt. rurſumque decimus ſeptimus ſpectandus, is enim à quartodecimo quartus eſt, & ab vndecimo ſeptimus.

Sicut Medici per numeros intelligunt quaſdam cauſas in receſſu naturæ latentes, quæ numeris coniunctæ facilius, mirabilius ac euidentius ſuas edunt operationes

Sic in Theologia per dies intelligũtur virtutes particulares, quæ ſimul aggregatæ annum perfectionis componunt: virtutes enim ſunt;

Dies pleni
Dies longi
Dies boni
Dies læti
Dies quieti
Dies ſalutiferi
Dies fructiferi
Dies ſancti.

Sunt dico dies pleni gratiæ ſine vacuitate Pſal. Dies pleni inueniuntur in eis. Sunt dies longi perſeuerantiæ longanimitate Pſalm. Vitam petijt à te, & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi: ſunt etiam dies boni ſine culpæ prauitate, & iniquitate Pſalm. Quis eſt homo qui vult vitam; diligit dies videre bonos. Prohibe linguam tuam, &c. Pſalm. Complebuntur dies ſuos in bono, *& annos ſuos in gloria. Item ſunt dies læti cum ſpirituali iucunditate Pſalm. Pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini. Item ſunt dies quieti ſine diſcordia peruerſitate ſeu malignitate Iſa. 39. fiat pax & veritas in diebus meis. Item ſunt dies ſalutiferi pleni omni ſuauitate, & ſancti ſpiritus charitate. Actuum. vos autem implebimini Spiritu ſancto non poſt multos hos dies. Item ſunt dies fructiferi cum bonorum omnium vbertate & fertilitate Prou. 1. Per me multiplicabuntur dies, & breuiter virtutes ſunt illi ſpirituales, & ſancti dies, de quibus dicitur de Dauid, 1. Paralipom. 29. quod mortuus eſt in ſenectute bona plenus dierum & diuitijs, Tales ergo dies debemus appetere, & eorum multiplicationem, & numerum affectare, & renouationem, & reparationem eorum humiliter dicentes illud Thren. 5. innoua dies noſtros ſicut à principio.*

Sicut apud Medicos plura dierum genera, vt criticos, indices, intercalares, vacuos, prouocatorios, medicinales, & eiuſmodi, ſic apud Rom. dies Agonales, alienos, diffiſos, diffuſos, interciſos, atros, infames, religioſos, vitioſos, faſtos, nefaſtos & profeſtos pandiculares fuiſſe conſtat lege

Iacob. Guthetium de vet. iur. pontif.

† Ioan. Raulin. in ser. Quadrag. 77.

Sicut medici inter cæteros tria numerorũ genera nempè criticos, indices ac intercidentes habent. ſic apud Theo. idem inuenitur. Sunt enim dies naturæ gratiæ, & gloriæ natura habet impleri per gratiam, gratia per naturã, & ideo dies naturæ vacui ſunt, niſi impleantur per gratiã. Primo vacui ſunt in nihil agentibus, vel negligentibus, ſicut locus dicitur vacuus vbi, nihil inuenitur, & tempus, in quo nihil agitur, & quod negligitur amittitur, negligenti enim cui vacui ſunt dies dicitur Apo. 3. non inuenio opera tua coram Deo Eccleſ. 7. de negligentia purgáre cum paucis : & bene dicitur cum paucis, quia pauci ſunt qui bene dies impleant, ſed multi qui horrea. Secundo vacuus eſt dies in quo peccatum agitur, quia peccatum nihil eſt. Iohel 1. ſine ipſo factum eſt nihil, peccatum ſecundum Auguſtinum & cum vacuum ſit inquit nihil eſt; ſequitur quoniam dies peccatorum ſunt vacui, Pſalmus dies formabuntur, & nemo in eis: ſed bene beſtia. Tertiò vacui ſunt dies, in quibus terrena quæruntur: ſicut locus vacuus eſt iu quo non eſt niſi aer, quia nihil ibi ſolidum; terrena autem non implent cor Eccl. ſ. 5. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.

† Bart. Bertazolius in tra. clau. instru.

Sicut dies apud Medicos ſic apud iuriſp. cõputatur præciſe de momento ad momentum l. 5. minorem de minor. vbi ſupra.

† Petrus Berchorius in prompt. moral.

Quaternitas virtualis eſt conſideranda, & iſta eſt quaternitas quattuor virtutum cardinalium : quaternitas doctrinæ euangeliorum : quaternitas virorum perfectorum; viri enim iuſti dicuntur 4. quia habent quattuor numerum cardinalium virtutum, & tenent doctrinam euangeliorum, & habent quadraturam perfectionis & conſtantiæ. Quatuor enim eſt numerus ſolidus : ſignificans illos qui in fide, & virtutibus ſunt ſolidi & firmati figurati Daniel 3. vbi in igne viſi ſunt quatuor viri ſicuti ambulantes, & nihil læſionis penitus ſentientes figurat etiam, &c. lege Bongum & Zeontium apud quos multa pulcherrima inueneris.

† Philippus Diez in conc. tom. 4. hom. 24 post pent. conc. 1.

De ſeptimo die Philippus Diez ; ſolent medici in grauioribus morbis ſeptimum quemque diem diligenter obſeruare, quem illi criticum appellant, in quo aiunt naturam ipſam ad vim morbi repellendam acrius incitari: Quo fit vt ſi eo die quo aliquam ſpem ſalutis concipere poterant, æger nihilo melius valeat, periculoſiſſimè illum, ægrotare dicant: ſi igitur fratres hoc adeo inſigni fidei noſtræ dogmate, quod ad commouendos animos potiſſimum eſt, nihil obdurati homines mouentur, non video quid illis aliud proponi poſſit, quo ad agendam pœnitentiam moueantur: hoc efficaciſſimo remedio vtebatur ſanctus Dauid, & pœnarum illarum æternitate

Pſalm. 76.

ſtupefactus, & attonitus, aiebat, cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui, meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. Berchorius.

† Berchorius.

Sanguis Chriſti inquit : qui eſt effuſus ſepties in ſcriptura, contra ſeptem maculas mortalium peccatorum ; homo enim erat maculatus in genitalibus, per carnis concupiſcentiam, intus in ſanguine per iracundiam;

extra

extra in carne per gulæ laſciuiam, ſupra in capite, per ſuperbiam, exterius in manibus, per auaritiam, inferius in pedibus, per accidiam, interius in corde per inuidiam; ſed pro certo contra iſtas ſeptem maculas Chriſtus ſepties ſanguinem ſuum diſtillauit. Primo à genitalibus in circunciſione contra peccatum luxuriæ, Lucæ 2. ſecundo à ſudore in oratione contra peccatum iræ, Luc. 22. quia ſcilicet ira nimia facit quandoque ſudare, & de Chriſto legitur Luc. 22. quod factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis, decurrentis in terram. Tertiò in carnis flagellatione contra peccatum gulæ, Matthæi 27. Gula enim nimis delicate nutrit carnem, quarto à capite in ſpinarum coronatione, contra peccatum ſuperbiæ, Matth. 27. Quinto à manibus in clauorum infixione, contra peccatum auaritiæ, ibidem: tunc enim fuerunt manus eius extentæ, & apertæ. Sextò à pedibus in ipſius conclauatione, contra peccatum accidiæ. Ibidem. tunc enim fuerunt pedes puniti: pro eo quod ad bonum ſunt minus tardi. Septimo à corde in lateris effuſione, contra peccatum inuidiæ, ex iſtis enim membris Chriſti ſanguis, profluxit: qui, ſicut dictum eſt, ab omnibus maculis nos lauit: & in quantum in ſe eſt, nos lauare continuè non deſiſtit, quod ſicut dicitur Apoca. 7. ſancti lauerunt ſtolas ſuas, id eſt, animas, & conſcientias, & candidas eas fecerunt in ſanguine agni 7. Apocal. 1. lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

Inter numeros ſolus ſeptenarius ſine motu eſt, nec quicquam patitur; vnde myſticè Deum ſignificat; alij enim numerum intra decem aut gignunt & non gignuntur, vt vnus qui generat, & non generatur, alij parentum, & liberorum vim obtinent, vt quatuor qui à duobus gignitur. & duplicatus octonarium generat, ſeptenarius verò horum nihil agit vnde ſine matre, & prole exiſtens, virgo appellatur, & vt inquit clemẽs Alexandrinus ſabbatum ſeu quietem allegoricè denotat.

† *Guido Pancirolus in Theſ var. lect. vtriuſque iur. lib. 2. 185.*

Sed & perfectionem indicat. Nam argentum ſepties purgatum commendatur, cui nihil ad emundationem addi poteſt. Idem in ſaccharo, quod ſepties excoctum eſt, vt nihil proficiat, ſi amplius examinetur. Rationem D. Gregorius adducit. Quia inquit hic numerus conſtat ex pari diuiduo, & primo impari indiuiduo; vnde in ſacris literis, quietem & perfectionem denotat.

Macrobius ait *b.* eum conſtare ex mare, & fœmina; impar enim maſculus par fœmina vocatur. Ab hoc numero totus orbis noſter circumagitur; à ſeptem enim planetis terra adminiſtratur, vrſa ſeptem ſtellis conſtant, & pleiades; per quas agricultura exercetur, & nauigatur, Lucis ſeptimo quoque die mutatur, & ipſa ſepties figuram mutat. Sed & hominis ætates ſeptenis annis mutari Solon carmine aſſeruit. Septimus etiam, & decimus quartus dies critici à Medicis in morbis obſeruantur, & alia huiuſmodi affert Clemens Alexandrinus, & Macrobius.

Ad naturam ergo numeri credo reſpexiſſe Pandectarum compilatores quod perfectionem ſignificet, & magnam vim hic numerus habeat; ſed difficultas eſt quod Iuſtinianus ſubijcit, per hunc numerum, ad artem reſpexiſſe.

xiſſe. Ego per hoc nomen artis credo harmoniam ſignificari, ita enim interpretatur eadem lib. 1. Græcè edita ante pandectas, vbi cenſuit cocinnator & aptum eſſe hunc numerum ad opus pandectarum, quod quandam legum harmoniam contineat.

Antiquæ enim muſicæ toni erant ſeptem Virgilius,

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Sicut & ſeptem apud Græcos ſunt vocales, & vox nominis ſeptem patitur qualiates, acutam, grauem, circumflexam, denſam, tenuem, longam, breuem, hanc harmoniam è ſeptem ſphæris ſtellarum errantium deductam arbitrantur.

Quod verò gloſſa de trinitate, & clementia intelligi opinatur, ad rem non pertinet vniuerſitatem quoque, & perpetuitatem ſeptenarius numerus ſignificat; nam ſeptem Eccleſiæ in Apocalypſi vniuerſus denotat, inquit, Diuus Gregorius, ſic & alibi. Sapientia ædificauit ſibi donum excidit ſeptem columnas, vnde vniuerſum ius hoc opere contineri arguitur.

Sicut inter omnes numeros ſeptenarius corporis morbis, criſi, & eiuſmodi præcipuè operam nauat, vt vniuerſa medicorum ſchola paſſim affirmat. Sic idem numerus animi affectibus maximæ inſeruit, vt Fabius Paulinus annotauit.

† *Fabius Paulinus Hiod. lib. 5 c. 7.*

Reſtat iam hoc vnum ad patranda promiſſa, vt demonſtremus hunc quoque numerum animi inſeruiſſe affectibus, & quas vocant perturbationes. Inter quæ quoniam optabilior eſt lætitia, qua vna vel omnes perturbari, & affici maximè velint, huius datorem hunc numerum, & miniſtrum, vel etiam indicem declaremus. Ouidius,

Ter quater Impetij lætus honore tui.

Hinc adhibebatur (vt omittam nuptias, de quibus diximus, & epulas) ad feſta, ludos & ſolemnia. Ægyptij per dies ſeptem ſolemnitatem Apis celebrabant, teſte Solino cap. 44. vbi de Api multa. quibus etiam diebus cum Sacerdotibus inducias habuiſſe Crocodilos ferunt, octauo vero die ceremonijs peractis hora ſexta ad ſolitam rediſſe feritatem, & apud Romanos Saturnalia per ſeptem dies fiebant, auctore Macrobio in Saturn. & ſæpiſſimè ſeptem dierum ſupplicationes decernebantur, Ælius Lampridius in Diadumeno, dies ſeptem pro Antonini nomine ſupplicatio celebrata eſt, & apud Græcos (vt teſtatur interpres Pindari ode 3. Olympic.) Olympicorum ludorum celeberrimum certamen agebatur 49. menſe, id eſt, ſepties multiplicato numero ſeptenario. ait enim. In quo etiam cum eodem auctore in his ludis Lunæ obſeruarent quodammodo apparitiones, quas nonnulli Mathematici vocant ætates, hæque ſeptenarijs, vt mox ſuo loco dicetur; peragantur, colligi poteſt ſeptenarij myſterium in omnibus ſecutos. Apollo Pythios ludos, & certamina per ſeptem dies celebrauit, vt Pindari interpres in Pithijs narrat, ſeptemque illius conſtituit partes connumerata coronatione, ait enim, & interfecto ſerpente Pythone celebrat Pythycum certamen per ſeptem dies. Pitum quidem, quòd periculum

fecerit

fecerit de pugna aduerſus belluam, Iambum propter conuiuium ſibi factum antequam pugnam ſuſciperet, dicitur enim conuiuati, Dactylum à Dionyſio, quia primus hic videtur poſt Tripodem vaticinatus, Creticum à Ioue Metroum, quia terræ eſt vaticinium, Syrigma propter ſerpentis ſibilum, quibus ſi addatur coronatio ſunt ſeptem. Septem præterea apud Græcos fuere genera ludorum, quorum quinque vnus ille complectitur verſiculus.

Cum ſaltu, curſus, lucta, trochus, iaculum.

& præter hæc Cœſtum, & Pancratium, quibus ſeptem vicerunt Argonautæ ſeptem, eo tempore, quo Pithios inſtituit ludos Apollo, ſi interpreti Pindari credimus dicenti. Qui verò gymnicum certamen vicerunt hi ſunt, eo tempore, quo Apollo conſtituit Pythium in Pythonis certamine. Caſtor ſtadio, pugillatu Pollux, curſu Calais, armato Zetes, diſco Peleus, lucta Telamon, Pancratio Hercules, quos arbore lauri coronauit. In Curuli certamine apud Romanos idem numerus vſurpatus: ſeptem enim erant metæ in circo maximo, quas omnes qui curſu contendebant, ſemel circundare tenebantur, quare dixit Propertius

Non prius infecto depoſcit præmia victor,
Septima quam metam triuerit arte rota.

licet nonnulli dicant duas tantum fuiſſe metas, quas ſepties tamen circundare cogerentur, ſed Caſſiodorus probat fuiſſe ſeptem, Iſidorus Hiſpalenſis libr. 18. dicit (vt obiter etiam quaſi tranſeuntes in noſtris ſcholijs in primum de Orat. annotauimus) ſeptem fuiſſe ſpatia, ait enim, Septem ſpatia quadrigæ currunt referentes hoc ad curſum ſeptem ſtellarum, quibus mundum regi dicunt, ſiue ad curſum ſeptem dierum potentium, quibus peractis vitæ terminus conſumatur, quorum finis eſt meta, id eſt, iudicium, & ex Varronis libro, qui Hebdomades (vt hic noſter inſcriptus fuerat, A. Gellius de ſeptenario, ſeptem curricula Circenſium ludorum ponit, idem fuiſſe ſeruatum apud Græcos colligitur ex Sophocle, qui in Electra vbi pedadogus obitum fictum Oreſtis exponit in Curuli certamine ita ait.

Cum curſu ex flexu rotæ ſextum ſeptimumque iam percurrerent. vbi videtur confirmare eorum ſententiam, qui ſepties circundari metam ſolitam dixerunt, quæ verior videtur eſſe, quamque multis probat Onuphrius Panuinius in ſuo libro de ludis Circenſibus, vbi multa de hoc auctorum teſtimonia affert. hunc verò ſolennem ſeptem curriculorum curſum miſſum vocatum dicit, quatuor verò fuere factiones aurigarum, Albati, Ruſſati, Praſſini, & Veneti à ſpeciebus colorum, & ſingulis miſſibus quatuor ſingularum factionum agitatores currebant, & qui primus curru, vel æquo ſeptimam metam confeciſſet, illius miſſi victor erat, iuxta verò ſingulas metas columellæ aliquot erant, quibus per ſingulas circuitiones agitatorum à Circenſium miniſtris quibuſdam ſingula oua, & Delphini erigebantur, & omnia curricula ſeptem ouis, & totidem Delphinis erectis annotabantur, vt idem teſtatur Panuinius ex Caſſiodoro, &

aliјs. idemque Romani circum ipſum penè totum hoc numero conſtituerunt; nam primum eius longitudo trium erat ſtadiorum, latitudo quatuor iugerum, quatuor colores, & tres porticuum ordines; item quatuordecim gradus theatri, quatuordecim oſtia, vnum ab extremitate hemicycli, tredecim ab altera extremitate, quæ etiam erant ita collocata, vt duplicatum efficerent ſeptenarium, cum in medio eſſet ingens oſtium vtrinque ſex, quæ cum illo magno vtrique ſenario communi duplicem implebant ſeptenarium, ſeptem præterea in hoc circo genera ludorum præbuerunt, hoc currule, de quo diximus gymnicum, pompam, venationes, ludum Troiæ, pugnas, Naumachiam: ſeptem quoque fuere Circenſium ludorum præfecti, quos enumerat Iulius Pollux lib. 3. capit. 30. Braniorum conſtitutores, certaminum inſtitutores, præmiorum procuratores, cenſores, inſpectores, præſides, & ſpeculatores. In priuatis etiam ludis adhibebatur, vt in talis, quorum maior iactus erat ſeptem, qui omne punctum ferebat, & lucrabatur, appellabaturque hic iactus Venus, cuius oppoſitum erat, canis, qui monadem referebat vnde Propertius dixit,

Me quoque per talos Venerem quærente ſecundos,
Semper damnoſi ſubſiluere canes.

Et Horatius, quem Venus arbitrum dicet bibendi? qui etiam iactus Cous dicebatur (vt nonnulli volunt) à dextris erat Senio, qui quatuor, à læua Chius, qui tria referebat: qui omnes numeri ſunt partes ſeptenarij, de quibus partibus meminit Perſius Sat. 3. —— Quid dexter ſenio ferret

Scire erat in voto, damnoſa canicula quantum

Raderet ——— quod licet in noſtratibus, quos vulgò Dados vocant, etiam annotare, Nam hi quoque, vt veteres ferè tali ex ſeptenario conſtant. nam ſi numerentur, numeri omnes adhibiti efficiunt tria ſeptenaria, & hoc mirum quod ex aduerſo conſtituti ſunt illi omnes numeri, in quos diuiditur ſeptenarius, nam primum diuidi legitimè poteſt in ſex, & vnum, quæ quidem primum faciunt ſeptenarium, & ſibi è regione reſpondent, deinde in duo, & quinque, & hæc pari pacto oppoſita, tertio in quatuor, & tria, & hi quoque ſimili modo iacent è regione ſibi aduerſa, vt vnicuique facile eſt obſeruare. Nam hi ſex habent baſes quadratas, veteres verò tantum quatuor, & ideo illi integrum ſeptenarium, & potiores illius partes poſuere tres, & quatuor, hi omnes particulas nominatim perſecuti ſunt. Et quoniam nulla maior apud homines lætitia poteſt contingere, quàm inter Deos relatum aliquem coli, diuiniſq; honoribus cohoneſtari, ad hoc quoq; munus adhibuerunt ſeptenarium, quod Græco vocabulo dicebant *ἀποθέωσιν* Latinè (ſi verbum verbo velimus reddere) Deificationem. Romani enim cum aliquem in Deorum numerũ volebant referre, prout mos erat de ſuis facere Imperatoribus bene de Rep. meritis, ſepulto corpore ceream illius imaginem in Regiæ veſtibulo conſtituebant ſuper eburneo lectulo, à læua ſtabant Senatores, à dextra matronæ, Medicis ad lectum quotidie accedentibus,

tibus, & deterius ſeſe habere ſemper pronunciantibus ſeptimò die migraſſe ſinge bant in cœleſtem Patriam. Æneas anno ſeptimo poſt obitū in Deorum numerum relatus, & Patris Indigetis nomen adeptus eſt. Hinc Sannazarius vir dictiſſ. in 1. Eccl. vbi facit apotheoſin Phyllidis, ſeptem illi aras pollicetur,

Nos tibi, nos liquidis ſeptem pro fluctibus aras
Ponemus, ſeptemque tibi de more quotannis
Monſtra maris magni vitulos mactabimus hirtos,
Et tibi ſeptenis pendebunt oſtrea ſertis.

Hoc intelligens Seuerus Imperator adhuc viuens ex hoc numero ſibi ſepulchrum ſtruxit, quaſi futurum habendorum ſibi diuinorum honorum præcurſorem, ac nuncium, quod Septizonium appellauit à ſeptem zonis, id eſt, lineis, & columnis, quibus niteretur, quod etiam appellatum Septodium accepimus à ſeptem vijs, quæ huc tendebant, item ſeptiſolium, à ſeptem ſolarijs, ſiue contignationibus, quæ in illo eſſent. In quo tamen variant Hiſtorici, nonnulli enim negant ab hoc Imperatore extructum, ſed vetus renouatum, nonnulli verò nouum iuxta vetus exiguum, ab hoc fabricatum: eſt etiam mentio de alio Septizonio apud Suetonium, apud quem natum eſſe Titum Imperatorem dixit. Hinc (vt ad rem redeamus) non ſolum ad ludos, ſed etiam ad ſacra adhibitus, quare in ſacro illo Neptuni ſeptem ciuitates adhibebantur, de quo Strabo lib. 8. Fuit quidem Amphyctionum conuentus ex ſeptem conſtans ciuitatibus ad hoc faciendum ſacrificium commune habentibus officium. quæ fuerunt Hermione, Epidaurus, Ægina, Athenæ, Praſium, Nauplia, Orchomenus, Minyus. Pro Nauplijs Argiui, pro Praſijs Lacedæmonij conferebant. Hinc Martialis luſit lib. 10. ad Kalend. Mart.

Quinquageſima liba, ſeptimamque
Veſtris addimus hanc focis Acerram

Hinc ſeptem animantium genera mactare veteres Dijs conſueuerunt, ouem, ſuem, capram, bouem, gallinam, anſerem, & ſeptimum farinaceum bouem, quem immolabant pauperes, qui bouem viuum non habebant, vnde natum Adagium, ſeptimus bos. Eſt contra etiam aduerſatij affectus, nempe mœroris, de quo ſupra diximus, cum de funeribus agebamus, quibus mœroris explicandi ergo eſt aſſignatus. Hinc apud Vergilium hoc numero defleuit Orpheus Euridicen, ait enim,

Septem illum totos perhibent ex ordine menſes
Fleuiſſe ——— & hunc imitatus Pontanus de Adonide lib. 1. de ſtellis ait,
——— nouus dolor attigit amnes,
Septem illi totis ripa latuere diebus,
Et ſeptem plenis ſpumanti margine ripis
Exiluere, cauo digreſſi fluminis alueo.

Eſt odio exprimendo accommodatus, hinc Iuuen. Satyra 6. de magno odio dixit

——— inque diem ſeptennis oderit horis.

Hinc Cicero ſeptem libros, ſiue actiones habuit in Verrem, & in Antoniũ, quem impenſius oderat, duplicauit numerum, nempe bis ſeptem 14. Eſt indignationis, & iuſtæ iræ, apud Ouid. in primo Metamor. Iuppiter nefarijs hominum ſceleribus vehementer commotus,

Terrificam capitis concuſſit terque quaterque
Cæſariem, qua terram, mare, ſidera mouit.

Item in 4. de Perſeo cum Dracone pugnante,

Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.

& in 6. de Pallade

Ter quater Idmoniæ frontem percuſſit Aracnes.

ad quod ſpectat illud quoque Hom. quod ſupra retulimus de fortitudine, cum enſis indignati Menelai Paridem ferientis, eſt diſtractus terque quaterque.

Et apud Græcos teſte Heſychio, quod ſonat ſeptiliterum, ponitur pro iracundo, & aſpero, ſic enim ipſe interpretatur. Eſt crudelitatis, quæ eſt odium efferatum. Hinc Nero illius ſiue filius, ſiue parens, ſiue exemplar, Hiſtrionis habitu è turri Mœcenatis, vnde vniuerſa ciuitas aſpici commodè poterat, per ſeptem dies, totidemque noctes ſpectauit vrbis incendium, quod ipſe efferato animo, & immani iuſſerat accendi, & ad hoc reſpiciens Iuuen. Sat. 6. crudelitatem Pontiæ declarat, ex numero amplificans.

Tu ne duos vna ſæuiſſima vipera cœna,
Tu ne duos? ſeptem, ſi ſeptem forte fuiſſent,

Eſt contra etiam amoris, qui odio reſpondet, hinc apud Ouidium Leander ſeptem dies expectaſſet, vltra non potuit.

Septima lux agitur, ſpatium mihi longius anno,
Sollicitum raucis vt mare feruet aquis.

& apud Theocritum in Pharmaceutria, Simætha ait,

Terque quaterque die ſe ad nos conferre ſolebat.

id eſt, valde amabat nos. Hinc Franciſcus Petrarcha conqueritur in ſeptima ode,

Che s'al contar non erro, hoggi ha ſett'anni
Che ſoſpirando vò di riua en riua
Lo notte, e'l giorno, al caldo, ed à la neue.

& odecula 84.

La voglia, e la ragion combattuto hanno
Sette, e ſett'anni, e vincerà il migliore.

& in centeſima ad declarandam eius conſtantiam in amore ait,

Dice ſett'anni hà già riuolto il Cielo
Poiche prima arſi, nè giamai ni ſpenſi.

Hinc Ioannes Iacobus Calandra Mantuanus, qui Italicè conſcripſit de amore libellum inſcriptum Auram, 70. quæſtiones de amore proponit, vt meminit etiam Marius Equicola lib. 1. de amore. Hinc Sabini vxor, quæ à Plutarcho

tarcho proponitur veluti coniugalis amoris exemplar ſingulare ſeptem menſes cum eo delituit in ſpecu. Hinc ſeptem gradus eſſe amoris dicuntur à nonnullis, in quorum quinto ſunt oſcula, teſte Horatio dicente,

—quæ Venus
Quinta parte ſui nectaris imbuit.

& Leon Hebræus lib. 2. de Am. ſeptem facit cauſas, ſiue ſpecies amoris; quarum quinque nobis dicit eſſe communes cum brutis, duas propriè noſtras tantum, primam dicit eſſe deſiderium, & voluptatem generandi, ſecundam poſteritatis propagationem, tertiam beneficium, quartam ſpeciei conuenientiam, quintam ſocietatem, & conſuetudinem, ſextam conuenientiam naturæ, atque temperamenti, ſeptimam virtutem. Hinc Iuriſconſulti amoris naturam ſecuti, affinitates, quæ ſunt quoddam quaſi vinculum amoris, hoc numero præfiniuerunt, ſeptem enim tantum dicunt eſſe gradus affinitatis, & coniunctionis, ſiue cognationis, vt in Pandectis titul. 2. de grad. affinitatis, vbi præter cæteros ita Modeſtinus. Non facile autem, quod ad noſtrum ius attinet, cum de naturali cognatione quæritur ſeptimum gradum quis excedit, quatenus vltra eum ferè gradum rerum natura cognatorum iura conſiſtere non patitur. Apud Hebræos ſeptem nominibus appellatur amor, ahab, vel oheb, dod, cheſeph, zebi, hageba, rehuth, rachem. & ex Plotino probatur efficere ſeptenarium, nam amor efficit vnum, & quatuor, nam primum duo in vnum coniunguntur, & ſic tria, & cum in vtroque vno ſint duo, efficit quatuor, quæ omnia efficiunt ſeptem, duobus ipſis ſolidis permanentibus. quare etiam in ludis Romanorum (vt dictum eſt) ſeptenarius numerus Venus eſt vocatus, quæ mater eſt Amoris, & nos, dum hi libri imprimerentur in ſtudiorum exordi-s amatorium pœna interpretaturi, & ideo in præfatione amatorium argumentum tractantes de ſilentio ſcilicet, amantium, primum probauimus hoc eſſe pathos amantium ſeptem Græcis, totidem Latinis, necnon totidem Hetruſcis laudatis teſtibus; deinde cauſas inueſtigantes ſeptem aſſignauimus, nempe affectus, quam cauſam in quinque ſubdiuiſimus timorem, pudorem, lætitiam, dolorem, & cupiditatem; memoriæ vitium; admirationem, ſeu ſtuporem; amati quandam prærogatiuam, naturæque ſuperioris vim; ſympathiam, vel antipathiam, vocis materiam, & inſtrumenta, poſtremò pulchritudinis diuinitatem. Eſt contra etiam caſtitatis. Hinc apud Chianos, vt auctor eſt Plutarchus in libello de mulierum virtutibus ob Chianenſium mulierum modeſtiam, & caſtitatem annorum 700. ſpatio, neque adulterij vllius, neque virginitati oblati extra matrimonium vitij mentio vlla fuit, & quia amor potiſſimum pulchritudine conciliatur, pulchritudini quoque inſeruit, hinc apud Græcos, pulchra coma dicitur, quòd ſepties tonderi poſſit, & apud Romanos inſederat hæc opinio, quòd qui leporem ediſſet, ſeptem diebus eſſet pulcher, de qua re alio loco dicemus. Eſt pietatis, quare (vt ſupra dictum eſt) Sertorius ſeptem diebus parentem luxit, eſt innocentiæ, hinc à Philoſophis obſeruatum Socratem innocentiſſimum ſeptuagenarium fuiſſe interfectum, vt numerus eius eſ-

ſet innocentiæ argumentum. Valet ad memoriam, & monumentum. Hinc ſeptem orbis miracula, quæ tanquam notiſſima decreueram præterire, ſed ſcriptorum varietas me cogit illa nominare: conſtans ergo de illis opinio, & numerus iſte eſt, vt primum Nili Pyramides ponant, mox Pharium Turrim, dehinc muros Babylonis, tum templum Dianæ Epheſiæ, quinto ſepulchrum Mauſoli, ſexto coloſſum Solis Rhodij, ſeptimo ſimulacrum Iouis Olympici; de his frequentiſſima eſt apud omnes ſcriptores mentio, vt ſuperuacaneum, & putidum ſit recenſere, cum ad manum ſint omnibus officinæ Textoris, & libri huiuſmodi: vnde harum explicationem petant, tantum dicam Bedam diſſentire à cæteris in horum enumeratione, qui Tomo 1. in libello de ſeptem mir. primum enumerat Capitolium Romanum, de hinc Pharum Alexandrinam, mox Rhodium Coloſſum, tum ſimulachrum Bellorophontis, quinto Theatrum Heraclidis, ſexto Apollotanenſes thermas, ſiue balneum, ſeptimo templum Dianæ Epheſiæ, quæ qui velit ab eo petat. non enim tam longum, quam etiam putidum, & ſuperuacaneum eſſet plura afferre hinc ab Imperatoribus (vt ante dictum eſt) extructa Septizonia, quare ex hoc Plautus eleganter ſuo more ludit in Cuc. de Milite ——ſtatuam vult dare auream

Solidam faciundam ex auro Pihlippæo, quæ ſiet
Septempedalis, factis monumentum ſuis.

Huc reſpiciens fortaſſe Cæſar ad perpetuam ſui memoriam retinendam legauit viritim denarios 75. Hincque fortaſſe apud veteres in more poſitum fuit, vt ſeptima die nomina imponerentur, vt teſtatur Ariſtoteles lib. ſeptimo de natura animalium, cap. 17. vt ſcilicet huius numeri diutiſſimè eorum memoria perduraret, licet Romani (vt auctor eſt Plutarchus in problematis) poſt ſeptimam, octaua ſcilicet imponerent, alia tamen de cauſa, quam vide in Plutarcho. Hinc ad immortalitatem Homeri ſeptem vrbes de illius origine contenderunt, quæ illo verſiculo continentur, qui recitatur à Plinio lib. 3. cap. 11. &c.

Sicut numerus ſeptenarius mutationes facit vt ex medicis patet; *Sic & in fortunis & moribus; ſingulis enim ſeptenarijs incidunt mutationes maxime inſignes. Nemo enim noſtrum eſt, qui non reperiatur inſignes mutationes non tantum in corpore ſuo, ſed etiam in fortunis, in moribus exactis annis ſeptenis, &c. De octauo Petrus Bongus.*

Quidem. Octauus ſunt ſeptem ſpiritus Dei, quibus mouetur Spiritus noſter, vt in Apocalyp. & omnium conſumatio eſt per ſeptem, & renouatio in octaua vt in harmonia, quia octaua repetit primam hinc Pilolaus Pythagoræus harmonia in Geometricam vocabat octonarium, quod in eo cunctæ rationes conuenire viderentur. Nam apud Pythagoræos ſeptenis harmonicis modis abſoluitur quæque conſonantia, eoque cum ad ſeptimum peruentum eſt, ad primum redit progreſſus; quare in modorum octonario initium, & finis vnum ſunt, in ſeptenario autem nequaquam: progreſſus autem ab eodem in idem circularis eſt, iſque cum perfectionis ſit argumentum nobis facilè exprimit progreſſum à Deo in creaturas, qui à creaturis rurſus

in

in Deum reſilit & reflectitur, idem eſt à veritate ad imaginem ipſam in ſuam veritatem referens; progreſſus autem à veritate in imaginem, qui ſeptenario exprimitur, nempè in quo finis & principium non ſunt vnum; ſemi circuli eſt & imperfectus. Nam præterquàm quod imaginem ſuam nactus eſt terminum, eſt prioris ſola portio. non itaque ab re vetus inſtrumentum, quod noui vmbra & imago, ſeptenario exprimitur; nouum autem veritas, octonario. Adeò veteris inſtrumenti homines imaginibus hærebant affixi, ne illas quidem in ſuum referentes auctorem, & finem, at diuino incarnati verbi detecto myſterio ſumma veritas, vnitaſque ſeptenario adiuncta ſeptenarium in octonarium commutauit: Ne ab re quidem humanam ſeptenario expreſſam aſſumpſit naturam, quod plenius ac perfectius vmbratilem ſeptenario expreſſam imaginem, in ſuam transferret veritatem, qua parte Iudaiſmum ritum, item Gentilium quique ſolis hærebat imaginibus, in veram Dei latriam commutauit; & ſacrificiorum vmbratilium multitudinem ſeptenario expreſſam in vnum veriſſimi & immaculati agni commutauit ſacramentum. in quo quæque omnia complectuntur ſacramenta, eoque mediator veteris & noui teſtamenti factus eſt mediator nihilominus Dei, & hominis, vitæ præſentis & futuræ. Quod quidem eſt argumentum nobis de hac vmbratili vita tranſeundum ad veram & immortalem vitam. Illephonſus Giron.

Illephonſus Gir.ō.in prōp. Conc.in circunc. Domini 1.

Neque caret myſterio quod octauo die circumciſus ſit puer, & nudatus pellicula carnis, quia per hunc ſanguinem Chriſti effuſum, & carnis ipſius nuditatem in octaua die, ſiue ætate vniuerſalis reſurrectionis corruptibile hoc (vt Paulus ait 1. ad Corint. 15.) induet incorruptionem & mortale hoc, induet immortalitatem. Hoc ſignificatum eſt, dum præcepit dominus octauo die circumcidi pueros, cultello petrino, qui typus erat Chriſti; ſic enim Paulus 1. ad Corinth. 10. Chriſtum dicit eſſe petram, per quàm circumciſa omni imperfectione, in ipſius imaginem transformati reſurgemus. Berchorius.

Octonus dies circumciſionis typus vniuerſalis reſurrectionis. Berchorius.

Octonarius circumciſionis quo crimina ſolet abſtergere, & iſte numerus nihil aliud eſt, quam pœnitentia, ſeu etiam carnis maceratio, & abſtinentia; ſicut enim in antiqua lege puer octaua die circumcidebatur, ſibique caro ſuperflua ſeu præputium auferebatur: ſic verè dico, quod per octonarium pœnitentiæ vitiorum ſuperfluitas tollitur, & carnis delectatio, & præputij concupiſcentia maceratur. Geneſ. 17. Infans octo dierum circuncidetur. Exemplo etiam Chriſti qui volens inſtituere, & per circumciſionem pœnitentiæ nos vitijs à circumcidere debebamus octaua die voluit circumcidi. Lucæ 1. vnde, Geneſ. 21. Circumcidit eum octaua die, & notabis quod per iſtum octonarium pœnitentiæ crimina purgamus.

Defectus ploramus,
Veniam oramus,
Numina placamus,
Animos fundamus, vel,

Animas

Animas ſaluamus,

Innocentiam reparamus, &c.

Ludo. Romanus in ſing. 46. Ludouicus Romanus. Infra quantum tempus debeat probari exceptio vſuraria Hoſt. & Ioan. And. ſimpliciter in nouella dicunt, quod debet probari infra octo dies à die propoſitæ exceptionis, &c, de vndecimo Petrus Berchorius.

Petrus Berchorius in promp. Mor. Item numerus iſte eſt medius inter denarium & duodenum; & ſic ſignatur in bono, ſcilicet illos qui in bono proficiunt, & de obſeruantia decem mandatorum, ad fidem duodecim articulorum aſcendunt, & ſic vndecim diſcipulis dicitur Dominus apparuiſſe, Marc. 16. Vnde qui vndecim dicuntur in tabernaculo fuiſſe, Exod. 36. & vndecim ſtellæ dicuntur Ioſeph in ſomnis adoraſſe, Geneſ. 37. Quia ſcilicet viri iuſti, qui vndecim dicuntur eſſe; ſolent à Deo viſitari per ſpecialem dilectionem; ſolent ſicut ſaga tabernaculum tegere per diligentem defenſionem, ſolent inſuper ſicut ſtellæ ſpirituales Ioſeph. 1. Chriſtum adorare per obedientiam & deuotionem, &c. de quarto decimo Berchorius.

Berchorius. Numerus iſte poteſt ſignificare perfectionis ſtatum, quia ſcilicet conſtat ex ſeptenario ſeptem virtutum, id eſt, quattuor Cardinaliũ, & trium Theologicarũ: duplicato tamen ſeptenario ſeptem virtutum moralium, quæ ſcilicet vitijs capitalibus apponũtur. & iſte eſt numerus quattuor decimus generationum primarum de quo, &c. de numero decimo ſeptimo Cornelius Muſſus.

Cornelius Muſſus in Conc. Euang. myſterium, num. 17. Ioan. 17. Numerus 17. docti numerus, eſt ſacratiſſimus; coniungite quæſo omnes huius numeri partes vnum, duo, tria, &c. vſque ad ſeptemdecim, & habebitis centum quinquaginta tria, iſte eſt numerus piſcium electorum quos Diuus Petrus præſente Chriſto reſuſcitato cœpit, cum iuſſus eſſet rete ad dexteram in mare mittere. Et traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus inquit, & cum tanti eſſent non eſt ſciſſum rete, verum ad hanc rem non inutile erit hic ponere, quod Cornelius Gemma circa numeros annotauit.

Cornelius Gemma de nat. diuin. characteriſ. lib. 1. cap. 4. Ex quibus & illud effici video, cuncta ferè prodigia nobis diuinitus mitti, velut critica ſigna, ſiue prænuntia, quæ rerum infandas viciſſitudines ſolent præcurrere; non ſecus quam illa minora affectionum genera, (ceu floreſcentiæ raræ colores tumoreſque, & motus hominis præter naturã in rebus contentis vel continentibus obſeruantur) maius quiddam impendere ſignificant: idque multiplici modo, dum alias in vno mundorum genere fiunt, & alteri portenduntur; alias & ſigna & affectus cum cauſis intra vnius mundi limites perſeuerant. Quare rem omnem ſic optimè comprehendemus, quemadmodum morbo acuto laborantibus, certi ſunt indices dies certi, qui & iudices appellantur; litem quæ naturæ cum morbo eſt, præſtantiore officio dirimentes. Ante hanc criſim ſiue iudicium, quo ferè ad peius meliuſue mortem aut ſalutem repentina fit cõmutatio, corpus concutitur vniuerſum, ſit conflictus validus, & ſigna apparent horrenda, aſtantibus ſæpe ipſa morte terribiliora, quæ rurſus euentus ſpecies modumque

&

& qualitatem præſignificant, pro vt humores ante fuerint præparati, & virium corporis ad morbi magnitudinem relicta proportio. Hæc autem non temere dicta facile ſciet, quiſquis hiſtorias ſacras pariter, ac profanas euoluens, certum confecerit Epilogiſmum. Nam & circa creationem mundi quanta ſeptenarij dignitas aperitur? de quo plura diuinus Philo libro de opificio mundi. Hippoc. quoque de ſeptimeſtri partu. circa diluuium Noes in primis ſeptimi ac vigeſimi ſeptimi menſis mentio eſt diei decimi ſeptimi Quadrag. Anni verò quadrageſima circa viſitationem populi Iſraelitici in Ægypto poſt decem plagas, vndecima certè Pharaonem cum exercitu illius vniuerſo prorſus aſſumpſit, vtque præteream alia infinita: paſſim Legiſlator Moyſes rationem maximam habet diei quartæ, ſeptimæ, nonæ, decimæ, quartæ, vigeſimæ, quadrageſimæ, quinquageſimæ, centeſimæ, & conſimiliũ, qui apud medicos inter criticos, & contemplabiles præcipuè memorantur, ne quis extimet æternam ſapientiam non omnia certo numero, menſura, & pondere perpendiſſe.

Sicut Hippocrates *quaternarios, & ſeptenarios maxime obſeruandos tradiderit, nam quæcumque ad naturam pertinent, illa ſeptenarijs de finiri & concludi animaduerterat:* Sic nonnulli eoſdem numeros in rebus obſeruandos eſſe cenſuerunt. *Marſilius Cagnatus in coment. in hunc Hippoc. Aphoris.*

Vt Petrus Leontius qui ex numero quarto omnia componi, & à ſeptenario terminari erudite demonſtrat. *Petrus Leontius de myſterio quaternarij & ſeptenarij.*

XXV.

Æſtiuæ quartanæ plerumque breues. Autumnales longæ, & inter eas maximè quæ ad hyemem vſque pertinent.

Sicut morbi iuxta tempora in quæ incidunt, ſunt breues, aut longi, vt æſtiuæ quartanæ, quæ quando in æſtatem cadunt, vt plurimum ſunt breues; longæ verò quæ Autumnum, & maximè quæ hyemem attingunt, ſic morbi animi ſunt breues, aut longi iuxta temporum conditiones; nam v.g. tempore aduerſitatum, calamitates quæ hominibus eueniunt, longæ, tempore verò proſpero breues ſolent eſſe. Ferè enim ſemper accidit, vt res ſecundæ obliuiſci calamitatum homines faciant, & memoriam præteritorum malorum ſtatim deponere, & calamitates in rebus aduerſis durant, quia vna alias acceſit, & ipſamet miſeria neſcit ab animo aduerſa patientis diſcedere.

XXVI.

Conuulſioni febrem accedere ſatius eſt, quàm febri conuulſionem.

Oribaſius. *Vt mirum eſt, quod Hippocrates dicit affectum curare affectum, & affectum affectui eſſe calamitatem*: Sic idem eſt de rebus moralibus dicendum, in quibus, & calamitas calamitatis eſt conſolatio: vt enim inquit Syneſius, *& fuere mihi calamitates ſolatia calamitatum ad ſe ipſas retrahentes, & malum malo exturbantes*, & malum malo eſt calamitas, ſicut quando error eſt pœna alterius erroris.

Syneſius Epiſt. 57. *Vt conuulſio neruorum in corpore maximum dolorem efficit, ita fictorum amicorum ſubitanea & inconſiderata diſtractio, magnum ſæpe periculum minitatur.*

XXVII.

Nam ſi quid in morbis acutis fiat præter rationem, leuius fidere oportet, nec turbari, ſi quid temerè grauius acciderit, iſtiuſmodi enim multa ſunt incerta, nec durare diu aut perſiſtere ſolent.

Ioannes caſus in Eth. Ariſt. lib. 11 cap. 3. Vt in morbis corporis non temere confidendum ijs, quæ præter rationem leuant, nec admodum adhibenda fides, & formidanda ea mala, aut ſigna quæ temere accidunt; ſic in vitijs animi non eſt ſceleſtis fidendum, ſi boni ſtatim videantur, quia poſſunt aliquo reſpectu moti ſcelera diſſimulare, vel protrahere, nec verendum, ſi præter eorum mores, ſæua facta, & nefaria animi ſigna eo [illegible] ſpiciuntur: iſtiuſmodi enim multa nec durare diu, aut perſiſtere ſolent. [illegible] oportet in animi morbis curandis bonos medicos imitari, qui neque malis terrentur, neque bonis temere fidunt, ſed tunc ſolum ad curandum, vel ad præſagiendum permouentur quando ſecundum rationem omnia fieri conſpiciunt.

XXVIII.

Febricitantem non omnino leuiter corpus ſibi conſtare, nec minus, aut etiam plus æquo colliqueſieri malum, hoc ſiquidem virium imbecillitatem, illud morbi diuturnitatem ſignificat.

Muſa. *Quemadmodum duo ſunt quæ plerumque nonnullis ægris contingere ſolent, vnum eſt ægrorum corpora etiam notatu digne ægrotantia, in eodem ſtatu quandoque perſeuerare, & eodem*

& eodem modo abſque aliqua euacuatione permanere, quandoque ægrorum corpora magis exigua, & tenuia fiunt, quam opus ſit, & quam morbi ratio exigat, atque hæc duo inter mala indicia commemorat. Nam primum morborum diuturnitatem futurum ſignificat, ſecundum uero virium imbecillitatem oſtendit, ſic duo ſunt quæ plerumq; nonnullis animo ægris accidere ſolent: vnum eſt vitijs contaminatos in eodem vitiorum ſtatu, quandoque perſeuerare, & eodem modo abſque aliqua eorum expulſione permanere, quandoque male affectos ſe nimium macerare, & efficatioribus remedijs vti, quam opus ſit, & quam vitiorum ratio expoſtulat, atque horum primum vitia diuturna futura ſignificat, ſecundum verò virium debilitatem demonſtrat, nam nimio ieiunio ac nimis exacta abſtinentia, vires corporis & per conſequens animi confringuntur.

XXVIII.

Incipientibus morbis ſi quid mouendum videtur, moue: Vigentibus autem quieſcere multo præſtat.

Quemadmodum medici ijs quæ corpus labefactare poſſunt præcipiunt, vt ſtatim ac initio obuiam eatur, ne morbus inualeſcat, & corpus aliquod vitæ periculum ſubeat, ſic Theologi ijs quæ ad animam pertinent, eamque perdere valent principio ſuccurrere iubent; nam quæ initio facillimè curari poſſunt, ſi negligantur radiceſque altius agant, periculum eſt, ne aliquod damnum contrahant, vt de tentatione patet de qua ad hanc rem perbelle Ioannes Geminianus; *Tentationi non reſiſtens ſtatim à principio damnum incurrit, quod qui ſtatim reſiſtit euadit, cuius exemplum eſt, quia ſecundum iura, qui vim inferenti incontinenti ſe defendendo reſiſtit, reatum non incurrit, quem tamen poſt interuallum ſe vendicans non effugit. Nam ſi aliquis incontinenti legitime reſtiterit, culpas omnium delictorum tempore violentiæ commiſſorum, ſiue ex parte aggredientis, ſiue aggreſſi aliquis occidatur, in aggredientem conſtat redundare debere, vt C. de publi l. quoniam multa facinora, & ff. ſi quadru. pauper fe. l. 1. § cum arietes. At ille qui eſt repulſus cum aliquid fecerit ad vindictam, vel cum ex interuallo poſſeſſionem ſuam recuperauerit, prædonem de ea expellendo ciuiliter & criminaliter punitur, vt C. eodem l. ſi quis & inſtit. de publ. iudicijs §. fin. ſimiliter quoque criminis reatum euadit, qui legitime certando incontinenti à principio tentationi reſiſtit, ſed qui per negligentiam reſiſtendi ſe primo expoliari permittit, antequam per pœnitentiam recuperare poßit, criminis reatum incurrit. Vnde Iſidorus dicit: Calca ſerpentis caput, calca prauæ cogitationis initium anima enim præcidit carnem in crimine, repelle ergo cogitationes ab anima, & caro non peccabit. Pſal. Beatus qui tenebit, & alidet paruulos ſuos ad petram. Paruula enim ſunt ipſa tentationum initia, quæ ad Petram Chriſtum mox cum orta fuerint allidenda ſunt antequam creſcant.* *In ſum. de exemp. lib. 8. cap. 73.*

Idem eſt faciendum circa malas cogitationes, quæ ſi initio non premuntur magno animæ damno inualeſcunt, vt enim egregiè Petrus Beſſæus, *Petr. Beſſæus.*

Cogitatio parua ſæpe ſit magna Thales Milleſius. 7. Sapientum vnus Laert. 1 67 ſciſcitanti: Noſſetne ſcelera Deus & actiones hominum? ait. Quin etiam cogitationes prauas 2. Ergo, Iſa. 1. Auferte malum cogitationum veſtrarum 3. Hæ enim furunculi ſunt, quæ vt ſemel in domum ſurrepſerunt, mox ianuas reſerant prædonibus. Ecce exempla.

1 Lucifer ambitioſam cogitatiunculam admiſerat: hæc continuo grandem ſuperbiam intromittebat. Hic prædo quas clades dabat? 2 Adam, Geneſ. 3. Oculum pomo adiecit vetito: mox irrumpebat ſicarius dirus ac raptor ſuperbia. 3 Dauid, 2. Reg. 1. per feneſtram è ſolario lauantem Berſabeam vidit, & perijt. Nam mors inijt per feneſtras poſt ſuggreſſum cordi furunculum concupiſcentiæ. Et mala quanta ex tantulo?

II Paruus error in principio maximus in extremo eſſe conſueuit. Solenne eſt: Ex parua ſcintilla magnus ignis. 1 Ariana hæreſis an non vel ab vno iota exorſa eſt. 2 Paruulus lapillus, Daniel. 4. quantam quanta ſtatua ſtragem attulit? 3 Et vero nunquid ſimile eſt regnum cœlorum grano ſinapi, quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus, cum autem creuerit maius eſt & omnibus arboribus, & fit arbor: ita vt volucres cœli veniant, & habitant in ramis eius. 4 Et vice verſa an non ſimile eſt regno inferorum grano ſinapis, &c. Ita in magnum exeunt orta à paruo peccata. Quid minus concupiſcentiola? Attamen, vt Ariſtot. teſte l. 3. de anima, nihil in intellectu, quod non prius fuerit in ſenſu, ita nihil anima quod non prius concupiſcentia. Et opus ſi fuerit improbum, maior ante fuit in animo improbitas. Nam propter quod vnum quodq; eſt tale. Ariſt. 4. poſter. Quare ſuffoca, & elide paruulos exclude latrunculos & ab latronibus ſecurus ages.

3 Pharao, Exod. 2. ab infantibus extirpationem eorum quos oderat inſtituebat ſeruatus eſt vnus Moſes; iſque in exitium Pharaonis & excidium AEgypti, ſic age ad ortum peccati.

2 Herodes Matth. 2. ſuo regno conſulebat ab infanticidio. ſic & Athalia. Tu anima Nam Pſalm. 106. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad Petram 1 Corinth. 10. Petra autem eſt Chriſtus.

3 Sic Auguſtinus ait, infeſtatum ſe cogitationibus ad pedes crucifixi, ſe abieciſſe ac ab ijs reſpiraſſe. Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas.

4 Vincit cor latentes inſidias, & irruptiones violentas, quam diu Exod. 17. Moſes in monte manus tenet rectas in cœlum, id eſt, mens vigilat in oratione.

Aquila, ait Plin. lib. 8. pullos genuini ſint, an ſpurij ad ſolis probat examen, hunc ſi infracto intueri queant oculo. Sic age anima cogitata quæ procreas ad iuſtitiæ ſolem adhibe ſi recto intentionis oculo in Deum tendant, foue, abijce.

Philippus Boskerius in leg. Apoſtolic. hom. conc. 25.

Prouideant & ijdem, vt principijs quoq; obſtiterint; & adſit cum gratiæ Numinis dextra & cura hominis.

Modicus enim ignis, & vix ſcintillula, quantam ſyluam non raro incendit.

Flumina quanta vides paruis ex fontibus orta?

Fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit.

Extillans per tenues rimas initio leniſſimè extra alueum, ac vix aliud quã exundans, vnda fluminis; paulò poſt neglecta quam læte ſternit lata læta boumque labores? Virgil.

Cœli pluuiolæ vix atomis grandiores, vel matis ſtillulæ ſenſim influentes

tes diutius, à Nauarchis neglectæ, quam multa ingentiaque nauigia perdiderunt.

Febricula neglecta, quam ſæpè robuſtiſſimum quemque enecauit!

Paruus error in principio quantus eſt in fine!

Vno admiſſo abſurdo, quam multa ſequuntur abſurda;

Qui contemnit minima quo non paulatim decidit,

Initio obex paruulus aut aggeſtus ex tribus glebulis, obiectus irrepentib. aquis totum agrum ab inundatione non raro poſſit tueri.

Tantillum aquæ opportune ſuperfuſum ingens ſiſtat incendium.

Catapotiolum, pilulæ ternæ, aut quaternæ, aut venæ ſectio, integram valetudinem ſæpe reſtituerit.

Negatiuncula alterius præmiſſarum, aut diſtinctiuncula ſorbonica ſiſtat totum inſidioſæ diſputationis curſus, & velut torrentem, ſero medicina paratur. *In Epiſt. ad Gal.*

Cum mala per longas inualuere moras.

Perpetua eſt hæc Satanæ conſuetudo, vt primum peccata, adeoque paſſiones, quoad eius fieri poteſt, extenuet, eoque hominem adducat, vt eas tanquam leues, paruique momenti nihil curet, quod ſcilicet hominem alioqui ad maiora & grauiora ſcelera trahi minimè poſſe perſpectum habeat. *Eccl. 19.1.* Vnde etiam Chryſoſtomus hanc eſſe cauſam ait, quamobrem atrocioribus peccatis aditus ad nos pateat, quod in minoribus non eam, quàm par ſit, correctionem adhibeamus. *Pſal. 136.9.* Qua quidem in re ad illud Scripturæ reſpicere videtur; Qui ſpernit modica, paulatim decidet. Et illud: Beatus, qui tenet, & allidit paruulos ſuos ad petram. Et hoc: Qui amat periculum, in illo peribit. *Eccl. 3. 21.* Atque vt clarius illud oſtendat, hac ſimilitudine vtitur: Quemadmodum in corporibus humanis, qui vulneribus ſuis medicinam adhibere negligunt, febres ac putredines, atque adeo mortem quoque ipſam ſibi acceſſunt; eodem modo in anima, ij qui exigua peccata parui pendunt, maiora inuitant. S. Ephrem ait: Niſi citius paſſiones, quæ in te cernuntur, ſuſtuleris, vlcus efficiunt; niſique paruam putredinem curaueris, in infinitum excreſcet, omnemque ſubſtantiam tuam corrumpet. *De perfect. Mon.* Niſi citò exterminentur morbidi affectus, infinitam quandam rerum diuinarum, propriæque ſalutis contemptionem pariunt. Id demonſtrat experientia. D. Auguſtinus item vt indicet pluribus leuibus (paſſionibus) animam opprimi poſſe, ſimilitudinem à pluuijs ducit, quæ tametſi guttatim labantur, flumina tamen implent, ac domos ſubruunt. *De 10 chor. lib. 1. Epiſt. 11.* Quod idem etiam ait de arenæ granis, quæ tametſi minutiſſima ſint, tamen ſi plus æquo his naſſis oneretur, non eſt dubium, quin cōfeſtim peſſum itura ſit. D. Cyprianus accinit his verbis: Ne diabolo inſidianti, & ſæuire cupienti ad nocendum *De ſing. Cler.* detur occaſio, initio malum fugiendum eſt, liberandaq; eſt vigilanter de periculoſis locis nauis, ne inter ſcopulos & ſaxa frangatur; exuenda eſt velociter de incendio ſarcina, prius quàm flammis ſuperuenientibus concrematur: Nemo diu tutus eſt periculo proximus. Et alibi: Aduerſa eſt confidentia, quæ periculis vitam ſuam pro certo commendat; & lubrica ſpes

 eſt,

eſt, quæ inter fomenta peccati ſaluari ſe poſſe ſperet; incerta eſt victoria, inter hoſtilia arma pugnare; & impoſſibilis liberatio eſt, flammis circumdari, nec ardere. Verendum eſt dormienti in ripa, ne cadat. Et alibi: Diaboli primis titillationibus obuiandum eſt, nec coluber fouendus eſt, donec in ſerpentem formetur. In hac parte expedit plus bene timere, quàm malè fidere, & vtilius eſt, vt infirmum ſe homo cognoſcat, quàm fortis videri velit, & infirmus emergat. De qua re præſumptores obiurgat Apoſtolus, dicens: Si quis putat aliquid ſe eſſe, cùm nihil ſit, ſeipſum decipit. Pro certo implanator propiùs animam ſuam decipit, qui non cauendo contraria, noxijs rebus ſemetipſe immiſcuit. Ille autem tutiùs ſibi conſulit, qui circa malos ſemper infidus ſpecies quaſcunque noxias ſemper extimeſcit. Hæc Cyprianus D. Hieronymus: Dum paruus eſt hoſtis interfice, nequitia ne zizania creſcant, elidatur in ſemine. Gregorius M. Si parua curare negligimus, inſenſibiliter ſeducti, audacter etiam magna perpetramus, S. Auguſtinus: Qui ſunt paruuli Babyloniæ? naſcentes malæ cupiditates; ſunt enim, qui cum veteri cupiditate rixantur. Quando naſcitur cupiditas, antequa robur faciat aduerſum te mala conſuetudo cum paruula eſt. Ne enim cupiditas nequam prauæ conſuetudinis robur accipiat, cum paruula eſt, elide eam. Sed times, eliſa non moriatur, ad petram elide. Petra autem erat Chriſtus. In petra ædificamini, ſi non vultis tolli, aut à ventis, aut à pluuia. Narrat de ſene quodam Dorotheus, quod hortum cupreſſis conſitum obambulare cum diſcipulis ſolitus fuerit, eiſque præceperit, vt nunc tenellas, nunc annoſas arbores euellerent, quibus dicto obſequentibus. Ita, inquit, affectus tenellos facile extirpamus, annoſos difficillime, ſicut vos tenellas arbores facilè, annoſas verò difficillimè euulſiſtis. Gregorius Nazianzenus Diabolum ſic alloquitur.

De ieiun. & tent. *Gal 6 5.* *Ep. 22 ad Euſtoch. 10.* *Mor. c. 14.* *In illa verba: Qui tenebit,* *&c. p. 136.* *Doroth. Doct. 11.* *In carm. adu. diab.*

Tu minimis primò vitijs in pectora noſtra
Influis, ac velut exiguis illaberis vndis.
At, ſimul atque tibi datus eſt locus, illico magnus
Irrumpis, rapideque fluens latiſſimus amnis:
Donec me chaos abripias, barathrumque profundum.

Epiſ. 4. 77.

Quare non immerito Paulus nos admonet, ne locum Diabolo demus, rectè alius;

Ouid.

Principijs obſta, ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas inualuere moras.

Et alius:

Num. 6. 9.

Opprime dum noua ſunt, ſubiti mala ſemina morbi,
Nam mora dat vires,

Caput ſerpentis conterendum eſt: initijs ſolicitè conſtanterque reſiſtendum eſt. Præcepit olim Deus, vt ſi ex inſperato mortui occurſu aut contactu quis pollueretur, ocius raderet capillitium. Sic cùm primùm homo ſe cognouerit paſſionibus illigari, nouacula celeritatis illos reſecet. Emendatio difficillima, vbi illæ inualuerunt. Difficultatem hanc curandi inueteratas paſſiones, innuit textus egregia hac figura: Purgaturus Deus labia

Hieremiæ

Hieremiæ Prophetæ adhuc pueruli, ſolo vtitur digito; at illud ipſum Iſaiæ vtcunque ætate grandæuo præſtiturus, grauius adhibet remedium, nempe igne. Elephas adhuc iunior genua facilè flectit, quæ temporis ſucceſſu columnæ inſtar rigeſcunt. Fax recens extincta lumini appoſita citiſſimè accenditur, aſt penitus emortuo lichno, non niſi difficulter. Paſſio initio neglecta, conſuetudine roboratur, & fit captiua captiuitas, & dominatur homini omnis iniuſtitia. Qui delicatè à pueritia nutrit ſeruum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. Faciliùs eſt, Seneca teſte, initia affectuum prohibere, quàm impetum regere. D. Paulus ad Timotheum ſcribens, licet bene ſanctum, monet iuuenilia vt deſideria fugeret, ſectaretur verò iuſtitiam, fidem, charitatem. At paruum eſt initio malum? ſed facit te audacem ad maius patrandum. Semen eſt; ſed magna ex eo progignitur arbor. Stillicidium eſt, ſed contignationem diſſoluit. Capillus paruus euertit ſtatuam Nabuchodonoſoris. Scintilla magnum excitat ignem. Paruus error in principio, magnus fit in fine. Clauus inutilem bombardam reddit. Furunculus magnis furibus aditum patefacit. Ruga minima dehoneſtat faciem. Catulus blandus eſt, leo factus, prædam capit & deuorat. Arius in Alexandria vna ſcintilla fuit, inquit D. Hieron. Sed quia non ſtatim extincta eſt, totum orbem eius flamma depopulata eſt. Lutherus in Germania parua quædam ſcintilla fuit, quæ initio opprimi potuerat, ſed neglecta tantum nobis incendium excitauit. Dina voluit videre mulieres regionis, & corrupta eſt. Dauid aſpexit fœminam, & factus eſt adulter, & homicida. Quis tam amens, qui cum poſſit, vulnuſculum curare, exſpectat tamen dum lethale fiat? Ioſephus contagium mulieris, vt ait Ambroſius, iudicauit, ſi diutiùs moraretur, ne per manus adulteræ, libidinis incentiua tranſirent. Itaque veſtem exuit, crimen excuſſit, & relictis quibus tenebatur exuuijs, ſpoliatur quidem, ſed non nudus aufugit, qui erat tectior indumento pudoris. Dauid cucurrit ad pugnam cum Philiſthæo ineundam; ſic nos feſtinare debemus paſſiones vt profligemus penituſque exterminemus. Quia ergo paſſiones, per eſcæ ſuauitatem, adhamant animum, pungunt, mordent, transfigunt, veneno inficiunt, atque conficiunt, quam primum, mora omni abrupta, eas tolle, confice ô homo; colubrumque non foue, dum in ſerpentem formetur, vt monet D. Cyprianus.

Prou. 29. 11. *Eph. 56.* *2. Tim. 2.* *Lib. 3. comment. in 5. c. ad Gal.* *Lib. de Ioſeph c. 5.* *1. Reg. 17.*

XXX.

Circa initia, & finem morborum remiſſiora ſunt omnia, in vigore vehementiora.

Quemadmodum in corporum morbis, initia, & fines ſunt remiſſiora: ſic in animi morbis, ac calamitatibus: *nam initia magnarum calamitatum plerunque ſunt leuia, & pene ridicula, & vt omnibus innoteſcit fines calamitatum ſunt aliquando tam leues, vt fere fugere videantur,* quare, *initio inhibere peſſimi affectus oportet*

Quidam. Dionyſius Halicar. lib. 5

te incipientes donec debiles ſunt, & infirmi: nam vehementes magnique euelli nequeunt.

XXXI.

Si a morbo belle comedenti corpus non proficiat, malum.

Sicut malum eſt ſignũ quando conualeſcentes cibum appetunt,&cibum capientes copioſiorique vtentes non proficiunt, nec corpus corroboratur edendo: ſic malum indicium eſt quando quis nuper vitia deſeruit, virtutes & bona appetat, ijſque mentem nutriat, & non proficiat.

Anton. de Rampegolis.

Manducauerunt, & ſaturati ſunt, Pſal. 77. videmus quod appetitus hominum ſunt diuerſi, prout reperitur in viribus digeſtiuis diuerſitas: nam quidam adeo habent calorem naturalem accenſum, quod ſtatim digerunt ſumptum cibum, hi enim ſæpe comedere indigent, Alij verò melius digerunt, rarius comedendo, quoniam magis remiſſum habent calorem, & ſi nimis frequenter comederent, faſtidirent: ſpiritualiter; Diuerſæ ſunt animarum diſpoſitiones. Quidam enim adeo feruent charitatis amore erga Sacramentum illud, quod ſi omni die recipiunt, bonum inde ſalutis nutrimentum recipiunt. Aliquibus enim tanta eſt timoris reuerentia, quod non præſumunt illud recipere niſi raro, vtraque tamen rationabilis cauſa eſt & bona.

Figuram vtriuſque habemus in Euangelio. Ille namque qui dixit Domino Matth. 8. Domine non ſum dignus, &c. Laudatus eſt à Domino, quòd non inueniſſet tantam fidem in Iſrael. Zachæus autem, qui recepit lætanter, & gratanter dominum in domo ſua: Luc. 9. à Domino benedictus eſt vnde ait Dominus. Salus huic domui hodie facta eſt, expoſitio clara eſt. Aug. ad Ianua. lib. primo. Ille namque non audet honorando ſumere, & ille non audet honorando illum diem præterire contemptum ſolum non vult cibus iſte.

Comede quod ſufficit Prouerb. 25. Finita & terminata eſt quantitas refectionis, & neceſſitatis humanæ, quam ex eo quod voluptas ſupergrediatur, nihilominus natura ſuperfluum non capit ſed recipit, nec plus nutrit nec melius quia neceſſitatem tantum natura ſibi aſſumit pro nutrimento. Spiritualiter, &c.

Index

XXXII.

Qui aduerſa valetudine abunde initio comedunt, nec proficiunt, ij ferè tandem omnes in cibi faſtidium incidunt: contra qui initio forti inedia vſi, cibum poſteà appetere incipiunt, in valetudine facilius liberantur.

Sicut qui aduerſa valetudine abunde initio comedunt, nec proficiunt in cibi faſtidium incidere ſolent: contra qui initio inedia vſi, cibum appetere poſteà incipiunt benè appetunt, & comedunt. Sic de vitijs vſu venire ſolet; nam qui vitijs laborant in aduerſitate bonas cogitationes concipiunt, at non proficientes in earum faſtidium incidunt: & aliquando vitijs contaminati qui initio nullas bonas cogitationes concipiebant, nec verba ſana audire volebant, paulò poſt viſi bona opera appetere, & in eis magno cum fructu proficere.

Sicut corpus eorũ qui alimenta non ſentiunt, refici & proficere non poteſt, quadere cibum male appetet. *ſic reprobi adeo cœleſtis doctrinæ faſtidio laborãt, vt frequenter ne aure quidem corporis verba Dei audire dignentur. Quod ſi aliquando audiant, non in hoc audiunt, vt meliores euadant, neque doctrinæ præceptis formandos præbeant, ſed in alios vſus, qui nihil ad hoc conducant.* Lud. Granat. tom. 2. Conc. ſerm. 4. poſt Dom. in Taſi. Conc. 3.

XXXIII.

In quouis morbo valere rationem, recteq; ſe ad ea quæ aſſumuntur habere bonum, contra vero habere ſe, malum.

Sicut *in morbis corporis rationem conſtare ac valere, ad ea quæ ſumuntur eſt bonum, contra vero ſe habere malum.* Sic in vitijs animi bonum eſt mente conſtare, appetentiam virtutum, & deſiderium remediorum habere, contra verò malum, quando appetentia rerum bonarum aboletur, mens non conſtat, & appetendi facultas non viget.

Sicut *in corporum morbis intelligimus rationem non valere quatuor modis Primo, quod æger deliria loquatur, & abſurda. Secundo, quia motus habet incompoſitos. Tertio, quum omnino mutatus eſt moribus & ingenio. Quarto, quod cum magna ſit doloris cauſa, dolorem tamen non ſentit.* Sic iiſdem de cauſis in animi affectionibus 1. quando homines deliria cogitant, & abſurda operari conantur. Secundò, quando eorum actiones ſunt inordinatæ. Tertiò, quando mutationem fecit morum, nempe bonorum in deprauorum. Quartò, quando peccata non viget, vel vitiorum nullum percipit dolorem, neque etiam vllam habet pœnitudinem. Iacobus Hollerius.

Ibidem.

Sicut *ægri ad ea quæ offeruntur non rectè ſeſe habent multis modis: aliquando enim cibos non appetunt, & tamen oblatos ſumunt, hi ſatis bene habent, plurimi vt auerſantur multos cibos, hos tamen vel illos appetunt, & capiunt, qui ſatis etiam bene habent, ſunt alij qui aliquando cibum quempiam deſiderant, ſed oblatum reſpuunt ſtatim, hi habent deterius: aliqui ſunt qui de re uera cibos omnes omnino aduerſantur, neque vnquam quicquam deſiderant, ſe peßime omnium habent: ſiquidem in his omnino extincta eſt facultas appetitrix.* Sic animo ægri eodem modo ſe habent; nam aliquando bonas actiones non appetunt, tamen bonis oblatis exemplis ea imitantur. Sic ſatis bene habent; plurimi anerſantur multas rectas operationes, quæ animum nutriunt, tamen has vel illas appetunt, quod ſatis etiam bene habent; ſunt qui præclaras actiones aliquando exoptant, ſed oblatas reſpuunt ſtatim: & hi habent deterius. Aliqui ſunt qui reuera omnes bonas actiones auerſantur, nec vnquam quicquam boni deſiderant, hi omnium peſſime habent; ſiquidem in his extincta eſſe videtur conſcientia, ratioq; bene bonum appetendi.

XXXIIII.

Minus periculosè ægrotant quorum vel naturæ, vel ætati, vel conſuetudini, vel tempori, familiaris morbus eſt, quam quibus horum nullo affinis cognatuſque exiſtit.

Franciſcus Valeſius.

Sicut *morbi congruentes naturæ, habitui, ætati, aut regioni dicuntur, qui ſunt ſimiles & in quos homines illius naturæ habitus, & ætatis, & regionis facilius incidunt: non congruentes ſunt contrarij: docet ergo* Hippoc. *in quouis morbo minus periclitari eum, cui is morbus congruat, ſecundum naturam, habitum, ætatem, regionem, quam eum cui ſecundum nihil horum congruat; nam is cui congruit ex leuiori cauſa cœpit ægrotare, quare cum curationis maxima pars ſit in ſublatione cauſæ, facilius curabitur.*

Idem de vitijs animi eſt aſſerendum, cum animus dum eſt corpori alligatus, eius temperaturam ſequatur, nam & ratione ætatis, ac regionis habent homines quædam vitia, in quæ quamuis facilius incidant, à periculo tamen ac ſcandalo ſunt immunia.

XXXV.

In quouis morbo partes quæ ad vmbilicum & infimum ventrem attinent, eas craſſiores eſſe præſtat. Harum ſiquidem extenuatio & tabes mala, ſed ad inferiores quoque purgationes parum tuta.

Iacobus Hollerius.

Sicut quum accedimus ad ægrum, inſpicimus quomodo ſe habeant partes media

dia à mucronata cartilagine ad pubem vſque. Primum ergo inducimus manum ſupra vmbilicum, vt cognoſcamus num quis ſit calor præter naturam in ventriculo. Deinde manum transferimus ad hypochondria, vt videamus num quis ſit illic calor præter naturam maior quam in alijs partibus, aut etiam durities, aut tumor. Si ſit durities aut tenſio aut hypochondrio ſiniſtro, non admodum curamus, ſiue ſit à liene, ſiue etiam à flatibus. Poſtremo manum ducimus ſub vmbilicum ad pubem, quia hic ſolent ſæpe oriri tumores præter naturam. Si itaque manu admota neque ſit calor præter naturam, neque tenſio, neque tumor, bene eſt. Si præterea corpulentus eſt & mollis totus venter, bene eſt. Indicio enim eſt muſculos abdominis eſſe carnoſos, & præterea multum pingue ineſſe: vnde calor natiuus ſubiectarum partium eſt robuſtus, rectiuſque fit concoctio & ſanguificatio. Contra, aliquando reperimus calorem præter naturam, & tenſa magis hypochondria: aliquando venter qui antea intumeſcebat, & inanatus, & extenuatus, quod peſſimum eſt, & vt ſignum, & vt cauſa. Signum enim eſt, pingue eſſe abſumptum, & muſculos contabuiſſe. Cauſa vero quod ciborum concoctio probat non fiat in ventre, neque ſignificatio in hepate. Quin etiam cum ad purgationes inferiores, hoc eſt, excretiones vel fæcum vel vrinæ, oporteat robur adeſſe muſculorum epigaſtrij, & præterea inteſtinorum, ſi hæ partes ſint extenuatæ & imbecillæ, purgationes per infernas minus recte procedent. Sic cum ſpirituales medici ad animo ægros accedunt, inſpicere debent, quo modo ſe habeant potentiæ mediæ, id eſt, ex quæ nondum vitijs fuerunt affectæ & mentem ſuper eas extendendo, cognoſcere num ſit aliquod vitium: deinde conſiderare an illud vitium ſit magnum, nec ne, quid ſit, quale ſit, & à qua cauſa originem trahat: poſtremò extendere mentem ſuper appetitum concupiſcibilem, & iraſcibilem, in quibus ſolent ſæpe vitia & peccata exoriri; ſi itaque mente admota nullum vitium inueniatur, bene eſt: ſi præterea animus eſt bene compoſitus bonum eſt; inditium enim eſt eos appetitus eſſe rationi conſentaneos, ac obedientes: è contra ſi vitia reperiunt, malum eſt ſignum: ſignum enim eſt ſenſum rationi non ſubijci, rationem non valere, & animum non poſſe ſpiritualia alimenta in optimam ſui ſubſtantiam conuertere.

XXXVI.

Qui corporum ſalubritate ſunt præditi, purgante hauſto medicamine ſtatim deficiunt, vt qui prauo alimento vtuntur.

Sicut medicus abſtinere debet à medicamentis purgantibus in ſanis, quia ſi hi purgentur, viribus facile exoluuntur: ſic reprehenſiones ac fraternæ correctiones in innocentes nec in eos qui prauis actionibus dediti, reprehenſiones audire omnino recuſant, correctoreſque certo ſciunt ſe nihil profecturos correctione, cadere non debent.

XXXVII.

Qui integra ſunt corporis valetudine, medicationes ægrè moleſteque ferunt.

Quemadmodum eſt contra medicæ artis præcepta, vt medicus ſine cauſa eos expurget, qui integra ſunt corporis valetudine, quia medicationes ægrè moleſteque ferunt: *ſic eſt contra conſcientiam, quod aliquis punitur ſine culpa, & cauſa; quia in bona politia Princeps non poteſt aliquem præmiare ſine ſuo merito: igitur patet conſequentia, quia ſicut ſe habet præmium ad meritum, ita punitio ad culpam, & eſſet contra conſcientiam, ſi aliquem præmiaret de bono communi ſine aliquo merito: ſecundo nihil contra conſcientiam eſt licitum, ſed iniuſtum eſt quod princeps alicui iniurietur ſine culpa ſua, igitur maior patet de ſe, quia nullum iniuſtū, eſt, ſine ſuo demerito, quia dicit Albertus, quod ſæuiſſimum eſt innocentem punire ſine ſua culpa.*

Buridana q. 4. lib. 2.

†

Dionyſ. de regno orat. 3.

Vtilia Medicamenta ægrotantibus quidem ſunt vtilia, ſanis autem ſuperuacua: amicitia autem non modo ſanis opus eſt, ſed & ægrotantibus: & cuſtodit quidem diuitias, ſuppeditat autem neceſſaria paupertati: clariorem reddit gloriam atque obſcurat ignominiam: vnum autem hoc difficilia quidem omnia minuit, bona omnia auget, quæ enim calamitas extra amicitiam non intolerabilis: Et quæ fœlicitas abſque amicis non ingrata.

XXXVIII.

Paulo peior, ſed ſuauior cibus ac potus, meliori quidem at ingrato præferendus.

Sicut prudentes medici concedunt aliquando cibos ac potus, qui ægrotis placent, licet deteriores ſint melioribus, ſed minus ſuauibus; idque faciunt quia ſi nihil eis indulgerent, curationis impatientes medicíſq; inobedientes redderentur. Sic Principes, & Eccleſiaſtici, populis ægris aliqua concedunt, quamuis mala, & in multis conniuent ne homines prorſus contumaces ac inobedientes reddantur, maiora mala euitent, & in maiora ſcelera, ſi leuiora mala denegentur non præcipitent, & vt inquit Caſus.

Ioan. Caſus, lib. 1. cap. 7. ſphæra ciuitatis.

Deus multis parcit, in multis conniuere ſolet. Quod malum eſt iuſtitia vetat, politica tamen experientia malum aliquando tolerat, tolerare malum non eſt probare id malum. Ferox, immanis, truculenta eſt natura humana, conſilio ſemper non regitur, iudicio non coercitur. Hinc tolerantiam malorum quædam irrepſit in ciuitatem, hinc lupanaria, hinc vſura; non quod iuſta reſpublica hæc mala approbet; Sed quod (ne grauiora mala ſequantur) permittenda cenſeat: ſed ita permittenda, vt peccantes impune ſuum ſcelus non ferant. Nam perſiſtentes in his malis inter viuos maledicti, inter mortuos inſepulti, idque

legum

legum cenſura iacent. Permittit ergo lex, & tamen prohibet: tolerat, & tamen percutit: ſic clauſis quaſi oculis videt hac mala, ne nimis perſpicax videret monſtra. Quæ certe non ſine ſepulchro & naufragio ſui cerneret, ſi in multis yſdem quæ magnis malis aliquando non conniueret: quippe tanta eſt infirmitas humana, tam facilis deſcenſus auerni, vt ſæpe lapſu prohibito in immanitatem ſceleris præcipantius cadat.

XXXIX.

Magnam partem ſenes iuuenibus minus ægrotant; ſemel autem diuturnis morbis correpti, ferè vnà moriuntur.

Sicut ſenes iuuenibus magna ex parte minus ægrotant, verum ſi ſemel diuturnis morbis corripiuntur ferè vna moriuntur, ſic vitijs minus quam iuuenes laborant, & minus etiam peccant, ſi non omnino ſaltem maxima ex parte: at ſi vitia ſenibus accedunt, plerunque cum ijs commoriuntur.

XL.

Deſtillationes & grauedines coctionem in valde ſenibus non admittunt.

Sicut medici ponunt exempla morborum in ſenibus vix curabilium; raucitates enim & raucitatis ſoboles, vt aſthma, & phthiſis, omneque genus catharri, ac ſymptomata frigidi catharri, non coquuntur in ſenio iam confectis, frigidum enim eorum corpus: ſic inſpectores morum, affectuum dant exempla, qui in ſenibus difficillimè curantur: vt ſuſpicio, nam vt inquit Peucerus *ſenes natura facile proni ſunt ad ſuſpiciones, nec facile eas deponunt; vt Zelotipia nam vt inquit Petrus Dirlendus in libello de amore nunquam ſenes Zelotipi Zelotipiam deponunt. vt credulitas.* *Ioan. Liebautius in ſcholia huius Aphor.* *Petrus Dirlendus in lib. de amore.*

Stat dubius tremuluſque ſenex ſemperque malorum:
    Credulus, & ſtultus quæ facit ipſe timet,
Laudat præteritos præſentes deſpicit annos,
    Hoc tantum rectum quod facit, ipſe putat. *Cornelius Gallus.*

Vt arrogantia ac loquacitas

Se ſolum doctum, ſe iudicat eſſe peritum,
    Et quod ſit ſapiens deſipit ipſe magis.
Multa licet nobis referens eademque reuoluens
    Horret, & alloquium conſpicit ipſe loquens.
Deficit auditor, non deficit ipſe loquendo,
    O ſola fortes garrulitate ſenes. *Idem.*
Omnia nequicquam clamoſis vocibus implet,

Nil ſatis eſt horret, quæ patuere modo.
Arridet de ſe ridentibus ac ſibi plaudens
Incipit opprobrio lætior eſſe ſuo.
Hæ ſunt primitiæ mortis his, partibus ætas
Defluit.

Buridana lib.8.queſt. vlt. in polit. Ariſtot.

Vt illiberalitatas. nam ſunt illiberales, & per ſe ipſi conſiderati, & comparatiuè iuuenibus illiberaliores, quod quidem probat Buridana his rationibuſue *ſenes pluribus indigent, & pluribus impotentijs naturalibus ſubyciuntur: iuuenes ergo ne natura deficiat in neceſſarijs, inclinat ſenes ad relucendum: ſecunda cauſa eſt quia ſenes ſunt magis experti de bonitate, vel malicia bonorum, ipſum alium quo ad abſentiam, & præſentiam quam iuuenis: tertia cauſa eſt quia ſenes ſunt magis experti circa varietates huius mundi quam iuuenes, & ideo iuuenes non curant ſe exponere pro illis veſtibus: quarta cauſa eſt quia iuuenes non ſciunt quantum pecuniæ ſint ſeruandæ ſicut ſenes*, & ſic de multis alijs.

X L I.

Qui ſæpe vehementer ſine cauſa manifeſta animo linquuntur, ij derepente moriuntur.

Sicut apud medicos eſt prognoſticum repentinæ corporum mortis, nam qui crebro, & multum citra manifeſtam cauſam exoluuntur, repente moriuntur: ſic apud Theologos eſt prognoſticum ſubitæ animarum mortis, nempe hæreſis, quando quis à gremio Eccleſiæ diſcedit.

X L I I.

Apoplexiam fortem nullo prorſus modo, debilem ægrè curaueris.

Sicut medici apoplexiam vehementem nullo prorſus modo curant; ſic Philoſophi morales flagrantem luxuriam ægrè ab animo depellent. *Valde namque eſt quod caro deorſum trahit, & ſemel ſpecies formæ cordi per oculos alligata vix magnitudinis manu ſoluitur*, vt inquit Diuus Hieronymus, & Iulius Mazarinus.

Iulius Mazarinus conc. in Pſ. conc. 8. part. 8.

Luxuria difficile curatur, idque ob procliuem naturæ in malum inclinationem, ob occaſionum frequentem numerum, quod eius obiecta ſint perquam ſenſibilia, quodque plurima ipſi ſint portæ omnes patulæ, per quas ad cor patet tranſitus, ob animæ excæcationem primogeniti eius, ob inconſiderationem, præcipitationem, inconſtantiam, ob ſui ipſius amorem, ob Dei odium, ob affectionem mundi, ob honorem futuræ vitæ, ob huius deſperationem qui caſus concomitanter, indiuidue, & ſubſequuntur vitium hoc. Superne inſit Ariſtoteles luxuriam adimere mentem ſapientibus. Veneremque dicit fallacem, & ſubdolā:

Lib. 7. ethi.

vates Oſeas. auferre cor hominis. Daniel firmare oculos cælo. Declinauerunt oculos ſuos, ne viderent cœlum: adde quod ſcortator, & laſciuus nullatenus vllam queat perferre correctionem: Verbum ſapiens quicunque audiet iuſtus laudabit & adijciet: audiet luxurioſus, & diſplicebit ei, & proijciet poſt tergum ſuum, vt nunquam corrigatur, emendetur ve ni admodum difficulter, & non dabunt cogitationes ſuas, vt conuertantur, quia ſpiritus fornicationum eſt in medio eorum, & non cognouerunt homines, vel poteſt interpretari de zelo iuxta illud D. Cypriani.

Dan. 13.

Oſea 5.

Mala cætera habent terminum, & quodcunque delinquitur, delicti conſummatione finitur, in adultero ceſſat facinus perpetrato ſtupro, in latrone conquieſcit ſcelus homicidio admiſſo, & prædoni capacitatem ſtatuit poſſeſſa præda, & falſario modum imponit impleta fallacia. Zelus terminum non habet, permanens iugiter malum, & ſine fine peccatum eſt, quantoque ille, cui inuidetur ſucceſſu meliore perfruitur, tanto inuidus in maius incendium liuoris, ignisue inardeſcit. Vel de inſana diuitiarum cupiditate.

Cyprian. ſermon. de zelo & liuore. Iacobus Hollerius.

Veſana diuitiarum cupiditas eſt morbus inſanabilis, fornax quæ nunquam extinguitur, tyrannis per orbem longè diffuſa, diuitiæ ingratæ ſunt, fugitiuæ, homicidæ, crudeles, & implacabiles, beſtiæ incurabiles, præcipiuum vndequaque præruptum, ſcopulus aſſiduis plenus fluctibus, mare innumeris ventis agitatum, tyranni acerbè imperantes, nunc quouis barbaro ſæuiores, inimicæ irreconciliabiles, quæque nunquam erga eos, à quibus poſſidentur remittunt ſimultatem. vel de auaritia quæ idem ſonat, vt enim Geminianus.

† *Chryſo hom.*

Tertio eſt in apoplexia morbi inſanabilitas: Nam ſicut dicit Hippoc. quando apoplexia eſt fortis habens eam non ſanatur: Si vero debilis, eius ſanatio non eſt facilis. Hæc inſanabilitas inuenitur in auaris, vnde Philoſophus dicit quod illiberalitas quæ pertinet ad Auaritiam eſt inſanabilis Hierem. Inſanabilis facta eſt plaga tua. dum enim cætera vitia ſeneſcunt in homine ſola auaritia iuueneſcit, & Leonardus de Vtino.

† *Ioan. Geminianus. Ariſt. in Eth. Hiere. 30.*

Peccatum auaritiæ eſt æquè inſanabile ſui periculoſitate, ſicut peccatum in Spiritum ſanctum eſt inſanabile ſui grauitate. Ratio iſtius concluſionis eſt iſta: nam peccatum in Spiritum ſanctum eſt inſanabile, ex parte contemptus. Puta quia homo contemnit vel miſericordiam diuinam, vel aliquid horum, per quæ hominis peccata ſanantur, & talis inſanabilitas facit maiorem grauitatem: peccatum auaritiæ habet inſanabilitatem ex parte defectus humani, in quem procedit ſemper natura humana, quia quo aliquis eſt magis deficiens: eo magis indiget adminiculo exteriorum rerum: & non magis in auaritia labitur. vnde propter talem inſanabilitatem auaritia eſt periculoſius peccatum. vel de maledicentia, ſiquidem.

† *Leonardus de Vtino in quadrageſimali, &c.*

Hoc grauiſſimo malo, & peccato difficile remedium adhiberi poteſt: Facile ſane illud in hominum animos ſerpit, quia hilaritatem atque oblectationem præ ſe fert, animi gratia inchoari ſolet, & ſine animæ gratia finiri ſolet: nam cum familiares ſermones conferuntur, contingit ſæpe huiuſmodi obtrectatores de omnium honoribus detrahere, & virginum illuſtrium virorumque exiſtimationem rodere. Neque aliquis in ciuitate reperietur, quem illi in vituperationem non adducant, quaſi cuius famam non

† *Gaſpar Sanchez in conc. ſer. 6 poſt dom. 5. in paſſio. conc.*

liberè carpant ac maledico dente vituperent, cui quidem cum ab his detractoribus in integrum reſtitui fama debeat, difficillimè ab eis efficitur: ægrè enim ferunt cum ipſi confeſſarij præcipiunt, vt vel ſe ipſos reuocent, & falſam orationem recantent: vel eorum famam, de qua in circulis maledice detraxerunt, in primum ſtatum reſtituant, vnde in caſus inextricabiles incidunt. ô miſeros vos atque infelices! in magnas enim adducemini anguſtias, cum iudicium de hac re proferetur, arbitror equidem plures obtrectatores à Deo difficile ad hoc ſe crimine omnino poſſe purgare, vt multi eius rei cauſa ſempiternis ſupplicijs addicantur: vel de concubinatu.

† *Philippus Diez in conc. tom. 4.*

Potius autem concubinarius vitam ſuam deſeret, quam ad amatam concubinam, & luſor facilius millies mortem operiet, quam a ludo abſtineat.

† *Tholoſanus lib. 21. c. 1.*

Vel de arrogatione corruptelæ, quæ libertas appellatur: Tholozano, & proinde ſpiritales, & ſeculares præpoſiti ſollicite curare debent, ne eo reſpublica ſeu ſubditi deueniant, vt inſenſibiles ſiut, id eſt, conari debent, ne ſubditi eam corruptelam quam vocant libertatem ſibi arrogent, vt ſibi ex arbitrio quæ velint licere arbitrentur. Hoc enim modo ſequitur præcluſio ſpirituum viuificantium, dum mali ita bonos ſuperant, vt nullus viuus vel efficax ſpiritus regiminis permeare poſſit ad membra, vnde neceſſario deſtruuntur dominationes, quum ſubditi deficiunt, Malum certè hoc in republica, vt apoplexia in corpore phyſico, vix unquam curatur, ſed in propinquo eſſe interitum admonet.

† *Iacob Suarez in conc. in ti ia prima cap. Apocalyp ſer. 7. Iſa. 9. 24.*

Vel de obſtinatione cui nullum eſt remedium: vnde apparet, obſtinationem iſtam pœnam eſſe grauiſſimam à Deo miſſam: ſi quidem Deus cum peccator eo peruenit, vt in peccatis ſuis delectetur, & ex illis honorem ſibi acquirere ſtudeat, in tantæ malitiæ pœnam, auxilium ſpeciale non communicat, ſine quo impoſſibile eſt iterum pœnitentiæ viam amplecti. Hoc eſt eo quod peccator laudatur, & honoratur, propter peccata ſua, ea ſic multiplicauit, vt Deus eum dereliquerit, nec amplius ad pœnitentiam quæſierit, cum obſtinatus in vitijs ea deſerere nolit. Hoc eſt quod Bernardus ait, de conſiderat. ad Eugenium Papam. cor durum, inquit ipſum eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec precibus mouetur, minis non cedit, flagellis induratur, ingratum ad beneficia, ad conſilia inuidum, ad iudicia ſæuum, ad turpia inuerecundum, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentia negligens, futura non præuidens, & tandem poſt multa alia concludit dicens, nemo duri cordis ſalutem vnquam adeptus eſt: vel de inuidia. Idem.

Idem.

Iuuidia morbus difficillimæ curationis eſt, adeo vt aliqui ex patribus dicant illum minimè poſſe ſanari Cyprianus: de zelo, & liuore ait calamitas ſine remedio eſt odiſſe fratrem, & Baſilius Cant. 11. de inuidia. Malum hoc eſt quod ſatis exprimi nequit, quod Medicinam ſpernit. Qui caput aut membrum aliquod dolent medico morbum aperiunt, ac qui ęgrotat inuidia quid dicet? Angant me proximi bona. Veritas hæc eſt attamen

Dei

Dei verba fateri erubeſcit, & Caſſianus coll. 18. cap. vlt. quem inuidia ſemel veneni ſui peſte corrupuerit, pene caſſum, carere remedio. Igiſanamæ eſt, licet de qua figuraliter dicitur Ierem. 9. num. 17. ecce ego, mittam vobis ſerpentes *ipſos quibus non eſt incantator, & mordebunt vos, &c.* aut de exceptione *falſi procuratoris quæ defectus inſanabilis dicitur, nec per principem ſanari poteſt quia eſſet contra naturalem æquitatem.*

Ioa. Bernard. Muſcatellus in pract. fidei part. 2. gloſſ venient. num. 30.

XLIII.

Strangulati aut ſuffocati nondum tamen mortui, ad ſe non redeunt, quorum circa os collecta ſpuma apparuerit.

Quemadmodum medici habent prognoſticum eorum, qui aliquo caſu oppreſſi ad ſe, & ad vitam non redeunt. nam ſtrāgulati nondum tamen mortui ad ſe non redeunt, quibus circa os ſpuma collecta apparuerit: ratio, quia *perijt ſenſus & motus intercepto ſpiritu animali, per neruos, vitali per arterias, naturali per venas.* Sic Theologi habent prognoſticum eorum qui aliquo caſu agitati, ad vitam ſpiritualem non redeunt, nam qui peccatis mortalibus obſtricti ſunt, ſi antequàm eorum pœnituerint, in aliquam incurabilem dementiam incidant, ad vitam ſpiritualem redire non poſſunt, ratio eſt quia perijt lumen rationis.

Vt ſtrangulati cum ſpuma circa os; ſic cum peccatis ſceleſti moriuntur.

XLIIII.

Qui natura ſunt valde craſſi, breuiore vita fruuntur, quam qui graciles.

Quemadmodum obæſi breuiore vita fruuntur, quam graciles, quia neceſſe eſt in illis natiuum & vitalem facultatem imbecillam eſſe, ob idque eos celerius mori quam graciles, ſunt prætereà magis opportuni febribus putridis ob denſitatē cutis retentis excremētis fuliginoſis, quæ corrumpunt humores in venis contentos. Sic diuites celerius moriuntur quam pauperes, ratio eſt, quia vbi ſunt magnæ diuitiæ ſunt etiam maximæ delitiæ, quæ homines ad interitum citius ducunt, ſunt prætereà vitijs & affectibus animi obnoxij, qui quietem illam animi temperatam interturbant, & omnes affectus obnubilant.

Iacobus Holle-rius.

X L V.

Epilepſia laborantes pueros quum loci, victuſque, tum maximè ætatis mutatio liberat.

Vt mutatio loci, temporum, victus, & ætatis à morbis liberant, vt epileſia iuuenes; ſic à vitijs animos eadem liberant, hæc enim experientia patent: mutatio loci

Propertius lib 3. ad Cinthiā Eleg. 25.

Magnum iter ad doctos proficiſci cogor Athenas,
Vt me longa graui ſoluat amore via.
Creſcit enim aſſiduè ſpectando cura puellæ
Ipſe alimenta ſibi maximè præbet amor.

Et paulò poſt,

Vnum erit auxilium mutatis Cynthia terris,
Quantum oculis animo tam procul ibit amor.

Et Ouidius,

Ouidius lib. 2. de remed. amor.

Et loca ſæpè nocent: fugito loca conſcia veſtri
Concubitus: cauſas illa doloris habent.
Hic fuit, hic cubuit thalamo dormiuimus illo,
Hic mihi laſciui gaudia nocte dedit.

Mutatio temporum. Nam quando tempus proſperum in aduerſum mutatur à multis vitijs ſolent homines liberari, vt quotidiana experientia conſtat. victus, quia certum eſt cibos frigidos at victum tenuem, libidinis ardores reprimere: ætatis; quia adoleſcentia vitia pueritiæ & illius ſenectus expellere ſolet.

Ioan. Franc. de ſancto in Nazario in tract. de peſte.

Sicut in re medica ſanitati, loci mutatio confert: *Sic in re ciuili loci quoque mutatio optima eſt medicina. Nam morboſus exercitus nullo ſalubriori remedio vti poteſt quam frequenti caſtrorum mutatione, vt atteſtatur Flauius Vegetius de re milit. cap. 2.* Sicut locus ad quem mutatio eſt facienda debet eſſe mundus & purus; ſic & ijſdem qualitatibus conſcientiæ locus qui homines à multis vitijs liberat præditus eſſe debet, vt enim inquit Berchorius.

Berchorius.

Et primo quidem eſt locus interior, qui eſt depurandus, & iſte eſt locus conſcientiæ, qui pro certo debet eſſe locus valde mundus, & ideò lachrymis compunctionis debet ſæpe eſſe rigatus, & lotus. Apes enim valde diligunt locum mundum, & de ſuis aluearibus proijciunt feces ſuas, nec manent libenter in locis mali odoris. Sic verè nos debemus habere locum mundum puræ conſcientiæ, & exinde feces peccatorum debemus abluere, vt ibi tam nobis, quam Dei mundum habitaculum præparemus: Deus enim in loco immundo, non diligit habitare. Pſalm. Sicut in loco ſancto ſua. In tali enim loco debet homo locari, in quantum locus religionis ſocietatis Eccleſiæ ſemper debet in propria conſcientia meditari. Pſal. Factus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis.

Ex

XLVI.

Ex duobus ſimul doloribus non eundem locum occupantibus, qui vehementior eſt, alterius ſenſum obſcurat.

Sicut in corpore duo dolores in eodem loco ſeſe inuicem augent, in diuerſis locis ſe inuicem auferunt. Sic in animo aff·ctus ſeſe inuicem adaugent, & in diuerſis ſe inuicem extenuant, vt inquit Triuerus. *Sed hæc obiter nam propoſitum magis arguunt, eaque in animo noſtro contingunt, vbi ſuper eadem re plures affectus affectum augent. Quippe amici mors eo eſt nobis moleſtior, quo pluribus nominibus fuerit amicitior. Quod ſi fortuna alia grauior acceſſerit, quaſi priore neglecta, hæc ſola moleſta eſſe incipit: dum tota animi vis ſuper hanc rem forte bonorum iacturam refertur. Et ſi hi affectus interim ſeſe mutuo augeant, frequenter tamen triſtitiam timor, timorem iracundia aufert. Nec tantum dolores animi ſe ſe mutuo interimunt, ſæpe etiam corporis dolores tollunt. Etenim frequenter grauis dolor ac morbus receßit, vel timore, vel ira ſubito perculſis. Fiunt autem hæc omnia, quia animus ad ſe ſe ſpiritum vitalem ſubito reuocat, citra quem ſpiritus animalis ignauus exiſtit: ergo re vera minor dolor minuitur. Aliud eſt in corporatione luminum, nam hic ſola minoris phantaſia a maiore obſcuratur.* Triuerus.

XLVII.

Dum pus fit: dolores ac febres accedunt magis, quam confecto.

Sicut febres & dolores accidunt magis, dum pus fit, quàm iam confecto; tunc enim cum iam eſt mutatum vehementiam remittit; ſic in animi affectibus; ira enim dum excandeſcit, tragœdias ſolet excitare, acta quieſcit & ruinas amplius non tentat.

Sicut ſanies vlceris intus latitans ægrotum magnoperè angit, ſin autem exeat foras leuatur ægrotus; ita peccata in corde retenta affligunt, illud, vſq; dum per confeſſionem manifeſtentur; cõfitendo facit peccator Deum propitium quem negando non facit neſcium. Philip. Diez in conc. tom 4 Dom 4 poſt Paſ ha con. 2.

Quemadmodum ſanies vlceris intus latitans ægrotum magnoperè angit, & exagitat; ſin autem exeat & erumpat mitigatur dolor, ſic meror in corde incluſus vehementer affligit, ſed ſi per lachrymas & ſuſpiria fundatur, animum placat & lenit: Quò fit, vt illi mirum in modum crucientur, quibus ſit erepta flendi & ſuſpirandi facultas. Hector Pintus.

Quemadmodum ſanies quæ intra vulnus eſt dolorem efficit; at cum aperitur vulnus, & ab eo ſanies dimanat, dolor reprimitur; ita cor triſte, cum

Prouerb.19. triſtitia intus eſt magis affligitur, & mœrore conſumitur, cum verò amico reuelatur, cor ipſum recreatur, maximè, ſi vt diximus alicui ſancto ac prudenti viro manifeſtetur. qui vulneri medicina videlicet ſuauia ac ſanctiſſima verba ſciat adhibere, vt optimè Spiritus ſanctus aſſerit cum ait: Fauus mellis compoſita verba; dulcedo animæ ſanitas oſſium.

XLVIII.

Quoquo modo corpus moueatur, ſimul ac laborare cœpit, quies ſtatim laſſitudinem leuat.

Nam. Liebantius. Sicut *in corpore, laboris, omniſque paulo vehementioris exercitationis ac laſſitudinis remedium quies eſt*: Sic in hoc mundo qui ſe dat quieti, omnes motus ac labores affectuum animæ, omneſque vigilias, quies mentis ſedat, ergo ſicut à labore corporis; ſic à labore animi, & huius mundi moleſtijs oportet quieſcere. Nam ſicut corpus ob quietem robuſtius; ſic anima ob mentis tranquilitatem prudentior euadit, vt inquit Petrarcha. *Hic maria, ille gladium, ſtudium alter aut laborem fugit, ſed quis oro requiem timet, niſi qui ſe ipſum odit: vacat ergo nunc vacando vtique quieſcitis, quiſcendoque videbitis, videndoque gaudebitis, gaudendo autem de veritate fœlices eritis, quia nulla certior fœlicitas, nulla ſublimior, quieſcendo equidem fieri animam prudentem, quæ maxime virtus in videndo conſiſtit, illi etiam affirmant, quibus & vera quies, & perfecta viſio, & vtriuſque verus actor incognitus.*

Petrarcha de otio religio: lib. 1.

XLIX.

Quotidianis laboribus aſſueti, etiam ſi inualidi ſint, aut ſenes, inſuetis quamuis robuſtis, & iuuenibus faciliùs conſueta ferunt exercitia.

Sicut conſuetudo ad exercitationes ferendas; ſic ad functiones animæ obeundas plurimum valet. *Nam Hippocratis experimentum id ſane verum eſſe docet, qui enim aſſuetus eſt à iuuentute arare, aut remigare, aut terram fodere, ſenex factus facilius id facile fert, quam iuuenis non conſuetus, id quodque in animi actionibus verum eſt, nam qui aſſuetus eſt legere literas diu, quamuis languidior, facilius id facit, quam robuſtior non conſuetus, & cum minori viſus noxa: & anima actus virtutes ſæpe exercens in habitu conſtituitur, cuius gratia ſimiles actus, alias ipſi aut alijs moleſtos facilius exerceret ſine moleſtia, in his habitus eſt in cauſa, qui animam ad ſimiles actus inclinat & conſuetudo in anima generatur in actionibus ipſis corporeis.*

Christophorus à vega.

Refert Gaſp. Sanchez. Sicut cõſuetudo in re medica: ſic & in ſpiritali facit, quod eſt malum, bonũ videatur. Qui enim cibus dulcior, ac precioſior, quàm manna illud cœleſte

habens

habens in ſe omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem. Quis verò magis inſulſus, aut vilior quàm cæpæ, cucumeres, pepones, porrique, & allia quorum deſiderio tenebantur: Iudæi ſuauiſſimum illum cibum repudiantes. Quod ideò illi faciebant, inquit Chryſoſtomus, quia de more habebant viliſſimis illis cibarijs veſci; manna verò nunquàm deguſtauerant; idem etiam in diuinis rebus euenit, quid enim virtute ſuauius. Quid excellentius, quàm meditationi ſacriſque rebus vacare, & ad ſacram Christi menſam frequenter accedere? quid autem vilius aut abiectius, quàm diuitiæ, voluptates, honoreſque perituri? mundani tamen hæc omnia caduca, & temporalia æternis ac cœleſtibus anteponunt, iſta quærunt & aucupantur, hæc verò quæ multo iucundiora ac excellentiora ſunt ſpernunt, ac minimi faciunt: cuius rei cauſa conſuetudo profectò eſt, qua terrenis his rebus illi aſſuefacti ſunt, quæ cum inualuerit ægrè ac difficilè ab iiſdem abducuntur: vnde meritò ſapiens, inquit Prouerbium eſt, adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea.

Sap. 16. 20. & 11. 5. 2.

Quare oportet aſſuefactionem bonorum ab infantia diſcere. Tum quia bona aſſuefactio vtilis eſt; hinc Sal. ſcripſit bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, tum quia homo ab eo, quod didicit ab infantia, facilè non recedit. Hinc Salomon Adoleſcens iuxta viam ſuam, &c. Tum etiam quia ſicut cera mollis figurabilis eſt; ſic infantilis ætas diſciplinabilis eſt. vnde ſcrip. Fili tibi ſunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum.

Iacobus de Graffiis. in ſerm. Spirit. in feſt. circun.

Sicut in malis corporis non eſt facienda conſuetudo, tum quia corpori magnopere incommodaret, tum quia malus habitus acquiſitus difficilimè tolleretur, etiam ſanitas per cōſequens introduci minimè poſſet. ſic ob eaſdem cauſas in re ſpirituali eſt agendū. Mala enim conſuetudo animabus nocet inueterata peccata deſerere niſi cum maxima poteſt difficultate, &c.

Phanuccius de Phenucij. tract. de inuent. hæredis. par 3. nu. 94.

Sicut apud Medicos: ſic & apud iuriſp. conſuetudo effectu roboratur. *Ita determinat Dec. conſi. 11. verſi quia reſpondetur nu. 12. & effectus ipſe eſt, id quod robur conſuetudini dat iux. no. per Bartol. in d. l. ſecund. verſi. dat. iuxta hoc quare, num. 14 &c.*

Ex conſuetudine peccandi quot tentationum bella moueantur aduerſus proficientes, & pro Chriſto luctantes: ſolum enorunt qui ipſam demoliri conantur, ſemper enim ad id quod reliquit conſuetudo reflectitur; Mox quidem fluminis defluentis in alueum, hæc repetit, & quandam neceſſitatis legem redeundi ad priſtina ſuo imponit poſſeſſori. Gratia indigent non mediocri, qui inueteratos cupiunt, & volunt abolere mores.

Laur. Iuſt. de Caſt. connub. verbi & animæ.

Quemadmodum conſuetudo, aſſiduuſque in malis vſus animos ſæpe tandem obſtinatos reddit: ita conſuetudo quæ rerum eſt bonarum, aſſidua & frequentata, efficit vt tandem actiones ſtudioſæ, facilitate quadam mira à nobis exerceantur, nec perinde difficulter à nobis fiant, atque initiò. Sed interim magna eſt difficultas hominem ita ad virtutem, & bona opera præſtanda redire, vbi ſemel ſenuerit in vitijs ſuis & concupiſcentijs,

Thomas de Truxillo in conc. quad. tom. 1. ſer. 5. poſt 1. D. Q. Conc. 2.

tijs; Sed neceſſe eſt, & vt Deus ſpecialiter ſuum præſtet auxilium atquè communicet.

Ioan. Hoſmei ſterus in Marc et n. cap. 6. Luc.

Vt ipſa ſimilitudo docere nos vult quam periculoſum quamque difficile ſit nouam hanc, & ſpiritualem doctrinam commendare, ijs qui iam veteri aſſueuerunt; vix enim quicquam placet cuiquam diuerſum ab eo cui diu aſſueuerit: protinus enim offenditur ad guſtum inuſitatæ rei; quemadmodum qui diu biberit de vino veteri, non ſtatim delectatur nouo muſto, requirit enim guſtum, cui aſſueſcit, & dicit vetus fuiſſe melius, non ob aliud niſi quia aſſueſcit.

Lud. Granat.

Conſuetudo mihi nouis principum tributis ſimilis eſſe videtur, quæ videlicet vrgente aliqua ſiue belli ſeu publicæ alicuius fabricæ neceſſitate populo imponuntur: quæ frequenter ceſſante, etiam eadem cauſa nihilominus retinentur; ſic vbi quis longa ægritudine laborans carni indulgere conſueuit; vbi poſteà conualuit vix ad priſtinam vitæ conſuetudinem redit; ſic etiam qui neceſſitate, & inopia cogente ſtudio congerendæ pecuniæ intendebat, vbi ad pinguiorem fortunam peruenit, eodem ſtudio (vi conſuetudinis impellente) tenetur ita fit quod ante neceſſitas fuerat, poſtea conſuetudine vrgente fiat voluntas. Quod filijs Iſrael contigiſſe legimus; qui cum captiui, & inuiti in Babylonem ducti eſſent, poſtea conſuetudine vitæ, exilium in patriam captiuitatem & in voluntariam ſeruitutem commutauerunt. Plurimum ergo in vtramque partem conſuetudo valet ſiue vitijs ſiue virtutibus aſſueſcas.

Euſeb. Emiſſ. Ecclеſ. 5.

Videamus primum quod ſi peccator adijciet ad peccandum verbi gratia; mali cuiuſlibet aut obtrectationis paſſio impugnare me cœpit, ſi nõ ſtatim me pœnitudo vitij huius mordet, cras tanta mihi huius vitio facilitas veniet, & quædam (vt ſic dixerim) ſuauitas, vt reuocare me ab illo, & continere non poſſum. Ita enim euenit vt qui primo tempore emendari noluerit, incipiat in ſequẽti nec velle nec poſſe: verbi gratia; ſuperbiæ acquieſcere cœpi; regulam violaui, ſeniorem læſi, iuniorem deſtruxi; Si non ſtatim me pœnituit tam grauiter fuiſſe præuentum; ita de die in diem libentiſſimè me rapiet ipſa violentia conſuetudinis, & impetus paſſionis, vt iam nec derelinquere me intelligam nec peccare me ſentiam; obſcurat enim & obruit intellectum onus delicti, aſſiduitas delinquendi.

Habet hoc infelix conſuetudo peccandi, vt quanto amplius quiſque peccauerit, tanto minus peccata ipſa intelligat, & tantum plus eum peccare delectet; vt eueniat illud quod Propheta peccatoribus clamat. Non eſt Deus

Pſal. 9.

in conſpectu eius, auferũtur iudicia tua à furore ipſius. Etenim quando ſubrepit peccandi delectatio ſtatim futuri iudicij diem abſcondit obliuio. idem ibidem hom. 5.

Leonard. Leſſius de ſtatu vitæ diligende, &c.

Si ergo tanta vis eſt conſuetudinis omni ope conandum eſt, tum vt prauam conſuetudinem anticipemus, & nos Deo conſecremus priuſquam illa nos comprehendat, ſuiſque vinculis conſtringat; & captiuos teneat, tum, vt quam citiſſi nè bonæ, & ſanctæ conſuetudini nos adducamus, quæ animos noſtros poſſideat, & in bonum confirmet.

His

His omnibus de cauſis cum conſuetudo ſit tam efficax, ac potens neceſſe eſſet vt pœnitens in vegetabilibus, in potentijs, in ſenſibus, tam internis quam externis, & in motibus; (nam in his omnibus datur corporaliter conſuetudo, vt probat) Lud. Mer. vol. de morbis lib. 3. part. 3. de curatoria facultate claſſ. 2. q. 208. ſic ſpiritualiter in facultate vegetatiua ſe aſſueſcat parum cibi ſumere; quia ex pauca ſumptione tandem corpus nullum nocumentum percipiet; & anima rebus ſpiritualibus melius vacabit; aſſueſcat etiam pauco ſomno, quia huic aſſuefactus, vigiliæ quæ Chriſtiano neceſſariæ ſunt, ei non incommodabunt; in reliquis potentijs, habitum ſibi rerum ſpiritualium comparet, voluntas continuo habitu iuſtitiæ, interni ſenſus ex imperio rationis aſſueſcant bene operari, & per bonarum operationum frequentationem ad bene operandum determinentur; vt hoc modo conſuetudinem acquirere poſſint, & cum externi ſenſus ab aſſuetis non læduntur, & inſueta magis alterent eos, ex facilitate potentiæ, ex organo ita eos conſtituat, vt non niſi circa propria obiecta valeant operari. In motibus ſe exerceat corporalibus, & ſpiritualibus laboribus, quia potentiæ corporis robuſtiores, & animæ faciliores ad rectè agendum euadent.

Sicut apud Medicos, ſic & apud iuriſp. de eſſentia conſuetudinis eſt, quod ſit initiata continuata, & conſtitua motibus vel vſu totius populi l. de quibus ff. de legib. in his 105. non ſcripto de iuſt. & iure natur. gent. & ciu. l. 2. cum alij codic. quæ ſit longa conſuet.

Roder. Suarez in Rep. L. quoniam in prin. C. de inoffic. teſta. 10. nu. 19.

Sicut in re Medica; ſunt variæ conſuetudines ſed vltima, ſi eſt bona ſequi debetur ſic in re ciuili *ſi ſunt conſuetudines variæ ſtandum eſt vltima legitimè praſcripta: vt. ff. de alimen. lega l. Mela ff. Sed ſi alimenta alias conſuetudini prima eſt ſtandum, & ita loquitur dictus ff. temporalis ſecundum verum intellectum.*

Vitalis de Cambanis in tract. Clauſ. nu. 51. p. 629.

Sicut conſuetudo contra artem Medicam potius morbos adauget, quam tollat, ſic *conſuetudo contra ius diuinum vel naturale, potius eſt corruptela, & abuſus, & magis dicitur augere peccatum, quam minuere, iuxta c. vlt. de conſ. vnde conſuetudo non excuſat à peccato ſed tantum à pœna legis ciuilis.*

Aluarus Valaſcus tom. 1. conſ. vlt. rer. iud. 8. nu. 7.

Sicut conſuetudo non poteſt aduerſus pharmaca, aduerſus præcipua ſcientiæ Medica præcepta, & aduerſus multa alia de quibus paſſim Medici; *Sic conſuetudo nihil poteſt contra ius naturale, contra præcepta diuina, contra ieiunia ſolemnia indicta per Eccleſiam; Ita Hoſt. in c. 17. infra de ob. ſer. reueri & Abbas &c. quod mulier non teneatur ſequi maritum, vt ſuſpenſi teneantur in patibulis, non valet de non ſoluendis decimis, in præiudicium matrimonij, & ſic de alijs quæ apud Curtium legere poteris.*

Rochus Curtius præfat. in tit. 6. de conſuet.

Sicut conſuetudo apud Medicos non obtinet quod Medicæ ſcientiæ ex diametro repugnat ſic conſuetudo non obtinet, quæ omni omnino iuri repugnat.

Petrus Rauennas in tit. de conſuet.

Sicut conſuetudo apud Medicos eſt quidem magnæ autoritatis, ſed non tantæ vt euidentem rationem, aut Medica præcepta ſuperet, licet enim malam conſuetudinem paulatim ad vitæ rectitudinem reducere. *Sic ciuilis conſuetudinis inquit Conſtantinus vſuſque longæui non vilis auctoritas eſt, verum non vſus adeo ſui valiturus momento, vt aut rationem vincat aut legem. Quaſi dicat tempus* quidem

Ioa. Oldēdorpius act. Forenſ &c.

quidem cum nihil non mutet, magnam vim habet, ſed legiſlatoris autoritatem non admitis, quia liceat ei conſuetudinem exigere ad notitias naturæ, ſeu ad rectam rationem moderari eam, & vitioſam tollere per legem.

L.

Conſueta lungo tempore, etiam ſi deteriora ſint, inſuetis minus moleſta ſolent eſſe: quare ad inſolita quoque facienda mutatio.

Sicut medici ad conſuetudines contrarias tranſeundum eſſe præcipiunt in ijs quæ ad corpus ſpectant, ſic & morales in ijs quæ ad animum pertinent, *indurandus eſt animus, & à blandimentis voluptatum procul abſtrahendus: vina Annibalem Hyberna ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atque alpibus virum eneruauerunt, fomenta Campaniæ armis vicit, eſt nobis quoque militandum: quodam genere militiæ quo nunquam quies, nunquam otium datur: debellandæ ſunt in primis voluptates, quæ vt vides ſerua quoque ad ſe ingenia rapuerunt, ſi voluptati ceſſero cedendum eſt dolori: etenim inueterata conſuetudo plerunque tantum poteſt, quantum natura, ita vt grauiſſima quoque reddat toleratu facilia. Quomodo peccator debeat mutari lege Ioannem Paulin. in ſer. Quadrag. 33.*

Senec. Epiſt. 51

Philo Iudæus li. de Abbrhamo.

L I.

Semel multum, & repente, vel vacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare, aut alio quouis modo corpus mouere, periculoſum omne: ſi quidem nimium naturæ inimicum: paulatim vero quod fit tutum, cum alias tunc maximè ab vno ad aliud facienda eſt mutatio.

Sicut præceptum in facienda mutatione ab aſſuetis ad inſolita, apud medicos eſt, vt fiat ſenſim, non repente, tum quia periculum eſt plurimum, & repente euacuare, repellere, calfacere, aut refrigerare, aut aliud quiduis circa ægrotantes moliri, tum quia natura non fert repentinas immutationes, quamobrem paulatim ab altero in alterum progrediendum: ſic mutationes animi affectuum ſunt paulatim faciendæ, quia animus ſine medio ab extremo ad extremum abſq; periculo non tranſit, vt videre eſt in ijs qui cum prius ingentem dolorem ex falſo obitu filiorum percepiſſent, deinde eos improuiſo conſpexiſſent, præ nimio gaudio vitam cum morte commutarunt, falſum enim eſt quod ex ſolo gaudio, quis obeat; nam nullum legitur obijſſe quin prius dolor aliquis magnus anteceſſerit, quamobrem hunc aphoriſmum

aphoriſmum in faciendis mutationibus, vnuſquiſque imitari deberet, quandoquidem, & ipſe Deus vehementer corruptos non impellit magna vi ad virtutem, ſed manſuete, & ſenſim promouet. *Chryſoſt. c. 5. ad Theod. lapſum.*

Sicut ſola ægra corpora repentinam ac multam mutationem tolerant; Sic ægris animis, id eſt, quiin peccatis viuunt ſubita conuerſio prodeſt. *Ieremias. Triuerus.*

Sicut oportet in re Medica, vt ad omnia homines ſe aſſueſaciant, quia conſuetudinis vis eſt magna in vtramque partem. *Philippus Boſquerius.*

Sic in re ſpirituali accidit, & præſertim in mortis expectatione, vt inquit Boſquerius, *effice tibi mortem cogitatione familiarem, vt ita cum ſors tulerit poſſis ei obuiam exire.* *Seneca lib. natorum.*

Venientem nemo hilaris mortem recepit, niſi qui ſe ad illam diu compoſuerit: prouerbio verè dictum conſuetudine amorem generari, atque audaciam.

Et familiaritas nimia parit contemptum.

Homo non fortius ad id, cui ſe diu compoſuerat acceſſit.

Videas eloquentiſſimos muteſcere magnatum adſpectu primo.

Id Demoſtheni apud Philippum Macedonum accidiſſe notum, vel tonſoribus Bruxellis (ni fallor) oratorem apud Carolum V. Imp. his exordij verbis vſum (Alexander ille magnus) mox continuiſſe eſt fama: atque tum, Imperatorem blande iocantem, ita excepiſſe, vt video Alexandrum Regem fuiſſe, & me geſtis dicere &c.

Quotus ille eſt oratorum, qui primum pro concione dicturus, non horret, & quis conſuetudine ipſa orandi non fit audentior.

Vſus ac conſuetudo ingerit audaciam etiam occidendi.

Vidit ex Aulicis ille Mediolanenſis Andreas Lampugnanus, nomine, qui Galeatium Mariam Mediolanenſem Ducem, inſolentiorem virginum, caſtarumque Matronarum ſtupratorem pro Tyranno occiſurus, ne forte in vero conatu trepidaret dicitur imaginem Ducis priuatim ſæpe pupugiſſe, ac poſtea in templo intrepide occidiſſe. Vnde illud vel in ara

Vſu habitabit lupus cum agno: & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. *Iſa. 11.*

Vſus etiam frequens venenorum Mithridatem ponti Regem toxicis præbuit immortalem.

Hinc Martialis *Efficit epoto Mithridates ſæpe veneno*
Toxica ne poſſint ſæua nocere ſibi. *Martial. lib. 4.*

Vſu vides vel nautarum pueros felium inſtar intrepidos, etiam turbatiſſimo mari antennarum adſcenſores vti tectores etiam pinnaculorum cœlo ipſi minantium, quorum tu minas horres, ſecurus ipſe, & in imo conſtitutus.

Vſus idem equis meticuloſis metum adimit.

Dumetum, tubam, ſclopetæ ſonum, equus bellator [illegible], perhorreſcit; vrget illum miles ſæpius iuxta intraque dumetum, Martium illud [illegible]arantara iubet auribus illius acrius iterari, ſclopetaſque laxari, ac tum demum in prælio non modo his non terreri ſentit, ſed etiam animari, ac prope manifeſte, quaſi propria ſibi Muſica delectari.

Haſtiludijs quoque crebris, & curſibus ſæpe à carceribus ad metas repetitis, ludicriſque pugnis eundem reddit pugnatiorem.

Et Elephantes oſtenſum ſanguinem vuæ, & mori, ad acuendos eos in prælio alicubi mihi lectum.

lectum.

Nemo non & duris quoque, ſi præmeditata erant, obſtitit. At contra imparatus etiam ad leuiſſima expauit.

Senec.e. 107. *Mortem igitur effice cogitando familiarem, & venientem aut ridebis aut timebis minus.*

LII.

Recta ratione facienti omnia, ſi ſecundum eam minus ſuccedat, protinus non eſt ad aliud tranſeundum, dummodo id conſtet quod ab initio viſum fuit.

Leonard. Fuchſius. *Sicut mutationi remediorum medicus non debet cum minime oportet, ſtudere, monet enim Hippoc. quãuis omnia ratione inuenta ſint, non tamen ſtatim conſpicua vtilitas aliqua comparet, ne ad aliud præſidium, vtcunque idipſum ægrotantes à nobis exigant ac poſtulent progrediamur, dum manet quod initio viſum eſt. Nam fieri non poteſt, vt ſemper breui tempore ſua actione medicamentum adhibitum proficiat, neque etiam morbus ipſe ſemper ita exiguus eſt, vt vno præſidio, vinci ac pelli queat, quo ita quæ plene ſuperentur præſidia eiuſdem facultatis, vt ſæpius reiterentur, neceſſe eſt;* ſic medicus ſpiritualis non debet ſine cauſa remedia mutare, quæ initio tali morbo conſentanea extimauit, quia remedia ſpiritualia, & moralia non ſemper exiguo temporis curſu ſuam efficaciam habent, & vtilitatis fructum præbent. neque vitia ipſa ita leuiora ſunt, vt vnico præſidio poſſint expelli: quare neceſſe eſt eadem auxilia ſæpius repetere. Hoc patet de ira de qua ad hanc rem Galenus.

Iacob. de Graffiis in ſerm. Nam ab ira prorſus liberari, ſimul ac quis velit non continuè quis poteſt comprimere aut illius perturbationis intemperantiam, atque inſolentiam poteſt, quod remedium ſi ſæpius vſurpauerit, agnoſcit tandem aliquando ipſe, ſe ipſum minus nunc propenſum ad iram quam ante, vſque Matth. 11. adeo, vt neque ob paruas, neque ob magnas cauſas in furorem ſe agi animaduertat, ſed magis tantummodo iraſci ſceleribus.

Sic pari modo non eſt recedendum ab oratione, quamuis initio non exaudiamur, ſed, *ſemper oportet orare, & perſeueranter, & ſi primo non exaudimur, non deficiamus, imo precibus, & clamori inſiſtamus: vult Deus rogari, vult cogi inquit* De curand. an morbus. *Gregorius, vult quadam ſancta importunitate vinci, quemadmodum diximus de beata hac Cananæa. Hinc dici[illegible]num cælorum vim patitur, & violenti capiunt illud; ſimus ergo in oratione ſeduli, in pr[illegible]us importuni, ſimus raptores, vt regnum cælorum capiamus violenti, vt vim etiam ipſis cælis inferamus. Quid hac rapina locupletius: quid hac violentia glorioſius, bona violentia, qua Deus non offenditur, ſed placatur; proximus non læditur, ſed iuuatur, peccatum minuetur non multiplicatur.*

Sicut ſingularis prudentiæ munus eſt ab ijs remedijs non recedere, quæ bona videntur, etiamſi manifeſta vtilitas nondum videatur, quia in re

medica.

medica bonus pharmacorum vſus eſt continuandus, ſic in re ſpirituali idem accidit, in qua ſpiritualium remediorum vſus eſt quoque perpetuandus vt Ioan. Pelecijus fuſius oſtendit.

Ioan. Pelecyus de hum. affect. morbo. cura: lib. 2 c. 24.

Sicut ſi vnum remedium non ſuccedit ad aliud ſtatim non eſt tranſeundum, quamuis nullum videatur commodum adferre, quia aliquando inſenſibiliter, & interius ſenſim corpus ad priſtinā ſanitatem reducitur; ſic idem de oratione dicendum: *& in his caſibus, quando non vtilia petimus dominus nos exaudit licet exaudire non videatur, quia non dat ad voluntatem, ſed ad vtilitatem, quare ait Auguſt. bonus dominus qui ſæpe non tribuit quod petimus, vt tribuat quod mallemus: ſi vero pro vtilibus oramus, & non obtinemus, eſt, quia non perſeueramus. Non enim vbi annum in precibus agimus deſiſtimus, ſed ſcriptum eſt. Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit; in potentia veſtra poßidebitis animas veſtras; nec debemus ab oratione deſiſtere ſi diuina bonitas à noſtro effectu ſe ſubducit, noſque totos aridos totoſque reddit indeuotos, ſicque quicquid nobis meditantibus offertur decipit, cœlum nobis æneum videtur, nihil ſapit, nihil delectat; proinde eo tempore, quo hæc aguntur, ne deſperemus, orationem non prætermittamus, ſed perſeueranter oremus: nam ſi ſubtrahit ſe à dulcedine contemplationis, manet tamen præſens quo ad gubernationem, quo ad gloriam, quo ad vnionem: non ergo exiſtimemus nos contemni, ſi pauliſper ſubtrahit nobis ſponſus faciem ſuam, omnia quæcumque facit erga nos proſperabuntur. & de acceſſu, & receſſu lucrum acquirimus nobis, venit, & nobis recedit, venit ad conſolationem, recedit ad cautelam ne magnitudo conſolationis extolleret nos, ne ſi ſemper apud nos ſit ſponſus incipiamus contemnere ſodales, & hanc continuam viſitationem non iam gratiæ aſcribamus, ſed & naturæ: hanc autem gratiam quando vult, & cui vult ſponſus tribuit, & non iure hæreditario poßidetur; recedit etiam ne nimis aſſiduè contemnatur. Nam nimia familiaritas parere ſolet contemptum, inſuper vt abſens magis deſideretur, deſideratus auidius quæratur, diu quæſitus gratius cuſtodiatur, ardentius diligatur, ac ſuauius amplexetur.*

Iacobus de Graffiis in form. Spirit.

Matth. 24. Luc. 21.

Verumtamen non ſolum violatur præceptum Medicum recedendi ſine cauſa ab eo quod initio rectum viſum eſt, ſed etiam ciuile, vt enim refert Laurentius à Villa Vicentio, *violatur omnium Iuriſconſultorum prudentiſſimorum vetuſta, & conſtantiſſima ſententia, ſcilicet in nouis rebus conſtituendis euidentem, perſpectamque vtilitatem eſſe oportere, antea quam ab eo iure quod diu receptum ſit, recedendi deliberatio inſtituatur. Quam ſententiam olim Perſarum magi, & Locrenſium ſapientes, omniumque gentium Iuriſconſulti, ſingulari religione, vti Reip. ſtatui confirmando maxime neceſſariam venerantes, in ſuis ciuitatibus obſeruandam ſemper docuerunt.*

Laurent. à Villa Vicentio in econo. ſacra, &c.

L I I I.

Quibus aluus eſt humida, iuuentam quidam agunt facilius, quam qui eandem ſiccam habent; ſed ſenectute difficilius defunguntur, ipſis ſi quidem ſeneſcentibus fere reſiccatur.

Iacobus Hollerius.

Sicut in iuuenibus humida aluus in ſenibus ſicca aluus melior eſt, ſic multa in iuuentute, multa vero in ſenectute ſunt meliora.

L I V.

Vt traducenda iuuentute liberalis, & ſpecioſa corporis magnitudo; ita ſenectuti grauis, & paruitate deterior.

Ioa. Lorinus à in Pſalm 20. verſ. 9. 10. proœm. lib. 2. in Amos. 1. ſerm. 21. in cant.

Sicut corpus: ſic & anima vitioſo ſenio conficitur. Habet anima etiam vitioſam ſenectutem ſuam, non ſolum quia imbecillitas corporis animæ quoque vnà ſecum trahit, vt ex quadam controuerſia Hieronymus refert, ſed cum refrigeſcit in anima charitas, debilitatur virtutis vigor, ſegnis ineptaque redditur ad officia pietatis: ita vt inueteraſcat inter inimicos (de qua dixi in replic. illius loci) ſenecta laborare anima videtur; tum vero maximè quando vitiorum contraxit habitus.

Vt liberale vel ingenuum eſt magnitudine corporis iuuenem fieri, adeò vt ſimul augeatur, & iuueneſcat, quia oſtenditur naturam in eo corpore copioſe agere: ſic iuuenem cum optimis moribus ac præſtantibus virtutibus adoleſcere; adeo vt ſimul augeatur, & præſtans, ac ſingularis in virtutibus euadat, eſt res pulchra, ac excellens, quia hoc modo præſtantiſſimæ indolis eſſe oſtenditur.

E contra ſicut ſeneſcere eſt moleſtum ac inutile, quia corpus actionibus ineptum euadit, nec raucitates, grauedines, deſtillationes ſenes admittunt, ſic in re morali ac Theologica eſt inutiliſſimum, quare antequàm veniat tempus paucitatis, moleſtiæ, afflictionis debent in diebus iuuentutis creatoris meminiſſe, vt prolixe Ioa. Crombecius, lib. 1. cap. 21. de ſtud. per. oſtendit.

Sicut corporis longitudo ob ſenectutem incurueſcit, ac grauis exſtit, vt enim inquit Galenus, *incurueſcit ſeneſcentibus fitque graue & moleſtum onus.* Sic anima ob peccatum curua fit, vt Ioannes Neouilleus affirmat.

Vt

Vt nihil deformius eſſe peccatrice vitiјſque obnoxia anima oſtendamus, curuam haud immeritò dici probabimus, primum autem curua erit ſi illa ſpiritui minus conſentiens, ab amore Dei, cœleſtiumque rerum ſtudio, ſe tota ad carnis deſideria incuruauerit. Nam cum animam, iuxta Chriſti, Paulique præceptum, ea quæ ſurſum ſunt ſapere, erectaque in cœlum mente, cœleſtia contemplari oporteat, ſi hæc ſeſe in corporis cœnum ſemel proſtrauerit, omneſque ſuas cogitationes ad res huius mundi fluxas caducaſque conuerterit, haud iniuria curua obliquaque vocabitur. Curuitatis huiuſmodi non neſcius Satyricus poeta Perſius altius inclamat. *Ioa. Neomil. de pulchr. animib. l. 4 cap. 5*

O curuæ in terris animæ, & cœleſtium inanes! *Perſ. Saty 2.*

Egregium profecto gentilis poetæ dictum, Chriſtianæque veritati valde congruens & conſentaneum. Quis enim non videt curuas hominum animas, id eſt, omnino carnis deſiderijs affixas, rerum cœleſtium inanes eſſe? Ita animatus erat adoleſcens ille apud Matth. qui nummos ſuos, diuitiaſque quas plurimas habebat, erogare in pauperes noluit, vt expeditiore liberioreque animo Chriſtum ſequeretur. *Matth. 9* Nondum ſe ad veræ vitæ, ſolidæque rationis compoſuerat, exercueratque amuſſim, qui de patre ſepeliendo ſolicitus erat, memor adhuc aratri quod reliquerat. Similis quoque in Nicodemo curuitas obliquitaſque fuit, quando ad Chriſtum noctu venit. *Ioan. 3.* Nondum enim veterem hominem exuerat. Quare quid nouus eſſet, non poterat intelligere. Merito igitur hæc audit a Chriſto: Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Curuus igitur, & carnalis adhuc erat Nicodemus, nondumque ſpiritu Dei renatus, vt non mirum fuerit, ſi capere non potuerit Chriſti Ieſu verba. Oportet igitur nos, quos curuos faciunt tot in animum obrepentes, hucque vel illuc impellentes perturbationes, omnes affectus noſtros ſub rationis imperium cogere, hiſque, quantum fieri poterit, nos expedire. Nam is tunc demum erectus dicetur, qui his ſeſe exemerit: quique ob mentem perfectam, ad Angelorum rectitudinem, naturamque propiùs acceſſerit. Hoc autem maximè quis præſtat, tum quum mentem ſuam ſupra res mundanas extollit, cogitationes vanas deijcit, & cordis ſui extollentis ſe aduerſus Deum, altitudinem deprimit, quod certè communis ſcopus eſt eorum, qui pietati conſultum cupiunt. Qui hoc non fecerit, curuus, id eſt, homo animalis erit, de quo Paulus: *1. Cor. 2.* Quia animalis, inquit, homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritaliter dijudicatur. Spiritalis autem examinat omnia.

Sicut ex multis cauſis ſenes curui fiunt; Sic peccatores per diuerſa vitia ſemper curui euadunt. *Bercherius.*

Curui dico per fallaciam nunquàm rectè agentem,
Curui etiam per auaritiam inferius hærentem,
Curui inſuper per tenacem parcitatem omnia tetinentem,
Curui nihilominus per infidelitatem, dæmones adorantem,
Curui etiam per carnalitatem fœminis incumbentem,

† *Bercorius.* De curuitate fallacitatis, malitiæ, & proditionis, dicitur Ecclef. 12. Si humiliatus vadat curuus; abijce eum & cuſtodi te. De curuitate auaritiæ & ambitionis quia curuati, & inclinati ſunt ad terrena dicitur, in Pſal. Dorſa eorum ſemper incurua. Iſa.51. Dixerunt, inquit, ſupple dæmones. animæ tuæ incuruare, vt tranſeamus, & poſuiſti vt terram corpus tuum, & quaſi viam tuam tranſeuntibus. Diabolus enim mauult, quòd anima ſit curua quàm recta; de curuitate vero tenacitatis, & parcitatis; nota quod res curua ſemper fortius retinet, id quod ſemel infixum eſt, & ideo diabolus eſt ſicut piſcator, qui curuat clauum, vel acum ad faciendum hamum. Sic diabolus incuruat per parcitatem auarum, vt raptum non dimittat venatum, vnde in Pſalm. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam; De curuitate etiam Idololatriæ & infidelitatis dicitur, Iſa.44. Fecit ſculptile & incuruatus eſt ante illud. Iſti qui ſic curuantur ſummè à Deo odiuntur, & facientes contrarium ſummè diliguntur 2. Reg. 19. Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. De curuitate autem luxuriæ & carnalitatis, qua ſcilicet viri mulieribus inclinantur, dicitur Iob 31. Scortum ſit alterius vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij.

Idem. Sicut incuruatio apud Medicos ſignificat illã deflexionẽ quę in ſenectute fit; ſic apud Theologos, ſignat incuruatio deflexionem, quæ fit ad peccatũ. Item depreſſionem quæ fit per tormentum. Item ſubiectionem quæ fit per ſenectutis iugum. De incuruatione peccati dicitur, in Pſal. Dorſum eorum ſemper incurua, & Iſa.51. dicitur animæ peccatrici in perſona dæmonum. Incuruare vt tranſeamus; De incuruatione verò tormentorum 2. Paral. 36. Incuruatus ſum multo vinculo æris, & ferri; De incuruatione verò ſenectutis & ſubiectionis dicitur, Geneſ. 27. Incuruentur ante te filij matris tuæ, &c.

† *Ioa. Raulin. in ſer. Quadrag. 153.* Porro incuruatio eſt vnum ex ſeptem ſignis ſenectutis corporalis, & ſpiritualis, vt enim inquit Ioa. Raulin. Quartum ſignum eſt incuruatio humerorum, Pſalm. miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem. Senes enim incedunt curui, nec de facili poſſunt aſcendere, Eccleſ.25. Aſcenſus arenoſus, id eſt, grauis ad modum arenæ in pedibus veterani, hoc eſt quantum quod facit peccatum, quia extincto in corde amore Dei, incuruat hominem ad amorem terrenorum, Pſalm. Oculi ſapientis in capite eius, id eſt, Chriſto capite: Oculi ſtultorum in finibus terræ. Prouerb.17. Vbi enim amor, ibi oculus, vt patet in porco, qui dum comedit glandem, nunquam

ſurſum

ſurſum reſpicit, vnde glans deſcendit, nunquam enim niſi curue incedit, qui oculos ſurſum ad terminum vitæ non habet; ideò tales potius videntur tendere in infernum quam in cœlum; quibus à dæmone dicitur, Iſa.41. incuruare, vt tranſeamus; huiuſmodi autem curuitas tollitur per contemptum terrenorum. vnde de diſcipulis qui omnia reliquerunt dicitur, Matthæi 17. Leuantes oculos, neminem viderunt niſi ſolum IESVM. Ideò ſynagoga incuruata ad terrena nec CHRISTVM viuentem, nec morientem, nec cœlum, nec mortem eius plangens: nec reſurgentem videre potuerit.

PETRI ANDREÆ CANONHERII IN TERTIVM HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBRVM

MEDICÆ, MORALES, AC THEOLOGICÆ INTERPRETATIONES.

I.

Mutationes temporum potiſſimum pariunt morbos, & in ipſis temporibus magnæ mutationes frigoris, au[illegible]is, cæteraque ad proportionem, his ſimiliter.

QVEMADMODVM medici, vt futura incommoda præcauere valeant, temporum commutationibus & viciſſitudinibus morbos generari aſſerunt: ſic eodem modo Theologi huius Aphoriſmi autoritate, vt incommoditates euitentur, temporum immutationes, ſpirituales infirmitates procreare nos exemplariter docent, vt enim inquit Ioannes à S. Geminiano. Tertio neceſſaria eſt prudentia in cauendo. ſ. futura pericula; & ad hoc ſollicitat nos temporis alterabilitas, nam tempore, nil alterabilius; & ideo corpori nihil eſt periculoſius. Quia dicit Hippo: mutationes temporum maxime generant morbos, ſubita enim mutatio caliditatis in frigiditaté corpora alterat, & mutat, ideo, quia natura non patitur repentinas mutationes: ſubita mutatio temporis eſt cauſa infirmitatis: ſunt enim præcipue quatuor temporis qualitates: quarum diſtemperantia cauſa eſt ſuo modo tam corporalis, quam ſpiritualis infirmitatis, à quibus,

Ioannes à S. Geminiano in ſumma de exemplis lib. 1. ca. 84.

6 ſſſ quia

quia moderna tempora, præcipue abundare videntur, ſumme debet cauere hamo ſapiens, videlicet calidum, frigidum, humidum, ſiccum. Quæ quia his modernis temporibus exemplariter loquendo omnia ſimul in ordinatè abundant, videntur adeſſe tempora, de quibus prædixit Apo. inſtabunt tempora periculoſa. Æeſtuat enim tempus nunc ardore inordinato, id eſt, deſiderio peccandi. Iſa. ſuccenſa eſt quaſi ignis impietas: item abundat frigiditas malitiæ & iniquitatis ex defectu caloris, vitalis & ordinati. Scilicet charitatis. Mat. abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multorum. Tim. erunt homines ſe ipſos amantes: vix hodie amatur aliquid propter Deum ſed propter proprium cõmodum, vnde omnis amor eſt reciprocum in ſe ipſum: & ideo oportet, vt remittatur in proximum & in Deum.

Quemadmodum temporum mutationes, nempe calidi, infrigidum, & frigidi in calidum morbos corporales pariunt: ſic mutationes temporum moraliter conſideratorum, nempe proſperi in aduerſum, & aduerſi in proſperum, morales infirmitates procreant. Nam rebus ſecundis vſque adeo ſuperbiunt, & efferuntur, vt inebriati proſpera illa fortuna videantur, exiſtimantque tantam eſſe ſuam virtutem, vt & hanc fortunam peperit, & aliam huic ſimilem ſemper parere queat: ſed cum aduerſa tempeſtas oritur, tantopere terrentur, vt omnem ſpem abiiciant, ceu viles abiectique plane homines. Atque hæc cauſa eſt ſubitæ eorum mutationis fortunæ. Nam qui viri Principes ita affecti ſunt, ij magis de fuga cogitant, in huiuſmodi aduerſitatibus fortunæ, quam vt defendere ſe ſuoſque conentur, propterea quod ſecundis rebus male vſi ſunt, neque ſeſe præpararunt vt aduerſis venientibus ventis, forti animo reſiſtere poſſent.

Quidam.

† Et Er. Puteanus. Rigemus aut diffluimus mortales, ad quemcunque rerum adſpectum. Re proſperæ ac ſerenæ? gaudio peccat animus, aduerſæ & fuſcæ dolore confuſa quaſi temperie pectoris aut frigore corripimur, cum ſe fortuna ſubduxit: aut æſtu cum adfulſit.

Eryc. Puteanus orat. 9.

Sicut mutationes temporum bonorum in mala, morbos: ſic mutationes bonarum rerum in malas vt aſperitatis in delicias, paupertatis in diuitias, & eiuſmodi, vitia ac diuerſas affectiones inducunt.

Sicut in ipſis temporibus magnæ mutationes caloris & frigoris: ſic in ipſis temporibus ſpiritualibus, magnæ mutationes caloris, & frigoris ſpritualiter fiunt. Nam cum tempus moraliter conſideratur inuenitur &

Petrus Berchorius in repert. mor.

Viuentis fragilitatis.
Labentis proſperitatis
Vrgentis aduerſitatis
Sequentis mortalitatis
Sordentis calamitatis
Gaudentis ſocietatis

Iſta enim ſunt tempora ſtatuum perſonarum vid.

Viuentium corporaliter
Labentium temporaliter

Vrgentium

Egentium miſerabiliter
Morientium naturaliter
Pereuntium infernaliter
Triumphantium æternaliter.

In omnibus fere his temporibus & frigoris & caloris mutationes inueniuntur, v.g. vt tempus quod magis ſingulis innoteſcit pro exemplo ſumanus, eſt tempus vrgentis neceſſitatis, in hoc inueneris tribulationes, quæ frigidæ, rigidæ, aſperæ, turbidæ &c. ſunt animæ in feruidam & plenam ſpirituali calore patientiam immutari: nam ſicut frigus facit intus calorem retrocedere: cumque fortiorem ad agendum reddit: ſic tribulatio affectus & appetitus mentales vndique ad temporalia diſperſos retrocedere faciens, animam immutat & feruentem reddit, facitque eam maximo cum calore de ſua ſalute cogitare: è contra anima ob aliquam cauſam auxilio diuino deſtituta, aut alia in re occupata, cum non poſſit amplius eum feruore & calore tribulationes excipere frigeſit: & ſic ipſo tempore vt magnæ mutationes frigoris & caloris fiunt & ſicut corpus modo frigus modo calorem ſubit: ſic & anima modo caleſit, modo frigeſit aut tepeſcit.

II.

Naturarum quædam ad æſtatem; aliæ ad hyemem, bene aut male ſe habent.

QVemadmodum naturarum apud medicos, quædam æſtatis: aliæ hyemis tempore bene aut male afficiuntur; ſic hominum quidam hyeme, alij æſtate quoad ſpiritualia bene vel male ſe habent: nam vt inquit Ioannes Geminianus. Plerumque ergo de hominibus accidit, quod facit hyems aduerſitatis bonos, quos fecerat æſtas proſperitatis malos, &: Paulo inferius, ſimiliter etiam homines qui ſunt charitatis amore calolidi, & lachrymarũ deuotione humidi, tempore hyemis. i. aduerſitatis ſunt boni, quia charitas patiens eſt, & non irritatur. Sed etiam in autumno. i. abundantia proſperitatis, quia autumnus abundat fructibus, tales congruenter ſe habent, quia ſciunt abundare & penuriam pati, ſed illi qui ſunt frigidi calore. i. charitate carentes, & ſicci humorem gratiæ non habentes, vel frigidi ad ſpiritualia & humidi. i. fluxiles ad carnalia iſti ſunt peſſimi, & in hyeme. i. in aduerſitate; quia aſperitatem aduerſitatis nequeunt ſuſtinere, poſſunt tamen eſſe boni à media æſtate. i. proſperita-

† Ioannes à S. Geminiano in ſumma de exemp. li. 5. ca. 3.

te, quia

lectum.

Nemo non & duris quoque, ſi præmeditata erant, obſtitit. At contra imparatus etiam ad leuiſſima expauit.

Senec.e.107. *Mortem igitur effice cogitando familiarem, & venientem aut videbis aut timebis minus.*

L I I.

Recta ratione facienti omnia, ſi ſecundum eam minus ſuccedat, protinus non eſt ad aliud tranſeundum, dummodo id conſtet quod ab initio viſum fuit.

Leonard. Fuchſius. *Sicut mutationi remediorum medicus non debet cum minime oportet, ſtudere. monet enim Hippoc. quãuis omnia ratione inuenta ſint, non tamen ſtatim conſpicua vtilitas aliqua compareat, ne ad aliud præſidium, vtcunque idipſum ægrotantes à nobis exigant ac poſtulent progrediamur, dum manet quod initio viſum eſt. Nam fieri non poteſt, vt ſemper breui tempore ſua actione medicamentum adhibitum proficiat, neque etiam morbus ipſe ſemper ita exiguus eſt, vt vno præſidio, vinci ac pelli queat, quo ita quæ plene ſuperentur præſidia eiuſdem facultatis, vt ſæpius reiterentur, neceſſe eſt;* ſic medicus ſpiritualis non debet ſine cauſa remedia mutare, quæ initio tali morbo conſentanea extimauit, quia remedia ſpiritualia, & moralia non ſemper exiguo temporis curſu ſuam efficaciam habent, & vtilitatis fructum præbent. neque vitia ipſa ita leuiora ſunt, vt vnico præſidio poſſint expelli: quare neceſſe eſt eadem auxilia ſæpius repetere. Hoc patet de ira de qua ad hanc rem Galenus.

Iacob. de Graffiis in ferm. Nam ab ira prorſus liberari, ſimul ac quis velit non continuè quis poteſt comprimere aut illius perturbationis intemperantiam, atque inſolentiam poteſt, quod remedium ſi ſæpius vſurpauerit, agnoſcit tandem aliquando ipſe, ſe ipſum minus nunc propenſum ad iram quam ante, vſque Matth. 11. adeo, vt neque ob paruas, neque ob magnas cauſas in furorem ſe agi animaduertat, ſed magis tantummodo iraſci ſceleribus.

Sic pari modo non eſt recedendum ab oratione, quamuis initio non exaudiamur, ſed, *ſemper oportet orare, & perſeueranter; & ſi primo non exaudimur, non deficiamus, imo precibus, & clamori inſiſtamus: vult Deus rogari, vult cogi inquit* De curand. an morbis. *Gregorius, vult quadam ſancta importunitate vinci, quemadmodum diximus de beata hac Cananæa. Hinc dici[illegible]num cælorum vim patitur, & violenti capiunt illud; ſimus ergo in oratione ſeduli, in pr[illegible]us importuni, ſimus raptores, vt regnum cælorum capiamus violenti, vt vim etiam ipſis cælis inferamus. Quid hac rapina locupletius: quid hac violentia glorioſius, bona violentia, qua Deus non offenditur; ſed placatur; proximus non læditur, ſed iuuatur, peccatum minuetur non multiplicatur.*

Sicut ſingularis prudentiæ munus eſt ab ijs remedijs non recedere, quæ bona videntur, etiamſi manifeſta vtilitas nondum videatur, quia in re medica.

medica bonus pharmacorum vſus eſt continuandus, ſic in re ſpirituali idem accidit, in qua ſpiritualium remediorum vſus eſt quoque perpetuandus vt Ioan. Pelecijus fuſius oſtendit.

Ioan. Pelecyus de hum. affect. morbo. cura: lib. 2 c. 24.

Sicut ſi vnum remedium non ſuccedit ad aliud ſtatim non eſt tranſeundum, quamuis nullum videatur commodum adferre, quia aliquando inſenſibiliter, & interius ſenſim corpus ad priſtinā ſanitatem reducitur; ſic idem de oratione dicendum: *& in his caſibus. quando non vtilia petimus dominus non exaudit licet exaudire non videatur, quia non dat ad voluntatem, ſed ad vtilitatem, quare ait Auguſt. bonus dominus qui ſæpe non tribuit quod petimus, vt tribuat quod mallemus: ſi vero pro vtilibus oramus, & non obtinemus, eſt, quia non perſeueramus. Non enim vbi anpuum in precibus agimus deſiſtimus, ſed ſcriptum eſt. Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit; in potentia veſtra poſſidebitis animas veſtras; nec debemus ab oratione deſiſtere ſi diuina bonitas à noſtro effectu ſe ſubducit, noſque totos aridos totoſque reddit indeuotos, ſicque quicquid nobis meditantibus offertur decipit, cœlum nobis æneum videtur, nihil ſapit, nihil delectat; proinde eo tempore, quo hæc aguntur, ne deſperemus, orationem non prætermittamus, ſed perſeueranter oremus: nam ſi ſubtrahit ſe à dulcedine contemplationis, manet tamen præſens quo ad gubernationem, quo ad gloriam, quo ad viſionem: non ergo exiſtimemus nos contemni, ſi pauliſper ſubtrahit nobis ſponſus faciem ſuam, omnia quæcumque facit erga nos proſperabuntur. & de acceſſu, & receſſu lucrum acquirimus nobis, venit, & nobis recedit, venit ad conſolationem, recedit ad cautelam ne magnitudo conſolationis extolleret nos, ne ſi ſemper apud nos ſit ſponſus incipiamus contemnere ſodales, & hanc continuam viſitationem non iam gratiæ aſcribamus, ſed & naturæ: hanc autem gratiam quando vult, & cui vult ſponſus tribuit, & non iure hæreditario poſſidetur; recedit etiam ne nimis aſſiduè contemnatur. Nam nimia familiaritas parere ſolet contemptum, inſuper vt abſens magis deſideretur, deſideratus auidius quæratur, diu quæſitus gratius cuſtodiatur, ardentius diligatur, ac ſuauius amplexetur.*

Iacobus de Graffiis in serm. spirit.

Matth. 24. Luc. 21.

Verumtamen non ſolum violatur præceptum Medicum recedendi ſine cauſa ab eo quod initio rectum viſum eſt, ſed etiam ciuile, vt enim refert Laurentius à Villa Vicentio, *violatur omnium Iuriſconſultorum prudentiſſimorum vetuſta, & conſtantiſſima ſententia, ſcilicet in nouis rebus conſtituendis euidentem, perſpectamque vtilitatem eſſe oportere, antea quam ab eo iure quod diu receptum ſit, recedendi deliberatio inſtituatur. Quam ſententiam olim Perſarum magi, & Locrenſium ſapientes, omniumque gentium Iuriſconſulti, ſingulari religione, vti Reip. ſtatui confirmando maxime neceſſariam venerantes, in ſuis ciuitatibus obſeruandam ſemper docuerunt.*

Laurent. à Villa Vicentio in œcono. ſacra, &c.

LIII.

Quibus aluus eſt humida, iuuentam quidam agunt facilius, quam qui eandem ſiccam habent; ſed ſenectute difficilius defunguntur, ipſis ſi quidem ſeneſcentibus fere reſiccatur.

Iacobus Hollerius. Sicut in iuuenibus humida aluus in ſenibus ſicca aluus melior eſt, ſic multa in iuuentute, multa vero in ſenectute ſunt meliora.

L I V.

Vt traducenda iuuentute liberalis, & ſpecioſa corporis magnitudo; ita ſenectuti grauis, & paruitate deterior.

Ioa. Lorinus in Pſalm 20. verſ. 9. 10. proœm. lib. 2. in Amos. 1. ſerm. 21. in cant.

Sicut corpus: ſic & anima vitioſo ſenio conficitur. Habet anima etiam vitioſam ſenectutem ſuam, non ſolum quia imbecillitas corporis animæ quoque vnà ſecum trahit, vt ex quadam controuerſia Hieronymus refert, ſed cum refrigeſcit in anima charitas, debilitatur virtutis vigor, ſegnis ineptaque redditur ad officia pietatis: ita vt inueteraſcat inter inimicos (de qua dixi in replic. illius loci) ſenecta laborare anima videtur; tum vero maximè quando vitiorum contraxit habitus.

Vt liberale vel ingenuum eſt magnitudine corporis iuuenem fieri, adeò vt ſimul augeatur, & iuueneſcat, quia oſtenditur naturam in eo corpore copioſe agere: ſic iuuenem cum optimis moribus ac præſtantibus virtutibus adoleſcere; adeo vt ſimul augeatur, & præſtans, ac ſingularis in virtutibus euadat, eſt res pulchra, ac excellens, quia hoc modo præſtantiſſimæ indolis eſſe oſtenditur.

E contra ſicut ſeneſcere eſt moleſtum ac inutile, quia corpus actionibus ineptum euadit, nec raucitates, grauedines, deſtillationes ſenes admittunt, ſic in re morali ac Theologica eſt inutiliſſimum, quare antequàm veniat tempus paucitatis, moleſtiæ, afflictionis debent in diebus iuuentutis creatoris meminiſſe, vt prolixe Ioa. Crombecius, lib. 1. cap. 21. de ſtud. per. oſtendit.

Sicut corporis longitudo ob ſenectutem incurueſcit, ac grauis exſtit, vt enim inquit Galenus, *incurueſcit ſeneſcentibus fitque graue & moleſtum onus.* Sic anima ob peccatum curua fit, vt Ioannes Neouilleus affirmat.

Vt

Vt nihil deformius eſſe peccatrice vitijſque obnoxia anima oſtendamus, curuam haud immeritò dici probabimus, primum autem curua erit ſi illa ſpiritui minus cõnſentiens, ab amore Dei, cœleſtiũmque rerum ſtudio, ſe tota ad carnis deſideria incuruauerit. Nam cum animam, iuxta Chriſti, Paulique præceptum, ea quæ ſurſum ſunt ſapere, erectaque in cœlum mente, cœleſtia contemplari oporteat, ſi hæc ſeſe in corporis cœnum ſemel proſtrauerit, omneſque ſuas cogitationes ad res huius mundi fluxas caducaſque conuerterit, haud iniuria curua obliquaque vocabitur. Curuitatis huiuſmodi non neſcius Satyricus poeta Perſius altius inclamat, *Ioa. Nouiz. de pulchr. animili. b. 4 cap. 5*

O curuæ in terris animæ, & cœleſtium inanes! *Perſ. Saty 2.*

Egregium profectò gentilis poetæ dictum, Chriſtianæque veritati valde congruens & conſentaneum. Quis enim non videt curuas hominum animas, id eſt, omnino carnis deſiderijs affixas, rerum cœleſtium inanes eſſe? Ita animatus erat adoleſcens ille apud Matth. qui nummos ſuos, diuitiaſque quas plurimas habebat, erogare in pauperes noluit, vt expeditiore liberioreque animo Chriſtum ſequeretur. *Matth. 9* Nondum ſe ad veræ vitæ, ſolidæque rationis compoſuerat, erexeratque amuſſim, qui de patre ſepeliendo ſolicitus erat, memor adhuc aratri quod reliquerat. Similis quoque in Nicodemo curuitas obliquitaſque fuit, quando ad Chriſtum noctu venit. *Ioan. 3.* Nondum enim veterem hominem exuerat. Quare quid nouus eſſet, non poterat intelligere. Merito igitur hæc audit a Chriſto: Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Curuus igitur, & carnalis adhuc erat Nicodemus, nondumque ſpiritu Dei renatus, vt non mirum fuerit, ſi capere non potuerit Chriſti Ieſu verba. Oportet igitur nos, quos curuos faciunt tot in animum obrepentes, hucque vel illuc impellentes perturbationes, omnes affectus noſtros ſub rationis imperium cogere, hiſque, quantum fieri poterit, nos expedire. Nam is tunc demum erectus dicetur, qui his ſeſe exemerit: quique ob mentem perfectam, ad Angelorum rectitudinem, naturamque propiùs acceſſerit. Hoc autem maximè quis præſtat, tum quum mentem ſuam ſupra res mundanas extollit, cogitationes vanas deijcit, & cordis ſui extollentis ſe aduerſus Deum, altitudinem deprimit, quod certè communis ſcopus eſt eorum, qui pietati conſultum cupiunt. Qui hoc non fecerit, curuus, id eſt, homo animalis erit, de quo Paulus: *1. Cor. 2.* Quia animalis, inquit, homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritaliter dijudicatur. Spiritalis autem examinat omnia.

Sicut ex multis cauſis ſenes curui fiunt; Sic peccatores per diuerſa vitia ſemper curui euadunt. *Berchorius.*

Curui dico per fallaciam nunquàm rectè agentem,
Curui etiam per auaritiam inferius hærentem,
Curui inſuper per tenacem parcitatem omnia retinentem,
Curui nihilominus per infidelitatem, dæmones adorantem,
Curui etiam per carnalitatem fœminis incumbentem,

† *Bercherius.* De curuitate fallacitatis, malitiæ, & proditionis, dicitur Eccleſ. 12. Si humiliatus vadat curuus; abijce eum & cuſtodi te. De curuitate auaritiæ & ambitionis quia curuati, & inclinati ſunt ad terrena dicitur, in Pſal. Dorſa eorum ſemper incurua. Iſa. 51. Dixerunt, inquit, ſupple dæmones. animæ tuæ incuruare, vt tranſeamus, & poſuiſti vt terram corpus tuum, & quaſi viam tuam tranſeuntibus. Diabolus enim mauult, quòd anima ſit curua quàm recta; de curuitate vero tenacitatis, & parcitatis; nota quod res curua ſemper fortius retinet, id quod ſemel infixum eſt, & ideo diabolus eſt ſicut piſcator, qui curuat clauum, vel acum ad faciendum hamum. Sic diabolus incuruat per parcitatem auarum, vt raptum non dimittat venatum, vnde in Pſalm. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam; De curuitate etiam Idololatriæ & infidelitatis dicitur, Iſa. 44. Fecit ſculptile & incuruatus eſt ante illud. Iſti qui ſic curuantur ſummè à Deo odiuntur, & facientes contrarium ſummè diliguntur 2. Reg. 19. Reliqui mihi ſeptem millia virorum, qui non curuauerunt genua ſua ante Baal. De curuitate autem luxuriæ & carnalitatis, qua ſcilicet viri mulieribus inclinantur, dicitur Iob 31. Scortum ſit alterius vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij.

Idem. Sicut incuruatio apud Medicos ſignificat illã deflexionẽ quę in ſenectute fit; ſic apud Theologos, ſignat incuruatio deflexionem, quæ fit ad peccatũ. Item depreſſionem quæ fit per tormentum. Item ſubiectionem quæ fit per ſenectutis iugum. De incuruatione peccati dicitur, in Pſal. Dorſum eorum ſemper incurua, & Iſa. 51. dicitur animæ peccatrici in perſona dæmonum. Incuruare vt tranſeamus; De incuruatione verò tormentorum 2. Paral. 36. Incuruatus ſum multo vinculo æris, & ferri; De incuruatione verò ſenectutis & ſubiectionis dicitur, Geneſ. 27. Incuruentur ante te filij matris tuæ, &c.

† *Ioa. Raulin. in Ser. Quadrag. 153.* Porro incuruatio eſt vnum ex ſeptem ſignis ſenectutis corporalis, & ſpiritualis, vt enim inquit Ioa. Raulin. Quartum ſignum eſt incuruatio humerorum, Pſalm. miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem. Senes enim incedunt curui, nec de facili poſſunt aſcendere, Eccleſ. 25. Aſcenſus arenoſus, id eſt, grauis ad modum arenæ in pedibus veterani, hoc eſt quantumquod facit peccatum, quia extincto in corde amore Dei, incuruat hominem ad amorem terrenorum, Pſalm. Oculi ſapientis in capite eius, id eſt, Chriſto capite: Oculi ſtultorum in finibus terræ Prouerb. 17. Vbi enim amor, ibi oculus, vt patet in porco, qui dum comedit glandem, nunquam

ſurſum

ſurſum reſpicit, vnde glans deſcendit, nunquam enim niſi curue incedit. qui oculos ſurſum ad terminum vitæ non habet; ideò tales potius videntur tendere in infernum quam in cœlum; quibus à dæmone dicitur, Iſa.41. incuruare, vt tranſeamus; huiuſmodi autem curuitas tollitur per contemptum terrenorum. vnde de diſcipulis qui omnia reliquerunt dicitur, Matthæi 17. Leuantes oculos, neminem viderunt niſi ſolum IESVM. Ideò ſynagoga incuruata ad terrena nec CHRISTVM viuentem, nec morientem, nec cœlum, nec mortem eius plangens: nec reſurgentem videre potuerit.

PETRI ANDREÆ CANONHERII IN TERTIVM HIPPOCRATIS APHORISMORVM LIBRVM

MEDICÆ, MORALES, AC THEOLOGICÆ INTERPRETATIONES.

I.

Mutationes temporum potiſſimum pariunt morbos, & in ipſis temporibus magnæ mutationes frigoris, au[illegible]ris, cæteraque ad proportionem, his ſimiliter.

QVEMADMODVM medici, vt futura incommoda præcauere valeant, temporum commutationibus & viciſſitudinibus morbos generari aſſerunt: ſic eodem modo Theologi huius Aphoriſmi autoritate, vt incommoditates euitentur, temporum immutationes, ſpirituales infirmitates procreare nos exemplariter docent, vt enim inquit Ioannes à S. Geminiano. Tertio neceſſaria eſt prudentia in cauendo. ſ. futura pericula; & ad hoc ſollicitat nos temporis alterabilitas, nam tempore, nil alterabilius; & ideo corpori nihil eſt periculoſius. Quia dicit Hippo: mutationes temporum maxime generant morbos, ſubita enim mutatio caliditatis in frigiditaté corpora alterat, & mutat, ideo, quia natura non patitur repentinas mutationes: ſubita mutatio temporis eſt cauſa infirmitatis: ſunt enim præcipue quatuor temporis qualitates: quarum diſtemperantia cauſa eſt ſuo modo tam corporalis, quam ſpiritualis infirmitatis, à quibus,

† *Ioannes à S. Geminiano in ſumma de exemplis lib. 1. ca. 84.*

quia moderna tempora, præcipue abundare videntur, ſumme debet cauere homo ſapiens, videlicet calidum, frigidum, humidum, ſiccum. Quæ quia his modernis temporibus exemplariter loquendo omnia ſimul inordinatè abundant, videntur adeſſe tempora, de quibus prædixit Apo. inſtabunt tempora periculoſa. Æeſtuat enim tempus nunc ardore inordinato, id eſt, deſiderio peccandi. Iſa.ſuccenſa eſt quaſi ignis impietas: item abundat frigiditas malitiæ & iniquitatis ex defectu caloris, vitalis & ordinati. Scilicet charitatis. Mat. abundabit iniquitas refrigeſcet charitas multorum. Tim. erunt homines ſe ipſos amantes: vix hodie amatur aliquid propter Deum ſed propter proprium cōmodum, vnde omnis amor eſt reciprocum in ſe ipſum: & ideo oportet, vt remittatur in proximum & in Deum.

Quemadmodum temporum mutationes, nempe calidi, infrigidum, & frigidi in calidum morbos corporales pariunt: ſic mutationes temporum moraliter conſideratorum, nempe proſperi in aduerſum, & aduerſi in proſperum, morales infirmitates procreant. Nam rebus ſecundis vſque adeo ſuperbiunt, & efferuntur, vt inebriati proſpera illa fortuna videantur, exiſtimantque tantam eſſe ſuam virtutem, vt & hanc fortunam peperit, & aliam huic ſimilem ſemper parere queat: ſed cum aduerſa tempeſtas oritur, tantopere terrentur, vt omnem ſpem abiiciant, ceu viles abiectique plane homines. Atque hæc cauſa eſt ſubitæ eorum mutationis fortunæ. Nam qui viri Principes ita affecti ſunt, ij magis de fuga cogitant, in huiuſmodi aduerſitatibus fortunæ, quam vt defendere ſe ſuoſque conentur, propterea quod ſecundis rebus male vſi ſunt, neque ſeſe præpararunt vt aduerſis venientibus [illegible]us, forti animo reſiſtere poſſent.

Quidam.

† *Eryc. Puteanus orat. 9.*

Et Er. Puteanus. [illegible]mus aut diffluimus mortales, ad quemcunque rerum adſpectum. Re[illegible] proſperæ ac ſerenæ? gaudio peccat animus, aduerſæ & fuſcæ dolore confuſa quaſi temperie pectoris aut frigore corripimur, cum ſe fortuna ſubduxit: aut æſtu cum adfulſit.

Sicut mutationes temporum bonorum in mala, morbos: ſic mutationes bonarum rerum in malas vt aſperitatis in delicias, paupertatis in diuitias, & eiuſmodi, vitia ac diuerſas affectiones inducunt.

Sicut in ipſis temporibus magnæ mutationes caloris & frigoris: ſic in ipſis temporibus ſpiritualibus, magnæ mutationes caloris, & frigoris ſpiritualiter fiunt. Nam cum tempus moraliter conſideratur inuenitur &

Petrus Berchorius in repert. mor.

Vincentis fragilitatis.
Labentis proſperitatis
Vrgentis aduerſitatis
Sequentis mortalitatis
Sordentis calamitatis
Gaudentis ſocietatis

Iſta enim ſunt tempora ſtatuum perſonarum vid.

Viuentium corporaliter
Labentium temporaliter

Egentium

Egentium miſerabiliter
Morientium naturaliter
Pereuntium infernaliter
Triumphantium aeternaliter.

In omnibus fere his temporibus & frigoris & caloris mutationes inueniuntur, v.g. vt tempus quod magis ſingulis innoteſcit pro exemplo ſumanus, eſt tempus vrgentis neceſſitatis, in hoc inueneris tribulationes, quæ frigidæ, rigidæ, aſperæ, turbidæ &c. ſunt animæ in feruidam & plenam ſpirituali calore patientiam immutari: nam ſicut frigus facit intus calorem retrocedere: eumque fortiorem ad agendum reddit: ſic tribulatio affectus & appetitus men tales vndique ad temporalia diſperſos retrocedere faciens, animam immutat & feruentem reddit, facitque eam maximo cum calore de ſua ſalute cogitare: è contra anima ob aliquam cauſam auxilio diuino deſtituta, aut alia in re occupata, cum non poſſit amplius cum feruore & calore tribulationes excipere frigeſit: & ſic ipſo tempore vt magnæ mutationes frigoris & caloris fiunt & ſicut corpus modo frigus modo calorem ſubit: ſic & anima modo caleſit, modo frigeſit aut tepeſcit.

II.

Naturarum quædam ad æſtatem; aliæ ad hyemem, bene aut male ſe habent.

QVemadmodum naturarum apud medicos, quædam æſtatis: aliæ hyemis tempore bene aut male afficiuntur; ſic hominum quidam hyeme, alij æſtate quoad ſpiritualia bene vel male ſe habent: nam vt inquit Ioannes Geminianus. † Plerumque ergo de hominibus accidit, quod facit hyems aduerſitatis bonos, quos fecerat æſtas proſperitatis malos, &: Paulo inferius, ſimiliter etiam homines qui ſunt charitatis amore calolidi, & lachrymarũ deuotione humidi, tempore hyemis. i. aduerſitatis ſunt boni. quia charitas patiens eſt, & non irritatur. Sed etiam in autumno. i. abundantia proſperitatis, quia autumnus abundat fructibus, tales congruenter ſe habent, quia ſciunt abundare & penuriam pati, ſed illi qui ſunt frigidi calore. i. charitate carentes, & ſicci humorem gratiæ non habentes, vel frigidi ad ſpiritualia & humidi. i. fluxiles ad carnalia iſti ſunt peſſimi, & in hyeme. i. in aduerſitate; quia aſperitatem aduerſitatis nequeunt ſuſtinere, poſſunt tamen eſſe boni à media æſtate. i. proſperita-

† Ioannes à S. Geminiano in ſumma de exemp. li. 5. ca. 3.

 te, quia

te,quia ſi proſperitate mediocriter,& temperate vterentur, non eis obeſſet,ſed potius prodeſſet; Eſt enim in proſperitate, vt ſic,proficua neceſſaria temperantia,alioquin eſt nociua. Vnde Seneca dicit,quod ipſa fælicitas niſi temperetur,premit,vel proterit multarum vrbium in ipſo febre luxurioſa imperia,quæ ceciderunt. Et quicquid virtute partum erat, intemperantia corruit.

I. Heurnius in enar. vius aphor.

Sicut varia corpora varijs morbis prona ſunt, vt varia eorum fuerit natura: ſic varia ingenia in diuerſa vitia propenſa ſunt, vt varia eorum indoles extiterit.

Petrus Berchorius in repert. morali.

Sicut naturarum quædam ad æſtatem,aliæ ad hyemem bene aut male ſe habent; ſic quidam bene ſe habent in æſtate pœnitentiæ, nam *ſicut in tempore æſtatis ſolent à ſole arbores interius penetrari, & gummoſi ac viſcoſi liquores exterius expelli, & tandem flores fructus,folia generari & produci: ſic in æſtate pœnitentiæ,homines penetrantur à ſole id eſt à diuina gratia per deuotionē & contritionem,vicioſi humores emittuntur per confeſſionē, & tandem boni fructus id eſt bona opera producuntur per ſatisfactionem.* Alij vero male ſe habent, & ſunt obſtinati,duri & omni humiditate & radicali gratiæ humore priuati, & aſſimilantur illis arboribus quæ obſiccitatem conſumptam à ſolis virtute in priſtinam viriditatem reſtitui non poſſunt.

Et ſic tempore pœnitentiæ male ſe habent, quia ad Deum conuerti nolunt; ſed luxu & luxuria perpetuo diffluere,vel dic quod cum æſtas ſignet ſtatum proſperitatis alios in hac æſtate bene ſe habere. i.bonis fortuniſque modeſte ac liberaliter vti, alios tunc temporis auaritiæ & luxuriæ æſtubus magis inflammati:vel dic quod cum æſtas poſſit ſtatum aduerſitatis,feruorem,& ardorem mortis,iudicij,& inferni ſignificate,in hac æſtate alios ſe bene habere, nempe ij qui mortem iudicium,& infernum animo quotidie reuoluunt, & expectant;alios non ſe bene habere, nempe ij qui non Deum,non mortem,non infernum,non iudicium timent.

Idem

Pari modo alij in hyeme timoroſa conſcientiæ bene ſe habent. Sicut enim hyeme abundat algor ingens,dolor pungens,humor vrgens,candor iungens: vapor vrgens: feruor vrgens; & nitor exurgens;ſic conſtat quod in bona conſcientia nos ſentimus algorem ingentem,hoc eſt,frigus diuini timoris: nos ſentimus dolorem pungentem, hoc eſt,ritus contriti ſtuporis: nos ſentimus humorem vrgentem, hoc eſt fletus deuoti mœroris: nos ſentimus candorem iungentem,hoc eſt,decus precati pudoris; nos ſentimus vaporem vrgentem hoc eſt flatus ſpiritus valoris: nos ſentimus feruorem vrgentem,hoc eſt æſtus ambitus amoris:nos ſentimus pungentem nitorem,hoc eſt virtus ornatus decoris: alij male ſe habent,& ſunt ij qui ſupradicta non ſentiunt,vel dic quod alij in hyeme rigoroſæ pœnitentiæ bene ſe habent, quia quaſcumque pœnitentias pro peccatis libenter ſuſcipiunt.

Cornelius Muſſus in conc. euang. conc. de epiphania

Verum ad hunc aphoriſmū facit illud Cornelij Muſſi. Nimis tamen verum eſt, nec idipſum ignorant hæc noſtra ſtudia: omnem hominem ad

mundanas

mundanas voluptates, ad carnis libidinem, ad vanitatem, ad iram æſtate quam hyeme procliuiores eſſe. Hyeme natura corporis noſtri eſt quaſi mortua, æſtate reuiuiſcit, & heu quanto cum animarum noſtrarum damno reuiuiſcit. *Aeſtate homo quã hyeme ad vitia procliuior.*

III.

Morbi alij ad alia tempora bene vel male ſe habent: Et quædam ætates ad tempora alia & loca, & aliud victus genus.

Quemadmodum mutationum temporum maleficium eſt, ita & eſt beneficium. Nam vt gignũtur morbi certa condition tempeſtatis, ita & ſoluuntur: ac cum in morbis generationem & ſolutionem ſpectemus, generatio quidem eſt humilibus, ſolutio vero à contrarijs: itaque vt æſtas gignit morbos calidos, ſiccos: ita ſoluet frigidos humidos; contra de hyeme. Eodem modo & ætates gignunt & ſoluunt hos vel illos morbos: Sic mutationum temporum proſperorum & aduerſorum maleficium eſt; & eſt beneficium. Nam vt generantur vitia certis temporibus; ita & expelluntur; ac cum in vitijs ſit generatio, & expulſio, generatio quidem eſt à ſimilibus, expulſio vero à contrarijs: itaque vt aduerſitas procreat in hominibus vitia aut defectus, vt paupertatis miſeriæ, calamitatũ, & eiuſmodi: proſperitas ab his liberat: contra tempora proſpera eodem modo procreant, & expellunt, hæc vel illa vitia vt clarum eſt. *Iacobus Hollerius.*

Sicut vnaquæque ætas quoad tempora, & loca & victus genera ſuum patitur genium; ſic & quo ad vitia.

IIII.

In temporibus cum eodem die, modo calor, modo frigus, autumnales morbi expectandi.

Sicut medici aerem conſiderant, quia corpus ad modum aeris variatur, & ſuas qualitates recipit, & prognoſticũm ponunt *morborum futurorũ ratione temperatura aeris, aqua potius quam à ſolis motu anni tempeſtates definiendæ ſunt: ita vt quacumque anni tempeſtate modo calor, modo frigus vigeat, (qualis aeris conſtitutio autumno propria eſſe conſueuit) autumnales morbi ſunt ſperandi.* Sic Theologi ſecundum ſuum modum intelligendi, aerem conſiderant; nam anima vt corpus iuxta aeris qualitates variationem facit, vt inquit Ioannes à S. Geminiano lib. 1. cap. 6. his verbis, anima variatur admo- *Ioannes Liebautius.*

 dum

† dum aeris. Nam aer in ſuis qualitatibus habet variationem tripliciter.

Ioan. à S. Gem lib. 1. c. p. 6. in ſum. de exempl.

Primo ex diſtantia cœli, quia quanto aer eſt à cælo remotior & terræ vicinior, tanto frigidior & groſſior & terrenæ qualitati ſimilior, licet aer terræ vicinus ex reflexionis radiis aliquando incaleſcit. Sic quando eſt à Deo anima per peccatum longinquior, tanto eſt per malitiam frigidior, & ad ſpiritualia intelligenda groſſior, & ad temporalia per affectum terreſtrior. Cauſatur etiam immutatio aeris per ſolis approximationem vel elongationem: quia approximatio eſt cauſa caloris, ſed elongatio eſt cauſa frigoris. Appropinquat autem animæ Sol iuſtitiæ, Chriſtus per gratiam, quando ſcilicet ipſa anima appropinquat ſibi per pœnitentiam Iac. Appropinquate Deo & appropinquabit vobis, & tunc cauſatur in anima calor & feruor amoris: elongatio autem Solis, id eſt Chriſti ab anima, nunquam fit, niſi ex culpa. Pſalm. Longe à peccatoribus ſalus. Et tunc fit in anima frigus, quia extinguitur affectus, & feruor circa ſpiritualia.

Iac. 4.

Pſal. 118.

Item Sol ſi cum Saturno frigido ſidere in frigido ſigno conuenerit, in aere frigus intenditur. Si vero cum Marte & calido planeta concurrerit, fit in aere exceſſus caloris. Eſt autem in anima quaſi Sol naturalis ſplendor & lumen propriæ rationis, qui ſi cum Saturno, id eſt, corpore pigro & frigido conuenerit, id eſt, concordauerit in ſigno frigido, id eſt, in ſuo carnali appetitu, vel deſiderio; intenditur & creſcit in anima frigus illud, id eſt, peccati malitia: frigus enim eſt qualitas mortificatiua: quia ſi ſecundum carnem vixeritis moriemini, dicit Apoſt. Sed tunc ſol rationis conuenit cum Marte, quando concordat rationis deliberatio ſiue meditatio cum bona & feruenti voluntate. Et creſcit deſiderij feruor vel affectus amoris. Pſalm. Conculcauit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcit ignis.

Rom. 2.

Pſal 31.

Secundo variatur aer ex qualitate venti. Nam aer in montibus frigidior eſt, in vallibus calidior. Et ratio eſt ſecundum Conſtantinum, quia Boreas ventus frigidus habet ortum ab eminenti zona, vnde libere expetit loca alta & mouetur ibi, & ſubtiliat aerem, & ſic frigoris eſt cauſa. Omne. n. ſubtile dummodo exhalationem habeat, per motum infrigidatur. E contra autem in vallibus aer eſt quietus, quem non impellit de facili ventus frigidus, & ſic eſt calidus. Macrobius autem aliam cauſam huius aſſignat dicens, quod hoc eſt ex aggregatione radiorum qui multiplicantur in vallibus magis quam in montibus, immo ſi ad montes veniunt non ibi ſubſiſtunt ſed ad valles deſcendũt: vbi cum vltra procedere nequeunt, ibi multiplicantur & conculcantur: & ſic calorem maximum generant. Vnde niues in vallibus liqueſcunt citius quam in montibus. Et huic ſententię concordat Philoſophus. Aer ergo montium eſt vita magnorum, quæ vento agitata ſuperbiæ, abundat in frigore malitiæ. Aer autem quietus vallium, eſt vita tranquilla humilium, ad quam ventus inquietudinis & ſuperbiæ non ingreditur. Ibi etiam radij, id eſt, celeſtes illuminationes & conſolationes

Conſt.

Macro.

Ariſt. 14. metke.

tiones multiplicantur, ex quibus amoris & deuotionis feruor plurimum augmentatur.

Tertio aër immutatur ex ſitu loci, quia in terra vicina mari ſeptentrionali aër frigidus eſt vapore frigido à mari reſoluto, vnde ibi calor eſt debilis, propter quod illud mare parum ſalſeſcit, & ideo ponticum mare eſt quaſi dulce. In mari autem auſtrali eſt contrarium ex contraria cauſa. Mare autem ſeptentrionale vitam peccatorum ſignat, quæ mare propter inquietudinem dicitur: Septentrionale autem à ſeptem ſtellis frigidis arcturi, quæ ibi præſunt, id eſt, à ſeptem vitiis capitalibus quæ in peccatoribus dominantur, ibi eſt aër, id eſt, anima frigida frigore peccati & malitiæ. Vbi etiam deficit aqua ſalſa ſiue amara pœnitentiæ, & abundat aqua dulcis carnalis concupiſcentiæ. E contra autem in auſtrali, id eſt, in conuerſione pœnitentiæ, de qua in Pſalmis dicitur. Conuertere domine cap- *Pſal.125.* tiuitatem noſtram ſicut torrens in auſtro: conſurgit vapor contritionis calidus per feruorem humilem, per lachrymarum compunctionem, ex quo fit aër calidus, id eſt anima feruens etiam in amore. Item anima in vita iſta tanto plus ſentit de mundi amaritudine, quanto plus habet de terrena affectione: & è contra, tanto plus percipit de cæleſti dulcedine, quanto plus eſt purgata à terreno amore, & magis aſſidua in contemplatione, cuius exemplum eſt quod aqua marina, quæ mixta eſt groſſo terreo combuſto amara eſt, ſiue ſalſa; ſed aqua dulcis eſt mixta, aëreo & purgata à puluere terreno quaſi ante terreum, groſſum & combuſtum eſt amor terrenorum qui animam reddit terrenam per aſſimilationem quia anima (vt dicit Hugo de Sancto Victore) in illius rei quã diligit ſimilitu- *Hugo.* dinem transformatur, item reddit groſſam quoad contemplationem ſpiritualem; & conbuſtam, quoad affectionem temporalium: vt temporalia nimis ardenter diligat, hoc ergo amore dum anima reſpergitur affectione multiplici frequenter amaricatur. Sed ſi fuerit anima aëreo id eſt ſpirituali amore coniuncta, & à terreni amoris puluere purgata, tunc cæleſti ſpirituali dulcedine quam pluries erit plena.

Quare multi hanc mutationem ſubeant; nam ſi prius erant calidi; per † charitatis feruorem, humidi per pietatis dulcorem, ipſi efficiuntur frigidi *Petrus Ber-* per indeuotionis algorem, & ſicci per incompaſſionis duritiam & ſtrido- *chorius in* rem, & ideo de peregrino calore, dicitur Iudith. 8. de Manaſſe viro Iudith. *prompt. mor.* quod cum ſtaret circa alligantes manipulos in agro, cecedit æſtus ſuper caput eius & mortuus eſt: quia vero quando æſtus innaturalis. i. ardor cupiditatis, & proſperitatis cadit ſuper illos, qui circa manipulos. i. circa diuitias temporales in agro huius mundi vacant, facit eos per diuerſa peccata deficere atque mori.

IV. *Auſter*

V.

Auſter auditum hebetat, caliginem viſui obducit, caput grauat, corpori tarditatem & languorem conciliat. Quum itaque is increbreſcit, talia inualidis accidunt: contra Aquilo tuſſes mouet, fauces exaſperat, aluum indurat, vrinam ſupprimit, horrores excitat, lateris & pectoris dolores facit. Hoc itaque dominante, talia infirmos expectare oportet.

VT medici ventos, ſed præcipue Auſtrum & aquilonem conſiderant, eorumque effectus ad corpora rationem habendo, notas faciunt: ſic Theologi ventos, ſed præcipue de Borea & Auſtro mentionem faciunt: eorum effectus animæ comparando, vt explicat Ioannes à Sancto Geminiano.

† *Ioannes à S. Geminiano in ſum de exem li. 1. cap. 72.*

Spiritus malignus aſſimilatur aquilonari.

Primo, quia aquilo eſt ventus frigidus; & hoc habet ex loco ſui exitus. Et ſimiliter ſpiritus malignus eſt frigidus, feruorem mentis extinguendo.
Eccl. 43. Eccl. Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit criſtallus ab aqua.

Secundo, quia eſt ventus ſiccus, & hoc ſimiliter habet ex loco exitus ſui. Similiter ſpiritus malignus ſiccus eſt, id eſt deſiccatiuus, humorem de-
Pro. 25 uotionis conſumendo. Vnde Prou. Ventus aquilo diſſipat pluuias, id eſt
Eccl 48. deuotionem lachrymarum, & Eccl. dicitur; quod ventus aquilo flauit &c. Et poſtea ſequitur quod deuorabit montes, & exuret deſertum, & extinguet viride ſicut ignem, ſcilicet deſiderando deuotionis humorem.

Tertio, quia eſt ventus ſubtilis, & hoc habet quia aquilo propter nimiam congelationem minime vaporatur, & ideo non ingroſſatur ex vaporibus humidis. Similiter malignus ſpiritus ſubtilis, id eſt, aſtutus eſt in fraudulenter decipiendo: & ideo tentatio eius propter ſubtilitatem, & ob-
Iſa. 14. ſcuritatem aſſimilatur fumo, ſecundum illud Iſa. Ab aquilone fumus veniet, & non eſt qui effugiat.

Quarto, quia aquilo eſt ventus vehemens: & hoc quia exit à locis frigi-
Eccl. 43 diſſimis, & montibus ſub quibus continetur multus vapor terreus. Eccle. Tempeſtas aquilonis, & congregatio ſpiritus, &c. Similiter malignus ſpi-
Iob. 1. ritus eſt vehemens & violentus crudeliter perſequendo, Iob. Ventus vehemens venit à regione deſerti & concuſſit quatuor angulos domus.
Ezec. 1. Ezech. Ventus turbinis veniebat ab aquilone.

Notãdum, quod ſpiritus malignus & Spiritus ſanctus contrario modo operantur Ille quidem in hominibus peccatoribus, & hic in iuſtis: ſicut accidit de vento aquilonari & auſtrali. Nam auſter congregat & inſpiſſat

vapores

vapores in nubes & rorem, eo quod aperit propter caliditatem ſuam,& etiam congregat propter ſuam tortuoſitatem. Sed Aquilo contrario diſſipat & diſpergit omnem vaporem. In Corintho tamen contingit oppoſitum, ſcilicet quod Aquilo inducit ibi vapores,& auſter diſſipat: quod eſt, quia illa ciuitas habet ad auſtrum terram arenoſam,& deſertam, cuius ſiccitate minimus vapor reſoluitur, è contra habet ad aquiloné paludes & maria ex quibus ventus aquilo ingroſſatur,& accipit tortuoſitatem, & generat ibi pluuias & alios vapores. Similiter in mentibus Sanctorum, auſter id eſt Spiritus ſanctus, de quo dicitur Abac. Deus ab auſtro veniet inducit ſiue congregat nubes & vapores, id eſt, ſanctas cogitationes & affectiones quas aquilo, id eſt malignus ſpiritus inſpiſſare,& diſpergere conatur. Sed in peccatoribus è contra diabolus tanquam aquilo in Corintho inducit & congregat vapores. id eſt malas & terrenas vel carnales affectiones. Sed auſter, id eſt Spiritus-ſanctus eas diſſipat,& diſpergit, dum ad puritatem reducendo malas affectiones ab eis repellit. Et propterea aquilonem obediens, & auſtrum diligens, ſponſa in canticis dicit: Surge aquilo, & veni auſter, perfla hortum meum,& fluent aromata illius. *Abac. 3.* *Cant. 4.*

Sicut Auſter, vt medici aſſerunt, corpora grauat, oculis caliginem offendit, torpentes & languidos efficit: ſic auſter proſperitatis plurima mala inducit, vt inquit Petrus Berchorius. Secundo accipitur pro temporali proſperitate; eſt enim auſter ventus calidus & humidus, corporum grauatiuus, infirmitatum inductiuus, nebularũ & turbinum generatiuus: ſic vero mundi proſperitas dicitur habere caliditatem, & humiditatem. Calorem dico auaritiæ, humorem carnalitatis & luxuriæ, nebulas obſcuritatis: & ignorantiæ turbines crudelitatis, & ſæuitiæ. ideo cauſat infirmitates iniquitatis, & nequitiæ & grauedinem corporum generat in pondus damnationis & miſeriæ, vito bono Ezech. 21. *In repertorio mora. fol. 139*

Sicut aquilo tuſſes mouet; aluum indurat, horrores excitat, &c. Sic moraliter aquilo aſpera & grauia importat, quia ſignat ſtatum præſentis aduerſitatis, ſtatum mundanæ cupiditatis; ſterilitatem, ac carentiam omniũ honorum ſpiritualium, ſtatum peccati ſeu iniquitatis, locum infernalis miſeriæ,& pœnalitatis. *Idem.*

Per aquilonem enim intelligitur aduerſitas,& tribulatio propter multa: primo quia ille ventus affligit pauperé. 2. quia ligat aquas gelu ne fluant, quæ deſtruit vinearum flores. Quarto quod ad rem noſtram facit, ſtringit ventrem. Sic multi in proſperitate ſolebant laute edere, qui in aduerſitate parce viuunt; reſpicientes ad imminentia diſcrimina viuentes timidi. 5. quia ſuſcitat infirmitatem arteticam id eſt guttam. Habent enim magni Principes & conſilarij in auribus, & in oculis guttam. Non enim vident aut audiunt pauperes Pſal. oculos habent & non videbunt, &c. † *Ioa. Raulin ſer. 18.*

Ventus auſtralis eſt proſperitas quæ maximas adducit tentationes peiores vento præcedente: Nam exod. 10. Quæ non læſit grando aduerſitatis, ventus auſtralis per locuſtas adductas omnia conſumpſit. In aquis in quibus non eſt continuus fluxus, ibi putredines & vermes generantur, &

piſces moriuntur: ſic in ciuibus tempore tranquillitatis, quando non ſunt debita exercitia, multa fœda & iniqua ab ocioſis gerūtur, vt luxuriȩ, ebrietates, quod patet in Dauid qui ocioſus adulterium commiſit.

VI.

Quum aſtus ſit ſimilis veri, ſudores in febribus multos expectare oportet.

VT qualis eſt conſtitutio temporum, tales morbi vel excrementa ſunt expectanda; ſic qualia ſunt tempora moraliter conſiderata, talia vitia & vitiorum feces ſunt ſperandæ: & vt quando tempus apud medicos in aliud mutatur aut eſt alteri ſimile, aut eius, cuius ſimilitudinem refert, excrementa mutato ſimilia gignit: ſic apud Philoſophos morales in temporibus mutatis vel elapſis ſimiles vitiorum ſordes generantur.

VII.

Magnis ſiccitatibus febres fiunt acutæ, quod ſi annus talis eſſe pergat, qualem temporis ſtatum effecerit, tales fere morbos expectare oportet.

VT cum cœlum maximo incendio flagrat, nec vllo madore compenſatur febres acutæ fiunt, & periculoſæ, atque ſi maxima pars anni talis eſſe pergat, qualem temporis ſtatum effecerit, huiuſmodi morbos expectare oportet. Sic cum animus maximo iræ ac vindictæ ardore æſtuat, & nulla ſatisfactione compenſatur, atrociſſima homicidia ſunt expectanda, præſertim ſi in concepto odio animus ſtabilis permanſerit.

VIII. *Certis*

VIII.

Certis temporibus & ſuam tempeſtiuitatem ſeruantibus, certi & tempeſtiui ac iudicatu faciles morbi fiunt, incertis autem & alienis incertæ quoque ægrotationes fiunt, & ad iudicandum difficiles.

Vt temporibus anni bene moratis, beneque conſtitutis bene, morati bonique iudicij naſcuntur morbi. At male moratis maleque conſtitutis temporibus inconſtantes, & mali iudicij fiunt morbi: ſic hominibus bene morigeratis beneque affectibus moderatis boni iudicij oriuntur vitia, & male morigeratis paſſionibuſque animi obnoxijs, peſſimæ iudicationis vitia exoriuntur. *Ioannes Liebautius.*

IX.

Autumno in vniuerſum morbi acutiſſimi, & perniciosiſſimi: ver autem ſaluberrimum & minime exitioſum.

Sicut medici duo tempora conſtituunt quorum vnum quod eſt autumnus morbos acutiſſimos & pernicioſiſſimos in vniuerſum parit: alterum vero quod eſt ver & corporibus ſaluberrimum minime exitioſum: ſic duo tempora conſtituuntur quorum vnum eſt proſperitatis, quæ vt plurimum vitia contaminatiſſima & funeſtiſſima gignit: alterum vero eſt tempus aduerſitatis quod animæ eſſe ſaluberrimum Theologi affirmant.

X.

Autumnus tabidis nociuus.

Sicut Autumnus ex ſua natura alijs temporibus morborum eſt magis ferax; & tabidis præ cęteris pernicioſum adfert exitium; ſic tempus liberalium dierum, eſt alijs temporibus vitijs magis fœcundum, libidinoſis tamen & Gulę crapulæque deditis maxime exitioſum.

Sicut autumnũ morbos pernicioſiſſimos parere medici annotarunt: ſic in menſibus autumnalibus publicos morbos graſſati imperatores ac principes obijſſe Politici obſeruarunt; lege Gregorium Ricthaerum in axiomat. Oeconomi.

X I.

Inter anni partes ſi hyems ſicca & aquilonia, ver pluuioſum & auſtrale fuerit, aſtate neceſſe eſt febres acutas fieri, & opthalmias, & dyſenterias, mulieribus præſertim & viris natura humidioribus.

XII.

Contra vero ſi auſtralis hyems & pluuioſa & tepens fuerit, ver ſiccum & aquilonium, mulieres quibus partus in ver incidit, quauis occaſione abortiunt, aut ſi pariant tam infirmos, & morboſos partus edunt, vt vel ſtatim ipſi intereant, vel tenues & valetudinarij viuant, cæteris dyſēteriæ & ophtalmiæ, ſiccæ fiunt, & ſenibus catarrhi perniciem breui allaturi.

X I I I.

Æſtate vero ſicca & Aquilonia, Autumno pluuioſo & Auſtrali vehementes capitis dolores in hyemem & tuſſes & raucitates, & grauedines etiam tabes expectandæ.

X I V.

Aquilonio vero & ſicco autumno hominibus natura humidis & mulieribus commoditas parabitur. Alios opthalmiæ ſiccæ, & febres partim acutæ partim longæ, quoſdam etiam melancholiæ male habebunt.

VT ad medicum pertinet tempora conſiderare, quia eorum ſimilitudo, ſimiles morbos & diſſimilitudo diſſimiles generat: vt vtriſque opportunis remediis obuiam ire poſſit: ſic ad morales philoſophos pertinet tempora cognoſcere: nam v.g. in tempore aduerſitatis & in tempore proſperitatis, morbi ſimiles procreantur, vt aliquando vtroque tempore diſſimilia vitia ac mala gignuntur, nonnunquam enim homines ad extremam

tremam paupertatem redacti, luxuriantur, libidinantur, & in illis extremis fortunæ ictibus inſolentiſſimi euadunt, quæ omnia vitia ſunt proſperitatis: at è contra tēpore infælicitatis, multi animi anguſtiis, doloribus, ac affectionibus conflictantur, triſtes, melancholici, & cogitabundi, quæ aduerſitatis ſunt, euadunt, quę quidem omnia ſunt à philoſopho morali præmature conſideranda, vt cognito quo tempore, & quibus hominum conditionibus accidant, opportuna ac ſalutaria remedia poſſint adhibere.

Sicut iuxta ventorum affectionem, tempora ac partes anni variantur, ac diuerſas mutationes ſubeunt: qua de cauſa futuros morbos in ſingulis anni temporibus medici prænunciant: nam qualis eſt temporum ſtatus, à ventis effectus, tales morbos fieri pat eſt, vt ex his aphoriſmis coniicere licet: ſic in re morali ac ſpirituali: defectiones ac mutationes temporum, à ventis ſpiritualibus cauſſatæ, & anni tempeſtates iuxta ventorum naturam vitia pariunt ac prænunciant, quattuor autem ſunt præcipui venti. *Berchorius.*

Subſolanus qui eſt orientalis.
Fauonius qui eſt occidentalis
Auster qui eſt meridionalis
Aquilo ſeu Boreas qui eſt Septentrionalis.

Orientalis ſignat mundi vanitatem, & eleuationem. Occidentalis ſignat mundi prauitatem, & tentationem. Auſtralis ſignificat mundi proſperitatem, & ſucceſſionem. Aquilonaris ſignificat mundi aduerſitatem & afflictionem Iſti ergo ſunt quattuor venti diabolici, quibus quotidie impellimur, & turbamur figurat. Danie: VII. vbi dicitur quod quattuor venti pugnabant in medio maris. Quia pro certo in mari huius mundi ſemper iſti quatuor venti contra nos pugnant & nunc vnus, nunc alius nos impugnat.

Quare ſicut hi venti ſe habebunt, taliter etiā anni tempeſtates erunt: & vt qualis erit ſtatus tempeſtatum, tales erūt affectus animi, qui ex variatione & immutatione temporum cognoſcentur: quare ſi tempeſtas anni ſpiritualiter accepta, erit ventoſa, & inflata ſuperbia, elatio, iactantia vana gloria erit expectanda· quia tunc ſignum eſt Subſolanum regnare, qui eam talem reddit: Vētus autē *Subſolanus & orientalis ſuperbiam ſignat ventus enim ſuperbia inflat per præſumptionem eleuat per elationem, ventat per iactantiam, vbique intrat per inanem gloriam, iſta enim ſunt quattuor ventorū proprietates ſcilicet* *Idem.*

Sufflare — *Quia procul dubio ventus ſuperbia ſeu homo ventoſus & ſuperbus inflatur de ſe præ-*
Leuare — *ſumendo, eleuatur ſe aliis præferendo, cla-*
Clamare

 Subin-

Subintrare *mat, bona ſua verbaliter iactando; ſubintrat bona ſua alijs per inanem gloriam oſtendendo. Quod enim iſti per præſumptionem inflentur, patet Ioa: VI. vbi ait quod mare vento magno flante exurgebat. Item quod iſti per elationē leuentur, patet in Pſal: vbi dicitur: Aſcendit ſuper Cherubin, & volauit ſuper pennas ventorum. Item quod iſti per iactantiam loquantur, patet Iob. I. vbi dicitur. Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi in ventum loquens. Item quod iſti per inanem gloriam vndique oſtendantur, patet in Canon: Iudæ vbi dicuntur tales nubes inanis gloriæ, quia vndique circumferunt eos venti ad tyrocinia, ad feſta & qualibet loca publica, vbique enim volunt diſcurrere, vbique volunt quicquid habent de bono oſtendere, vt vbique poſſint de vana gloria aliquid obtinere:*

Quando vero erit malitioſa, tentationes, fraudes, Lenocinia, mors animæ expectanda: nam ventus occidentalis eſt *ventus tentationis ac malitiæ, & dicitur occidentalis: eo quod vt animam occidat ſemper incipit à blanditijs ac fauore. ſemper enim proponit dulcia vt alliciat & tandem fortiter impellit vt deijciat.*

Quando laxatiua & mollis, triſtes fortunæ fauores, ventoſæ promiſſiones, ſpiritualia naufragia, bonorū, fluxus animi. Ventus enim *auſter eſt ventus laxatiuus & mollis, & impetuoſus & turbatiuus nauium, a recto itinere retardatiuus, & ipſarum in mari ſubmerſiuus, & ipſarum cū non ſperant ad manus piratarum vel ad aliud periculum deductiuus. Sic vere ventus mundanæ proſperitatis inſtabilis ac ventoſus, eſt periculoſus. Valde enim per mollia deſideria nos remollit, & nobis ad nauigandum ad portum paradiſi multipliciter contrariatur? ſicut dicitur Matthæi 14. nauicula iactabatur in medijs fluctibus, erat enim ventus contrarius illis &c.*

Quando autem frigida, & ſicca, aduerſitates, incōmoda, moleſtiæ, fructuum bonorum impedimenta: *Boreas enim qui eſt ventus aduerſitatis eſt multum noxius, flores enim imperfectos & incipientes ſolet deſtruere, & fructum bonorum operum in eis impedire.*

Siccitas autem ſignificat hoſtis tentationem. ventus enim ſiccatiuus quando fortiter ſufflat, ſolet omnem virorem gratiæ deſiccare.

Extem-

X V.

Ex tempeſtatibus anni in vniuerſum ſiccitates aſſiduis imbribus ſalubriores, & minus mortiferæ.

QVemadmodum ſi tempora inter ſe compararentur, id eſt, ſi inter tempus pluuium & ſiccum fiat comparatio: ſiccitas ſalubrior ac minus mortifera eſt: ſic ſi tempus proſperum & aduerſum comparetur, aduerſitas magis quam proſperitas longe eſt animæ ſalubrior. nam tribulationes ac aduerſitates aperiunt cor peccatorum, eoſque impellunt, vt ſponte ad Deum redeant, ac conuertantur, iuxta illud Pſalm. 88. imple facies eorum ignominia vt quærent nomen tuum Domini & vt inquit Chryſoſtomus. †Deus tribulationes irruere permittit, vt ad ipſum frequentius confugiamus. Tale aliquid faciunt amantiores filiorum parentes, cum paruulos ſuos viderint à ſe quidem ſæpe diſcedere æquæuorum autem ſuorum luſibus detineri, præcipiunt famulis terribilia multa ſimulata, vt exagitati etiam metu paruuli ad maternum ſinum confugere feſtinent, ita Deus, non modo ab aliis nos ſæpe tribulari ſinit, ſed nonnunquam etiam ipſe plagam minatur, vt nos ad ſe adducat. *Chryſoſt. Hom. 10. in Matthæ.*

Sicut aquiloniæ tempeſtates quamuis ſint frigidæ, & ad ſuſtinendum difficiles, ſunt tamen vt plurimum bonæ, & vtiles, quia cogunt corpora, eaque firmant, robur ingenerant, expeditiora, mobilia & coloratiora reddunt, &c. Sic & pars mundi Aquilonaris in metallis eſt copioſa: quoad populos eſt fortis, & bellicoſa: quoad ſitum eſt altior, quoad locum eſt tutior, quia ſcilicet ibi non abundant animalia venenoſa. Reuera talis eſt ſtatus tribulationis, quia pro certo dato quod ſit grauis & difficilis quoad ſenſum; eſt tamen vtilis quoad fructum. Conſtat enim vt communiter quod plura generat bona ſpiritualia in nobis aduerſitas quam proſperitas: quia ſcilicet iſta mares; i. viros perfectos & laboribus duratos ſolet generare, & facere, auditum mandatorum, & virtutem ſcientiæ ſolet aperire, & deregere, quia ſcilicet vexatio dat intellectum. Eſai. 28. poros affectuum, ſenſuum exteriorum ne ſcilicet in vana deſideria diffluant ſolet claudere & temperare: luta carnalium vitiorum ſolet abſtergere & extirpare, iuxta illud Prou. 25. Ventus Aquilo diſſipat pluuias: virtutes ſolet multiplicare: & inferiorem conſtantiam roborare: & altiorem ſcilicet paradiſum finaliter vendicare: & ſic ſolet homo ex tribulatione bona quam plurima reportare. Bene ergo dicitur Iob. 37. ab Aquilone aurum venit: aurum dico omnimoda vtilitas. Si autem quæ ſit vtilitas aquilonis. ſ. tribulationis, paupertatis, timoris & conſiderationis futurorum. ſ. mortis, iudicij & inferni. Dico quod ſicut ex ſcriptura perpendo talis Aquilo. †*Petrus Berchorius in repert. mor. fol. 109.*

Sancto-

Sanctorum eſt habitatio
Virtutum eſt cumulatio
Malorum eſt eneruatio
Cælorum acquiſitio.

Econtra ſicut Auſtrinæ alunm humectant, caput grauant, tarditatem & languorem corporibus adferunt: ſic eædem moraliter humorem carnalitatis relaxant, aluum immunditiarum aperiunt, animam humiditate deliciarum aggrauant, mentem ſuperbiæ vaporibus inflant & tardam ad operationes animam reddunt.

X V I.

Aſſiduis imbribus, morbi fere fiunt, febres longæ, fluxiones alui, putredines, epilepſiæ, apoplexiæ, anginæ; ſiccitatibus autem morbi tabifici, ophtalmiæ, articulorum dolores, vrinæ & inteſtinorum difficultates.

SIcut aſſiduis imbribus febres lõgæ, fluxiones alui putredines epilepſiæ, apolexiæ, anginæ: & ſiccitatibus opthalmiæ, articulorum dolores vrinæ & inteſtinorum difficultates fiunt: ſic continua proſperitate ſcortationes, Dei contemptus & obliuio, ſuperbia inſolentia, ira luxus, indignationes, & continuæ aduerſitates, dolores animæ, anguſtiæ, ærumnæ, calamitates, rabies deſperationes ſuſpiciones ac profundi timores.

Sicut ex aſſiduis imbribus febres longæ, fluxiones alui putredines, &c. & ex ſiccitatibus morbi tabifici, ophtalmiæ, articulorum dolores, &c. oriuntur ſic ex imbribus carnalitatis inceſtus, fornicationes, adulteria, ſtupra, vagæ libidines, &c. Aut ex imbribus proſperitatis, ſuperbia, delitiæ, præſumptio, inanis gloria, ambitio, &c.

Et ex ſiccitate criminali priuatio gratiæ, ardores magni tentationum, deſiccationes virtutum, magnæ tentationes, &c. De pluuia, proſp. Berch.

Pluuia proſperitatis ſemina bonarum cogitationum ſuffocat, fructus bonorum operum corrumpit, vel deteriorat, oculos ſanæ diſcretionis excæcat, herbas vitiorum & malorum deſideriorum generat, & ipſam guſtantes id eſt: in ipſa ſe delectantes occidit ſpiritualiter, & vitã gratia deſtituit atque priuat: & de tali pluuia dicitur Matthei 7. Deſcendet pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti & irruerunt in domum illã & cecidit, & alibi. De imbre proſperitatis poteſt dici illud Ioelis 2. Deſcẽdere faciet Dominus ad vos imbrem matutinum. De imbre carnalitatis dicitur Ezech. 38 Iudicabo cum peſte & ſanguine, & imbre vehemẽti. De imbre vero aduerſitatis illud Eze. 13. erit enim imber inundans in furore meo & dabo lapides prægrandes, &c.

† Berchorius.

† Berchorius.

De ſiccitate criminali Antonius Perinus. *Siccitas virtutes conſumit, ac deſtruit, vitia producit, tentationes ſuggerit, &c.*

Ant. Perinus li. 1. mor.

XVII.

XVII.

Quotidianæ tempeſtates. Aquiloniæ cogunt corpora, firmantque, mobiliora item expeditioraque & coloratiora, & aditu valentiora reddunt, aluum ſiccant, oculos mordent, & ſi pectus dolor aliquis prius habuerit, exaſperant: contra auſtrinæ eadem ſoluunt & humectant, auditum hebetant, caput prauant, vertiginem oculis, tarditatem, & languorem corporibus, adferunt aluum humectant.

VT aer iſte nobis circumfuſus, flante aquilone propter naturam eius tenuẽ & ſerenantẽ purus permanet, contra vero flante Auſtro totus veluti dẽlatur à natura eius venti nubiloſa, quæ ex ſuis regionibus ac locis ratione cuiuſdã cognationis nubes per totum orbem inducit: ſic anima cum afflatu ſancti Spiritus creetur tota extra nebulas dæmonis poſita eſt, rurſus cum à ſpiritu erroris vehementer inflauit, tota nubibus peccati obtegitur.

Diadochus de perfectione ſpiritali c. 35

Et Philippus Boſquierus: concludamus igitur melius eſſe quibuſdam in aduerſis, quam proſperis maxime ſi illa nimia non ſint, nec nimium ad peccatum pertrahant: poſſidentes vero oculorum & intellectus firmitudine non præpolleant: nam quibus viſus infirmior ac debilior, melius per vmbram, quam per ſolem iter eſt. Nihil infelicius felicitate peccantium. Dicit S. Auguſtinus, & Demetrius: Nihil mihi videtur infelicius eo, cui nihil euenit aduerſi.

Philippus Boſquierus Acad. peccat par. 4. 3.

D. Aug ep. 5. ad Marc.

Dom. Noxus tertio paradoxo militari docet: vtile eſſe duci ſemel aduerſo Marte pugnaſſe.

Quot inueniuntur qui cum Themiſtocle exclamare poſſunt, & ſi in alio caſu, Perieramus, niſi periiſſemus: perdita nobis eſſet anima, niſi periiſſet, corpus quam oportune multi Zenonis vterentur verbis, & cum eodem philoſopho gratias agerent, infortunio quod benignitate ſua ipſos philoſophari compuliſſet.

Plutar. in Themiſt.

Dio Laert li. 7. c. 1. de vit. Philoſ. Zenonem Criticum dixiſſe ferunt; tum ſecundis ventis nauigaui, quando naufragium feci.

161. Alius dum Athenis diuerſaretur, audito naufragio, eum dixiſſe ferunt, recte egit fortuna quæ nos ad philoſophiam impulit.

Ionam fugitiuum reduxit tempeſtas ad Deum.

Ion. 2. cum anguſtaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum. Pſalm. 77.) cum occideret eos, quærebant eum, & diluculo reuertebantur ad eum.

Actor 9. Paulus de equo præceps deturbatus ait: Domine quid me vis facere? Pſalm. bonum mihi quia humiliaſti me vt diſcam iuſtificationes

 tuas,

Pſalm 90. lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis quibus vidimus mala.

2. Corint. 12. cum infirmor, tunc fortis ſum.

Cicero vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere ſolent, vt ijs facilioribus poſſent vti; ſic hominis ſecundis rebus effrenatos ſibique præſidentes tanquam in gyrum rationis & doctrinæ calamitatibus rebuſque in proſperis plerumque duci. Vt perſpiciant rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ. Ierem. 31. caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus.

Sicut nunquam botrus vina ſua deffunderet, niſi torcularibus extorta: ſic & nonnulli boni nihil redderent, niſi preſſi afflictionibus ignotæ felicibus aræ & †Raræ fumant felicibus aræ, dicit Poeta, qui vt generoſi equi duci non poſſunt, ſed trahi undique debent vt aſini: imo imo vero homines ſunt qui animas habent Aſinorum, Midæque auriculas, hortare, inclama, quantum volueris, nihil agent non procedent, niſi egregie depexi fuſtibus, imo homines inuenias eiuſdem naturæ cum nucibus quas nunquam feraciores feceris, niſi verberibus & baculis; qualis olim ſuperſtitioſæ gentilium fœminæ quæ fœcunditatem ſuam deſperabant, facilemque partum niſi feſtis Lupercalibus dorſo, ventre ac palmis accepiſſent verbera, ſcuticæ inſignium tam infamis, ac execrandæ ſolennitatis miniſtrorū: de quibus quidam antiquæ idololatriæ magnus ſecretarius alicubi ſic loquitur:

† Ouid. lib. 2. faſt.

Nupta quid expectas? non tu pollentibus herbis
Nec prece nec magico carmine mater eris.
Excipe facundæ patienter verbera dextræ
Iam ſocer optatum nomen habebit aui.
Iuſſæ ſuæ terga puellæ
Pellibus exſectis percutienda dabat
Luna reſumebat decimo noua cornua menſe
Virque pater ſubito nuptaque mater erat.

Ideoque hominibus iſtis tam ad calcaria obduratis dicit: compelle intrare ad nuptias regis magni, compelle inquam interminationibus cruciatuum æternorum, compelle pœnis & rigoribus legum ciuilium, compelle vi & quocunque modo voluntates ipſorum rebelles denegando, præcidendo quicquid ipſorum pertinaciam iuuat. Mala quæ nos hic premunt ad Deum nos ire compellunt; atque ideo ſi quis me interrogaret: vtrum paſtor à parochiali ſuo rogatus diuinam pro ægro quæreret miſericordiam vt ſanitatem recipiat: ſi quærenti vtrum in ſanitate an in ægritudine magis Chriſtiane vixerit, reſponderet æger tum cum Deus me viſitauit (iuxta S. Paulum cum infirmor, tunc fortis ſum, & virtus in infirmitate perficitur) recte reſponſurum affirmo, ſatius ergo tibi teneri lecto, vt melior euadas, orandum enim eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano: vtriuſque

vtriuſque ſanitas precibus interpellanda: ſicut dicit Eccleſia perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, ac ideo quando corporis ſanitas infirmat animam aut eius ægritudo animam magis roborat neglecta corporis ſanitate animæ valetudine vnice incumbendum eſt, & periclitandum pro domina mancipium ſubſcriberer mecum ſententiæ huic S. Petrus. Noluit enim etiam ſi poſſet filiam ſuam Perronellam liberare à febribus, quibus tota vita affligebatur, niſi ad hoc ſolum, vt de poteſtate ipſius conſtaret, iuſſit enim ſanam vni ſeruire conuiuio vt nonnulli referunt) oſtendens quantum bonum ſit infirmitas.

D. Gregorius hom. in illud: Homo quidam fecit cœnam magnam) plerumque inquit poſtquam in hoc mundo non poſſumus obtinere quod volumus: poſtquam in terrenis deſideriis de impoſſibilitate laſſamur, tunc mentem ad Deum reducimus, tum placere incipit: quod diſplicebat &c. Qui ergo huius mundi aduerſitatibus fracti ad Dei amorem redeunt, atque à præſentis vitæ deſideriis corriguntur, quod iſti fratres chariſſimi niſi vt intrent compelluntur. Plane ſicut medici corporibus metuunt craſſis nimium obeſis, oppletiſque & curatis nimium: experti nautę nimiam maris malaciam & tranquillitatem; Agricolæ ſpicas nimium prægnantes, Hortulani arbores nimium onuſtas: vinitores racemarionem nimiam Ægyptij quoque crocodillorum lachrymas: alij riſum ſardonicum, Troiani equos & dona Græcorum: Timeo Danaos, & dona ferentes dicit ſacerdos ipſorum Laocoon. Chriſtiani Iudæ oſcula, inducias Turcarum, viatores riſus blanditiaſque canum, quia nimia ſanitas præludium eſt infirmitatis: nimia ſerenitas, tempeſtatis: nimia ſpicarum exuberantia calamitatum ante meſſem (ſegetem nimia ſternit vbertas, dicit Seneca. Cocodrilli lachryma mortalitatem hominum: riſus Sardonici agonem noctemque ridentis: Dona Græcorum, oſcula Iudæ, Turcarum inducię proditionem: canum riſus mordaciam: ſic & ſapiens philoſophus (nimiam ſemper horrebit felicitatem: quia illa facile ſui deique obliuionem inducit. *Virg. lib. 2. Aeneid.* *Sene li. 6. epiſt. 39.*

Tolluntur in altum
Et lapſu grauiore ruunt *Claudian.*

Cato lib. 2. diſt.) Noli ſucceſſus indignos ferre moleſte:
Indulget fortuna bonis, vt lædere poſſit.

Sæpe nimia fortuna, nimiaque felicitas deſinit in infortuniū, noxamque animæ, corporis & bonorum omnium. nonne vidimus numeroſiſſimos exercitus tandem ab vno hominum manipulo ſuperatos: quia ob res ſemel & bis bene geſtas, leueſque pugnas inciderunt in ſuperbiam, inſolentiam, contemptum hoſtium, dedignantes ſe munire ac obſeruare ſollicite, quod tacturi erant, niſi leuiter aliquoties ſtrauiſſent hoſtem.

Thomas de Truxillo vt figura in pariete picta, qualibet aquæ gutta deletur, ſic mūdi potentia qualibet mutatione amittitur. Et vt ædificium

 in imo

† in imo ſolo extructum, nec fulmine concutitur, nec hiatu abſorbetur: ſic abiectus vitæ ſtatus non eſt maximis ærumnis expoſitus: at res ſecundæ in faſtigio dignitatis ſeculi collocatæ multis ſunt obnoxiæ ruinis & calamitatibus; Quamobrem qui in ſublimi & ſupremo ſtatu conſtituti ſunt, atque diuitiis abundant, ne contemnant inferiores, neque deſpiciant: ſed diligentiſſime quidem attendant, quam humiliter & affabiliter ſe gereret Chriſtus hodierno die, cum hoc cœco, quantaque liberalitate & magnificentia eidem largiretur quod tam inſtanter poſtulabat.

Thomas de Truxi lo in conc. Quad. 2. tom. 1. Dominic. in quinque. côc. 3.

Idem Vt enim ſollers artifex margaritarius facile patitur Indicum adamantem percuti & grauibus ictibus contundi, quoniam ſcit malleum potius & incudem eſſe vulnus accepturum, quam adamas conteratur: ſic ſapientiſſimus ille artifex Deus viros virtutum ſplendore fulgentes, charitatis præſidio munitos & firmitudine atque conſtantia ſeptos, in varias calamitates patitur incidere: quoniam videt eos, quamuis grauibus dolorum moleſtiarumque ictibus feriantur, eſſe tamen in charitate permanſuros.

Ezec. 3. Eſſe autem viros ſimiles adamanti, oſtendit Deus dicens Ezechieli, vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam, ne timeas eos. Noueris igitur viros

Roma 5. charitate inſignes, firmos adamantes eſſe, & ideo Deum permittere, eos

Gal 5. varijs calamitatibus agitari, vt illorum amplitudinem illuſtret, cum nihil

2. Timoth. 2. magis conducat ad eximiæ virtutis gloriam magnificentius illuſtran-

Matth. 5. dam, quam calamitas ipſa. Eam ob cauſam ad Romanos ſcribens. D. Paulus gloriamur, inquit in tribulationibus. Et ad Galatas: mihi inquit abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, vbi per crucem Chriſti aſſlictiones intelligit.

† *Natalis Tallepied. in com. in Threnos.* Natalis Tallepie: Aduerſitas proſperitati præferẽda eſt: proſpera enim huius mundi vt dicit. Auguſt. epiſt. 3. aſperitatẽ habent, iucunditatẽ falſam, certum dolorem, incertam voluptatem, durum laborem, timidam quietem, rem plenam miſeriæ, ſpem beatitudinis inanem. Hæc Auguſtinus. Proſperitas omnium criminum peſtilentiam excitat, cor namque per auaritiam inflãmat, & per ſuperbiam eleuat. Daniel 4. De Nabuchodonoſor carnem per luxuriam maculat. 2. reg. 11. de Dauid. 3. reg. 11. de Salomone ſapientum oculos excæcat. Tullius lib. de amicitia: imo ſecundum D. Ambroſ. æternæ aduerſitas eſt præambulum. Aduerſitas autem nos filios Dei efficit: & cum ſit calix benedictionis, quo inebriati ſunt omnes ſancti martyres, ſicut annulus ſignum eſt deſponſationis: ſic aduerſitas veriſſimum eſt ſignum electionis diuinæ; & quaſi deſponſatio animæ cum Deo.

Robertus Bellarminus conc 6 ſup. Pſalm. 9. Robertus Bellarminus vtroque tempore homines impugnantur, vtroque etiam tempore plurimi vincuntur & cadunt; ſed longe & ſine comparatione maior fit ſtrages tempore proſperitatis, quam aduerſitatis: multo ſi quidem facilius dolor, quam voluptas ſuperatur: & multi blanditijs illecti in flagitia corruerunt, qui fortiter ſupplicijs ante reſtiterant. Intellexit hoc Dæmon, atque idcirco vt ſanctus Hieronymus in vita Pauli primi

Eremitæ ſcribit, cum videret ſanctos Martyres ſupplicijs necari poſſe, ſuperari non poſſe, id perſecutoribus perſuaſit, vt quos tormentis vincere non valerent, eos voluptatibus & delitijs oppugnarent: Ennodius.

In vita S. Pauli Heremitæ.

Ignoratur bonorum ſapor in proſperis. Vix dignoſcitur superni qualitas beneficij dum tenetur: poſt migrationem cupita dulceſcunt; deſiderata pretia in manibus conſtituta neſcimus, &c.

Ennodius lib. 6. ep. 20.

Lactantius: imo vero cum vexamur ac premimur, tum maxime gratias agere debemus indulgentiſſimo patri, quod corruptelam noſtram non patitur longius procedere, ſed plagis ac verberibus emendat. Syneſius.

Lactantius lib. 5. c. 23.

Placandæ ſunt præſenti ſupplicio quæ ſunt apud inferos Furiæ. Nam cum maximum ſit bonum non peccare, bonum ſecundum eſt affici ſupplicio, qui autem perditu ſceleratus impunitus manet, eum oportet exiſtimare infeliciſſimum, de quo neque Deus, neque homo ſollicitus eſt.

Syneſius.

Sicut in vniuerſum ſiccitates aſſiduis imbribus ſunt ſalubriores: ſic ſiccitas corporalis abſtinentiæ, quæ facit hominem macidum, & ſiccum eſt imbribus ſalubrior: *Nam plus valet homo abſtinens, quam delicijs ſe humectans* Hier. *Si deſertum faciā mare eius; & ſiccabo venam eius. Sic etiam ſiccitas temporalis melior eſt, nempe quando fortuna temporaliter ſiccat in vno homine mūdanam proſperitatem*. Sic ſiccitas pœnitentiæ melior eſt quia hominem deſiccat per omnium ſuperfluorum abſterſionem, & attenuat ſuperfluitatem omnium vitiorum. *Hæ inquam ſiccitates ſunt imbribus carnalitatis, de quibus Eze. 38. Iudicabo eum peſte & ſanguine, & imbre vehementi, & imbribus aduerſitatis, de quibus Eze. 13. Erit enim imber inundans in furore meo; & dabo lapides pregrandes ſalubriores.*

Petrus Berchorius. in repert. mor.

XVIII.

Quo ad ætates vero pertinet, vere & prima æſtate pueri, & his ætate proximi optime degunt, valentque maxime. Æſtate vero & autumno ad aliquam vſque partem ſenes: Reliquo autumno & hyeme, qui mediam ætatem agunt.

VT medici annum in quatuor tempora diſtinguūt, & ætatum quanis quo tempore melius, & quo deterius agat docent. Nam pueri & adoleſcentes vere & prima parte æſtatis optime degunt, & maxime valent, æſtate vero & autumno melius ſenes habent: reliqui vero hyeme qui medijs inter hos ætatibus ſunt: ſic Theologi vitam ſpiritualem ad modū anni diſtinguunt, & tempora, & ætates inter ſe comparant, & qua ætate & quo tempore homines melius aut

peius ſe habent, demonſtrant, atque oſtendunt, vt Ioannes à S. Geminiano prolixe his verbis proſequitur.

† Ioan. à S. Geminiano in ſum. de exẽp. lib. 1. c. 74.

Status hominibus in vita ſpirituali diſtinguitur admodum anni: Annus enim principaliter diſtinguitur per quatuor tempora. Habet enim hyemem in quo eſt frigoris aſperitas, & ver in quo eſt pullulationis arborum nouitas: æſtatem in qua Solis caliditas, autumnum in quo fructuum maturitas. Igitur per hyemem accipitur aſperitas tribulationis, per ver nouitas conuerſionis, per æſtatem feruor dilectionis, per autumnum maturitas perfectionis.

Primo igitur per hyemem repræſentatur ſtatus tribulationis; per quam incipit homo à malis reſipiſcere & ad bona diſponi. Et iſta ſimilitudo patet quadrupliciter.

Primo, quia in hyeme fit in homine augmentatio phlegmatici humoris. Humor autem phlegmaticus eſt frigidus, & humidus: quia videlicet in tribulatione refrigeſcit ardor carnalium deſideriorum, & abundat fletus, & humor lachrymarum.

Secundo, quia tempore hyemis varia eſt habitudo humanæ complexionis, quia ſcilicet in hoc tempore melius ſe habẽt cholerici, peius phlegmatici, melius iuuenes, peius decrepiti. Vnde in tali tempore proxima eſt infirmitas quæ fit ex phlegmate, vt febris quotidiana minus autem illa quæ ex cholera vt tertiana. Iuuenes & cholerici calidi ſunt & ſicci, phlegmatici & decrepiti frigidi ſunt & humidi. Qui autem adhuc peccata ſua deflent, nec tamen adhuc vllo amore cæleſti feruent, iſti ſunt vt phlegmatici: qui tempore hyemis, id eſt, tribulationis ſiue tentationis corruptioni mentis faciliter ſubiacent. Sed illi qui ſpiritu feruent, & carnis humore carent, iſti tempore tribulationis & tentationis ſimiles iuuenibus, & cholericis, melius ſe habent, proxima autem eſt infirmitas, quę prouenit ex phlegmate, id eſt, ex propria mentis correptione prouenit continuus ardor carnis, quaſi ex corruptione phlegmatis quotidiana febris.

Tertio, quia in hoc tempore neceſſaria eſt diſcretio cibationis, quia in hyeme vtendum eſt calidis & ſiccis, vt ſcilicet amore æternorum tempore tribulationis ſint opera ſancti Spiritus ardore ſuccenſa, & ab humore deſideriorum carnalium pœnitus arefacta.

Quarto, quia in hoc tempore eſt intenſio frigoris, quod accidit ex Solis nimia remotione, tunc enim Capricornum Sol intrat, quod dicitur eſſe inferius ſignum. Notemus ergo animal vnde ſignum hoc nomen accepit, quia Capra ſimilitudinem delinquentium tenet, quia ex conſuetudine peccati peccator vt capra fœtet, quæ tamen in altis rupibus paſcitur, dum peccator verbis, & exemplis ſublimium virorum delectatur. In hoc ergo tempore Sol Capricornum intrat, dum ſcilicet Iuſtitia peccatorem ſancti Spiritus radiis illuſtrat: poſt Capricornum vero intrat Aquarium, vt fœtorem carnis abluat lachrymis. Aſcendit etiam vſque ad Piſcem, quod eſt tertium ſignum, & obtinet finem hyemis, vt quaſi piſcis ſub aquis ſic peccator viuat in lachrymis.

Secundus

Secundus ſtatus animæ in nouitate conuerſionis, & ille ſignificatur in Vere, in quo eſt renouatio arborum & plantarum. Nam primo in hoc tempore fit augmentatio ſanguinis, quia cum aliquis de nouo conuertitur, ſpirituali dulcedine multiplicius delectatur. Item in hoc tempore mala eſt infirmitas, quæ fit ex melancholia, & quartana peſſima, quæ fit ex ſanguine vt ſynocho. Ita initio conuerſionis dum delectatur animus contemplantis, ſcilicet ex abundantia boni operis, quaſi ex inundatione ſanguinis naſcitur timor elationis, tunc quaſi ex corruptione ſanguinis naſcitur ſynocha febris, & contingit vt ſanguis qui eſt amicus naturæ, fiat inimicus vitæ. Dicunt enim Phyſici ſynochos eſſe mortis amicos. Item in hoc tempore melius ſe habent ſenes, peius iuuenes, melius decrepiti, peius pueri: quia ex natura conſimilis temporis augmentatur materia infirmitatis, ſicut in contrario tempore cum infirmitas contraria tempori naſcitur, dolor contrariæ infirmitatis leuatur, quia contraria contrariis curantur. Similiter etiam conuerſionis tempore maiori tentationis feruore impugnantur, quia ſenes & pueri moleſtius ferunt ieiunia & labores. Item in Vere vtendum eſt frigidis, & ſiccis. Ne enim per deſiderium vanæ gloriæ feruor ſanguinis ebulliat, neceſſe eſt vt animus frigus tentationis, & ſterilitatem ſiccitatis ad memoriam reducat. Vtatur ergo huiuſmodi beneficio dietæ, vt ſanior ſit in vere, ne in initio conuerſionis appetatur amor laudis. Nota etiam quod in vere ex calore & humore temporis aperiuntur pori terræ; procreantur diuerſi colores herbarum, & arborum flores: & ſic in anima pœnitentis conuerſi ad Deum diuerſi generis virtutes oriuntur, & fit quaſi nouum ver interius in mente. Vnde in Pſal. Ver. & æſtatem tu plaſmaſti eam: in vere intellige nouiter conuerſos, manſuetudine temperatos, in æſtate prouectiores igne charitatis feruentes. In hoc etiam tempore Sol aſcendens tria ſigna dicitur obtinere: Arietem in initio, Cancrum in medio, Geminos in fine. Attende ergo in Ariete ducatum, in Tauro iugum, in Geminis conſortium: Ducatum prælationis, iugum ſubiectionis, conſortium cogitationis, vt ſcias præeſſe, ſubeſſe, & coeſſe. Solet etiam hoc tempus inconſtans eſſe, modo pluuioſum ex vicinitate hyemis, modo ſiccum ex vicinitate æſtatis, modo eadem ratione frigidum, modo calidum: & ideo homines citius infirmantur in Martio, quia cum corpora humana aperta ſint ex calore, ſtatim corrumpuntur ex ſubito frigore. Sic nouiter ſiquidem conuerſi, inconſtantiæ motu ſolent agitari: & licet corda eorum ſint aperta calore dilectionis, tamen currumpuntur quandoque ſubito frigore improuiſæ ſuggeſtionis. Et modo inundatione præcedentium delictorum quaſi pluuiis humectantur, modo vero deſiderio cæleſtium, quaſi Solis radio deſiccantur. Prouidendum eſt autem ne infirmitas quæ in frigore hyemis orta fuerat, in Martio, id eſt, in initio conuerſionis redeat & occidat.

Tertius ſtatus hominis eſt ſub feruore dilectionis: & iſtum ſtatum mentis ſignat tempus æſtatis.

Primo enim in hoc tempore fit augmentatio caloris, per quam ſcilicet deſigna-

deſignatur ira contra peccatum. Nam quanto plus abundat charitas, tanto plus odio habetur iniquitas. Item in hoc tempore melius ſe habent phlegmatici, peius cholerici, melius decrepiti, peius iuuenes: Senes enim & phlegmatici frigidi ſunt & humidi, ideo iſti melius ſe habent ſi infirmantur in æſtate, id eſt, in contrario tempore: citius enim poſſunt curari, quia contraria contrariis curantur. Sed iuuenes & cholerici qui ſunt calidi & ſicci ex conſimili tempore peius ſe habent, videlicet ſi nimis alta ſapiant, ſi nimis prælationis deſiderio ſuccenſi calent. Vnde in hoc tempore peſſima eſt infirmitas quæ venit ex cholera, minus mala quæ ex phlegmate: quia augmentatur materia infirmitatis ex conſimili natura tẽporis. In hoc igitur tempore vtile eſt vti frigidis, & humidis. Vtatur ergo frigidis, id eſt, conſiderationibus timorem inducentibus ad reprimendum nimium calorem, id eſt, nimiam præſumptionem indiſcreti feruoris. Vtendum etiam eſt humidis, id eſt, conſiderationibus fletum inducentibus contra ariditatem ſuperbiæ, quæ ſcilicet quandoque prouenit ex nimia confidentia ſui. Vnde ad hoc valet conſiderare caſus & lapſus ſanctorum virorum, & etiam humiditatem & lachrymas eorum, vt Dauid, & Petri Apoſtoli, & aliorum ſimilium. Item in hoc tempore aſcendit Sol vſque ad Cancrum, & fit ibi æſtiuale ſolſtitium. Solſtitium autem ſolis eſt in via charitatis ſummus gradus amoris, ſcilicet vt nihil vltra Deum ſiue ſupra diligatur. Vocatur etiam Cancer tropicum ſignum, id eſt, conuerſiuum, vt ab amore Dei conuertaris ad amorem proximi. Hic eſt enim regreſſus à Cancro ad Virginem, à feruenti amore Dei vſque ad caſtum amorem proximi. Sol autem in eadem æſtate tria ſigna dicitur obtinere, in principio Cancrum, in medio Leonem, in fine Virginem, vt habeatur charitas in Cancro ad proximum in conuiſione compaſſionis, in leone vigilantia circumſpectionis, in virgine, in puritate dilectionis. Cancer vero retrograditur. Leo dormiens apertos oculos habet. Virgo eſt qui carnalem commixtionem adhuc ignorat. Huius etiam temporis proprium eſt radices herbarum, & arborum ſiccare. Sicca enim eſt ſpecies huius mundi, & ſiccantur herbarum, dum nullo terrenæ dilectionis humor nutriuntur fideles.

Quartus ſtatus animæ, eſt ſub maturitate diſcretionis ſiue perfectionis, quam deſignat tempus autumni. Nam primo in autumno creſcit melancolia, per quam ſignificatur triſtitia de peccatis: quia quanto plus accedis ad maturitatem ſenſus, & ætatis, tanto magis debet creſcere immenſitas doloris de defectibus, & peccatis, vnde Ec. Qui addit ſcientiam, addit dolorem. Item in hoc tempore melius habent ſanguinei, peius melãcholici, peius ſenes, melius pueri, Habuiſti per ſanguinem dulcedinem charitatis, habes nunc per choleram magnam triſtitiam de peccatis. In vere vitæ nouitatem, in autumno maturitatem, vt temperetur maturitas vitæ nouitate, vt nouitiorum curſus peruenire deſideret ad maturitatem perfectionis: ſenex recogitet quam feruens fuerit in initio conuerſionis. Si ergo ſic in vere, & autumno ætatis humores alternando conſideras in contrariis

trarijs temporibus,vtrorumque naturas incolumes ſeruas.Item oportet in hoc tempore vti calidis & humidis. Non enim ſufficit ad conſeruandam animæ ſanitatem,ſiccari ab humore voluptatum,refrigerari ab æſtu vitiorum,niſi etiam infundaris ſupernæ contemplationis rore,& ſancti Spiritus ſimul accendaris amore.Item ſolet in autumno ſol tria ſigna obtinere. Libram videlicet in principio, Scorpionem in medio,Sagittarium in fine. Libra,in qua Sol exiſtens æquinoctium facit,æquali lance ponderat dies & noctes,& tu æquali lance ponderes bonas & malas operationes. Scorpio vero cauda minatur, aculeo pungit, aculeus in cauda,dolor eſt in fine. Cũ autem ad maturitatẽ ætatis perueneris, tũc periculum mortis. Saggitarius autem ex duabus naturis conſtat,ferina ſcilicet & humana:ſuperior vero homini,inferior vero aſſimilatur animali. Qui vero rationabiliter viuunt,digni ſunt cœlo:qui vero beſtialiter,digni ſunt inferno, arcum tenet, id eſt ſagittam iacit.Eſt autem iuſtorum arcus,ſpiritualis intelligentia,corda doctrina,ſagitta verba doctrinæ,pharetra vero memoria. Hunc arcum tetendit Dominus & præparauit illum. Arcum enim nobis parat Dominus,cum nobis ſacræ ſcripturæ intelligentiam explanat. Ex hoc arcu mittuntur ſagittę potentis acutæ,quæ ſic vulnerant vt corda trãsfigant.Nouit enim Dominus(vt dicit beatus Aug.) ſagittare ad amorem. Hac ſagitta vulnerat cor hominis deuoti,vt dicat:Vulneraſti cor meum. Vtinam percuſſus per hæc iacula morerer mundo.

XIX.

Quilibet in quibuſuis temporibus morbi fieri poſſunt. Nonnulli tamen in quibuſdam magis,tum fiunt,tum irritantur.

XX.

Vere enim inſania,melancholia,epilepſia,fluxiones ſanguinis,anginæ,grauedines deſtillationes,tuſſes,lepræ,impetigines, vitiligines & puſtulæ vlceroſæ,plurimæ,tubercula,articulorum dolores.

XXI.

Æſtate vero ſuperiorum quoque nonnulli, & febres continuæ, & ardentes & tertianæ plurimæ, quartanæ; item, & vomitiones, alui profluuia, opthalmiæ, aurium dolores, oris vlcerationes, genitalium putredines & ſudationes.

XXII.

Autumno æſtiui etiam multi morbi & febres quartanæ & incertæ, lienis tumor, aqua inter cutem, tabes, vrinæ difficultas, inteſtinorum tum leuitas, tum difficultas, coxæ dolores, angina, anhelatio inteſtinorum ex parte quapiam coarctatio, epilepſia, inſania, melancholia.

XXIII.

Hyeme pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, grauedines, raucitates, tuſſes pectoris, laterum, & lumborum dolores, cephalalgiæ, vertigines, apoplexiæ.

SIcut in ſingulis temporibus morbi fiũt, ſed in quibuſdam magis naſcuntur creſcunt, & durant ſic in ſingulis temporibus vitijs homines contaminantur & peccata committuntur, ſed quædam magis vno tempore quam in alio oriuntur, adoleſcunt & durant vt de hæreſibus, & varijs erroribus conſtat.

XXIV.

Secundum ætates autem hi morbi fiunt, paruis & nuper natis puerulis oris vlcera, vomitiones, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbelici inflammationes, aurium humiditates.

XXV.

XXV.

Aduentante dentitionis tempore, gingiuarum pruritus, febres, conuulſiones, alia profluuia maxime quum caninos edunt, & ijs præſertim, qui craſsiſſimi ſunt, & qui aluo ſunt dura.

XXVI.

Ipſis vero gradiuſculis tonſillarum inflammationes, vertebræ in occipitio introrſum luxationes, anhelationes, calculi, lumbrici rotundi, aſcarides verrucæ, penſices, ſatyriaſmi, ſtranguriæ, ſtrumæ, & alia tabercula præcipue vero antedicta.

XXVII.

Grandioribus autem, & ad paupertatem accedentibus, ſuperiorum etiam morborum multi, & febres diuturniores potius & ex naribus ſanguinis fluxiones.

XXIX.

Iuuenibus ſanguinis expulſiones, tabes, febres acutæ, epilepſiæ, alijque morbi, ſed præcipue nunc dicti.

XXX.

Vltra hãc ætatem prouectis aſthimata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenetides ardentes, febres diuturnæ, alui profluuia, cholera, dyſenteriæ, lienteriæ, hæmorrohides.

XXXI.

Senibus ſpirandi difficultates deſtillationes cum tuſſi, ſtranguriæ diſuriæ, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexia, malus corporis habitus, cachexia Græcis dictus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui, oculorum & aurium humiditates, viſus obtuſior, gloucomata auditus hebetior.

QVemadmodum nulla eſt ætas apud medicos, quæ morbis vacet; ſic apud morales & Theologos nulla ætas culpæ calamitatum, aut miſeriarum eſt expers. Ioan. Bap. Marinus.

Apre l'huomo infelice allhor, che naſce
In queſta vita di miſerie piena,
Pria ch'al Sol gli occhi al pianto, e nato à pena
Va prigionier frà le tenaci faſce.
Fanciullo poi, che non più latte il paſce,
Sotto rigida sferza i giorni mena:
Indi in età più ferma e più ſerena
Trà Fortuna, & Amor more, e rinaſce.
Quante poſcia ſoſtien triſto, e mendico
Fatiche, e morti, inſin che curuo, e laſſo
Appoggia à debil legno il fianco antico?
Chiude al fin le ſue ſpoglie anguſto ſaſſo.
Ratto coſi, che ſoſpirando io dico,
Da la cuna à la tomba è vn breue paſſo.

Hector Pinꝰ in cap. 38 Iſaiæ.

Hector Pineus. Quis eſt qui non naſcitur plorans, qui non à pueritia mœroribus & angoribus prematur? Vt enim fluuius ex alto cacumine fluens, per rupes & montem deſcendens, ſemper ſonitum efficit, & ſtatim ab ortu veluti, voces raucas emittit, & conteritur ac frangitur, donec ad pedem montis ingreditur mare: ſic homo exit ab vtero matris cum dolore & fletu, vagit in cunis, premitur in pueritia, & ſic ploratus & gemitus fundens, vitam ſine quiete & ſecuritate traducit; donec decurſo ſpatio, mare mortis ingreditur, quod tandem omnes fluuij tam magni quam parui ingrediuntur: Xenocrates: quæ pars vitæ non plena malis: An non vix natus infans eueſtigio luget, vitamque inchoat à mœrore? nec vllus abeſt dolor: ſed vel propter indigentiam vel frigus, vel calorem vel percuſſionem plorat. Nondum poteſt verbis quæ patitur explicare: flet, atque vociferat vna que hanc habet vocem moleſtiæ ſignum. Cum vero ſeptimum ætatis annum impleuerit, plurimis laboribus oneratur, ſurgunt pædagogi, grammaticique, gymnaſtici pædotribæ, illique non ſecus dominantur ac tyranni, cum pauliſper adoleuerit cenſores arithmetici geometræ diſtributores, & innumeri præter iſtos Domini præſunt: Ephæbum

Xenocrates de morte.

vero

vero metus circumvenit atque mancipat, lycium & academia gymnaſij principatus, ſceptra malorumque immoderatio prorſus occurrunt, omniſque adoleſcentis anguſtia ſub morum cenſoribus, conſilioque Ariopagitarum electis conſiſtit: cum iſtorum ditione ſolutus fuerit, curæ, conſultationes, quæ ſurrepunt dum quem vitæ callem ingredi deceat diſceptatur, adeo vt ſequentium comparatione laborum præcedentia illa leuia videantur, & ſolis infantibus metuenda. Expeditiones belli ac vulnera frequentiaque certamina ſurgunt: Demum ſenectus ipſa clam ſerpit, in quam omne naturæ ſordidum & inſanabile malum confluit; & niſi quis ſtatim, vt debitum reddat, vitam natura tanquam quæſtuaria inſtat, atque pignora exigiti ab hoc viſum, ab iſto auditum, ab illo vtrumque. Quod ſi reſiſtat quis, diſſoluit, inficit, mutilat atque obtruncat.

Robertus Bellarminus. Intuere poſt hæc omnes ætates, quam imbecillis quam ignorans pueritia, quam leuis adoleſcentia, quam rapida iuuentus quam grauis & moleſta ſenectus. Quid eſt puer, niſi brutum hominis figuram præſeferens? Quid adoleſcens, niſi equus indomitus? Quid ſenex niſi domicilium omnium ægritudinum & dolorum? & in omnibus iſtis ætatibus quanta multitudine miſerrimarum neceſſitatum obruimur? quotidie bibere, quotidie dormire, quotidie ſpoliari, quotidie veſtiri, quotidie aliis innumeralibus neceſſitatibus ſeruire cogimur, & quo multo miſerius atque infelicius eſt tot laboribus & ſudoribus, occupationes iſtas nobis emere neceſſe eſt, vt iam mirum non eſſe videatur ſi Democrito & Heraclito in mentem venit, vt eorum alter fleret ſemper, alter ſemper rideret. Nempe ille miſerias, iſte vanitates humanæ vitæ ſapientiſſime conſiderabat.

† Robertus Bellarminus conc 5. de miſeria humanæ vitæ.

Ioannes Boiſſardus: Præclare Socrates Axiochum à metu mortis abducit, commemoratione miſeriarum, quibus mortalium vita referta eſt: id enim temporis exiguum ſpacium quod viuimus, nullam in ſe ſui partem continet incommodis, & moleſtiſſimis difficultatibus vacuam: infans recens natus, reliquis animalibus longe eſt imbecillior: qui niſi ſollicite tractaretur, aleretur ac foueretur, ſtatim deficeret, omni ope deſtitutus. Neque eſt hominum quiſquam qui ætatem infantiæ vitam exiſtimet optandam: in qua neque corpus, neque anima quicquam habet ſolidi: omnibus organis ad perfectum opus inutilibus. Vix è cunis emerſit puer, vix ablactatus, à nutrice dimittitur, cùm ſtatim à parentibus pædagogis committitur, & inſtitutioni. ſub cuius ferula & difficili imperio perpetuo viuit in metu: moroſitatem præceptoris ægre tolerans, & eius præceptis ſeſe immorigerum præbens, flagris ac minis adactus, magis quam voluntate: ita vt illi pars hæc ætatis ſit quaſi cuſtodia carceris intolerabilis. Ad adoleſcentiam poſtquam peruenit, mille affectibus, inordinatus, mille concupiſcentijs, hinc inde abripitur: Et quaſi effrænus equus impetu citato in omne malorum præcipitium pronus fertur: miſeramque hanc ætatem vix mētis compos in perniciem corporis & animi protrudit. Virilitatem poſt-

† Ioan. Boiſſardus in theatro vitæ humanæ c. 1.

tem poſtquam attigit, Deus bone: quanta curarum, mœrorũ, anguſtiarum & ſollicitudinum mole premitur; quanto cogitationum variarum ardore & incertorum conſiliorum numero æſtuat: vt domui prouideat ſuæ, vxori, liberiſque neceſſaria procuret, iam auaritia ringitur inſatiabili: iam ambitione ſolicita flagrat, nunc ſuſpicionibus inuidia, diffidentia, & opinionibus in diuerſas partes mens illius abſtrahitur: Nihil tutum, nihil ſecurum circa ſe proſpicit, contingitque ſæpius, vt quas infinito labore, cura ſolicitudine cumulauerit opes incendio, naufragiis, hoſtium incurſu violento, aut alia inopinata calamitatum momento amittat, fractus animo ſimul & corpore plerumque ſuorum iniuria, & ingratitudine à dignitate cum turpi dedecore detruditur, in exilium mittitur: aut domi inglorius quod reliquum eſt vitæ cum mœrore & triſtitia exigit. Quod ſi concedatur illi ad ſenectutem peruenire, (quæ nos, ſiue priuatim, ſiue publicè viuamus furtim inſequitur) nihil in ea ætate non amarum, non imbecillum, & debile experitur, Cateruatim irruunt morbi podagræ, paralyſes, Catharri, & eiuſmodi incommoda, quę ſenium ſemper comitantur; imo ipſa ſenectus per ſe morbus eſt continuus: diminuuntur ſenſim omnes corporis ſenſus: offuſcatur viſus; obtunditur auditus; infatuatur guſtus, odoratus deperditur; membra mutilantur: nullaque pars eſt in hoc miſerando corpuſculo, quam natura, tanquam fœneratrix iniqua nobis non carpat, & eripiat tanquam pignus: vt certi ſimus de totius corporis deſtructione & interitu, ita fiet, vt cum exacte fueris vitam hominis contemplatus, ſi particulatim quaſlibet ætates diſcutias, inuenies infantiam nihil aliud eſſe, quam fatuam ſimplicitatem; iuuentutem vanum ardorem; virilitatem curarum, abyſſum; ſenectam vero moleſtũ languorem. Ætatem ſequentem prioris eſſe interitum dies noſtros lacrymis refertos, delicias & voluptates lethiferos eſſe morbos animi: opes ac diuitias eſſe gehennam, & cruciatus: honores vanitatem, & onera intolerabilia: noſtra otia meram eſſe, inquietudinem tam animi quam corporis.

Bernardus Gordonius in Lilio medicinæ tract. de conſeruatione vitæ humanæ in proem:

Bernardus Gordonius. Prima enim ætas quæ eſt ætas naſcendi eſt ætas lamentabilis, miſerabilis & turpis, non adhærens viæ vni, nec ordini vni: Quod autem ſit ætas lamentabilis hoc patet ad ſenſum: quoniam infans nouiter natus, ſtatim incipit vagire & flere, & quia læditur à quolibet contingente, & quia ingreditur deſertum mundi huius, quod eſt maximum & vaſtum deſertum propter priuationem bonarum operationum. Eſt etiam natiuitas miſerabilis, quia deſertum huius præſentis vitæ nudus ingreditur, & nudus egreditur. Eſt etiam turpis quoniam ſentinam fluoris egreditur, ſorditie & virulentia inuolutus. Eſt etiam tota natiuitas & tota vita agitabilis, & variabilis, non adhærens viæ vni nec ordini vni, & hoc figurabatur in dictis Gale. 3. de criticis. Vbi ſic dicit. Quædam eſt radix ſuperior & iſta adhæret viæ vni, & ordini vni. Sicut ſunt motus orbium: & quædam eſt radix inferior: & iſta non adhæret viæ vni, nec ordini vni, & eſt materia morbi. Hinc autem natura humana non adhæret viæ vni, nec ordini vni, nec quantum ad ſui materialia, nec quantum ad ſui

formalia

formalia, nec etiam quantum ad attributa. De materialibus patet quoniam ſecundum Gal. in de complexionibus, & Auicen. cap. illo ſingulari de cauſis neceſſitatis vitæ, & mortis creati ſumus in ultimo humiditatis & limoſitatis, & non ceſſat calor corporis noſtri conſumere humidum radicale donec mors adueniat: & ita nunquam in eodem ſtatu permanet. Hác autem variabilitatem & inſtabilitatem conſiderans ſanctus Iob, dicebat Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſerijs. Et Hippoc. conſiderans hanc mutabilitatem, dicebat, vita breuis: quoniam exteriora omnia & interiora vitam abbreuiant, quantum etiam fuerint bene applicata: cum ab omnibus alteretur. Nec etiam adhæret viæ vni, nec ordini vni quantum ad ſui formalia, quod patet per philoſophum 3. de anima dicentem. Anima eſt tanquam tabula raſa in qua nihil depictum eſt: illa autem quæ apponuntur aliquando ſunt vera, & aliquandó falſa: aliquando opiniones & aliquando phantaſiæ: aliquando demonſtrationes, ſectæ & legis & fidei: & ita tanta eſt varietas quod non adhæret viæ vni, nec ordini vni: cum incipiat ab ignorantia: & etiam voluntas ad modum ventilabri continue mouetur. Nec etiam adhæret viæ vni, quantum ad attributa. Legitur enim in Geneſi, quod cum Deus feciſſet hominem, poſuit coram ipſo mortem, & vitam; bonum & malum: & quod voluerit, ei attribueretur: nunc autem tantá eſt imbecillitas naturæ humanæ, quod frequenter eligit morté & dimittit vitam: & eligit malum & dimittit bonum. Et hoc eſt, quod ſentiebat Ariſt. in Topicis: Mali, vt in pluribus & boni, vt in paucioribus, ex his igitur concluditur, quod nihil habeat homo, vnde habeat cauſam ſuperbiendi, cũ ſit terra & cinis, Eccleſ. 10. Quare ergo ſuperbis terra & cinis: in te enim nullus ſtatus & nullus ordo penitus inuenitur, & hoc totum intelligitur in auctoritate præallegata, cum dicitur naſci, & per hoc intelligitur prima ætas, quę durat circiter annos quatuordecim. Et ſequitur cum dicitur. Laborare & per hoc intellexit ſecundam ætatem iſta enim ætas eſt laboris & doloris & anguſtiæ: quoniam homines mundi huius aut laborant in ſpeculando aut in operando. Si in ſpeculando ibi eſt labor & afflictio, ſecundum quod dicit ſapiens. Qui addit ſcientiam addit & laborem. Si autem laboret in operabilibus ſemper erit ibi afflictio: quoniam vniuerſaliter numiſmata cum labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, & cum maximo dolore augmentantur: & in omnibus quę ſunt ſub Sole non eſt niſi labor, dolor & afflictio, & Vanitas, iuxta illud Sapientis: Vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Et hoc fuit promiſſum primo parenti poſt ſuam præuaricationem, ſicut ſcribitur in Geneſi. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec muteris in terram vnde veniſti Quod autem in iſta ætate ſit labor & afflictio; & malitia hoc bene vidit ſeper illum Aphoriſmum Eunuchi, &c. Et dicit iuuenes de viribus confidentes multas incurrunt ægritudines; & dicit: Filij huius temporis viuunt in ſua auiditate, luxuria & guloſitate, & ideo innumeri fiunt podagrici & arthretici, & aliquando ſemen coinquinatum eſt culpa parentum; ætas enim iuuentutis eſt ætas laboris & doloris, & propter

pter hoc dicebatur laborare. Et ſequitur in auctoritate, mori & per hoc intelligitur ætas ſenectutis. Quod autem ætas ſenectutis ſit ætas mortis, hoc videbatur ſentire Galen. ſuper illum aphoriſmum, ſenes enim facillime ferunt ieiunium, &c. Senes enim ſunt ſicut lucerna parata extinctioni. Et Galen. in de regimine ſanitatis: ſenes enim non ſunt ſine querela: & dicit Galen. ſenectus eſt ſemita ad mortem: mors autem ſecundum Ariſtotel. 3. Ethico. eſt vltimum terribilium. Tota enim ætas ſenectutis non eſt aliud, niſi mors.

Petrus Berchorius.

Petrus Berchorius.

Infantes habent

Impotentiam in agibili
Ignorantiam in rationabili
Impatientiam in paſſibili
Immoderantiam in concupiſcibili
Immundiciam in paſsibili.

Quia pro certo infantes naturaliter quantum ad operationem imbecilles ſunt & impotentes. Quantum ad electionem, irrationabiles & ignorantes. Quantum ad turbationem irracundi, & facile flentes. Quantum ad affectionem immoderati & concupiſcentes. Quantum vero ad conuerſationem immundi ſunt & ſe maculantes. Quid plura dicemus de infantia naturali, quia re vera infans in reatu concipitur, cum fletu naſcitur cum difficultate nutritur.

Praterea faciliter
Cadit & vix releuatur
Plorat & vix pacificatur
Se maculat & vix emundatur
Infirmatur nec cito ſanatur
Decipitur nec fraudem rimatur
Se denudat nec verecundatur
Ridet atque recundatur
Perit & morte granatur
Et inueniuntur pueri.
Blaſphemi & iniurioſi
Superbi & ambitioſi
Debiles & defectuoſi
Carnales & luxurioſi
Diſcordes & litigioſi
Ludentes & ſolatioſi
Ignorantes & obliuioſi
Pereuntes & luctuoſi.

De blaſphemis & luctuoſis dicit Dominus Reg. 19. Pueri regis Aſſyriorum blaſphemauerunt me. De ſuperbis ambitioſis, qui ſcilicet ſemper quæ runt

quærunt alijs dominari; dici poteſt illud Eſaiæ. 3. Dabo pueros principes eorum;& effœminati dominabuntur eis.De debilibus &defectuoſis qui ſcilicet carent omni fortitudine & virtute,dici poteſt illud Eſther 11. Dixerunt inquit pueri & miniſtri regis,quærantur regi puellæ virgines ſpecioſæ,&c.

Adoleſcentia.

Adoleſcentes habent
Cupiditatem ardentem
Carnalitatem fœtentem
Fragilitatem fluentem
Luxuria fœditatem
Inſolentia leuitatem
Inſcitia prauitatem
Luxuria carnalitatem
Morum inhoneſtatem,&c.

Senectus.

Senex naturaliter habet
Viſum hebetatum
Vultum corrugatum
Corpus incuruatum
Pilum dealbatum
Dentem delocatum
Caput decalnatum
Naſum inquinatum:
Præterea ſunt ſenes
Paratiores ad iraſcendum
Rapaciores ad acquirendum
Tenaciores ad poſſidendum
Debiliores ad ſubſiſtendum.

Sunt ad iraſcendum paratiores. Senes enim deficiunt in caloribus,&c. lege eundem autorem. *tandem vita terminatur cum doloribus, mediatur cum laboribus inchoatur cum fœtoribus.*

Hugo Philominus: Nonne omnes in vtero materno tanquam vermes in fœtida cloaca concipimur ad partus vſque tempora captiui latemus in tenebris? Nonne omnes ex eodem vtero tanquam à ſepulchro quodam proijcimur in mundum: vt haud inepte hominem ſepultum prius quam natum dicas,nonne omnes vitam auſpicamur affectu certo miſeriæ futuræ omine. † *Hugo Philominus de ſcientia bene moriendi.*

Chryſoſtomus:Pelagus eſt late longeque protenſum hæc vita: & quemadmodum in mari vniuerſo ſinus diuerſi, alijs atque alijs tempeſtatibus commouentur,præcipue veluti Ægæa ventis exaſperatur, propter anguſtias Charybdis,quæ Libyen verſus,propter ſtagna Syrtis,&.breuia portus

quia, ſcilicet, pœnitentis anima ſemper in pugna eſt, quod & ſi ſemper ex virtute ſuccedat, qui ex infirmitate generat, ſemper tamen ex infirmitate generat, quod ex virtute ſuccidat. Nā & ſi iā ab iniquitatis perpetratione cōpeſcitur, in ipſis tamen bonis operibus modo malorū memoria, modo ſeductionis caligine, tētationis ſuæ interpretatione fuſcatur. Alius nāque à luxuria iā carnē refrænat, ſed tamen adhuc luxurię phantaſmata tolerat; quia qui volens fecit, horū etiam inuitus meminit, & pœnā ſuſtinet, quod voluptatē putauit. Quia vero ad deuictā culpā retrahi metuit, ventrē miro rigore abſtinentiæ conſtringit, vultuſque ex abſtinentia palleſcit. Cumq; pallor in facie aſpicitur, veneranda ab hominibus vita laudatur, moxque inanis gloria abſtinentis animam cum verbis fauoris concutit, quam concuſſa mens dum ſubiicere non valet, cum per quem veneratur tergere à facie pallorem quærit, ſicque fit, vt infirmitatis nexibus ligata, aut pallorem abſtinentiæ fugiens, iterum per alimenta ſubdi luxuriæ metuat, aut impulſum luxuriæ per abſtinentiam ſuperans, pallorem ſuum inani gloriæ militare pertimeſcat. Alius lapſum ſuperbiæ ſuperans, toto iam deſiderio ſtatum humilitatis apprehendit. Cumque ſuperbientes quoſdam vſque ad oppreſſiones innocentium erumpere conſpicit, poſtponere aliquantulum cogitur quod decreuit, vim rectitudinis exerit, & prauis non manſuetudine, ſed auctoritate contradicit. Vnde plerunque fit, vt aut per humilitatis ſtudium rectitudinis zelum deſerat, aut zelo rectitudinis turbet humilitatis ſtudium quod tenebat. Cumque ſeruari ſimul & zeli auctoritas, & propoſita humilitas non poſſit, ſibimetipſi homo ex perturbatione incognitus redditur, ita vt vehementer ambigat, ne apud ſeductum animum, aut ſuperbia ſe auctoritate zeli inſinuet, aut torpor pauidus humilitatem fingat. Alius quanta ſit fallaciæ culpa, & fidei virtus conſiderans, arcem veritatis eligens, decernit, vt ex ore iam falſus ſermo non prodeat, ſeſeque funditus à mendacij tranſgreſſione diſiungat. Sed fit plerunque, vt dum verum dicitur, vita proximi grauetur. Cumque ingerere alteri læſionem meruit, ad hoc quod dudum preſſerat, fallaciæ vitium, quaſi ex ſtudio pietatis redit, ſicque fit vt ſi malitia mentem non teneat, in eo tamen veritatis iudicium vmbra mendacij obſcuret. Vnde & ſæpe, quia percontatus quiſque conticere non valet, aut falſum dicens ſuam mentem trucidat, aut verum loquens proximi vitam grauat. Alius amore conditoris excitatus, à terrenis cogitationibus mentem citrat aſſidua oratione ſuſpendere, atque hanc in ſecreta quietis intimæ ſecuritate collocare. Sed in ipſo ſuæ orationis aſcenſu, dum eleuare animū ab infimis nititur, infimorum phantaſmatibus reuerberatur, atque ad intuendum lucem mentis oculus tenditur, ſed ex corporeo vſu ſurgentibus terrenorum imaginibus obſcuratur. Vnde fit plerunque, vt intendentis animus ipſa ſua infirmitate fatigatus, aut orationem deſerens deſidia torpeat, aut ſi diu in oratione permanſerit, apud eius oculos obortarum imaginum caligo denſeſcat. Propter quæ omnia recte dicitur, quod militia vitæ tentatio, eſt vitia hominis ſuper terram.

 Secundo,

Secundo, vita hominis aſſimilatur militiæ propter armaturæ contrarietatem. Quia ſcilicet mens humana ipſis ſuis ſpiritualibus armis quibus ſe defendere nititur, impugnatur. Vnde fit, vt ſi eis careat, pigreſcendo ſuperetur. Et rurſus ſi & illa ſumat, eiſdem ipſis vulneretur: nam ecce iſte ab eruditione diuinæ legis alienus ignorantia ſua deprimitur, ne quid obtinendæ ſalutis operetur. Ille diuinæ legis ſcientia præditus, dum ſibi præ aliis gaudet intellectum ſuppetere, quia priuato gaudio exultat, percepti intellectus in ſe munera diſſipat, & inde in iudicio cæteris deterior exhibetur, vnde cæteris ad tempus clarior oſtenditur. Hunc quia virtutum dona non ſubleuant, etiam vitam ſimplicem rectitudinis declinant, & velut extraneum ſe cæleſti munere deputans, quaſi eo ſecurius praua agit, quo superni doni ſublimia munera non percipit. Illum vero prophetiæ ſpiritus replens ad præſcientiam ſubleuat, eique ventura quaſi iam præſentia oſtendit. Sed dum ſæpe & in multis ſuper ſemetipſum tollitur, vt futura veraciter contempletur, mens in ſui confidentiam deducta, eum qui haberi non ſemper poteſt, ſemper ſibi adeſſe prophetiæ ſpiritum æſtimat, cumque omne quod ſenſerit prophetiam putat. Et quia ſibi hanc & cum non habet, retribuit, & inquantum haberi potuit amittit. Sicque fit, vt inde poſt aliorum merita triſtis redeat, vnde æſtimationem omniũ lætus præibat. Militia ergo ſiue tentatio, eſt vita hominis ſuper terram, quæ aut aliena à virtutibus ad cæleſte præmium fugere non valet, aut ditata donis ſpiritualibus aliquando deterius occaſione virtutum ruit.

Tertio vita humana etiam corporea aſſimilatur militię propter deficientię velocitatem: nam per militiæ tranſitum ad finem quotidie tenditur, cumque per ordinem militiæ locus creſcit, tota militia ſimul homini deficit. Militia ergo eſt vita hominis ſuper terram. Quia dum vnuſquiſque ad vitæ prouectum per temporum augmentum redit, augendo vitam viuere deſinit. Dies quippe expectantur vt veniant, ſed cum ad augmentum vitæ veniunt, iam ab augmento vitæ ſubtrahuntur. Quia & itinerantis greſſus dum in vlteriora proficit, quod reſtat iter decreſcit. Vita ergo noſtra militia eſt, quæ quanto ad augmenta ducitur, eo, vt non ſit, finitur.

XXVIII.

Pueris maximam partem morbi iudicantur, alij intra dies quadraginta; nonnulli intra ſeptem menſes, quidam intra annos ſeptem alij ipſis etiam ad pubertatem accedentibus. Qui vero permanſerint, neque pueris circa pubertatem, neque fœminis quum menſtrua erumpunt ſoluti fuerint, inueteraſcere conſueuerunt.

SIcut in pueris, morbi alij quadraginta diebus durant, nonnulli intra ſeptem menſes finiuntur, quidam intra annos ſeptem, alij etiam cum ad pubertatem ventum eſt perdurant, qui vero à pubertate permanſerint, neque potuerunt à valida ætate diſcuti, & tolli, vſque ad mortem perdurare conſueuerunt. Sic plurima vitia pueri perbreui temporis ſpatio deſinunt, nonnulla curriculo paucorum menſium, quædam annorum curriculo terminantur, alia etiam cum ad pubertatem acceſſerint, tolluntur, aut ſaltem domãtur, vt tandem reliquarum ætatum adminiculo penitus aboleantur: quos vero ætas tollere non potuit, conſeneſcere expertum eſt, vt enim inquit quidam. *Pueri molliores ſunt & magis flexibiles, & benigne facile eſt eos inſtruere. Si vero ad ſtatum perueniunt, & per diuturna vitia indurantur, non facile conuertuntur.*

† Sicut medici de morbis puerorum; ſic morales philoſophi de eorum vitijs iudicant: vt Nanzianzenus de Iuliano Apoſtata iudicauit. Fecit me vatem geſtuum ipſius deformitas & ingens admiratio, ſi quidem optimus vates eſt, qui ex coniecturis optime ratiocinatur. Nequaquam vero mihi hæc boni hominis ſigna eſſe videbantur, colli crebræ conuerſiones, humeri alternis ſubſultantes, oculi torui, vagabundi, & furibundum quiddam contuentes, pedes inſtabiles, crebræ geniculationes. Naſus contumeliam & contemptum ſpirans figura vultus deriſionem ſignificans, quomodo variabatur? Riſus crebri altum crepantes: nutus, renutus ſine ſermone: ſermo interruptus, non complens ſententiam: interrogationes crebræ confuſaneæ & ſtultæ: reſponſiones inconcinnæ, coaccruatæ, inter ſe diſſidentes, & ſine ordine. Quis ſingula deſcribat? Talem vidi ante facta qualem poſtea facta ipſa oſtenderunt: Et ſi adeſſent qui tunc mecum fuerunt, & eadem viderunt, teſtes eſſent huius meæ narrationis, qui meminerint etiã me edidiſſe hanc vocem: Quantam peſtem Romana Monarchia nunc alit, &c. lege interpr. Polit.

Nazianzenus vt refert Socrates lib. 3 c.19. Hiſt. Eccleſ. lib.3. cap.19 hiſt. Eccleſ.

† Verũ in eiuſmodi iudicijs faciẽdis maxima prudentia debet ineſſe: Errãt enim haud raro, qui ex puerorum moribus temere de futurorum affectuũ ratione conijciunt. Nam oportet graue eſſe iudicium, & ſupra illius ætatis leuitatem pertinax, quòd ſit efficacis argumenti ad motus venturorum, & flexibilium annorum deprehendendos: vnum eſt quod vix, fallit præſagium;

Euphora. Ioan. art. c.7.

ſcilicet lacrymarum profuſè excidentium facilitas. Qui enim ad primum perculſæ mentis ictū veris gemitibus madent, ſunt illi naturæ mollioris, & ad humanitatem, moremque compoſitæ. Alios videas magnis, quidem clamoribus & ſimulantibus fletum, ſiccos tamen oculos inter parentum minas, & verbera tenere: fieri iſti plerumque, ſi adoleuerint; aut certe in opacis pectoribus, nec teneros affictus nec iuſtos etiam timores admiſſuri.

Ioannes de Carthagena in Homil Catol. de ſacris arcanis Deiparæ Mariæ & Ioſeph l. 6. Hom. 5. T. 2 huius. Marul & Volaterram. Herodot.

Verumtamen non ſolum de vitiis: ſed etiam de virtutum euentibus ac propenſionibus iudicia moraliter ferunt. Etenim ſi tam diuina quam humana monumenta conſulamus, haud difficile reperiemus ea, quæ infantibus in tenella illa ætate accidunt, prognoſticū ac præſagium eſſe eorum quæ poſtea illis euentura ſunt, & quidem vt ab humanis literis exordiamur, in natiuitate Seruij Tullij VI. Romanorum Regis, accidit (id referente Tito Liuio) vt fulgentiſſimus quidam ſplendor Diadematis figuram habens caput illius redimeret. De Platone Marulus & Volaterran: tradidere in eius ore, cum in incunabulis eſſet, examen apum viſum fuiſſe velut in alueo exiſtens, quod & de Pyndaro poeta alij edixere. Herodotus item refert die proximo ante natale Cyri Aſtyagem auum eius maternum in ſomnis vidiſſe, ex ventre matris illius rapidum fluuium egredi, cuius exuberanti fluxu vtraque regio Perſarum & Medorum irrigabatur. Plinius etiam commemorat, præter omnium infantium conſuetudinem, qui cum primum naſcuntur vagire incipiunt (iuxta illud: primam vocem emiſi plorans) Zoroaſtrum Bactrianorum regem ex matris vtero ridentem prodiiſſe: ſacræ deinde literæ, vt ex libro Geneſeos conſtat Eſau & Iacob in vtero matris exiſtentes, inter ſe pugnarunt, quod futuræ alterius pugnæ non obſcurum indicium fuit, & ad noſtratia deſcendamus; varij hiſtoriographi narrant matrem magni illius Patriarchæ ſancti Dominici paulo ante partum eius in ſomnis vidiſſe ſe in vtero geſtare canem, accenſam facem in ore ferentem, idem etiam de S. Nicolao cum à matre lactaretur ter in hebdomada feria 2. 4. 6. & 7. à lacte ſugendo ſolitum fuiſſe abſtinere, & de D. Chryſoſtomo conteſtatum nobis reliquerunt eius vitæ ſcriptores, cum infans eſſet examen apum in ore eius conſediſſe. Hæc omnia quidem rerum magnarum indicia ac certa fuiſſe argumenta ipſi rerum euentus exituſque probarunt: nam ſplendor ille, inſtar coronę Seruij Tullij caput circundans, prænotauit regiam coronam, quam apud Romanos poſtea obtinuit. Examen apū in Platonis, & Pyndari ore viſum, eorum eloquentiam ac mellifluum ſermonem, quo mirifice viguerunt, portendebat. flumen quod egrediebatur è matris Cyri vtero Perſarum & Medorum vtramque regionem irrigans, futurum eius in has gentes imperium, quod poſtea adeptus fuit, ſignificauit: Zoroaſtris Regis immaturus riſus, cum ab vtero matris prodiret læuitatis animi eius, quam per totum vitæ ſuæ curriculum prætulit apertiſſimum indicium exiſtit, licet aliis placuerit, prognoſticum extitiſſe, quod in magica arte inſignis futurus erat, lucta illa duorum fratrum Iacob & Eſau, intra viſcera ma-

cera matris futuros duos populos inter ſe aduerſantes adumbrauit, vt ſacer textus adnotauit, dicens: Duæ gentes ſunt in vtero tuo: canis accenſam facem in ore differens, quem vidit mater B. Dominici, quod quæſo aliud prædixit, quam illum futurum Dominici gregis aduerſus Hæreticorum errores, ac prauos hominum mores latrantem canem, oriſque ſui ac ſuorum fratrum ſplendente doctrina, vniuerſam Eccleſiam inſtar fulgentiſſimę facis illuminatorum: D. Nicolai in infantili ætate à lactis cibo mira abſtinentia, ſignum fuit ſingularis parſimoniæ, & ab omnibus huius ſæculi voluptatibus ſequeſtrationis, quam toto tempore vitæ ſuæ profeſſus fuit, ac tandem mellificantes apes Chryſoſtomi ori inſidentes, miram eius in concionando facundiam, adeo vt aurei oris cognomento decoratus, poſtea fuerit (id enim ſignificat Chryſoſtomus) ſatis perſpicue oſtentauit: cum igitur ſacer Euangeliſta inauditum illud prodigium commemorat, Ioannem ſcilicet materno adhuc vtero deliteſcentem exultaſſe, & tripudiaſſe, vt diem Feſtum aduentus creatoris ſui ageret, certe hoc tantum portentum magnarum rerum certus prænuncius exiſtit, vnde Angelus dixit: erit enim magnus coram Domino, & Chriſtus Dominus celebre illud de eo teſtimonium perhibuit: inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. *Geneſ.*

Suetonius refert quod in puero ſtatim corporis animæque dotes explenduerint, magis ac magis deinceps, per ætatis gradus, forma egregia, & cui non minus auctoritatis firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris nonne longe lateque principem oſtentant. *Suet. de Tito Veſp. vt refert Camer.*

LECTORI.

Errata benigne Lector, partim amanuenſis inſcitia, partim correctorū incuria, & partim bibliopolæ feſtinatione, qui opus meum imprimendi cupiditate inflammatus, rude adhuc, nec politum mihi è manibus eripuit, commiſſa eſſe ſcito. Quæ quidem, cum non ſint magni momenti, humanitatem tuam rogare velim, vt emendes, aut ad ea conniueas, quia operi ſemper intereſſe non potui, vale.

Auctoritas Boſquieri & ſubſequentium autorum, quæ ſunt in 17. aphoriſmo lib. 3. in 15. ſunt collocanda.